nocte consurgunt · quod ad sanitatem atque pro

nominaz et phiaz vtilez ait Aristoteles
Sed fures etiaz et insidiatores · quod quidem est
mirabilius insam etiam amatores quos
suarum mulierculaz memoria desideriumque
excitat · Tu vero virtutis amore sompni
um oderis vicys amici · ut que elega
ter ait fflaccus · Vt iugulent homines sur
gunt de nocte latrones · Vt teipsum serues
non expergisceris · pudeat tamen semper in vobis
posse turpes causas et nil posse pulcerri
mas G Nullo vestrum interpellante totis no
ctibus quiesco R Videtur quod Aristoteles
quod superius attigi · ita vitaz hominis pa
rtiri · ut dimidiam partez sompno tribu
at dimidiaz vigilie · dum propterea dimidiaz non
differre studiosi vitaz ait a stulti vita · et
siquidem pro sompno noctez pervigilia diez vult
intelligi · Recta fateor ac vera diuisio est ·
equis enim partibus tempus inter se diuidit
At si sic accipitur equas spacio inter partes
differentia certe alia ingens est · Nulla enim
acutior · nulla altior cogitatio quam nocturna ·
nulla pars temporis studentibus aptior · Si autem
sompnum ipsum dimidiaz temporis partez dicit ·
mirabile dictu est ex ore taz studiosi et
taz docti hominis · absit enim ab anima bene in
stituta et studys intenta · dimidium temporis
dormire · cum quartum suffecerit quibusdaz ·
et tercium voluptuosis sufficiat · Nocte quidem
surgere qualibet anni parte consilium est ·
Absit · ut noctez non yberna modo sed estiua
totaz dormiant qui grande aliquid moli
untur · Ceterum semel illa fregisse sufficiat ·
fortassis quod vigiliarum anticipatum erit breui
si res poscat meridiana vicissitudine restau
rata poterit · At brumalis hore noctis se
pius rumpende · psallendum · studendum que
rendum ingenio nouum aliquid semper · et quod
studio quesitum fuerit memoria repetendum
audiendumque Ieronimus ad Eustochium scribens
Noctibus bis terque surgendum inquit et uol
uenda de scripturis que memoriter retine
mus · Denique hys studys fatigati oculi
alterno sopore recreandi et breui quiete
recreati · alterno exercicio fatigandi erunt
ne totis noctibus dormiendo et oculos
includendo sepulta cadauera videamini
Metu crebro atque honesto uos somnos
et virtuti deditos comprobate · De odoribus · G ·

Suauibus delector odoribus R Hy
vel victum vel uestitum subseruiunt
De quibus quid sentiaz audiuisti G Odo

ribus studeo ·

ribus studeo R Odorum alii gulam alii li-
bidinem irritant. horum appetitus incon-
veniente notam subit et pessimum vehemens
Alii praeter se ipsos expetuntur. horum studium
non turpitudinis sed vanitatis arguitur.
Unde est ut muliebrium unguentorum odor
aut dapium quam florum turpior et pomorum sit
Eadem ratio est ceterarum delectationum quas au-
ribus obtulisti quas propinquius si unquam ethicis
applicuisti animum nosti haec. neque te nunc do-
ceo sed notae veritatis ad memoriam reduco.
ut huiusmodi quam oblectamenta videas vel foeda
esse vel levia G Odoribus opertum domum R
Bonae vitae famae vivo odor bonus est diuturnus
malus maior multo latius quam sensibiles qui
aromatum sit terant sulphurum sic tremet
de his excutiens ... sed mores indicat
G Homo odoribus delector R Hi sensui
pares et voluptati vicinae ut dictum est a
obscenum est inane si valitudini cura gerer
excusabile. Modo condimentum rerum omnium
modus assit confortat enim et habescentem
spem odor levis sed ad omnia valet illud
comici ne quid nimis. Est autem ut in mul-
tis in hoc quoque naturarum infinita varietas
non solum inter homines atque homines sed int-
gentes etiam ac gentes. Si quidem vera
fama est. quam magnam non respuunt auctores.
gens quae Gangis fontem accolit omnis ci-
bi expers solo mali silvestris odore alitur
peregre profectura nil nisi bonum illud malum
ac vitale circumferunt iam foetoris impatientes
ut sicut eos purus nutrit sic infectus odor
interimat delicata complexio quae sic vivat et
pereat. haec gens omnis ad ortum solis ob-
versa ceterisque mollitiae deditam ut abeunt
negligentior sic excentior atque apparentior
est odorum. et inde minimum hic primum turpi
ositus nos invasit. Assyrii. Arabes et Sabei
vestris armis edomiti sunt vos odoribus
domuere quibus aliquando rigida patrum et
invicta sobrietas obstitit usque adeo ut
quinquagesimo et sexagesimo quinto anno urbis
conditae gravi edicto a censoribus caveret
ne quis in urbem ipsam unguenta externa
conveheret. Non multo autem post mederi
novum vicijs ut assolet veterum sata rum-
pentibus in senatum ipsum edicti tulis aucto-
rem victrix lascivia penetravit G Libet
bene oleo R Reperitur odoris atque omne
artificium bene olendi proprium naturalem no-
bilem odoris arguunt et latentium est sig-

defectum ob hoc ipsum atque ob hoc ne du-
bito si ne honestam quidem feminam dignam
curam solutam viri fortis offendere. Memi-
nisti adolescentis illius qui ut dudum erat
unguento illitus pro collata praefectura Grati-
ano principi gratias acturus ante eum
steterat. ille hausto mox odore praestomachans
acri supplicio voce aspera. Mallem inquit
alium oboluisses. sic interceptum sine hore
inhibitum seu restitisse iam concessae gratiae
litteris bene olidum dimisit. Ita tum saepe
dedecori sunt odores huiusmodi interdum
et damno sunt. maxime ubi morum gravis
ac masculus censor sit. Aliud quoque quibusdam
fuere periculo. Nam et illud nosti ut Plautius
senatorii vir ordinis ... proscri-
ptione metu mortis salernitanis latebris
abditus unguenti proditus odore sibi quod
pariter proscriptionibus aut fuis excusatiori
senecie quesivit. Nam quae non vir cessim
diceret iam quod eo tempore reipublicae tantoque
discrimine unguenta etiam nunc oleret G Arti-
ficiosis odoribus assuevi R Desuesce si con-
silium meum vis. turpius est enim artificiosis
quam simplicibus assuevisse omne quod turpe
est quo artificiosius eo sit turpius. honesta-
tis ornamentum ars inhonestatis est cumulus.
Adde quod et fedius hodie quam olim. quamvis
et Roma ut dixi et quam greca Roma propter
diverim. Lacedemon hunc pesti ex Asia ve-
nienti quam armatae hostium legioni ferreis
moribus atque edictis obstiterit ad ultimum
mollis unguentorum simulque vitiorum acies fe-
fellit excubias in Europam transijt et for-
tissimas gentes vicit. Et quam singula prosequi
longum est. ex unius asperrimi ac labori-
osi viri mollita duritie de reliquis conie-
cturam facito. sed quidem in medio bello
cum estu ille invictus ac barbarus ave-
to cum exercitu victus est Hanibal pe-
netrabilia unguenta sed penetrabiliora sed
vitia. Itaque enervati duces ac militum
quorum tam stupenda per media fuerant
qualem deinde exitus sint. quo effectum est
ut cum militum spe africam prius tribus Ham-
bali tamen unguentis aliquid debere etiam expe-
diebat illis ut sicci essent nobis ut un-
gerent. Ex illo sane multis seculis sic
iste mos invaluit ut labor stuporque sit
legere quae de hac re in utrisque literis scri-
pta sunt. et quod pluribus mereri usque ad
illius pedes quo nil altius unguentis ve-

Gratianus

plautius

mit quod ipse qui omnem molliciam cibo
atque omnes illecebras uoluptatum extitu
rus aduenerat passus est non ungento
quidem sed pietate delectatus ac lacrimis
offerentis. Iam uero pedetentim usus hic
abijt ut cum in multis etas nostra maior
glorie impar sit in hoc excellere uidea
quod unguentaria non est et qui hijs caput
non comminquerunt sed quodam proprio animi
uicio laborant. G. Homo odoribus illicior
ac delector. R. Fieri non potest quin que delecta
bilia sunt nata et illiciant et dum presentia sint
delectent. Sapientis ebrei dictum est. Un
gento et uarijs odoribus delectatur cor.
Ipsius unguentoquidem non tam michi delectari
uideor mentis quam fastidium sed ut inste odo
ribus meo certe consilio absentibus re
sistentibus contemptu et obliuione presen
tibus utendum modice neque illum hijs stu
dium impendendum ne te uel tantus alterius
uiliusque rerum mancipium fatearis ueneris hunc
articulum loquens trahens inhonestis odoribus
ut rebus omnibus uiriliter effeminantibus
animum uetitis ac seclusis in reliquis Augu
stini sententiam amplector. De illecebra odorum
inquit non satago nimis cum absunt non re
quiro cum assunt non respuo paratus eis
semper carere. Idem fac ne quam malis odoribus
male oleas aut odiosis inmundicie odi
osius sies. De cantu et fidibus. Gaudium.

Cantu delector ac fidibus. R. Ah
quanto melius lacrimis et suspirijs
presta et flendo ad gaudium quam gauden
do ad gemitum peruenire. G. Cantibus so
nisque permulceor. R. Et fere cantu fallun
tur uolucres illud mirabilius musica quoque
dulcedine pisces tangi nota tibi ariol
ac delphinis est fabella tam pro uero ha
benda ut apud animalibus sit inserta.
Ipsa quidem scriptorum illustrium meminere
miraculi elegantius nemo quam herodotus
grecie pater hystorie astipulatur ymagi
nes enee illic ubi e tanto periculo incho
lumis primum terris appulsus est. Na
tantis piscis a tergo insidens fidem ad
hoc syrenes cantu fallere traditum sed com
pertum ut quottidie blandis uerbis ho
homines fallit et ad summam ad fallendum
nichil uoce aptius. G. Musica suauiter
delinior. R. Et aranea ut aiunt antequam
mordeat et medicus linit antequam feriat
et auceps et mulier quam fallere uult

delinit et predo quem premit et polypus que
demergit amplectitur et quidam pessimi
hominum inquam terribiliores sunt quam dum se uo
ce et gestu leuissimos ostendunt quod ipsi
mus de antiano principe lectum est. Uix
est sine suspicione delinitio. G. Cantu gau
deo et exaltor. R. Caue nam scriptum est. Extre
ma gaudij luctus occupat. Et rursus.
Ante ruinam exaltabitur spiritus. G. Cano
dulciter. R. Nescis an ultimum ipse pdula
ter morti proximus olor canit. Plures olim
gaudio quam tristicia periere. Polito dulcius
canente inter ipsa sonum suspiciat expirasse
se recens fama est. G. Cantu et tibijs dele
ctor. R. Non inmerito quidem singuli enim dies
et hore et momenta ad sepulcrum uehunt quo
cum cantu fere uester nunc mos est. Antiqui
et tibijs ferebant. Unde Statius papinius
Tibia cui teneros sueuit producere manes
tibi utraque funeris pompa placet. Illuc
te licet ire non sentias usque ulla requie
sperantem. G. Cantu moueor. R. Ad quid
refert aut dubie in animis hominum quisque
maxime potentissima musica sed effectus sup
fidem uarij. Utque omittam quibus res non
egent hos ad leticiam mouent hos ad san
ctum et deuotum gaudium pleraque nonnumquam
lacrimas mouent que uarietas in diuersas
sententias magna traxit ingenia. Nempe
Athanasius uanitatis fugiendam usum in
ecclesie interdixit. Ambrosius pietatis
appetens ut caneretur instituit. Augustinus
utrumque se passum et difficile hic sibi negotium
dubietatis exortum inter confessiones suas
pie meminit. G. Delectat canere. R. Graia
olim delectatio nunc et uestra apud illos
quidem cantus ac fidium ignarus quisque
esse indoctus habebatur. Quod Themistodi
atthico grecorum clarissimo cognouimus in
epulis recusasse accidisse. Epaminundam
uero thebanum hanc fortasse infamiam
declinantem preclare fidibus cecinisse au
tor est Cicero. Atheni et Socrates cuius
senex fidibus operam dedit. Ne miremur
Alcipiadem pericle tibi studio traditum
apud illos honestissimo ut inter libe
rales artes hanc quoque ut disceret. Sed uere
cundum pueri laudemus ingenium qui cum
ab insigne tibicine ad ipsum artem ob
latas tibias ori applicuisset et collecto spiri
genas inflasset animaduersa deformitate
uoltus erubuit atque abiectas tibias

Sap. · Aug. · c. 23 · herodot · Sta · Atha · Amb · Aug · pla · c. 2[illegible]

aspernatus fregit, meruitque licet tenera etas exemplo esse ut totius ipsi consensu ciuitatis athenis tybiarum usus absolesceret. Ad nos usque non illud ardens musice studium peruenerit omnium principum mentes occupatum, occupauit tamen aliquos aut pessimos ingrate. Nero quidem cantandi studiosissimus saltandique fuit. Nero quantum cythare studio deditus fuerit et quantum tunc eius uocis habuerit incredibile dictu est, quod eius stultum penitus quod ridiculum quod nocte illa que sibi uite ultime mundo aut respirandi ut modicum prima fuit inter querelas quas uicina mors et presens metus dolorque dictabat illud crebius atque miserabilius defleuit, non quod talis princeps sed quod tantus musicus periret. Mitto alios ad hanc nostram que nunc agitur etatem licet pauciores uenit tamen aurium uoluptas quod caste atque sobrie delectari humanitas quedam, capi ac molliter immutari uanitas multa est. G. Quantis uocum modis cum delectatione teneor. R. O si audias sceleratorum suspiria, o si huc aures tuas damnatorum gemitus ac lamenta pelleret, hinc beatorum iubila et cantus angelici atque illa celestis armonia quam pythagoras ponit, aristoteles euertit. Uerum ne instaurat tibi quod pietas fides quod suggerat ex sibi perpetuas ac preduleces uoces et si non aereas ac celestium incolarum perpetuam illam et eternam tamen sine fine laudantium. Si hec mecum omnia tuis auribus inferrentur quam clare discernens quis concentus dulcior quis ne salubrior, nunc surdo sensui suum iudicium committas. De quo hactenus pia quidem res nonnullis forte uidebitur. Magnos tamen uiros exercuit, ut sine causa dominum plato uir ingenii musicam arbitratus est ad statum siue corruptionem morum ac reipublice pertinere.

c. 2x

De coreis. Gaudium.

Choreis gaudeo. R. Mirabar nisi cantus et tybie choreas sustinerent et prescripto de more uanitatem uanitas sequeretur. Uerum maior multoque deformior. Ex cantu enim dulcedo aliqua et sepe utilis ac sancta percipitur, ex choris nichil umquam nisi libidinosum ac inane spectaculum honestis inuisum oculis uiro indignum. G. Choris cupide intersum. R. Corpus animum tegit ac detegit. Manuum iactatio pedum mobilitas oculus uagus ac petulans tale aliquid arguit in animo ex quod non cernitur. Itaque cauendum est ualde modestie cultoribus ne quid effeminatum audeat aut loquatur. Oculi et affectus et pectoris latebre sepe paruis indiciis patescunt. Motus sessio ambitus gestus risus incessus sermo signa sunt animi. G. Dulcedinem quandam ex coreis capio. R. O dulcedo ridicula. Finge et te coream cernere neque tybianem audire atque ita saltantes mulierculas et uiros mulierculis meliores in silentio circumferri uidere ineptias. Qui quod unquam absurdius a delectatius uidisti: nunc motus incompositos lux sonus aut tybie, hoc est amentia una aliam tegit. G. Choreis delector. R. Non tam ibi delectatio est quam spectare delectationes auspicium Veneris preludium illud quidem sono stupidas ac mulierculas circumducere atque urgere et stringere ac speciem urbanitatis atterere. Libere ibi manus, liberi oculi, libere uolunt uoces, et pedum strepitus et multorum cantus dissonus et tubarum clangor concursatio et puluis et que sepe ludis adduntur hostis pudicitie et amica scelerum nox ipsa. Hec sunt que timorem atque pudorem pellunt, hinc sunt libidinum stimuli, hec lasciuienti licentie, et hoc est. Ne me fallit facilem putes illa delectatio quia simplex et uelud innocue choreas appellatione profitentur et ludi tegimine crimen obnubilatis. Ac si enim soli inter uiros seu solas inter feminas hec nonnunquam fiant, illecebris separatim exerceant. Quid ne congressi uterum acturi sint simul dissunt ceu disiecti qui iniquo absente quid eo auerso loqui debeant meditant. Tolle mediatum hanc spem ingeniosam atque improba, tolle libidinem, sustuleris et choream. Crede michi cum Dauid rege nemo ante dominum saltabit. Ne que forte sua uxor irrideat cum tu illius irrideat, ante dominam saltans sine etiam panduciuans. G. Delectabiles sunt choree. R. Sententiam meam tenes. Si delectant, propter aliud delectant, per se enim tota insulsa est et plus tedii allatura quam gaudii. Nam quid omnino est in circuitu uoluti quam exire uertiginem et sic terminum uiam ire. Inter locales septem motus quos plato dinumerat, hos scilicet ante retro dextrorsum et sinistrorsum, deorsum et circuitu, solus septimus infinitus est, atque hunc ideo que perpetua sunt, hoc est celum seruat et sidera; hunc in terris perpetuum agit furor in sanctis ferme cantibus.

pla

atque consiliis Nec ullus orpheus psalo-
niam [illegible] prescit sed invisibilius in choreis
ubi amorum volubilitas corporum secuta
voluit Et iterato tunc de omnibus dici pos-
sit de hiis proprie dicitur quod scriptum
est In circuitu impii ambulant. Hic ludus
multorum dedecorum causa fuit sepe ubi ma-
trona diu servatum decus perdidit. sepe in-
felix virguncula ipso nuptiali die didicit
quod melius ignorasset G honesto
tripudio libenter exerceor R vellem aliud
genus exercitii delegisses. Et quo pergas
et quid velis video intraditum tolli et no-
viam dari nomenque prestabi Sed igitur sic
affectus es seu is morbus seu consuetudo
est qua mala nichil prima bona nichil
e melius. Ea tibi in hiis omnibus lex erit
ut caute penitus non potes. modestissime eta-
tis ac rarissime. ne quid ulla in re mol-
le ac femineum agas. sed ubique nostris etiam
in finibus virilis rigor emineat. Sicque
tripudium ac quicquid erit is ludus relaxatio
fatigati animi et exercitium corporis non volu-
ptas enervatrix mentium Exemplo libentius
abstinuissem summorum virorum imitatio non
tuta est. Non omne venatum animal aquilam
sequi potest Imitatorum alii otiarum faciunt
alii non aliud. non alii idem aliter. pauci ad
plenum quod imitantur effingunt Catho
hic ultimus reipublice curis pressum animum
vino lavari solitus fertur. fecit idem apud
grecos Solon. Hos aliosque sequi volens
vinum pro officio aget bibet. quodque illis
medium atque rarum. Hinc immensum et coti-
dianum. quod illis remedium huic erit ebri-
etas. fratale idem in rebus aliis posset
ostendi. sed hoc uno intelligite quid est
quod nunc tecum agitur. Ex quo tamen da-
mnare ceu patrocinium ut suspicer me
gessisse summi viri exemplum. quod ut non
sequaris ut non mutes attempe hiis ipsis
temporibus apud Senecam est verbis in eo li-
bro quo tranquillitatem animi stilo inseruit Scipi-
o inquit triumphale illud et militare corpus
movet ad numeros non molliter se in-
frangens ut nunc mos est etiam incessu ipso
ultra muliebrem mollitiem fluentibus sed
ut illi viri antiqui solebant inter lusum ac
festa tempora virilem in modum tripudiare non
facturi detrimentum etiam si ab hostibus suis
spectarentur. Quibus sincerius quid de sua
iam tunc etate sentiret perspicis felix qui

Sen

non vidit tua Quamvis ac ille et tripudium
et vini remissionem probet venerandusque vo-
luptatis vestre ad ebrietatem ducat [illegible] cum tam
rigido ingenium dictum miror si fideli con-
silio uti vis Uno parte utere tripudio
abstine alia sunt honestiora remissionum
genera quibus fastidientem fessumque animum
moderare in omnibus tamen optimum fuerit
quod hic ultimum dicit attende. et quicquid
ages ita age tamquam te hostes tui videant
atque observent. Multo quidem est sanius
sic vivere ut abstinentiam et gravitatem tuam
inimici stupeant quam ut lasciviam amici
excusent. Clarior fama est cui nec veri
crimen obicere quisque potest. nec falsum audet.
quam cui obicitur sed purgatur Accusatorem
perfecta virtus exterret. mediocritas irritat
quod ad sobrietatem attinet. malim te Ca-
toni similem. quem vini parcissimum inimici
quidem negaverunt ut tranquillus ait quam
Catonem censorem illum senem loquor de cuius
sobrietate iam diximus Et huic ultimum cui
obiectam ebrietatem Seneca sic refellit. Faci-
lius effecturus quisquis obiecerat cri-
men honestum quam turpem Catonem Quod
ad id vero de quo agitur nullo modo tripudi-
es mali quam ut Scipio quam si te illius [illegible]
amicus quo nolim hiis te saltem duobus uti
velim ut si tibi penitus insedit illud horatia-
num est bibendum nunc pede libero pulsan-
da tellus. sic vinum bibas ut Cato. sic ter-
ram pulses ut Scipio.

c. 26.

De ludo pile. Gau[dium]

c. 27.

At delectat pile ludus R. En aliud
iam amandi ludibrium saltandique G
Libenter pile lusito R. Odiosa nobis ut
videtur et requies undique labores aucupa-
mini decores [illegible] Nam si exercitio ludi
hic queritur prior honestior fatigationem
furibunda iactatio in qua nichil animo gerit prius
an ambulatio tranquilla prestaret ubi et
membrorum motus vilis et ingenium agitatur
honesta est. Cuius more phorum sic ferent
fuit ut hinc secta famosissima nomen
sumpserit. Aut tu pro dromosum sed racusium
quam stagiritam Aristotilem sequi mavis
quam ut studiosa deambulatione philosophi sic
tyrannum ludo hoc turbido delectari solitum
acceperimus. Quamvis et modestos interdum
amicos voluptas hec repat Itaque et quinto
mucius scevola ille augur elegantissime
hoc ipsum fecit. et divus augustus post finem
civilium bellorum ab exercitiis campestribus

ad pilam transijt et Marcus aurelius
Antonius et deco scribitur pila tulit apprime
nec tamen ut ille diuine atque humane iuris
peritissimus ut hij doctissimi atque optimi prin-
cipes fuerunt Go ludus strepens et clamosus
placet R Quidem motus omnis uehemen-
tior presertim si clamore permixtus sit hone-
stum dedecet ingenium De ludo alee et

c. 26.

Alee ludus et calcu calculorum Gau-
dium placet R Dampnosum illud hoc
inane ut utrumque tamen ille idem sceuola quodque
alumpnus augusti Cesar altero uti solitus
fertur neque rursus idcirco ille a cerimonijs
deorum atque hominum legibus quas excellentissime
callebat iste actus summi imperij quod diuis-
sime et optime rexit tale sibi intercludat labor
diuersiculum elegisse hoc in te probauerim Nec
est et doctis ac magnis uiris appetitus pessi-
mi et sui quos si ut in ceteris sic in moribus
imitator fueris facile quietis neque enim
omnia que laudantur laude digna sunt omnia
G ludo alee delector R Nimis super pi-
ctaz non delectetur consignatas uecius os-
sium quadraturas crispanti cubito iactare
quaque ille dixerat trepidantibus digitis ro-
tundas in aciem tabellas mittere gloriosum
exercitum et preclarum nomen et curtus et lau-
reas meritos G Calculis libens ludo R
O puerile studium o perditum tempus o curie
superuacue o ineptissimi clamores stulta
gaudia neque ridicule deliros senes impe-
dere aliues et paruulis linguis uagire

c. 27

ac furum insidiantibus atque latrocinanti-
bus Vnde latrunculacius ludus apud ue-
teres dicebatur quo lusisse simiam autor est
Plinius mirarisque proprie ludus est simie
inserere calculos ac transferre et prestigia illu-
dere capitis et aptare manus ac retra-
here insultare aduersario et collisis den-
tibus minari irasci alterum fremere uicisse
quod ut flacci verbo utar caput scalpere
ungues rodere et ad simiam omnia facere
que assimi preterentibus excitant nunc
est hominum aliquis aut illum penitus anxietate
genus omittitis Nonne ita torquemini quasi
uel uestra uel publica salus in dubio sit
Multi credo prelio inuissent si quam lig-
neis aut eburneis impenderent curam ue-
ris militibus impendissent Nec tamen illius
iam intensum tanque incertum studium uenit
sed est hoc in regno stultitie commune ut quo
rerum minor est fructus et cupiditas et

delectatio maior sit G Alea delector
R Ostendam tibi si consilio uti voles ge-
nerositatem atque honestatem aleam qua olim
athenis docti homines usi sunt ut festis
ferijs diebus in consilio amicorum quisque de
literis aliquid in medium proferebat non sophis-
mata lubrica ut illi sed solidum per ingenio
proferentis ad uirtutem aut ad beatam
uitam pertinens de hinc collatione facta sine
mundicie sine iracundia qui inferiores doctorum
iudicio uisi erant fiscali quidem mulcentur
pecunia hoc in philosophicas ueteres ce-
nas sic res una conuiuio sumptum exercitum
studio calcat ingenio ministrabit quod
hinc uictos extulit hinc uictoris hoc
alee genere quo antiqui saturnalia nos pri-
a festa et quo illi atticas uos communas
noctes instruite habes ludum quem et ludere
iuuat et lusisse non pudeat De ludo

c. 28.

Iuuat ad taxillos taxillorum Gaudio
ludere R O vorago ingens inter
plebibus O patrimonium fluuius tristis
ac subitus O animi tempestas et fame nu-
bes et scelerum stimulus et ad desperandum uia
supientes ut cunque sunt ludi hic merus est
dolor G At michi prosper ludi euentus
fuit R Taxillorum nullus euentus prosper
mali omnes et miseri Nam et qui perdit
affligitur et qui uincit illicitur inque insidias
protrahit G Prospere lusi R Presens
sepe prosperitas future calamitatis auspi-
cium fuit et suas habet hec pestis illecebras
si qui calis ea ludunt omnes perderent ne-
mo usque luderet nunc lucratur aliquis sed lucrum
illud acra dampni G Lusi et uici R Ibi
non in campum redis alioquin nullum capus
planior nullo in campo uolubilius est
fortuna G Lusi et uici R Ludes iterum et
perdes quod uicisti aut atque hinc mille de-
ripient quod perdideris nemo restituet Ad-
de quod si quid est iusticie quod uincas non sit
tuum at quod perdis et si non fiat alterius tuum in
esse desijt multa sunt undique que ab hac
infamia bonam mentem dehortentur ac
retrahat nunc uos imperium quidam auaricia
pulsus urgeret G Vici in ludo taxillorum
R Scio autem te ab exactore imperio sen-
tentesimum accepisse restitues quod uici-
sti et de tuo addicies ut non sit quod repetat
posterum euanuerit tunque insomnis feliciter
desleas G Vici et dicior factus sum R
Cum nulla sit stabilis pecunia sed sua potius

iocunditate versatilis · tu scape q ta-
xillis ecium taxillorum ludus nichil ulli do-
nat eorum marie qui familiarius illum
colunt · sed mutua aliquid et extorquet
et sepe mitior quo blandior risus erat
nulli ei amarior est iactura quam lucri dul-
cedinem degustare orso · G. Lusi et lucratus
sum · R. Gaude ludo taxillorum tale est ac
si dulci gaudeas veneno · utrumque mor-
te premas excipit · G. Ludo prospero dele-
ctatus sum · R. Peior est delectatio pecca-
ti quam peccatum ipsum · Aut qui mala consue-
tudine pene coactus peccat neque post
peccatum gaudet sed tristatur et si fieri possit
non peccasse maluerit · Quosdam vidi-
mus inter libidinum flammas quandam
velud glaciem doloris ac penitentie sen-
tire et si dici liceat velle simul ac nolle
peiorem hic in partem mali usu quadam
vi detortos · hos aut insignis quis spe-
ret usu excusso ad meliorem semitam
posse converti · At qui de peccato exultant
quid de hiis ero · reliquum spei est · G. De-
lector taxillorum ludo · R. Spero ne forte
semper · neu diu tua delecteris voluerat
assidue fundatorum status urbium · tu sta-
biles tales putas · Crede mihi volvetur
et seu in lacrimas gaudium tuum volvetur ·
neque non sic volvetur ut vidisti · tue ia-
ne tibi gaudium nunc vel gemitus pari-
unt · G. Delectat ludere · R. Delectatio
funesta et turpis corrupteque anime nil com-
miseratione dignius est · Nam quis queso in-
geniosus seu quis homo et non potius taxi
belua delectari queat ludi nomen
habente nequicia atque impietate fedissi-
ma ubi inter homines nullus nisi huma-
nitatis · nullusque ipsa tranquilla iracundia
ac merore obstinati confusi et clamo-
ribus effrenati · nunc iam sine humani-
ubi non decor morum non modestia
sit verborum non amor erga homines
non erga deum reverentia nec · Sed iurgia et ri-
xas et doli et periuria · et rapine et
vulnera ad extremum et homicidia ·
quoque nil in deum sevius per humana
temeritas divinum nomen blasphe-
mie quibus ante omnes scelerum offi-
cinas ille ludus infelix fuerit · ubi
si quos forte tacitos pudor tenet
cerdo tamen suspectantes quid labris cor-
dis agant stant ipse · Nunc hinc

laudum verus homo non dicam tractare ma-
nibus sed spectare oculis possit et non angi
prorsus fugarique scelesti spectaculi feditate ·
G. Delector tamen hoc ludo · R. Vide ne esse
tui exercitium incipitatio in tuum capiet mala
consuetudine delectari quo nil dictu levius
opus quam exitio est · G. Delector taxillorum
ludo · R. Abstinenda delectatio inhonesta et
si non virtutis ac saltem fame studio et pu-
doris cura · Nam vix aliud in actibus homi-
num invenias ubi tam clari mores ac vita
detegantur · vidisti alacriter in plus descen-
dentes in hoc ludo treme atque horrere
flebiliter et sua numina invocare · quosdam
alibi magnos ac tranquillos illic propria
pecunia et preciam irasci et in fine furere
quam multa pro paucis nimis sepe ibi fecerunt
viri fortes que pro ingenti thezauro alibi
non fecissent · ibi enim victorum omnium sed in primis
ne iram atque avaritie regnum est · Demisit
ut Naso meo libro quam inhonestum quidem ac sce-
lus putarem artem docet · utile tamen vitiorum aliquid
interserit · amatrices monet et ob animi
sui celanda ludo huius quam simulent abstineant
ne aspertus iracundie quam avaricia exhauste
amatoribus displiceant suis · Nunc id vix
digne precipitur ne non modo hominibus sed dei oculos
omnia videntis et bonos alios ingenue
amantes offendant · G. Lusi gaudeo · R. Ex-
de suo malo gaudium stultitie est · Quid Ether-
tarcus quispiam ludi huius inventor fuit
cuius nisi ludibrio ac mox frientes rerum
inuidio subiacent ac stupori · Nam quod
mirabilis quam pueri proverbio vulgatum verum
longi experientia deprehendunt · Omnes huius
ludi magistros nudos esse atque inopes
et egenos ·

De ludis hystrionum

Gau(dium). Delector hystrionum iocis · R. Nobilior
Domitum delectatio illa est quod de voluntate
musica liberali seu quadam arte propitur
hec solius vanitatis et impudentie plena est
G. Hystrionibus delector · R. Malim pau-
peribus malim amicis humilibus malim ta-
ndem solitudine delecteris · G. Hystriones risu-
m movent · R. Quid tu illis quotiens di-
se dum videntem risit hystrio quotiens se
irridentis amicitiam amatoris fingit aliquo
quo falso illum ut se aut delectat · G. Hy-
striones doctos habeo · R. Habes de quibus
rides · quique te rideant et qui rodat · Prestite
diutius pueritus que ab etruscis orta
rome crevit adeo usque perdine est cui ea

Naso

c. 28

Esopus
Roscius

ut Esopus. hinc questu patrimonium in
credibile atque immensum filio dimiserit. Et
Roscius vagam sparsamque rem artis colle
gerit. de hystrionica librum scribens. in quo
artem suam oratorie conferens. proinde Ciceronem cum
quo certare non erubuit. cum scilicet obstinate contenderet an affe
ctus animi conceptus et abditos quos Cicero
verbis ornatis varie pronunciaret, ipse alius
sed effectu pari gestibus aptis exprimeret. Et
sane fuit ille mirus artifex, ut serio quid
tam diu esse ut tam triste potuerit quod non
facile lenisset. non dico quidem facillimum
atque mitissimum Ciceronis animam ingenio me
ruit dignusque pro quo tantus orator verba
faceret et de quo scriptum opus memorie po
sterorum traderet est habitus. Sed qui theatri
cum atque superbum Sylle animum inflexit et
ab illo omni ex parte admissus in gratiam
anuloque aureo donatus est. qui tot gra
ves ac severos senes senatumque illum per quem
frena orbis agebantur quotiens voluit ad
risum atque leticiam coegit. qui populum roma
num tantum et tam varium sic illexit ut diur
num salarium de publico mille denarios sin
gularibus ac ministris solus ipse perciperet.
Magna merces operis exigua fingatur
moneta. non sine mira quadam et insolita
agilitate animi fieri haec posse consenserim
ut si quis usque Roscius assurrexerit non tibi for
te sit vetitum quod Ciceroni licitum fuit
non solum ludis interdum sed familiaritate
et ingenio uti. Cum enim ingeniis inter se quamquam
studio et professione distantibus multa cognatio
sit. haec non contemnens nitorem brevem tempore nobilis
sime artium retrocessere ne dicam hystrionica
que eo redacta ut nunc illi deditos corru
pto gustu falsoque iudicio esse non sit dubium
profecto et consequens est ut quibus mala bene
sapiunt bona illis ignota sint et turis no
bilibus insuetos esse qui vilibus delectantur.
G. Multi cottidie me frequentant histri
ones. R. Frequentabunt te desinent cum tu
dives aut largus dicam rectius tum tu
stultus ac prodigus esse desieris. G. Magna
in arte hystrionum est. R. Immo ministra
que te unctum comitentur. sic eiusque destitu
ant. nec destituisse sufficeret nisi hunc
plausum par sequeretur infamia. Sunt lingue
quibus quies ac silentium pena est. numquam
vivunt nisi de aliis vivant aut falso laudant
aut livide detrahunt et quorum nequeunt
mordere divicias famam mordent. Una
est hystrionum et parasitorum lex utrique bla
di armati post fortunam eunt. Venu
illius implesse ventrem sat est. hys alia
fames tibi initio imitare genus est implenda
cupiditas fudo caret.

De palestre ludo

c 29

G. Palestricis delector ludis. R. Despe
ctator vanus si luctator insanus.
G. Palestricis exercitiis vaco. R. Non singu
lis verbis quidem in maturius sic apparet
Nempe hec ut superiora corpori serviunt
quod ut paulo ante meminimus et aliquando ho
nestius sine impetu et sine strepitu fieri
potest. et est agitatio animi quedam nobilior
quam si nosses hos corporeos conatus et sper
neres et odisses. Sed vos animi quam hospitem
degeneres atque inusum corpus ut dominum que
nedum ac dilectum colitis. Illi servitis illi
metuitis, illi aratis, iuvare id quidem illud
iustius quam eo omnia refertis. cura quam animi
potior vita noctes illi insomnes agitis
illi suspiratis, vota illi facitis, ingenia ac
quam artes illi discitis. Illi demum obsequium
ac servitiis superioribus dominorum omnium atque
ingratissimo. cui non unquam satis aliquid. nec
si quid aliquando defuerat, nulla unquam memo
ria sit accepti. huic tali domino quicquid nasce
rit paratis atque esurienti animo. huic omnia
vobis necessaria sed superflua undique ac nociva
convehitis. neque ea solum que ad victum
pertinent ac vestitum, de quibus suo egimus
loco. sed que ad ludos etiam varios atque libidines
non videntes quam vitis adversa totalius ipsa
sit veritas que disertissimo Ciceronis ore
loquitur. Unde apparebat quod qui corpus negli
git non se ille sed fragile caducumque domicilium
atque animum ille vero sese negligit. neque vero alit
tu is es quem forma ista declarat. sed mens
cuiusque is est quisque non ea figura que digito
demonstrari potest. G. Palestre delector exer
citio. R. Quadrigarum fervor et equorum
strepitus et ardentes rote per angustias in
offense et luctatum plausus atque collisio
olenti sudor pulvis mirabilis sed illa
quidem oculorum seu narium voluptas. hebe
tatique sensus indium ingenis. que si sani
integrique essent non clamorum atque tumultu
um officine quas palestras vocant. sed
observatio diligens palestre huius nascites
ingrediuntur qua vincentes tenent unde di
gredimur obeuntes. atque utilior quedam
honestiorque suavitas delectaret. G. Studi
o deditus sum palestre. R. Sunt et quidem

apud veteres non ultima gloria sed tam magna
ut senem illum Rhodium Diagoram qui et ipse
palestrita insignis fuerat cum duos una
die filios palestrae insignes victorias con
spexisset cum nichil clarius iam restaret
quo aspirare posset in ulnis amicorum alter
Lacedemonius dicit moriere Diagora
non enim in celum ascensurus tam magnum tamque
altum censebat decus unius familie palest
tas esse. Levicula prorsus et graecula neve
laudis estimatio sed comitis adeo ut magna
etiam turbaret ingenia. Nam et Plato philoso
phus olim Olimpionices clarus fuit inque hac
arte multis notis auctoribus adolescens in
amplitudo quidem unde Platonis nomen
ortum putant roburque corporis et etatis
fervor iuvenilem animum impulerat ad ex
perimentum mirum ubi cum summis quoque par
esse accessu temporis cognovit quid agere ad
meliora se transtulit Socratique similis fieri
maluit quam Chilon. Et sane multa etas ex
cusat. Facile teneris animis ignoscitur va
nitatis excusatio nulla est viro. G. Pale
strae studium delectat. R. In hoc saepe vilis
simus omnium superior fuit. Ac corporea mole
animi virtus oppressa est. Que tum in duam
ut heroum proceres quem Milo ille non su
peraret qui per stadium bovem vivum gestans
humeris cucurrit eundemque inde ictu ma
nus occisum uno die solus haud quaquam
integrum comedit. Mira res dictu sed
apud historicos vulgata. Quis huic igitur
in palestra sine regno par occurrerit.
Atque nichil indignius quam grandes spiritus tali
belue succumbentes cernere et ignavo nobili
bus animis bene sibi fidentibus summopere
providendum est ne sua sponte descendat
ubi ab ignavissimis vinci queat contra
tu si contentionibus gaudes id tibi sume cer
tamen in quo fere semper superior qui melior
non de corporis viribus aut omnino de re
ulla ubi peior idem possit et victor non
de opibus sed de dignitate de potentia sed
de scientia ac virtute contende. Deorumque eo
animo non ut cuiquam famae obstrepas sed
ut aliene laudis emulatio tibi sit cal
car ad gloriam. Nulle ibi sunt partes iudic(is)
sed virtutis. Habes et hic exempla certaminis
huius vetustum. De quo Crispus non diu
ciis inquit cum divite neque factione cum facti
oso sed cum strenuo virtute cum modesto
pudore cum innocente abstinentia certabat.

honestissimum hoc palestre genus quo te
exerceas non tamen Olimpio sed ubique non minus in
thalamo quam in foro nec minus in orto quam in arce
neque cum presentibus modo sed cum absentibus quoque
tanquam etatum omnium ac terrarum viris illustribus.
Semper memorabile ac magnificum illud Sci
pionis apud Livium iudicium Marcio igitur
cuique id accidere ait certum habeo ut se non
cum presentibus modo sed cum omnis evi claris viris
comparet. Tu quoque vel de grege presentium si occur
rat quod vix spero vel ex omni memoria
vetustatis quemlibet tibi parem delige cum
quo non ulnis aut cestibus sed ingenio ac
virtute luctabere sine metu periculi sed im
marcescibilis spe corone. Hoc de palestra
consilium. Hec sententia mea est. De specta

culorum delectatione. G. C. 30.

Delector variis spectaculis. R. Certo forsan ac thea
tro que diu loca bonis semper moribus ad
versa fuisse notissimum quo quisque malus
venerit redibit pessimus. Nam bonis iter id
ignotum est qui si casu ignari adeant con
tagio non carebunt. G. Certo delector atque
arena. R. Atque delectationes alie vanum
seu libidinosum aliquid habuere. Hoc utrumque
superadditaque sevitia et inhumanitas. Sed hominis
animis rem indignam. Nec excusat quod huius temporis
Romanum olim flos hominum delectatum sunt
recto namque iudicio urbs illa alioquin ha
bundantissima honorum omnium atque illustrium
exemplorum nichil omnino reprehensibilius
habuit reliquisque deformis sibique invicem
quam hic discordiarum civilium hic ludorum stu
dium immodicum quibus non sufficeret bellorum cruor
domi militieque nisi cuncta pars esset cruen
teque etiam voluptates nisi tuo fortassis
honestius quis theatrum dixerit cum pariter
inhiantes videas non modo populum sed senatum
atque ipsos mundi dominos imperatores Romanorum
sic spectaculis capiebantur. Illi etiam qui
humano generi spectacula facti erant. Rem
mirabilem dictam sed cognitam vulgatamque
eos qui tutores animos theatralis fuavit ille p
raeserat non modo coniuges castarum et filias
sed virgines quoque vestales in publicum atque
in turbas educerat quarum pudicitia nichil
exactius nichil fama tenerius nichil con
versatione secretius usque adeo ut in re
omnis motus corporis cultus cordis sermo la
scivior nota dignus ac supplicio haberetur
et tamen hiis ipsis in theatro locum assignasse
legitur non cuicumque sed summo atque optimus

principum augustus Cesar neque enim de illo est error is quo magni errant sed maior potius atque suspectior. G. Spectaculis ludos spectto. R. Rem que non honeste geritur nec honeste cernitur nec facile dictu sit an lusor infamior an spectator an scena sit turpior an orchestra nisi quod illam sepe paupertas hanc vero semper voluptas trahit in omni autem delicto plurimum interest utrum inopia aut libidine seu superbia quis deliquerit. G. Amphiteatri spectaculis delector. R. Dampnosa undique et publice privatimque nocens delectatio quod facile colliges si te iam tedeat ex historiis rei huius initium progressusque. quanto publici census impendio quanta quoque infamie provincia ducti eius quanto demum ipsi studio ac labore construxerant equidem et tot vana dimicatione difficile et iam vulgata supplicium. millesimum gladiatoria non ludo tantum satis multa sed prelio elephantorum supplicium tigridumque et leonum ac pardorum greges onagrorumque equorum ferorum atque animalium diversissimi generis e toto orbe transmissos. omnium terrarum silvas omniumque gentium venatibus romano famulantibus theatro. Adde illa edificandi luxuriem exemplo carentem non imitatione carituram. convectas terra pellagoque marmoreas columnas in ludos usumque et artificum summis ingeniis expolitas et iterum scenas auro nutante frondentibus cuius princeps infamie nominandus est. Scaurus is qui edilis in theatra scena opus dierum paucorum et in paucis lignis ac finibus attolli poterat sufficiens oculis populi talibus gaudentis trecentas sexaginta talium mostra columnas intulit. feritque opus ut scriptum teneis maiorum omneque unquam fuerat humana manu factum non transacta verum etiam eternitatis destinata ne quo prevenit ut veri simile diceret pristinatione primum grauem ciuibus idem potest civilitate levissima mores bonos in exilium perpulisse ut qui militi pudori tempus inam plebe de multam qui vitalium impensis rei publice auctor et exemplum fuit. Sed o mirum dictu mox furorem hunc vincere secutum furores quibus effectum est ut miraculo operum ac inde factum oportuerat preter romam nichil mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Nam et hoc itidem scriptum vides penetrata esse intima ipsosse silices egesse rupes abditum. auersi amnes et in fistulas coacti inclusi aut exclusum moribus iratum equor suspensa iuga montium temptatique marium recessus

temptati

demumque stratum tale signatumque nepotibus iter insaniendi et impleta in nobis spes avorum magnum sed defuturam ex livitate et ut cumulatius malum sit privato damno accedit calamitas privatorum qui spectandi cupidinem compediti et quotidiam iterumque quod sunt immemores neque dierum labi sentiunt neque armata tergoque instantem respiciunt egestatem sic inmissum et privatam publicam et publica privatos in privatam vertunt. neque vos patrimonorum iactura gravior quod morum ubi libido dissolvit humanitatemque dedisset. Quid inde quod de spectaculis spectaculis. Iam inde ab exordio primum regum nostrorum Romulus omen fuit qui in hiis rigidam veteritatemque illam sabinarum pudicitiam turbaverat et sic utriusque matrimonium honor exit invidiam. Atque multis hec postmodum non ad coniugium sed ad stuprum vagamque licentiam fuit via. Ad summam et hoc teneas velim pudicitiam spectaculis sepe stratam sed impulsam et ut sileam viros quibus hiis scelere furor est. ut pene iam adulterio glorientur militarum ibi fama ut pudorque multe inde domum impudice plures ambigue rediere castior aut nulla. Iam vero que corporum cladem neque quid pravius desit infortunium que vero non singulorum modo sed populorum strages vidioso sunt et risus subito versus in gemitum clarusque funera e theatris et plaudentium chorum in siste lugentium cohortes. vidisti ut Curio is qui civili bello qui Cesaris partibus in affrica occubuit ut Scaurum cum opibus equare non poterat ingenio superaret non marmoreum ut ille sed ligneum theatrum duplex et ac persile meditatus populum victorem gentium ludis victum et periculis plaudentes mira arte suspendit ut ridentes metu stupentes que ipsis extremis expectationibus risu fierent ac stupori et mirarentur in proprio se obiecta. Nimis licet magnum credis tamen flectere potuisse qui oculos hominum levemque voluptate suppositum tot milia civium volubili spectaculo circumvolvit. At neque ibi perijt dicat aliquis sed perire potuere et perire alibi invenit ne ne attingam novas simul ac veteres ruinas quibus sepe multi mortem simul ac tumultum invenere sub Tyberio principe celebrato spectaculo apud Fidenam urbem amphiteatrum lapsu oppressa viginti hominum milia meministi. Hec spectaculorum fructus. Hi sunt eius. G. Spectaculis cum vo

luptate detineor R Aut fictis amoribus
aut veris odiis. Primum est equidem vici/2m
vero non est vel hominis spectare quis ferrum
iugulo lentius excepit. qui feriendo velocius
plus cruoris effunderet. quis minus concus-
sa morte palluerit. quid crudelitati ad
scolam ire iuvat. non egetis preceptoribus in-
mis dociles malorum estis. Solum pueros
docen dissitis. quam necesse est quid si tam prom-
ptis ingeniis artifices scelerum ac magi-
strorum plebs accesserit quos natura mitius
fecerat seviciam spectacula docuere. mens
hominis in vitium prona non urgenda utique
sed frenanda est si tibi longius egre stabit
si impellitur preceps ruet. multum malis au-
ribus inicitur sed multo plus oculis illuc
quasi fenestris bipandentibus in animam mox
irrupit nil potentius in memoriam descen-
dit quam quod visu subit. facile audita pre-
volant. conspecta vero imagines rerum he-
rent etiam invitis. nec se tamen nisi volentibus
ingerunt. nisi preceps atque omnis habiture
Quo progressus igitur quis te rapit impetus
ut ad horam gaudeas unde semper doleas
ut videas semel quod vidisse milies pe-
niteat. iugulari ferro hominem aut ferarum
dentibus in quibus que discerpi. cum tale ad-
quod et vigilem turbet et sopitum terreat
Nescio quid hic dulce seu quid non potius
amarum ac triste sentitis. nec ullum maius
in vobis insanie argumentum video quam quod
cotidie vos ad mortem miseris delin-
initis in lecto et velud stigio sopore de-
mersos dulcedo amara et delectationum
amena precipitat. Una est nobis lex rerum
fere omnium quicquid capitis quicquid molimini
quicquid agitis contra vos est. De equorum

c. 31. E quo agili dele[ctor] delectatione. G.
ctor R Sferoci[s]simo et inquietissimo
animante insompnique [re]pleta voragine
G Equo libens circumvector R Non multo
prius mari turbido quam frementi equo
rapi. nullum animal insolentius domino suo est.
nec inepte iam equorum domitoribus in
proverbium venit. bis equum male facere.
quam nimis hic hinc superbum fit. qui
illis viribus. vacans pernicitate. pro velle ci-
bo fieri alterius. domarique sineret. unci-
ferro frenari calcari perfossa clavis ungu-
la ferro erigeri ferratum ferro noctur-
ne turbe carcere carceram ac gravem servi-
tium pati posset. Inde aut quasi indomitum

non tamen pro libero sese gerat sed ut dominum su-
um hostis agit omnia. sed currendum est stimulos
non audit. sed subsistendum frena mordicus
rapit. sed fremendum torpet. si latendum fre-
mit obsequiosum illud ut prohibet sedum
sed animal nobile regum optabile colendique di-
gnum quod enormi precio comparatur. anxia
nutriatur cura. ymmo non animal et omnium impati-
ens et laboris illo tumidum. hoc deiectum
nunc impetuosum animal. nunc ignavum. nunc
audax nunc trepidum. nunc volatile nunc
caducum. hic culicem metuet atque umbram
hic dominum suum spernet. dum sic sed illum longius
in discrimen trahet. quis contumaciam quis
morsus aut calces explicat. quis hinnitus
et ascensoris impatientiam ac sessoris. Denique
quot equorum mores. tot equitum constat pe-
ricula G Equorum studio detineor R Ra-
rum nisi ingentes viros usque ad ludibrium
captos hoc studio meminissem. Ales Alle-
xandrum macedonem non audivimus arma-
to equo tumultum excrevisse. urbemque equi
de nomine appellatam. sed michi in illo mira-
bile iuvenile impetus et cum fervor facit
mirabilior in augusto quamvis minor inep-
tia. neque enim urbem equo ille suo insti-
tuit sed sepulcrum. Idemque ipsum illi gravitate
atque ingenio impar fuit. Nam divum Julium
monstruosius semper an ab ipso an ab a-
lio ante edem veneris marmorea sit
constitutus effigie dubitari potest. minor mul-
to vel etate vel gloria verum opibus ac ce-
sareo nomine pene equalis. Anthonius
verum ut sileam que vivum que ne amictu
equo que innodie amabat exhibuit.
certe et viventi simulacrum aureum fieri et
mortuo sepulturam. quo gravius sthoma-
chem in vaticano extorri tot inter sacra
ossa dei condita et condenda vix credibi-
lia loquimur. Verum tamen horum similiumque cosi-
nates heroum animis apud inferos quoque
equorum studio deditas facit. Nec minor eo
sed maior est vanitas que tua magnos ad se
animos traheret. potest et ne ve qui prosta-
tum non moderna amentia suffecerit red-
eat ad memoriam nec longe seu loco seu
tempore respondus adhuc cum vivat vel dum
fervuit et in terra ytalica nobiscum degit
is quem nominare non est necesse fortune
utique vir ingentis. vir parum ingenii
consiliique vir. alioquin magni animi vir
insulsi ubi quid sero agendum incidit. q

tu egrotanti equo cui amabat aureu
pulvinar ac sericu cubile substravit cu
ipse interim podagra victus atque immo
bilis medicorum legibus regeretur nichilominus
aut aut servorum vectus manibus aut equo
alteri vix insidens et suos medicos secu
ducens equum suum bis terque cottidie visitabat
illi suspirans atque anxius assidebat illu
leniter manu tractans blando murmure
solabatur. Quid multa nullu medicine ge
nus intemptatu nil languenti amico debitu
pretermissu fuit. fabulam fortasse posteritas
vocat. vera res et magno in populo nota est. sic
vir fortis equi qua gessit vt prius sic ex
tinctu lugebat ut filiu. G. Delectat equitare
R. Est quidem utile itinerandi et celeritati
accommodum et fatigationum remediu et nobi
litatis insigne. nec inficior gloriosum vul
go extantem insignem equo vehi et cunctis
excellere. nec inertiae solo sed humeris et pene
toto corpore sustinere. Contra vero laboriosis
simus sepe domino suo pestifer immitis equus
optes vitare pedibus agere. tu nulla est re
spirandi aut minimum facultas equestris prelium
pedestri lucto seu pluere permutatu et uel.
Proinde multos de media morte rapuerunt
equi. multos in mortem impulerunt aut
allisserunt aut corporibus oppresserunt. Quid
non vltimum velli semen. et qui sunt.
Tolle equos peregrinos terras incursus par
terque per maritimam bellice cladis abstuleris.
ut quod ventis in navi. quodque de julio cesa
re in hystoria est quesitu. expediens ne fu
erit aut flare ventos. aut cesarem nasci.
et de equis similiter queri possit tam multa
sunt utrique contraria. vt immerito thesalia que
primo equos repperit domuitque prima aurum
argentumque nimium cupit. primo de lague
rant reptavit martis seminariu iusticie
que non semel tot post secula rubeo cadosque
sanguine patuit. G. Quid me putat innat
poeta nisi nisi nobilis equi spem moveret
ne describit R. Nec te terreat hebraicum
vates ubi aut. Ab increpatione tua deus
iacob dormitaverunt qui ascenderunt
equos. exeunte singula non tam illud leve
quam hoc asperrimum. De canum delectatione. G.

.32. At canibus gaudeo R. Hic martelli
ago adolescentis imberbis gaudiu
de quo Flaccus Gaudet equis canibus et
aprici gramine campi. vide aut ne quod
sequitur sileretur cereus in vitium flecti monito
ribus asper. vtilium tardus provisor prodigus
eris. sublimis cupidus et amata relin
quere pernix. Hunc te enim ex metuo quod gau
dium tuum in fugacissimis rebus locas. G.
Canibus aut volucribus delector R. Hoc in
sanire deerat. volare etiam instituis.
dendu vel felicitati detrahendu tue ali
ena seu turpitudie seu fortuna et si alys
aliter videatur in quos ego smaz su p
mior ut magis in scimus visum phis ex
filios euectibus imminuit patria felicitas
imbecille bonu qd i extremu prominet
pendet ex altero q si opinionez hanc ad
mittimus quid hic sit intelligis dubitari n
nequit qn multi felicius obituri fuerint
si sine filys obyssent. De moriente qui

c.130. Insepultus metuit insepultus abiiciatur.

Insepultus abiciar. R. Avibus an feris an pi
scibus invides. Naz si metuis tibi baculu
seu custodem iuxta te poni iube quo a
cadavere repellant. G. Ludis in malis me
is. Na profecto nil senciaz R. Aliud g tice
q non senciat. Naz si sencias prober
sentientez ei sepeliri necesse est G. Inhu
matus iacebo R. Tu nisi te tellus operit
illa pinces te nisi terra operuerit celu ope
get. Notu est illud. Celo tegitur q no h
urnam. Illud est notissimum. Facilis iactura
sepulcri. Facilis mihi sic ut nulla facilior
G. Inhumatus ero grave dictu R. dictu
nescio re at profecto levissimu. multoq tole
rabilius sepulcro carere q domo lodice q
sacculo. G. Inhumatus ero fedu visu R. fe
dum fortasse alys tibi at michi minus. Oez
quidez sepulturaz no nisi vivos causa
instituendaz esse doctos hom auctus et res
ipsa ostendunt. Idq sic esse sepulcrorum spes in
dicio est. que introrsus inculta et horrida
rude incolis suis situ obiicit exterius multa
impensa et artifici ingenio laborata mar
moreas spectantibus atq auratas prendit y
magines. G. Insepultus ero turpe aspectu.
R. Parcu ne ergo negocy tui habes in su
scipias alienuz providerat esse res tangit
hanc tu ei turpitudinez no videbis G. Inse
pultus linquar misere R. Et magnus
Pompeius insepultus iacuit tantus vir.
io n' iacuit s iactatus e fluctibus obrutusq
neq adeo te delicati aror ut opinioe tua
factus ille felicior sit sepulcro. Sicut nec
collega eius Marcus Crassus infelicior.
q qui eu sepelliri iubet nemo affuit.
In reliquis n pene pares extu fuere nisi
q Crassi capud ut ditissimu avarissimusq
om decebat auro gravius fuit servatu
in utroq ludibrio nisi forte tercius hor col
lega felicior q altissimi atq pulcerrimi co
lossi in vertice situs ostendat. Celsa et
templa despectus bello quid fortunato
rem fatear busto regem sic hoc saxum
illo pulcrius fateri oportz no felicius. Q
ei ista felicitas no sentientis seu saxi su
saxo abditi aliorum si sepulcro felix sit
nemo felicius mausolo G. Inhumatus ero
R. Inhumati esset Paulus Emilius et
Claudius Marcellus tales viri nisi host
illos infestissimus sepelisset admirator vir
tutis nisi fallor et verecundia victus non
pietate ulla que in illius viri precordys
nulla fuit. ut sepulturaz ego illaz pene i
nvisam futuraz ipsis arbitror sepultis et
si eis optio datur esset inhumatos se iacere
voluisse. Insepultus est Cirus iacuit Persar
rex neq id sibi neq ut Scithicus infamie
fuit s cruenti mores quibus acerrimam
illaz exprobatioz iniuriazq promeruit. Quid
vero nunc singula nuda cadavera collige
et vel romanos participes ut externos re
ges no solu sepulcro ultio et optato eorum
s mani honore spoliatos qui eciaz lacera
tos discerptosq et membratim sparsos in
vidiosuz dicere in regio cadaver iacuisse
cu obiecerint annis inhumanos strages ge
ntu atq ut ita dixerim insepultos orbis.
Nempe cu ipso quez dicebaz Ciro ducenta
persar milia et cu Crasso sedecim florentissime
legiones. et ad Cannas romanorum civium
ac sociorum octoginta quinq et eo amplius mi
lia. quinquaginta sex milia penorum hispanorum
ligurum gallorum ad Metaurus amnem ipso cu
duce hostium. et ad aquas sextias idez loco
nomen. Ducenta milia theutonu haud p
ab alpibus utrobiq duce Mario. Centum
quinquaginta ut quidaz sunt auctores ut
q minus dicunt sexaginta no amplius cim
borum milia insepulta iacuerunt. Apud
Philippos vero regiu gentiumq omi auri
et ytalici sanguinis flos vigorq. De
placitu superis bis sepulcro carentes
campos Hemonios ferasq et volucres
impinguavit. Quid ad Egates insulas
deleta Carthaginensiuz classis. Quid
Marsiliensium ante portus sin hostia ip
ipso fidelis patrie prospectu. Quid ne
semper ytalos labores loquar classis A
thenensiuz ante urbem Siracusiaz de
mersa quale habuit sepulcru. Prelego
Salaminia et Marathonem. treceniaq milia

illic fusa spectas et si alii duplo amplius dicunt.
Transeo hebreos conflictatores sathabas et
amazonidum acies atque et parthorum strages et
illas inermium populorum pestes certe tales se-
pe ut cadaver cadaveri tactum licet abstra-
xisset paulisper pietas. Fuit incensus et serpen-
tium atque immanium beluarum quarum impetum
dicearchus docet ut ait Cicero. Quedam
hominum genera ex consumpta tempestate periere et quo-
tidiano naufragio. Nam qui flammis pereunt
non egentes busti cineris. Omitto furores do-
mesticos intestinasque discordias de quibus dictum
est bellum civile sepulcra inter ducibus prestare
potest. quod de extremo utriusque etiam est
bello, nec ruinas urbium sequor. troye Iero-
solime. Carthaginis corinthi Numantie ac
sagunti aliarumque multarum ubi magna pars civi-
um muris oppressa labentibus et sic patrie co-
sepulta est. Mitto denique terre motus quibus
multi sepe mortales obruti sunt. quod dum nunc
quam crebrum malum fuerit diversis in locis nun-
quam tamen quam in Asia insignius. ubi duodecim urbes
uno die horrificis terre hyatibus hauste me-
morantur. Hec tam multa dixerim ut ridiculum
tibi metum eripiam qui morte magis dam-
num metuis sepulcri atque illud huic vi-
li corpusculo defuisse fers graviter quod tam multis
hominum et bellorum et quod sunt indignius
sanctorum insuper milibus defuisse compertum est.

M. Defuncto michi terra negabitur predixit.

R. Non id durum sed tu mollis qui nec sentiens
ledi queas. M. Mortuo michi terra negabitur indi-
gnum. R. Quid ita ille ne tibi an tu illi debi-
tus. Atque terra fortasse negabitur non tu ter-
re. potest bustum tibi casus aliquis vel iniuria
hostilis eripere. tu e terra venies in terram rede-
as oportet id tibi deum tuum ore predictum falsum
esse non potest. M. Non me gremio telluris
teget. R. At tu illam teges modo corpore. Quid
ad te plus hoc post mortem pertinebit quam
nunc pertinet ubi olim unguium aut crini-
um excrementa ubi fimbrias exutas san-
guinem ubi denique pueriles tunicas seu fa-
scie infantilis fragmenta dimiseris. An
oblitus es theodori cirenei apud Tullium ele-
gans responsum cui cum lisimachus rex
mortem crucis ut augurior minaretur. Istis
queso inquit ista horribilia minare pur-
puratis tuis. theodori quidem nichil interest
humi an sub limo putrescat te nisi tellu-
rem eripiat ac superficies sustinebit. hic
te gramina vestient. hic ornabunt flores
leti hospitem. hic te ymbres madefacient.
hic sol uret. hic glacies stringet. hic
movebunt aure et fortasse naturalius sunt
compactum ex quatuor elementis corpus
in totidem resolvatur. M. Inhumatus liquar.
R. In opinione horror non in re. quamvis sidera
apud alios horridum terra tegi pulchrum
igne consumi. quod maioribus nostris visum
scimus. Apud alios pulcrum a feris
aut canibus laniari. Innumeri de hac re
sunt gentium ritus quos curiosus a Crisippo
collectos scribit Cicero. Tu nuda iacebis
humo. Ast illum premet lapis horridus il-
lum putres glebe obruent. illum vermium
volvent unde. illum venti pendulum agita-
bunt. grando feriet lacerabunt corvi. de-
mum preciosissime conditos ac velatos
purpura vermes rodent. Quid nam vero
sed amplius qui marmore tegitur atque
auro. quam qui flens apud poetam ait
Nunc me fluctus habet versantque in littore venti.
Et si ille erroris publici morem sequens
iniecti sibi terram orat nisi hunc etiam for-
te fabulis acquiescis annilibus centum
annos errare animas insepultorum hominum
circa thartarei amnis ripam. quas sa-
na utique ac religiosa omnes respuunt.

M. Bustum michi patrium eripitur. R.
Patrius respes si relinquitur bene est.
Habes quod tibi Photion vir magnus in-
videat quem civem de se aliter meritum
athenarum urbes defunctum quoque suis
finibus expulit. inaudita crudelitas. M.
Insepultus abiciar. R. Age res tuas
curam hanc linque viventibus.

De Remediis utriusque fortune liber Francisci Petrarche Poete laureati explicitur. Scriptus com-pletusque Anno domini Millesimo cccc° xxx°. xvi° Kalend. Septembris.

Incepimus in nonas ... [illegible]

Sequitur Registrum notans Epistolas Senece ad Lucilium per libros et capitula et incipiunt Rubrice singulares.

Liber primus

1\. De colligenda et sistenda fuga temporis. Et non esse pauperem cui est modicum satis est.

2\. De mutatione locorum et multiplicium voluminum lectione vitanda. Et quod honorabilis res est leta paupertas.

3\. De modo eligendi et colendi amicum. Et quod tam vicium est omnibus credere quam nullis. Similiter ut semper inquietum esse ut semper quiescere.

4\. De contemnenda morte. Et quod magne divicie sunt secundum naturam composita paupertas.

5\. De vitanda nimia vite distinctione.

6\. De malo spei et timoris. Et de efficacia exemplaris doctrine.

7\. De fugiendo turbe consortio.

8\. Vistatum beneficium fortune exprobat et frugalitatem commendat. Et quod philosophie servire vera libertas est. [De] se ipso contentus ami-

9\. Qualiter sapiens [se ipso contentus] amico non egeat. Et quomodo quis sibi amicum faciat.

10\. De sollicitudine vitanda in prudentibus. Et de sinceritate orandi deum.

11\. De invincibilis verecundie qualitate. Et de ymaginaria boni viri presentia.

Liber 2us

12\. De bono senectutis. Et quod in necessitate vivere nulla necessitas est.

13\. De utilitate exercitationis contra adversa. Et de remediis contra mala fortuita. Et quod stulticia semper incipit vivere.

14\. Ut non serviatur corpori. Et qualiter sit vitanda nociva potentia. Et quod maxime diviciis fruitur qui non indiget diviciis.

15\. De non sagmando vel impinguando corpore. Et de ipsius exercitatione et vocis moderatione. Et qualiter stulti vita ingrata sit.

16\. Ut ad bona vita venientes in philosophie robore solidentur. Et quod qui ad naturam vivit numquam pauper, qui ad opinionem numquam dives erit. [ce]derent

17\. Quomodo ad philosophiam cum paupertas expediat.

18\. Ut sine luxuria dies festi agantur. Et de paupertate voluntarie petenda. Et qualiter immoderata ira gignit insaniam.

19\. De secessu in ocium. Et de pertinacitate concatenatum se cupiditatum vitanda. Et de cena cum amicis habenda.

Liber 3us

20\. De concordia doctrine cum vita. De equalitate vite tenenda. Et de paupertatis beneficio. Et quod magnus est qui in diviciis pauper est, sed securior qui caret diviciis.

21\. Quod tendentem ad philosophiam impediunt mundane felicitatis falsa estimatio. Et quod solum studiosum ingenium facit aliquem clarum. Et quod in dies eo quod habere cupimus cupiditatibus detrahendum est.

22\. Quod occupationes consilio relinquende sunt non capitate fugiende. Et de vana querela occupatorum qui priores moriuntur quam nascuntur. [De] malo

23\. De solido et vero gaudio. Et de te prius.

24\. De premeditatione futurorum periculorum. Et de non timenda morte, in qua tamen non inconsulte animus est inclinandus.

25\. De corrigendis etiam inveteratis viciis. Et de ymaginaria boni viri presentia.

26\. De non accusando defectu nature. Et qualiter boni viri meritum mors examinat. Et quod egregium sit mortem discere.

27\. De voluptatum nocivitate. Et virtutum gaudio, ad quod perveniendum adiutorium non venit. Et quod numquam nimis dicitur quod non satis est.

28\. Quod non loci sed animi mutatio tristiciam tollit. Et de non provocando discrimine. Et quod initium sit salutis notitia peccati.

29\. Quod licet non omnes monendi sint, quidam tamen etiam contradicentes et illudentes docendi sunt. Et quod non sapiens malit sibi placere quam populo.

30\. Quod nichil habet de spe vite quem senectus ducit ad mortem. Variet etiam subiciuntur cause quare mors timenda non sit.

31\. De abstentatione cavenda. De contemptu laboris ut excellentia virtutis et animi.

32\. Laudat secessum a turba et cursum huius vite amorem procurrendi. [Et] de his qui pro[ficere] volunt. Et quod tempore

33\. Quomodo etiam philosophie verba sine exemplo sapientis

34\. Quomodo delectat magistrum profectus discipuli. Et quod magna pars bonitatis est velle fieri bonum.

35\. De differentia amicicie et amoris. De vivo gaudio. Et de constantia animi. [Et de fortu]na horrida

36\. De miserie felicitatis. De bonitate. Et quod propria boni animi meditatio sit contemptus mortis.

37\. De duplici magnanimitate. Et quomodo ad veram libertatem philosophia perducit. Et relaborat

38\. De utilitate familiaris brevis[que] ti sermonis.

39\. De differentia ordinarie orationis et brevitatis. Et quod sit proprium generosi animi ad excelsa tendere. Et quatenus superfluitas noceat.

40\. Moderatam pronunciationem docet. Et exemplum maxime Ciceronis vel brevis et tardiloquium.

41\. Quomodo in uno quoque virorum bonorum deus habitat. Et quod homo est ex sola animis bonitate laudabilis.

42\. Nota verorum que de potentibus male estimatur. Et de remedio contra damna bonorum fortuitorum.

43\. Quomodo operationis modus fere omnia magna facit et minima. Et quod prava vita a publico sese querit abscondi. [De ...]tate. Et de errore bea-

44\. De vera nobilitate vitam optantium.

45\. De modo legendi commentarios. De citau

tate ingenij no in rebus s3 i verbis exerce
da. Et quis sit uere beatus. |dulacdiez
86. laudat uolumīs sibi missi |vbi docet
q̄ meditando fertilis ē eligenda matia.
87. De familiaritate habenda cū seruis
88. longiori mora opus ee i solutioe q̄ i
ppositoe q̄stionis. Et q̄ amicis oīa mutuo
comunicat. Et de hys q̄ in tanta tpm egesta
te puerilib9 zophizmatibus intendunt.
89. De velocit^te tpis no i q̄oib9 puidaibus
expendenda. s3 exhortatoe v̄tutū redimeda.
70 De falsa excusatoe peccatorū Et q̄lr
possit inueterata etiā prauitas corrigi. Cur viu
tes sint q̄i bona naalia. z vicia nate inimica.
Et q̄ eas inicū arduū. s3 tutela facilis.
71 Amenas regiones vitandas rōmb9
et exemplis docet. |boni ad phiaz uenienti.
72 De trib9 gn̄ibus |Et q̄s i hac via sit
eligend9 adiutor. Et d' illiterata z retita laudab^ie.
73 De tēpestate z nausea quā passus est
i mari. pmittes q̄daz int' corporalia z spualia vi
cia. doc3 subiūges de auctorit^te magnificentia
z fortitudine phie. |ut anhelitu cui q̄r. d̄r
7e. De morbo suspirij |affligit9. Vbi mirabi
le documētū de morte subiūgit. Et q̄ sapiens
de vita exit z non eicitur. |one ei9. Et de
77. De villa vacie z disposit. |ignauo ocio
vitando. Et q̄ solus sapiens sibi viue sit. Et
quo ami9 amicos faciat sp̄ ee p̄sentes
76. Notat tumultuosā luxuria balneoz. Et
q̄ oīa vicia cū in apto leuiora sint. Et de
magnanimitate sapientis. |z q̄ no tior. s3
71. De cripta neapolitana |horor cadit i
sapientē. z q̄ aīa hoīs corpis angustijs co
hiberi non potest. |diuisione z differēcia.
78 De mltiplici re. |vbi exeplo platois
ostēdit qualr̄ parsimonia ducat ad senectute.
cui9 senectut' boni. n̄ corrupisse n̄ ...
79. De vō z inani gaudio. Et quo sapiētē
i piculoso mittere viue optcat sp̄ v̄tutib9 ex
munitū. Et eos notat qui sp̄ adulatorib9
suis indulgent. |superflui^tez dampnans
60. Ambitionē z |parsimoniā predicat.
61. Quo sapiens ad mortē sp̄ paratū hab3
z vltroneum ani. |sectata occupatione.
62 De simulata z as |Et q̄ breuissima ad di
uicias per cōtemptū diuiciar9 via est.
63. Consolatio de amico defuncto.
6e De efficacia sermois viri boni. z d' au
gienda doctrina poti z eo9 veneratione
67 D' mūo caso mundi p vanas fmas. z q̄ huc
aīo no h3 s3 dīna spectare seper debeat.

66. Notat eos qui tres grad9 bonoz | lib. 9.
faciūt. dicētes vnū tm̄ absolutū bonū s3
virtutē incapacē augmēti ul detrimenti
ex q̄ q̄cunq3 bona sunt paria sunt.
67. Quo bonū esse sit optabile.
68. Quo colend9 sit oīm z q̄d i eo tractandū
69. De varia loci mutatoe vitanda. z redi
menda tpis breuitate. |tis stulta querela
70. Quo inmature mor sit. Et sera mors | lib. 10.
q̄n ppcipanda sit q̄ndo differenda.
71. De cōsilio ex sūma vite captādo. quo
mors honesta res sit. De fortitudie animi
z de profectu phi. |cupationib9 cōtinuato
72. Cur exclusis oc |studio phandū sit. Et
q̄ solus sapientis sit ppetuū gaudiū.
73. Quod illi q̄uiores debet ee pncipi | lib. 11.
bus q̄ phie studentes. Et de excellentissima
boni viri potentia. |ex quib9 causis oria
7e. De inani metu |et quib9 purget^r re
medijs. Et q̄ ea q̄ vulgus hab3 pro eximijs
bona no sint. cōtra quod oppositioē subnecit
cum solutione. |nec accuratū debet ee
77. Cur vba phi |nec arida. Et de trib9
generibus in phia proficientium. |Et q̄
76. Cur sit etiā in senectute desid. |ppiū z
uerum hoīs bonū ratio tm̄ ul virtus est.
71. Exeplis z rationibus docet non cu | lib. 12.
randum de morte. |valitudinē animo
78. Cur intuitū ad bona |cū prima z mollis
exercitatio p̄stat. de tribus incōmodis īfirmi
tatis z eoruz remedijs. |ethna. Equale i
79 De silla z caribdi z |omnib9 ee q̄d bea
tū fac^t. Et quo gloria sit vmbra virtutis.
80. De exercendo in phia ingenio. Et q̄ | liber. 13.
vera libertas excusso metu mortis z pauper
tatis acqrit^r. |titudinē no est a beneficii
81. Cur p̄p ingratos is cessandū. De cōpensatoe
iniurie et beneficij. Cur nemo sit referre graz
n̄ sapiens d' bono gratitudis z ingratitu^me malo.
82 De inerti quiete ul ocio |inducit de
morte disputatioē q̄ licz spem habeat ma
li no tm̄ est bonū ul maluz. quā cōtenta^oz
repbas īfert q̄ morte no vbis s3 reb9 pugnādū
83 De statu senectutis sue. descz frugali | lib. 14.
cōuersatione sua. z de ebrietate pmū alioz
dem suam ponit sniam. |z stili. z quo
8e De alternitate lectionis |alioz dicta p
transformatioē nra face debem9. |thericos
87. De affectib9 ani q̄s stōm pypa dicit sa
pientē temperare posse non vitare. sed3 vo stoy
cos etiā vitāe Et d' beate vite pfectione.
86 Exemplo scipionis vtes balneos no | lib. 1?.

Clarum
Rationib9.
Consilio.
Dominic.
p9 loq̄uz.
tu b9.
q̄ quis.
Eximie.
Epla.
Animus.
Immortal.
Dubito.
Rerum.
Experto.
Hodierno.
Ipceris.
Desij ia.
Singlos.
Primum.
pepercit.

In ypa e. tat luxuriaz · subiicies de sacrib9 z ysa
combus queda oblectabilia senectuti ·

Nausfrgiu. 87 · Exemplo sui z cathois ad frugalitez
hortatur · Inmeates ꝯt pypatheticos dispu
tatoz de fortuitis ꝙ bona no sunt ·

lib 16 88 · De utilitate diuisionis de differe
nt sapiaz z phiaz · z ꝯtestatoe vtriusqz ·
de philozophie partib9 · ꝯarguedos de ana

Bliuali. 89 · Etiaz iuitos publice ꝯtra luxia z gula ·

Qe dubi. 90 · De phia ꝙ no sit res beneficiaria · de
aureo pmo seculo z h̄ luxuriosis possido
niu disputat artes mechanicas a phia in
uentas · z ꝙ illius rudis sli hoies non
sapientes s; sapientib9 similes erant ·

liberalis. 91 · Quo ad oe qd euenire sit firmad9 est
ani9 z ꝙ oia mortaliu mortalit damna
ta st · vt no indignatoe s; equanimit op9 e
contra fatum · ꝯtra eos qui dicut solaz

Puto. 92 Disputatio virtute no face beatu si
extrinis comodis · vl face qdez beatu s; no
beatissimu · vbi tradit hec fortuita n bona
ee n mala · z io nc bm face n misez · Et de
excellentia ani · vita no curad9 z ꝙ am

lib 19 93 · De breuiori plissimu vite spaciu est
usqz ad sapiaz viuere · ita supfluat di

An epta. 94 · Vtru ps phie prepti sputate z soluc ·
Et de aduocatoe ꝯ malu ꝑtaris opinionis ·

Petis. 95 · No esse petedu; qd' ipetrare nolueris ·
De dra int decreta z prepta · z ꝙ ad cosu
madaz sapiaz neut ualet sn alteris · z sn
possidoniu alia qdaz ad id ee necia ·

lib 18 Lamen. 96 · Assentiend9 ee fauor decretis ·

Errus. 97 · Vicia hom ee no tpm · Et ꝙ praua co
suetudo leta iucudiaz indulsit crimib9
que scdm nam ꝯsuetudie tuta ee no possut ·

a Ciceronis eptlaz ad acticu lib 1 ·

Inuigi. 98 · Qualit aduersus fortue ducitez ꝯpo
nendus est anim9 · ut filii mortui · Et

Eptam. 99 · Consolatio amici ꝙ luctu no volu
ptate sed maiore sanandus est · plex et

Fabiani. 100 · Qr phi oro mag dz ee sim plana
qm composita ul sollicita ·

lib 19 Omnis. 101 · De inopinato fati timore vbi notat
eos q logiorez vitaz simplicia ul turpitu
dine patiuntur · poni de claritate p9

b. Quo. 102 · Cauillatoriaz mortez disputat9 pue
dend9 philozo d' eadez differit clarit

vid ista 103 · De pmie insidias q st ex hoie · de ho
mis officio z quo phia utendu sit ·

Itineratione 104 · Qualit secessio in ouu ul pegriatio
no psit · s; nouat sn emedaoe ai · De
magnamit z excellentia huiam spirtus

qm no debe laborem ul mortez time · Exe
plo Socratis z cathois insinuat ·

105 · Quatuor ee q hoiez i pmaez homi
instigat · z quo singlos vitar incomodi
Et ꝙ mag ps securitatis e nich iique fa

106 · Qr affectu ai sint corpa captiose dis
tat · qua disputatioz ꝯuestigio damna

107 · Que patienda st ambulanti p hu
vite viaz · z ꝙ pmeditatio leuissia facit ex
grauiora · z qualt uarietas mortalitati
z fatu equamiter ferenda st · Et ꝙ

108 · De moderanda cupidit discedi ꝑfect
sit sapientez sep9 adire · z ꝙ maiori ipe
ad phiaz iuuenes qm senes accedunt · vl
notat eos qui phie docet disputare no viu

109 · Multis argumtis ostendat sapientis
sapienti prodesse · os infestos ee u

110 · Non optandos de fieri malis · z qui
p retractatiua sep9 phia notitia boi z ma
li necm · z superiam pt hri · Et ꝙ turpe e c
m aqua z polenta repone beataz vitaz

111 · De vera phi magnitudie qua zophiz
z cauillatioes ꝑstare no possut · dit iu

112 · Vtens z exemitie exeplo oste terati
gem prauitatem fore inemendabilem ·

113 · Dyaletice disputat p mlta inoueier
virtutes no esse aialia · moralez de for
titudine z iusticia doctrinaz subinferens

114 · De multiplici uarietate uitiose oronis
Et ꝙ pro qualitate ai dicentis ei9 iform
oro · Vbi ꝯtra luxuriaz sutiente declamat

115 · Qr sapietez no dez oronis sollicita ꝯci
nitas · Et de pulcritudie ai · ꝙ omn hic c
netuz no solida s; bracteata felicitas est
z ꝯstricta z ... z de fustis

116 · Potius ee illos q modicos hre affe
ꝯtra pypatheticos tractat · res su

117 · Argumentaty ꝯt quosdaz ꝑfesso sapien
bonu esse · dein hui9 disputatoe uel per
tens · docet instruct virtutu no talia argu
tractanda · de mundanoz sollicitudi

118 · Remittes z sapientis securitate · quid
sit bonu · z que honestu ac bonu sit differ
monstrat · virtus z tormeto ...

119 · De parsimonia · licis luxurie z ...
paru est quod satis est · boni ho

120 · Quo ad nos pma peruenit stiqz no
titia · Vbi notat eos qui assidue sui statu
variant · animalib9 sit ꝯstitutionis se

121 · Quo oib9 tpus · z ꝙ omib9 ꝯstitu
mb9 suis sensus est · z quid sit ꝯstitutio

122 · De hijs q offi lucis noctisqz putuit
ꝙ naz sequentib9 oia facilia z expedita sut

123 De abstinentia et temperantia esus. De a
dulatione vitanda. Et duobus rerum generibus
que nos aut invitant aut fugant.
124 Quod bonum non sensu sed intellectu compre
henditur. Et quod bonum in nullo est nisi in
quo ratio est. Explicit.

Mentis colonus et altor morum Lucius
Anneus Seneca Cordubensis. Ad amicum
suum Lucilium has morales fecit epistolas per
libros distinguens nimia exhortatione mo
ralem philosophiam continentes. Incipit liber primus.
De colligenda et sistenda fuga temporis. Et non
esse pauperem cui etiam modicum satis est. R.

Ita fac mi Lucili. Vendica te tibi
et tempus quod adhuc aut surripiebatur aut
auferebatur aut excidebat collige et
serva. Persuade tibi hoc sic esse ut scri
bo. Quedam tempora eripiuntur nobis quedam
subducuntur quedam effluunt. Turpis
sima tamen est iactura que per negligentiam
fit. Et si volueris attendere maxima pars
vite elabitur male agentibus magna
nichil agentibus tota aliud agentibus. Quem mi
dabis qui aliquod pretium tempori ponat qui diem esti
met qui intelligat se quotidie mori. In hoc enim
fallimur quod mortem non prospicimus. Magna pars
eius iam preteriit quicquid etatis retro est mors
tenet. Fac ergo mi Lucili quod facere te scribis. Omnes
horas complectere. Sic fiet ut minus ex crastino
pendeas si hodierno manum inieceris. Dum dif
fertur vita transcurrit. Omnia Lucili aliena sunt
tempus tantum nostrum est. In huius rei fugacis ac lubri
ce possessionem natura nos misit. Ex qua nos expel
lit quicumque vult. Et tanta stulticia mortalium
est ut que minima et vilissima sunt certe reparabilia
imputari sibi cum impetravere patiantur. Nemo
se iudicat quicquam debere qui tempus accepit cum
interim hoc unum est quod ne gratus quidem potest reddere.
Interrogabis fortasse quid ergo faciam qui tibi
ista precipio. Fatebor ingenue quod apud luxuri
osum sed diligentem evenit. Ratio mihi constat impen
se. Non possum dicere nichil perdere sed quid perdam et quare
et quemadmodum dicam. Causas paupertatis mee reddam.
Sed evenit mihi quod plerisque non suo vicio ad ino
piam redactis. Omnes ignoscunt nemo succurrit.
Quid ergo est. Non puto pauperem cui quantulumcumque
superest sat est. Tu tamen malo serves tua et bo
no tempore incipies. Nam si visum est maioribus nostris
sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum
in imo sed pessimum remanet. De mutatione

locorum et multiplicatione voluminum lectione vitan
da. Et quod honorabilis res est leta paupertas. R.

Ex hiis que mihi scribis et ex hiis que
audio bonam spem de te concipio. Non
discurris nec locorum mutationibus inquietaris. Eg
ri ista iactatio est. Primum argumentum compositae
mentis existimo posse consistere et secum morari. Il
lud autem vide ne ista lectio multorum auctorum et
omnis generis voluminum habeat aliquid vagum et insta
bile. Certis ingeniis inmorari et innutriri oportet si velis
aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est
qui ubique est. Vitam in peregrinatione exigentibus
hoc evenit ut multa hospitia habeant nullas
amicitias. Idem accidat necesse est hiis qui nullius
se ingenio familiariter applicant sed omnia cursim
properantes transmittunt. Non prodest cibus nec corpori
accedit qui statim sumptus emittitur. Nichil eque sa
nitatem impedit quam remediorum crebra mutatio.
Non venit vulnus ad cicatricem in quo medicamenta
temptantur. Non convalescit planta que sepe transfertur.
Nichil tam utile est ut in transitu prosit. Distrin
git librorum multitudo. Itaque cum legere non possis
quantum habueris satis est habere quantum legas. Sed mo
do inquis hunc librum evolvere volo modo illum. Fa
stidientis stomachi est multa degustare que ubi varia
sunt et diversa inquinant non alunt. Probatos itaque
semper lege. Et si quando ad alios diverti libuerit ad
priores redi. Aliquid quotidie adversus paupertatem
aut adversus mortem auxilii compara nec minus adversus
ceteras pestes. Et cum multa percurreris unum excerpe
quod illo die concoquas. Hoc ipse facio ex
pluribus que legi aliquid apprehendo. Hodiernum hoc est quod a
pud Epicurum nactus sum. Soleo enim et in aliena
castra transire non tamquam transfuga sed tamquam explo
rator. Honesta inquit res est leta paupertas.
Illa vero paupertas honesta est si leta non est.
Non qui parum habet sed qui plus cupit pauper est.
Quid enim refert quantum illi in archa quantum in horre
is iaceat quantum pascat aut feneret si alieno
imminet si non acquisita sed acquirenda computet.
Quis sit divitiarum modus queris. Primus habere quod
necesse est. Proximus quod satis est. De modo eligendi
et colendi amicum. Et quod tam vicium est omnibus cre
dere quam nullis. Sic ut semper inquietum esse ut semper quiescere. R.

Epistolas ad me perferendas tradidisti ut
scribis amico tuo. Deinde admones me
ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem quia
non soles ne ipse quidem id facere. Ita eadem
epistola illum et dixisti amicum et negasti. Itaque
sic priore illo verbo quasi publico usus es et sic il
lum amicum vocasti quomodo omnes candidatos viros
bonos dicimus quomodo obvios si nomen non suc-

curit dnos salutam9. Ezsi aliquē amicū exi-
stimas cui no tātūdez credis q̄ntū tibi ue-
henit' erras ⁊ no satis nosti uim ue amicie.
Certat ⁊ ille q̄ amicū i atrio q̄rit i cōuiuio p-
bat. Nullū h3 maius malū occupatus ho-
⁊ bonis suis obsessus q̄ q̄ amicos sibi putat
q̄bus ipse no est. Tu uo oīa cū amico deli-
bera. s3 p9 de ipo. Post amiciciā credendū ē. an-
amiciciā iudicandū. Isti uo p̄poste offi^a pmi-
scent. q̄ ot̄ pcepta theofrasti cū amauerit
iudicant ⁊ no amat cū iudicauerit. Diu
cogita an tibi i amiciā ad recipiendus sit.
Cum placuerit tibi toto illū pectore admitte-
tā audacter cū illo loq̄re q̄ tecū. Tu q̄d ita
viue ut nich t̄ cōmittas n̄ q̄d cōmitte ⁊ inimi-
co tuo poss. Et q̄r incidunt queda q̄ co-
suetudo facit archana. cū amico oēs curas
oēs cogitaciōes tuas misce. fidelē si putaueris fa-
cies. Nā q̄dā falle docuert. dū timet falli-
⁊ illi ius pccandi sibi suspicādo fecert. q̄d ē q̄
ē q̄re ulla uba cū amico tuo retraha. q̄d ē
q̄re me corā illo no putē solū. Queda q̄ tm a-
micis cōmittēda st̄ obuijs narrant. ⁊ i q̄slibz
aures q̄cq̄d illos urit exhonerat. Quida q̄
⁊ karmor' q̄sciā reformidat. ⁊ si posset ne
sibi q̄dē crediturī intius p̄mit oē secretum.
Neutrū faciend ē. vtrūq̄ ei uiciū est. ⁊ oib;
credē ⁊ nullis. s3 altm honestius dixim uiciū
altm tuci9. Sic vtrosq̄ repħēdas ⁊ eos q̄ sp
inq̄eti st̄ ⁊ eos q̄ sp quiescūt. Nā illa tumul-
tu gaudēs no est industria. s3 exagitatē me-
tis cōcursatio. ⁊ h no ē quies q̄ motū oēz mo-
lestiā iudicat. s3 dissolucio ⁊ languor. Ita h̄
q̄d apud poponium legi aīo madabr. Queda ado
i latebras refugerūt. ut putet i turbido ee
q̄cq̄d i luce est. Inter se ista miscēda st̄. et
quiescēti agendū ⁊ agēti quiescendū ē. Cū rez
nā delibera illa dicet t̄. ⁊ diez fecisse se ⁊ no-
ctem. De contemnēda morte. Et q̄ magne
diuicie st̄ s̄cdm naturā cōposita paupertas. R

Persevera ut cepisti ⁊ q̄ntū potes p̄pe-
ra. q̄ diuci9 frui emēdato aīo ⁊ cō-
posito possis. Fruēris q̄dē etiā dū emēdas ⁊
dū cōponis. alia tn̄ illa voluptas ē. q̄ pcipi-
tur ex cōtēplatōe mētis ab oī labe pure ⁊ sple-
dide. tenes utiq̄ memoria q̄ntū senseris gau-
diū. cū p̄texta posita sumpsisti uirilē togā ⁊ i
foro deductus es. Maius expecta cū puerilē
aīm deposueris. ⁊ te in uiros phīa transcripsit.
Adhuc eī no pueri^a s3 q̄d ē grauius puerili-
tas remanet. Et h̄ q̄dē peius ē q̄ auctē
hem9 senū. uicia no puerorū tm̄ s3 infantū.
Illi leuia illi ficta reformidat. nos vtraq̄. Tu p-
fice mō intelliges. q̄dā eo minus timēda q̄
multū afferūt metus. Nullū malū magnū q̄d ex-
tremū est. Mors ad te uenit. timēda erat
si tecū ee posset. necesse ē aut no perueniat aut trāseat.
Difficile ē inq̄s aīm pducere ad cōtēptiōē vite.
No uides q̄ ex friuolis causis cōtēdat. Alius
amice fores laqueo pependit. alius se p̄cipi-
tauit ē tecto. ne dnm̄ stomachātē diuci9 au-
diret. Alius ne reduceret ē fuga ferrū adegit
i uiscera. No putas uirtutē h̄ effecturā q̄
efficit nimia formido. nulli pt̄ secura vita
cōtingere q̄ de pducēda nimis cogitat. qui in-
magna bona multos cōsules numerat. H̄ cotidie
meditare ut possis equo aīo vitā relinque-
re. Quā multi sic cōplectūt ⁊ tenent. quō q̄ aqua
torrente rapiunt spinas ⁊ aspa. Plerīq̄ int̄
mortis metū ⁊ vite tormēta miseri fluctuāt
⁊ viuere nolūt. mori nesciunt. Fac itaq̄ t̄ io-
cūdā vitā oēz pro illa sollicitudine deponēdo.
Nullū bonū iuuat hntē. n̄ ad cui9 amissionē
p̄paratus ē aīus. Nullius at rei facilior amis-
sio q̄ q̄ desiderari amissa no pt̄. Ergo aduersus
q̄ incidē possūt et potētissis adhortare te et
indura. De popei capite. pupillus ⁊ spado tu-
lere sniaz. De Crasso crudelis ⁊ insolens par-
thus. G. cesar iussit lepidū dextro tribuno plebe cer-
uicē. Ipse quidē cherree prestitit. nemīnē eo for-
tuna prouexit ut no tm̄ illi minaret q̄ntū
p̄miserat. Noli huic trāquillitati confide. in
mēto mare euertit. eodē die ubi luserūt na-
uigia sorbet. Cogita posse et latrone ⁊ ho-
stem admouere iugulo tuo gladiū ut maior
ptās absit. Nemo n̄ seruus h3 in te uite nece-
arbitriū. Ita dico. q̄sq̄s vitā suā cōtēpsit tue
dns est. Recognosce exēplu eorū q̄ domesticis in-
sidijs pierūt. aut aptā ui aut dolo. intelliges
non pauciores seruorū ira cecidisse q̄ regū.
Quid ad te itaq̄ q̄ potens sit quē times. cū
id p̄p̄ q̄d times nemo n̄ possit. At si forte i ma-
nus hostiū incideris. uictor te duci iubebit eo in-
p̄e quo duceris. Quid te ipse decipis. et h̄ nc
p̄mū q̄d olim patiebaris intelligis. Ita dico.
ex q̄ natus es duceris. h̄ ⁊ huiusmodi versanda i aīo
st̄. Si uolum9 illā ultimā horā placidi expecta-
re. cui9 metus oīs alias inq̄etas facit. Sed
ut finē eple imponā. accipe q̄d m̄i hodierno
die placuit ⁊ h̄ q̄z ex alienis ortulis sūptū.
Magne diuicie st̄ lege nature cōposita paupertas.
Lex at illa nature scis q̄s t̄minos nobis statuat.
no esurire no sitire no algere. ut famē sitim
depellas. No ē necesse supbis assidere liminib;

non supercilio[sa]m grave[m] et contumeliosa[m] etiam humanitate[m] pati. Non est necesse maria temptare nec sequi castra. Parabile est quod natura desiderat et ad positum. Ad supervacua sudatur. Illa sunt que togam conterunt, que nos senescere sub tentorio cogunt, que in aliena littora impingunt. Ad manum est quod sat est. Qui cum paupertate convenit dives est. e[pistola] v

Quod primo cavenda nimia vite distinctio ·x·

Quod pertinaciter studes et omnibus omissis hoc unum agis, ut te meliorem cotidie facias, et probo et gaudeo. Nec tantum hortor ut perseveres sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne eorum more qui non proficere sed conspici cupiunt facias aliqua que in habitu tuo aut genere vite notabilia sint. Asperum cultum et intonsum caput et neglegentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum et quicquid aliud ambitionem perversa via sequitur, evita. Satis ipsum nomen philosophie, etiam si modeste tractetur, invidiosum est: quid si nos hominum consuetudini ceperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, frons nostra conveniat populo. Non splendeat toga, ne sordeat quidem. Non habeamus argentum in quod solidi auri celatura descenderit, sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruisse. Id agamus ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam; alioquin quos emendari volumus fugamus a nobis et avertimus. Illud quoque efficimus, ut nichil imitari velint nostri, dum timent ne imitanda sint omnia. Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem et congregationem; a qua professione dissimilitudo nos separabit. Videamus ne ista per que admirationem parare volumus ridicula et odiosa sint. Nempe propositum nostrum est secundum naturam vivere: hoc contra naturam est, torquere corpus suum et faciles odisse munditias et squalorem appetere et cibis non tantum vilibus uti sed tetris et horridis. Quemadmodum desiderare delicatas res luxurie est, ita usitatas et non magno parabiles fugere dementie. Frugalitatem exigit philosophia, non penam; potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet: temperetur vita inter bonos mores et publicos; suspiciant omnes vitam nostram sed agnoscant. Quid ergo? eadem faciemus que ceteri? nichil inter nos et illos intererit? Plurimum: dissimiles esse nos vulgo sciat qui inspexerit propius; qui domum intraverit nos potius miretur quam supellectilem nostram. Magnus ille est qui fictilibus utitur quemadmodum argento; nec minor ille est qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus. Infirmi animi est pati non posse divitias. Sed ut huius quoque diei lucellum tecum communicem, apud Hecatonem nostrum inveni cupiditatum finem etiam ad timoris remedia proficere. Desines, inquit, timere si sperare desieris. Dices: quomodo ista tam diversa pariter sunt? Ita est, mi Lucili: cum videantur dissidere, coniuncta sunt. Quemadmodum eadem cathena et custodiam et militem copulat, sic ista que tam dissimilia sunt pariter incedunt: spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire: utrumque pendentis animi est, utrumque futuri expectatione solliciti. Maxima autem utriusque causa est quod non ad presentia aptamur sed cogitationes in longinqua premittimus. Itaque providentia, maximum bonum condicionis humane, in malum versa est. Fere pericula que vident fugiunt; cum effugere, secure sunt. Nos et venturo torquemur et preterito. Multa bona nostra nobis nocent; timoris enim tormentum memoria reducit, providentia anticipat. Nemo tantum presentibus miser est.

De malo spei et timoris. Est de efficacia exemplaris doctrine. c. 6.

Intelligo, Lucili, non emendari me tantum sed transfigurari. Nec hoc promitto iam aut spero, nichil in me superesse quod mutandum sit. Quidni multa habeam que debeant colligi, que extenuari, que attolli? Et hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua que adhuc ignorabat videt. Quibusdam egris gratulatio fit cum ipsi egros se esse senserunt. Cuperem itaque tecum communicare tam subitam mutationem mei. Tunc amicitie nostre certiorem fiduciam habere cepissem, illius vere quam non spes, non timor, non utilitatis sue cura divellit, illius cum qua homines moriuntur, pro qua moriuntur. Multos tibi dabo qui non amico sed amicitia caruerunt. Hoc non potest accidere cum animos in societatem honesta cupiendi voluntas trahit. Quidni non possit? Sciunt enim ipsos omnia habere communia, et quidem magis adversa. Concipere animo non potes quantum momenti afferre mihi singulos dies videam. Mitte, inquis, et nobis ista que tam efficacia expertus es. Ego vero omnia in te cupio transfundere, et in hoc aliquid gaudeo discere ut doceam. Nec me ulla res delectabit, licet sit eximia et salutaris, quam mihi uni sciturus sim. Si cum hac exceptione detur sapientia ut illam inclusam teneam nec enuntiem, reiciam. Nullius boni sine socio iocunda possessio est. Mittam itaque ipsos libros tibi, et ne multum opere impendas dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ipsa protinus que probo et miror accedas. Plus tamen tibi et viva vox et convictus quam oratio proderit. In rem presentem venias oportet, primum quia homines amplius oculis quam auribus credunt, deinde quia longum iter est per precepta, breve et efficax per exempla. Zenonem Cleantes non expressisset si tantummodo audisset: vite eius interfuit, secreta perspexit, observavit illum. Plato et Aristoteles et omnis in diversa itura sapientium turba plus ex moribus quam ex verbis Socratis traxit.

Metrodorum et Hermachum et Polienum magnos viros non scola Epycuri sed contubernium fecit. Nec in hoc te accerso tantum ut proficias sed ut prosis. plurimum enim alter alteri conferemus. Interim quoniam diurnam mercedulam tibi debeo, quid me hodie apud Hecathonem delectaverit dicam. Quid inquit profecerim? amicus esse mihi cepi. Multum profecit. numquam erit solus. scito hunc amicum omnibus esse. Vale.

De fugiendo turbe consortio. R.

Quid tibi vitandum precipue existimes queris. turbam. nondum illi tute committeris. Ego certe confitebor imbecillitatem meam. numquam eosdem mores quos extuli refero. Aliquid ex eo quod composui turbatur. aliquid ex hiis que fugavi redit. Quod egris evenit quos longa imbecillitas usque eo affecerat ut nusquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conversatio. nemo non aliquid nobis vicium aut commendat aut imprimit aut nescientibus allinit. Utique quo maior est populus cui commiscemur, hoc periculi plus est. Nichil vero tam dampnosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo desidere. Tunc enim per voluptatem facilius vicia subrepunt. Quid me existimas dicere? avarior redeo, ambiciosior, luxuriosior, immo vero crudelior et inhumanior quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus expectans (al. spectans) et sales et aliquid laxamenti quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est. quicquid ante pugnatum est misericordia fuit. nunc omissis nugis mera homicidia sunt. Nichil habent quo tegantur. ad ictum totis corporibus expositi numquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus et postulaticiis preferunt. Quidni preferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. quo munimenta? quo artes? omnia ista mortis more sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus obiciuntur. Interfectores interfecturis iubent obici et victorem in aliam detinent cedem. Exitus pugnantium mors est. ferro et igne res geritur. Hec fiunt dum vacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis. Quid ergo? occidit hominem. Quia occidit ille meruit ut hoc pateretur. Tu quid meruisti miser ut hoc spectes? Occide, verbera, ure. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? plagis agatur in vulnera. mutuos ictus nudis et obviis pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum. interim iugulentur homines ne nichil agatur. Age, ne hoc quidem intelligitis mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite diis immortalibus gratias quod eum docetis esse crudelem qui non potest discere. Subducendus populo est tener animus et parum tenax recti. facile transitur ad plures. Socrati et Catoni et Lelio excutere mores suos dissimilis multitudo potuisset. Adeo nemo nostrum est qui cum maxime concinnamus ingenium ferre impetum viciorum tam magno comitatu venientium possit. Unum exemplum luxurie aut avaricie multum mali facit. Convictor delicatus paulatim enervat et mollit. vicinus dives cupiditatem irritat. malignus comes quamvis candido et simplici rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere hiis moribus credis in quos publice factus est impetus? Necesse est aut imiteris aut oderis. Atqui (a) imitetur neutrumque aut devitandum est. Ne ve similis malis fias quia multi sunt, neve inimicus multis quia dissimiles sunt. Recede in te ipsum quantum potes. Cum hiis versare qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte quos tu potes reddere meliores. Mutuo ista fiunt, et homines dum docent discunt. Non est quod te gloria publicandi ingenii producat in medium ut recitare ista velis aut disputare, quod facere te vellem si haberes isti populo idoneam mercem. nemo est qui te intelligere possit. aliquis fortassis unus aut alter incidit, et hic ipse formandus instruendusque ad intellectum tui. Cui ergo ista didici? Non est quod timeas ne operam perdideris si tibi didicisti. Sed ne soli mihi hodie didicerim, communicabo tecum que occurrunt mihi egregie dicta, circa eundem fere sensum tria, ex quibus unum hec epistola in debitum solvet, duo in antecessum accipe. Democritus ait: unus mihi pro populo est et populus pro uno. Bene et ille quisquis fuit (ambigitur enim de auctore) cum quereretur ab illo quo tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos perventure: satis sunt inquit mihi pauci, satis est unus, satis est nullus. Egregie hoc tercium Epycurus, cum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet: hec inquit ego non multis sed tibi. satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Ista mi Lucili condenda in animum sunt ut contempnas voluptatem ex plurium assensione venientem. Multi te laudant. et quid habes cur placeas tibi si is es quem intelligant multi? Introrsus bona tua spectent. Vale.

Reprobat beneficium fortune et frugalitatem commendat. Et quod philosophie serviens vera libertas est.

Tu me inquis vitare turbam iubes (al. si me), secedere et conscientia esse contentum? ubi illa precepta vestra que imperant in actu mori? Quid? ego tibi videor inertiam suadere? in hoc me recondidi et fores clusi ut prodesse pluribus possem. Nullus mihi per ocium dies exit. partem noctium studiis vendico. non vaco somno sed succumbo, et oculos vigilia fatigatos cadentesque in opere detineo. Secessi non ab hominibus sed a rebus, et in primis a rebus meis. posterorum negocium ago. illis aliqua que prodesse possint conscribo.

Salutares admoniciones uelud medicamentorum
utilium compositiones litteris mando ex illas effi
caces · i meis ulceribus su expertus q̄ etsi persana
ta non sunt · serpe desierunt · Rectum iter qd sero
cognoui · et lapsus errando alijs demonstro ·
clamo uitari queuis uulgo placent q̄ casus
attribuunt ad omne fortuitum bonum · suspiciosi pa
uidique subsistite · Et fera et piscis spe aliqua
oblectante decipitur · Numera ista fortune pu
tatis · insidie sunt · Quisquis uestrum tutam uitam a
gere uolet · quantum plurimum pt ista uiscata be
neficia deuitet · In quibus hoc quoque miserimi fallim
quod habere nos putamus · heremus · in precipicia cursus
iste deducat · huius eminentis uite exitus cadere
est · deinde ne resistere quidem licet cum cepit trans
uersos agere felicitas · aut saltem rectis aut
semel fuere · non uertit se fortuna sed cerimulat
et allidit · hanc ergo sanam ac salubrem formam
uite tenete · ut corpori tantum indulgeatis quantum bo
ne ualitudini satis est · Durius tractandum e
ne animo male pareat · Cibus famem sedet
potio sitim extinguat · uestis arceat frigus ·
domus munimentum sit aduersus infesta corporis ·
hanc utrum cespes erexerit an uarius lapis
gentis aliene nichil interest · Scitote tam bene ho
minem culmo quam auro tegi · Contemnite omnia que
supervacuus labor uelud ornamentum ac decus
ponit · Cogitate nichil preter animum esse mirabile ·
cui magno nichil magnum est · Si hec mecum si
hec cum posteris loquor · non uideor tibi plus prodesse
quam cum ad uadimonium aduocatus descenderem ·
aut tabulis testamenti anulum imprimerem · aut in senatu
candidato uocem et manum comodarem · michi
crede qui nichil agere uidentur maiora
agunt · humana diuinaque simul tractant · Sed
iam finis faciendus est · et aliquid ut institui pro
hac epistula dependendum · Id non de meo fiet · adhuc
Epicurum compilamus · cuius hanc uocem hodierno
die legi · philosophie seruias oportet · ut tibi contingat
uera libertas · Non differt in diem qui se illi sub
mittit et tradidit · statim circumagitur · hoc enim ipsum
philosophie seruire libertas est · Potest fieri ut me
interroges · quare ab Epicuro tam multa bene dicta
referam · potius quam nostrorum · quid est tamen quare
tu istas Epicuri uoces putes esse non publi
cas · Quam multi poete dicunt que a philosophis aut
dicta sunt aut dicenda · Non attingam tragicos nec to
gatos nostros · habent enim hee quoque aliquid seueritatis
et sunt inter comedias ac tragedias medie · Quantum
disertissimorum uersuum inter mimos iacet · quam multa
publij non excalceatis sed cothurnatis dicen
da sunt · Unum uersum eius qui ad philosophiam pertinet

et ad hanc partem que modo fuit in manibus referam ·
Quo negat fortuita in nostro habenda · alienum
est omne quicquid optando prouenit · hunc uersum a te di
ci non paulo melius et astrictius memini · Non
est tuum · fortuna quod fecit tuum · Illud etiam iune
melius dictum a te non preteribo · Dari bonum quod po
tuit · auferri potest · hoc non imputo in solutum de tuo
tibi · Uale · Qualiter sapiens seipso contentus
amico non egeat · Et quo quis sibi amicum

An merito reprehendat in quadam epistula · R e · 9 ·
adam epistula Epicurus eos qui dicunt sa · e · 9 ·
pientem seipso contentum esse · et propter hoc amico non
indigere · desideras scire · Si hoc obicitur stil
bonti ab Epicuro · et ijs quibus summum bonum
uisus est animus inpatiens · in ambiguitatem in
cidendum est · si exprimere affectum uno uerbo cito
uoluimus · et impassibilem dicere · Poterit enim contrarium ei
quod significare uolumus intelligi · Nos enim uolumus
illum dicere qui respuat omnis mali sensum · acci
pietur is qui nullum ferre possit malum · Uide ergo
num satius sit aut inuulnerabilem animum dicere · aut
animum extra omnem paciendi positum · hoc inter nos et
illos interest · noster sapiens uincit quidem incommodum
sed sentit · illorum nec sentit · Quidem illud nobis
et illis commune est · sapientem seipso esse contentum ·
sed tamen hic uult et amicum et uicinum et contuberna
lem · quamuis sibi · ipse sufficiat · Uide quam sit
se contentus aliquando · sui parte contentus est · Si illi
manum aut morbus aut hostis exciderit · Si quis
oculum uel oculos casus excusserit · reliquie illi sue
satisfacient · et erit in minuto corpore et amputato
tam letus quam in integro fuit · Sed que sibi desunt
non desiderat · non deesse mauult · ita sapi
ens se contentus est · non ut uelit esse sine amico · sed
ut possit · Et hoc quod dico possit tale est · amissum
equo animo fert · sine amico quidem nunquam erit · in sua
potestate habet quam cito reparet · Quomodo si perdiderit Phidi
as statuam · protinus alteram faciat · sic hic fa
ciendarum amiciciarum artifex substituet alium in
locum amissi · Queris quomodo amicum cito fa
cturus sit · dicam · Si illud inter nos conuenerit
ut statim tibi soluam quod debeo · Est quantum ad
hanc epistulam paria faciam · Hecaton ait · Ego
tibi monstrabo amatorium sine medicamento sine
herba · sine ullius uenefice carmine · Si uis ama
ri · ama · habet autem non tantum usus amicitie ueteris
et certe magnam uoluptatem · sed etiam initium et
comparatio noue · Quod interest inter metentem agri
colam et serentem · hoc inter eum qui amicum parauit et
qui parat · Attalus philosophus dicere solebat iocun
dius pingere quam pinxisse · Illa in opere suo occu
pata sollicitudo ingens oblectamentum habet in

ipsa occupatione. Non eque delectatur qui ab
opere perfecto removit manum. Iam fructu ar-
tis sue fruitur; ipsa fruebatur arte cum pingeret.
Fructuosior est adolescentia liberorum sed infantia
dulcior. Nunc ad propositum revertamur. Sapiens
etiam si contentus est se tamen amicum habere vult, si ob ni-
chil aliud ut exerceat amiciciam ne tam magna virtus
iaceat. Non ad hoc quod dicebat Epicurus in hac
ipsa epistola, ut habeat qui sibi egro assideat, succurrat
in vincla coniecto vel inopi, sed ut habeat aliquem cui
egro ipse assideat, quem ipse circumventum hostili
custodia liberet. (al. valentem) Vale. Qui se spectat et propter hoc
ad amicicias venit male cogitat. Quemadmodum cepit
sic desinit. Paravit amicum adversus vincla
laturum opem; cum primum crepuerit cathena di-
scedet. Hee sunt amicicie quas temporarias populus appellat.
Qui utilitatis causa assumptus est tamdiu placebit quam-
diu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba
circumsedet, circa eversos solitudo est, et inde a-
mici fugiunt ubi probantur. Hac re ista tot ne-
faria exempla sunt aliorum metu relinquentium,
aliorum metu prodentium. Necesse est ut initia et exi-
tus inter se con[...]gruant. Qui amicus esse
cepit quia expedit [...] placuit (al. et) amicicias si ullu-
m in illa placet preter ipsam. Inquid [...] amicum paras?
ut habeam pro quo mori [...] possim, ut habeam
quem sequar in exilium, cuius me [...] morti et opponam
et impendam. Ista quam tu de[...]scribis negoci-
atio est non amicicia, que ad commodum accedit,
que quid consecutura sit spectat. Non dubie habet
aliquid simile amicicie affectus amantium. Posse-
dicere illam esse insanam amiciciam. Numquid ergo
quisquis amat lucri causa? numquid ambitionis aut glorie?
Ipse per se amor omnium aliarum rerum negligens ani-
mos in cupiditatem forme non sine spe mutue
caritatis accendit. Quid ergo? ex honestiore
causa coit turpis affectus? Non agitur, inquis, nunc de hoc,
sed de amicicia. Nam si propter se ipsam expetenda est,
potest ad illam accedere qui se ipso contentus est. Quo-
modo ergo accedit ad illam? quo ad rem pulcherrimam,
non lucro captus nec varietate fortune perterritus.
Detrahit amicicie maiestatem suam qui illam parat
ad bonos casus. Contentus se est sapiens. Hoc mi Lu-
cili plerique perperam interpretantur: sapientem un-
dique summovent et intra cutem suam cogunt. Disti-
guendum autem est quid et quatenus vox ista promittat.
Se contentus est sapiens ad beate vivendum, non
ad vivendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est,
ad illud tantum animo sano et erecto et despiciente
fortunam. Volo tibi ipsi quoque distinctionem indicare.
Ait sapientem nulla re egere et tamen multis illi
rebus opus esse. Contra stulto non est opus, omnibus

nec re aliqua. Nulla re nam uti scit, sed omnibus eget.
Sapienti et manibus et oculis et multis ad coti-
dianum usum necessariis est opus; eget nulla re. Egere
enim necessitatis est, nichil necesse sapienti est. Ergo quamvis
se ipso contentus sit, amicis illi opus est. Hos cupit
habere quam plurimos, non ut beate vivat; vivit enim
sine amicis beate. Summum bonum extrinsecus instru-
menta non querit; domi colitur, ex se totum est. Incipit
fortune subiectus si quam partem foris querit.
Qualis tamen futura est vita sapientis si sine ami-
cis relinquatur in custodiam coniectus vel in gentem
aliam destitutus vel in navigatione longa retentus
aut in desertum litus eiectus? Qualis est Iovis cum
soluto mundo et diis in unum confusis paulisper
cessante natura acquiescit sibi cogitationibus suis tra-
ditus. Tale quiddam sapiens facit: in se reconditus
est, secum est. Quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res
suas ordinare, se contentus est et ducit uxorem
se contentus, et liberos tollit (al. educat) se contentus, et tamen non
viveret si sine homine victurus esset. Ad amicicias fert
illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio. Nam ut
aliarum nobis rerum innata est sic dulcedo ami-
Quomodo solitudo in odium est sic et appetitio soci-
amatur, quo hominem homini natura conciliat. Sic iste
hinc quoque rei stimulus qui nos ad amicicias ap-
petentes faciat. Nichilominus cum sit amicis aman-
tissimus, cum illos sibi comparet, sepe preferat, om-
ne intra se bonum terminabit et dicet quod Stilbon ille di-
xit, Stilbon quem Epicuri epistola insequitur. Hic enim
capta patria, amissis liberis, amissa uxore,
cum ex incendio publico solus et tamen beatus exiret,
interroganti Demetrio cui cognomen ab exitio
urbium Poliorcetes fuit, numquid perdidisset, omnia
inquit bona mea mecum sunt. Ecce vir fortis ac
strenuus ipsam hostis sui victoriam vicit. Nichil
inquit perdidi. Dubitare illum coegit an vicisset.
Omnia mea mecum sunt: iusticia, virtus, pruden-
cia, hoc ipsum nichil bonum putare quod eripi possit.
Admiramur animalia quedam que per medios ignes
sine noxa corporis transeunt: quanto hic mirabilior
vir qui per ferrum et ruinas et ignes illesus et in-
demnis evasit. Vides quanto facilius sit totam gen-
tem quam unum virum vincere. Hec vox illi communis est
cum stoyco; eque et hic intacta bona per concrema-
tas urbes fert. Se enim et ipse contentus est. Hoc feli-
citatem suam fine designat. Ne existimes nos solos ge-
nerosa verba iactare, et ipse Stilbonis obiur-
gator Epicurus similem vocem illi emisit, quam
bonam consule, et si hunc diem iam expunxi. Si
cui sua non videntur amplissima, licet to-
tius mundi dominus sit, tamen miser est. Vel si hoc mo-
do melius enunciari videtur, id enim agendum est

ut no vbis seruiam9 s3 sensib9. Miser e q
no se b[ea]tissimu iudicat lic3 imp[er]et mudo. Ut
sciat hos sensus ex reb9 n[ost]ra s[unt] d[iu]itate apud
poetaz comicu[m] inuenies. No e b[ea]t[us] e[ss]e se qui
no putat. Quid ei refert q[ua]lis status tuus
tuus sit si tibi uid[etu]r malus. Quid g[ra]o i[n]q[ui]s
si b[ea]t[u]m se dixit ille t[ur]pit[er] diues & ille m[u]lto[rum] d[omi]n[u]s
s3 plurium seruus. b[ea]tus sua s[ente]n[ti]a fiet. No quid
dicat s[ed] quid sentiat refert. N[ec] q[uo]d uno die
sentiat s3 q[uo]d assidue. No a[u]t e q[uod] uerearis ne ad
indignu[m] res tanta p[er]ueniat. n[isi] sapienti sua no
placet. O[mn]is stultitia laborat fastidio sui. **De solitudine uitanda i[m]prudentib[us]. Et de sinceritate orandi deum. R**

Sit est. non mu[to] s[ente]n[ti]am. Fuge multitudinem. Fuge paucitatem. Fuge etia[m] vnu[m]. No h[ab]eo cu[m] quo te comu[ni]catu[m] uelim. & uide q[uo]d i[u]diciu[m] meu[m] habeas. Audeo te tibi credere. Crates ut aiunt huius ip[s]i[us] Stilbonis auditor cuius me[n]tione[m] p[ri]ore ep[isto]la feci.
Cu[m] uidisset adolescentem secreto ambulantem, interr[o]gauit quid ille solus faceret. mecu[m] inq[ui]t loq[uo]r.
Cui Crates. Caue inquit & diligent[er] attende
ne cu[m] hoie malo loq[ua]ris. lugentem timentemq[ue]
custodire solem[us] ne solitudine male utatur.
Nemo e ex i[m]prudentib[us] q[ui] relinqui sibi debeat.
tu[n]c mala [con]silia agitat. tu[n]c aut alijs a[u]t
alijs futura p[er]icula struit. tu[n]c cupiditates i[m]probas ordinant. tunc q[ui]cq[ui]d a[ut] metu a[ut] pudore
celabat animus exponit. tu[n]c acuit audaciam
libidinem irritat. iracundiam instigat. Denique
q[uo]d vnu[m] solitudo h[abe]t [com]modu[m] nichil ulli co[m]mittere no timere indice[m] p[er]it stulto ip[s]e se p[ro]dit.
Vide itaq[ue] quid de te sperem. i[m]mo q[ui]d spondeam michi. spes ei[m] incerti boni n[omen] e. No inuenio
cu[m] quo te malim e[ss]e q[uam] tecu[m]. Repeto memoria
q[uam] magno animo q[uae]da[m] u[er]ba p[ro]ieceris. q[uan]ti roboris plena. Gratulatus su[m] p[ro]tinus m[ichi] & dixi. No a su[m]mis labris ista ueneru[n]t. h[ab]et hec uoces funda[mentu]m. Iste homo no e unus e populo. ad salute[m] spectat. Sic loq[ue]re sic uiue. uide ne te ulla res deprimat.
uotorum tuorum ueteru[m] lic3 dijs gr[ati]as facias.
alia de integro suscipe. Roga bonam mente[m]
bonam ualitudinem a[n]i[m]i deinde corporis. Quid ni tu ista
uota sepe facias. audacter deu[m] roga. nichil
illum de alieno rogaturus es. S3 ut more meo cu[m]
aliq[uo] munusculo ep[isto]lam mittam. verum e q[uo]d apud
Athenodorum inueni. Tu[n]c scito te e[ss]e ex o[mn]ib[us] cupiditatib[us] solutu[m], cu[m] eo p[er]ueneris ut nich[il] deum
roges n[isi] q[uo]d rogare possis pala[m]. Nunc ei[m] q[uan]ta
dementia e hominu[m]. q[uae] turpissima uota dijs insusurrant. Si q[ui]s admouerit aurem [con]ticescent & quod
scire homine[m] nolu[n]t deo narrant. Vide ergo ne h[oc]
p[ro]inde salubriter possit. Sic uiue cu[m] hominib[us]
tanq[uam] deus uideat. sic loquere cu[m] deo tanq[uam]
homines audiant. Vale. **De invincabili[ta]te uerecundie qualitate. Et de ymaginaria bonj viri p[re]sentia.**

Locutus e mecu[m] a[m]icus tuus bone indolis. i[n] q[u]o q[ua]ntu[m] esset
a[n]i[m]i q[ua]ntu[m] ingenij q[ua]ntu[m] etiam ia[m] p[ro]fectus p[ri]mo [ser]mo
ostendit. dedit nobis gustu[m] ad que[m] re[s]pondebit. no ei[m] ex p[re]parato locutus e s3 subito deprehensus. ubi se colligebat uerecundia[m] s[e]c[un]d[u]m i[n] adolescente signum uix potuit excutere. adeo illi
ex alto suffusus e rubor. hic illu[m] q[ua]ntu[m] suspicor & cu[m] se confirmauerit & o[mn]ib[us] uicijs exuerit sapientem q[uo]q[ue] sequetur. Nulla ei[m] sapia[n]tia naturalia
corporis a[ut] a[n]i[m]i uitia ponit. Quicquid infixum
& ingenitum e leniri arte no uincitur. Quib[us]dam
etiam [con]stantissimis i[n] [con]spectu p[o]p[u]li sudor erumpit
no aliter q[uam] fatigatis & estuantib[us] solet. Quibusdam tremunt genua dicturis. quoru[n]dam dentes
colliduntur. lingua titubat. labra concutiunt[ur]. Hec
disciplina nec usus unq[ua]m excutit. s3 natura uim
sua[m] exercet & illos uicio sui & robustissimos a[d]monet. Inter hec esse & ruborem scio qui grauissimis
q[uo]q[ue] subito affundit[ur]. Mag[is] q[ui]dem i[n] iuuenib[us] apparet q[ui]b[us] & plus caloris e & tenera frons.
nichominus ueteranos & senes tangit. Quidam
nunq[ua]m mag[is] q[uam] cu[m] erubuerint timendi s[un]t. q[ua]si omnem uerecundiam effuderint. Silla tunc erat uolentissimus cu[m] facie[m] ei[us] sanguis inuaserat. Neerat mollius ore Pope[ij]. nunq[ua]m no coram plurib[us] erubuit. utiq[ue] i[n] [con]tionib[us]. Fabianu[m] cu[m] in
senatu testis esset inductus erubuisse memi[ni]
& illu[m] hic mire pudor decuit. No accidit h[oc]
ab infirmitate mentis s3 a nouitate rei. q[uae] inexercitatos et si n[on] [con]cutit mouet. natural[ite]r i[n] h[oc] facilitate corporis p[ro]nos. Na[m] ut q[ui]da[m] boni sa[n]guinis
s[un]t ita q[ui]dam incitati & mobilis & cito in os p[ro]cedentis. Hec ut dixi nulla sapia[n]tia abigit. alioq[ui]n
haberet rerum natura[m] sub imp[er]io si o[mn]ia eraderet uitia. Quecunq[ue] attribuit [con]dicio nascendi & corporis temperatura. cu[m] multum se diuq[ue] animus [com]posuerit
herebunt. nich[il] horum uetari p[otes]t. no mag[is] q[uam]
accersiri. Artifices scenici q[ui] imitantur affectus.
q[ui] metu[m] & trepidatione[m] exprimunt q[ui] tristiciam
representant. h[oc] indicio imitantur uerecundiam. Deiciunt ei[m] uultu[m]. u[er]ba summittunt. figunt in terram
oculos & deprimunt. ruborem sibi exprimere no possunt. nec p[ro]hibetur h[ic] nec adducitur. nich[il] aduersus
h[ec] sapia[n]tia p[ro]mittit. nich[il] p[ro]ficit. sui iuris s[un]t.
iniussa ueniunt iniussa discedunt. Iam clausulam ep[isto]la poscit. Accipe q[ui]dem utilem ac salutarem. q[uam] te affigere a[n]i[m]o uolo. Aliquis vir bo

d[e] silla c[onsule]

d[e] pompe[io]

d[e] fabi[ano]

Epy.

mus nob diligendus e ac sp an oclos habe
dus ut sic tanq illo spectante viuam9 et
oia tanq illo uidente faciam9. Hoc mi lucili
Epycurus precipit custodez nobis et pedagogu
dedit. nec immerito. magna pars peccatorum tollitur si pecca
turi testis assistit. aliq habeat anim9 q ueta eius
auctoritate et secretu suu sanctius faciat. O felicem illu
q non presens tm sz etiaz cogitatus emendat. O felice
qui sic aliq uereri potest ut ad memoriaz eius etiam se
componat atq ordinet. q sic aliq uereri potest cito
erit uerendus. Elige itaq Cathonez si hic tibi
uidetur nimis rigidus. elige remissioris ai viru le
lium. Elige cui cuius tibi placuit vita et oracio et ipse
animu an se uultu ferens illu sp t ostende l custode
uel exemplu. Opus e inquam aliq ad quem mores
nri se ipsi exigant. nisi ad regulaz praua non
corriges. Vale. Liber ii. De bono senectutis.
Et q in necessitate uiuere nulla necessitas e.

c. 12.
c. 1.

Quocumq me uerto argumenta senectu
tis mee uideo. Veneraz i suburba
nu meu et querebar de impensis edifi
cii dilabentis. Ait villicus mi non esse neglig
ticie vicium. oia se facere sz villa ueterez esse. H villa
inter manus meas creuit. Quid mi futuru est
si tam putrida sunt etatis mee saxa. Iratus illi
proximam occasionem stomachandi arripio. Apparet inquam has
platanos negligi. nullas hunt frondes. q nodosi
sunt et retorridi rami. q tristes et squalidi trunci.
h non accideret si q has circumfoderet si irrigaret.
Iurat per geniuz meu. se oia facere i nulla re cessa
re curaz suam. sz illas uetulas esse. Quid me nos
sit. ego illas posueram. ego illaru primu uide
ram foliu. Conuersus ad ianuam. quis e inquam iste decre
pitus. Et merito ad hostium admotus. foras eu spectat.
Vnde istuc nactus e. quid te delectauit alienu
mortuum tollere. ortum colere. At ille non cognoscis me inquit.
Ego sum felicio. cui solebas sigillaria afferre.
Ego sum philositi uillici filius. tuum deliciolum tuu
Perfecte inquam iste delirat. pupulus. etiam deliciolu
tuum factus est. prorsus potest fieri. dentes illi cu
maxime cadunt. De bono hic suburbano mo
tu senectus mea in quocumq uertaz apparuit.
Complectamur illa et amemus. plena est volu
ptatis si illa scias uti. Gratissima sunt poma
cum fugiunt. pueritie maximus in exitu decor
est. deditos uino potio extrema delectat. f
illa q mergit. que ebrietati summaz manu
imponit. quod in se iocundissimu hoies uoluptas
hz in fine sui differt. iocundissima e etas de
uexa iaz non tn precipes. et illa quoque in extrema te
statez iudico hre suas uoluptates. aut hoc ipsum
succedit in locum uoluptatum nullis egere. Quam
dulce e uoluptates fatigasse ac reliquisse.
Molestu e inquis mortez an oclos hre. Primu
ista tam seni ante oclos dz esse q iuueni. non
enim citamur ex censu. Deinde nemo tam senex e ut
non improbe unum diez speret. Vnus aut dies gradus
uite est. Tota etas partibus constat. et hz orbes cir
cumductos maiores minoribus. Est aliqs q oes
complectatur et cingat. hic pertinz a natali
ad diez extremum. Est alter q annos adolescentie
excludit. Est q totaz pueriam ambitu suo
stringat. Est deinde per se annus in se oia conti
nens tempora. quorum multiplicatione uita
componitur. mensis artiore precingitur circulo.
Angustissimum hz dies gyrum. sz et hic ab initio
ad exitum uenit. ab ortu ad occasum. Ideo Heracli
tus cui cognomen fecit oronis obscuritas. Vnus
inquit. dies par oi est. hoc alius aliter excepit.
dixit eni diez parez esse horis nec mentitur. Nam
si dies e tempus xxiiii horarum. necesse e oes inter
dies pares esse. q nox hz qd dies perdidit. Alius
ait parez esse unum diez oibus similitudine.
nichil eni hz longissimi temporis spacium qd non et in
die inuenias. lucem et noctem et alternas mundi
conuersiones. plura ista facit. non alias conuersiones. alias
productior. Itaq sic ordinandus e dies omnis
tanquam cogat agmen et consummet atq expleat
uitaz. Pacuuius q syriaz usu suam fecit cum
uino et illis funeribus epulis sibi parentauerat
sic in cubiculum ferebatur a cena ut inter plausus
exoletorum hoc ad symphoniam caneretur. Bebiwsen
nullo se non die extulit. Hoc quod ille ex mala
consciencia faciebat nos ex bona faciamus et in
somnum ituri leti hilaresq dicamus. Vixi
que dederat cursum fortuna peregi. Crastinum
si adiecerit deus leti recipiamus. Ille beatis
simus e et securus sui possessor qui crastinum sine so
licitudine expectat. Quisquis dixit vixi cotidie
ad lucrum surgit. Sz iam debeo epistolaz inclu
dere. Sic inquis sine ullo ad me peculio ue
niet. noli timere aliquid secum fert. Cur ad di
xi multuz. Quid eni hac uoce preclarius quam illi
trado ad te perferendam. Malum e in necessitate uiuere
sz in necessitate uiuere necessitas nulla est. Quidni nul
la sit. Patent undiq ad libertatem vie. multe
breues faciles. Agamus deo gratias q nemo
uita teneri potest. Calcare ipsas necessitates licet.
Epycurus inquit dixit. Quid tibi cum alieno est.
quod uerum e meum e. perseuerabo Epycuru tibi ingerere
ut isti q in uerba iurant nec qd dicatur existi
ment. sz a quo sciant quecumq optima sunt esse
communia. Vale. De utilitate exercitacionis contra ad
uersa. et de remediis contra mala fortuita. Et q
consolatio sup incipit uiuere

Multum tibi esse animi scio. nam et antequam instrueres te preceptis salutaribus et dura vincentibus satis adversus fortunam placebas tibi. et multo magis postquam cum illa manum conseruisti viresque expertus es tuas. Que numquam certam dare fiduciam sui possunt nisi cum multe difficultates hinc et illinc apparuerunt. aliquando vero et propius accesserunt. Sic verus ille animus et in alienum non venturus arbitrium probatur. hec eius probatio est. Non potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre qui numquam sugillatus est. Ille qui sanguinem suum vidit cuius dentes crepuere sub pugno. ille qui supplantatus adversarium toto tulit corpore. nec proiecit animum proiectus. qui quotiens cecidit contumacior resurrexit cum magna spe descendit ad pugnam. Ergo ut similitudinem istam prosequar sepe iam fortuna supra te fuit. nec tamen tradidisti te sed subsiluisti et acrior restitisti. multum enim adicit sibi virtus lacessita. Tamen si tibi videtur accipe a me auxilia quibus munire te possis. Plura sunt lucili que nos terrent quam que premunt. et sepius opinione quam re laboramus. Non loquor tecum stoica lingua sed hac summissiore. Nos enim dicimus omnia ista que gemitus mugitusque exprimunt levia esse et contempnenda. Omittamus hec magna verba sed di boni vera. Illud tibi precipio ne sis miser ante tempus cum illa que velud imminentia expavisti fortasse numquam ventura sint certe non venerint. Quedam ergo nos magis torquent quam debeant. Quedam torquent cum omnino non debeant. quedam ante torquent quam debeant. aut augemus dolorem aut fingimus aut precipimus. Primum illud quia res in controversia est et litem contestatam habemus in presentia differatur. quod ego leve dixero tu gravissimum esse contendes. Scio alios inter flagella ridere. alios gemere sub colapho. postea videbimus utrum ista suis viribus valeant an imbecillitate nostra. Illud presta michi ut quotiens circumsteterint qui te miserum esse persuadeant non quid audias sed quid sentias cogites. et cum patientia tua deliberes ac te ipse interroges qui tua optime nosti. Quid est quare isti me complorent. quid est quod trepident quod contagium quoque mei timeant quasi transilire calamitas possit. est aliquid istic mali an res ista magis infamis est quam mala. Ipse te interroga numquid sine causa crucior et mereo et quod non est malum facio. Quomodo inquis intelligam vana sint an vera quibus angor. accipe huius rei regulam. aut presentibus torquemur aut futuris aut utrisque. De presentibus facile est iudicium. si corpus tuum liberum et sanum est. nec ullus ex iniuria dolor est videbimus quid futurum sit. hodie nichil negocii habet. at enim futurum est.

Primum dispice an certa argumenta sint futuri mali. plerumque enim suspicionibus laboramus. et illudit nobis illa que conficere bellum fama solet. multo autem magis singulos conficit. Ita est mi lucili cito accedimus opinioni. non coarguimus illa que nos in metum adducunt nec excutimus sed trepidamus. et sic vertimus terga quemadmodum illi quos pulvis motus fuga pecorum exuit castris aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit. Nescio quomodo magis vana perturbant. vera enim modum suum habent. quicquid ex incerto venit coniecture et paventis animi licentie traditur. Nulli itaque tam perniciosi tam irrevocabiles quam lymphatici metus sunt. ceteri enim sine ratione. hi sine mente sunt. Inquiramus itaque in rem diligenter. verisimile est aliquid futurum mali. non statim verum est. quam multa non expectata venerunt. quam multa expectata nusquam comparuerunt. Etiam si futurum est quid iuvat dolori suo occurrere. satis cito dolebis cum venerit. interim tibi meliora promitte. Quid facies lucri. tempus. multa intervenient quibus vicinum periculum vel prope admotum aut subsistat aut desinat aut in alienum caput transeat. Incendium ad fugam patuit. quosdam molis ruina deposuit. aliquando gladius ab ipsa cervice revocatus est. aliquis carnifici suo superstes fuit. Habet etiam mala fortuna levitatem. fortasse erit. fortasse non erit. interim non est. meliora propone. Nonnumquam nullis apparentibus signis que aliquid mali prenuncient animus sibi falsas imagines fingit. aut verbum aliquod dubie significationis detorquet in peius aut maiorem sibi offensam proponit alicuius quam est. et cogitat non quam iratus ille sit sed quantum liceat irato. Nulla autem causa vite est. nullus miseriarum modus si timetur quantum potest. hic prudentia prosit. hic robore animi evidentem quoque metum respue. Si minus vicio vicium repelle. spe metum tempera. nichil tam certum est ex hiis que timentur ut non certius sit et formidata subsidere et sperata decipere. Ergo spem ac metum examina. et quotiens incerta erunt omnia tibi fave. Crede quod mavis. si plures habebit sententias metus nichilominus in hanc partem potius inclina. et perturbare te desine. ac subinde hoc in animo volve maiorem partem mortalium cum illi nec sit quicquam mali nec pro certo sit futurum estuare ac discurrere. nemo enim resistit sibi cum cepit impelli nec timorem suum redigit ad verum. Nemo dicit vanus auctor est vanus est aut finxit aut credidit. Damus nos referendos. expavescimus dubia pro certis. non servamus modum rerum. statim in timorem venit scrupulus. pudet

si timetur

Si minus scilicet potes prudentia vel robore animi repellere

me ibi sit tecu loqui et tam leuibus remediis
sollare. Alius dicat fortasse no ueniet.
et tu dic quid porro si ueniet. uidebimus utro
ueniat. fortasse pro me uenit. et mors ista ui
tam honestabit. Cicuta magnum socratem 9
fecit. Et cathoni gladium assertorem libertat
incior abstuleris. magna ptem detraxis glie
Nimium diu te cohortor cum t admonere ma
gis quam exhortatione opus sit. No i diuersum te ad
tua ducimus natus es ad ista q dicas. Eo
magis bonum tuum age et exorna. Ergo iam fi
nis epistole faciam si illi signum suum impressero i
aliqua uocem magnificam pferendam ad te ma
dauero. Inter cetera mala hoc eciam habet stulticia.
semper incipit uiuere. Considera quod uox ista significat
lucili uirorum optime. et intelliges quam feda sit hominum
leuitas. cotidie noua uite fundamenta ponen
tium. noua spes eciam i exitu ichoantium. Circu
spice tecum singulos occurrent tibi senes q se qum
maxime ad ambicionem ad pregrinacoes. ad nego
ciandum parent. Quid est aut turpius qm senex
uiuere incipiens. Non adderem auctorem huic uo
ci n esset secretior. nec inter uulgata Epicuri dicta
q mi et laudare et adoptare pmisi. Vale. Vt
no seruiat corpi. et quo sit uitanda nocitura
potencia. et quod maxime diuicijs fruit q no

ie. e.
c. 3.

Fateor insitam esse indiget diuicijs. Re
nobis corporis nostri caritatem. fateor nos
huius gerere tutelam. no nego idulgendum illi. ser
uiendum nego. multis eni seruiet q corpi ser
uit. q pro illo nimium timet. qui ad illud oia
refert. Sic gerere nos debemus. no tamquam pro corpore
uiuere debeamus. sed tamquam no possimus sine corpore. huius
nos nimius amor timoribus inquietat sollicitudinibus
onerat. contumelijs obijcit. Honestum ei uile est
cui corpus nimis carum est. Agatur eius diligentis
sime cura ita tamen ut cum exiget racio. cum dignitas
cum fides. mittendum i ignem sit. nichominus quantum
possumus euitemus incomoda quoque no tantum pericula.
et i tutum recedamus. nos excogitantes sbin quibus
possit timenda depelli. Quorum tria nisi fallor
genera sunt. Timetur inopia. timentur morbi. timentur
que p uim potencioris eueniunt. Ex hijs om
nichil nos magis concutit quam quod ex aliena
potencia ipendit. magno est strepitu et tumultu
uenit. Naturalia mala q retuli inopie atque
morbus silencio subeunt. nec oculis nec auribus
quicquam terroris incuciunt. Ingens alterius mali po
pa est. ferrum circa se et ignem habet. cathenas et
turbam ferarum. quam i uiscera immittat humana.
Cogita hoc loco carcerem et cruces. et eculeos et
uncum et adactum per medium hominem stipitem. qui

al. p os emergeret stipitem distracta
per oris emergeret possit actus et distracta
diuersum actis curribus membra illa tunicam a
limentis ignium et illitam et textam. Et quicquid
aliud preter hoc commenta seuicia est. no est ergo
mirum si maximus huius rei timor est. cuius et ua
rietas magna et apparatus terribilis est. Na
quemadmodum plus agit tortor quo plura instrumenta
doloris exposuit. spem eni uel magnitudine ui
cerit q paciencie restitisset. ita ex hijs q animos
subigunt et domant. plus pficiunt. que habet o
stendere. Ille pestes no minus graues sunt famem
dico et sitim et precordiorum suppuraciones et febrem
seccam ipsa torrentem sed latent. nichil habent quod
terreant. quod pferant. hoc ut magna bella aspe
ctu paratuque uicerunt. Demus itaque operam
abstineamus offensis. et interdum populus est quem ti
mere debeamus. interdum si ea ciuitatis disciplina est
ut plura p senatum transigantur. gratiosi nobis sunt
i eo uiri interdum singuli. quibus potestas populi et
populum data est. Hos omnes amicos habere operosum est
satis est inimicos no habere. Itaque sapiens numquam potencium
irritabit. immo declinabit. No aliter
quam i nauigando procellam cum peteres Siciliam
traiecisti fretum. temerarius gubernator contempsit au
stri minas. ille est eni qui siculum pelagus
interdum eciam plus quam timere debeamus exas
peret. et i uertices cogat. no sinistrum petit litus
sed illud de quo ppior caribdis maria conuoluit. At ille cautior peritos locorum rogat quis e
sit. Que signa dent nubes. longe ab illa regione
uerticibus infamem cursum tenet. Idem facit sa
piens nocituram potenciam uitat. hoc primum ca
uens ne uitare uideatur. pars securitatis et in hoc est.
no ex pfesso eam petere. quia q quis fugit damnat.
Circumspiciendum ergo nobis est quo a uulgo
tuti esse possimus. primum idem nichil concupiscamus. ri
xa est inter competitores. deinde nichil habeamus quod cum
magno emolumento insidiantis eripi possit. Ut
minimum sit i corpore tuo spoliorum. Nemo ad humanum
sanguinem propter ipsum uenit. aut admodum pauci plus
computant quam oderint. nudum latro transmittit. iam
obsessa uia pauperi pax est. Tria deinde ex pre
cepto ueteri prestanda sunt ut uitentur. odium. i
uidia. contemptus. Quo hoc fiat sapiencia sola mo
strabit. difficile temperamentum est. uerendumque ne
in contemptum nos inuidia et timor transferat. Ne
dum calcari nolumus. uideamur posse calcare.
Multis timendi attulit causas timeri posse. Vn
dique nos reducamus. no minus contemni quam su
spici nocet. Ad philosophiam ergo fugiendum est. hec li
teras no dico apud bonos sed apud mediocriter malos
infularum loco sunt. nam forensis eloquencia et quecumque

populum movet. Adversarium habet quieta et sua negotia agens contemni non potest. Cui ab omnibus artibus etiam apud pessimos honor est. Numquam in tantum convalescet nequitia, numquam sic contra virtutes coniurabitur ut non philosophie nomen venerabile et sacrum maneat. Ceterum philosophia illa tranquille modesteque tractanda est. Quid ergo? videtur tibi M. Cato modeste philosophari qui bellum civile sententia reprimit? qui furentium principum armis medius intervenit? qui aliis Pompeium offendentibus, aliis Cesarem, simul lacessit duos? Potest aliquis disputare an illo tempore capessenda fuerit sapienti res publica. Quid tibi vis, Marce Cato? iam non agitur de libertate, olim pessumdata est. Queritur utrum Cesar an Pompeius possideat rem publicam. Quid tibi cum ista contentione? nulle partes tue sunt. Dominus eligitur. Quid tua, uter vincat? Potest melior vincere, non potest non peior esse qui vicerit. Ultimas partes attigi Catonis, sed ne priores quidem anni fuerunt qui sapientem in illam rapinam rei publice admitterent. Quid aliud quam vociferatus est Cato et misit irritas voces, cum modo per populi levatus manus et obrutus sputis et portandus extra forum traheretur, modo e senatu in carcerem duceretur? Sed postea videbimus an sapienti opera perdenda sit. Interim ad hos te stoycos voco qui a re publica exclusi secesserunt ad colendam vitam et humano generi iura condenda sine ulla potentioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos mores nec populum in se vite novitate convertet. Quid ergo? utique erit tutus qui hoc propositum sequetur? Promittere tibi hoc non magis possum quam in homine temperanti bonam valitudinem; et tamen facit temperantia bonam valitudinem. Perit aliqua navis in portu. Sed quid tu accidere in medio mari credis? Quanto huic periculum paratius foret multa agenti molientique, cui ne otium quidem tutum est? Pereunt aliquando innocentes, quis negat? nocentes tamen sepius. Ars ei constat qui per ornamenta percussus est. Denique consilium rerum omnium sapiens, non eventum spectat. Initia in potestate nostra sunt, de eventu fortuna iudicat, cui de me sententiam non do. At aliquid vexationis afferet, aliquid adversi. Non damnat latro cum occidit. Nunc ad quotidianam stipem manum porrigis. Aurea te stipe implebo. Et quia facta est auri mentio, accipe quemadmodum usus fructusque eius tibi esse gratior possit. Is maxime divitiis fruitur qui minime divitiis indiget. Ede inquis auctorem. Ut scias quam benigni simus, propositum est aliena laudare: Epicuri est aut alicuius ex illa officina. Et quid interest quis dixerit? omnibus dixit. Qui eget divitiis timet pro illis. Nemo autem sollicito bono fruitur. Adicere illis aliquid studet. Dum de incremento cogitat, oblitus est usus. Rationes accipit, forum conterit, kalendarium versat, fit ex domino procurator. Vale.

Quod non saginando corpore ut impinguando, sed de ipsius exercitatione et vocis moderatione. Et qualiter stulta vita ingrata sit. XV.

Mos antiquis fuit usque ad meam servatam etatem primis epistole verbis addicere: si vales bene est, ego valeo. Recte nos dicimus: si philosopharis bene est. Valere enim hoc demum est. Sine hoc eger est animus; corpus quoque, et si magnas habet vires, non aliter quam furiosi aut frenetici validum est. Ergo hanc valitudinem precipue cura, deinde et illam secundam que non magno tibi constabit si volueris bene valere. Stulta est, mi Lucili, et minime conveniens litterato viro occupatio exercendi lacertos et dilatandi cervicem ac latera firmandi. Cum tibi feliciter sagina cesserit et tori creverint, nec vires umquam optimi bovis nec pondus equabis. Adde nunc quod maiore corporis sarcina animus leditur et minus agilis est. Itaque circumscribe quantum potes corpus tuum et animo locum laxa. Multa sequuntur incommoda deditos huic cure. Primum exercitationes quarum labor spiritum exhaurit et inhabilem intentioni ac studiis acrioribus reddit. Deinde copia ciborum subtilitas impeditur. Accedunt pessime note mancipia in magisterium recepta, homines inter oleum et vinum occupati, quibus ad votum dies actus est si bene desudaverunt, si in locum eius quod effluxit multum potionis altius ieiuno gutture regesserunt. Bibere et sudare vita cardiaci est. Sunt exercitationes et faciles et breves que corpus et sine mora laxant et tempori parcunt, cuius precipua ratio habenda est. Cursus et cum aliquo pondere manus mote et saltus, vel ille qui corpus in altum levat vel ille qui in longum mittit, vel ille ut ita dicam saltatorius, aut ut contumeliosius dicam fullonius. Quemlibet ex hiis elige usu facile. Quicquid facies cito redi a corpore ad animum. Illum noctibus ac diebus exerce. Labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus non estus impedit, nec senectus quidem. Id bonum cura quod vetustate fit melius. Non ego te iubeo semper imminere libro aut pugillaribus. Dandum est aliquid intervallum animo, ita tamen ut non resolvatur sed remittatur. Gestatio et corpus concutit et studio non officit. Possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire, quorum nichil ne ambulatio quidem vetat fieri. Nec tu intentionem vocis contempseris, quam veto te per gradus et certos modos extollere, deinde deprimere. Quid si velis deinde quemadmodum ambules discere? admittes istos quos ad nova artificia docuit fames. Erit qui gradus tuos temperet et buccas edentis observet

z in cautu pdat. incipit audacia eius
parie c̄dellitate pduxeris. Aliud quo. non
a clamore protinus z a summa contentione uox
tua incipiet. usqz eo nale ē paulatim inci
tari ut litigantes qz a sermone incipient
z ad vociferatum transeat. nec statim quiritium fide
iplorat. Ergo utcuqz t impetus ai suaserit
mo uehementius fac mo mitius. mo lenius.
put uox tua qz id ualebit modeste cu re
cepis illa reuocatis quz. descendat no decidat
mediatoris sui modu hat z h indocto z ru
stico more desemnat. no eni id agimus ut ex
ercat uox. s ut exerceat. Detraxi t non
pusillu negocium tu mercedula z unu gratu
ad h bnficia accedet. ecce insigne preptuz. Stul
ta vita ingrata est. trepida. tota i futur fer
tur. Quis h dicat inquis. idem qui supra. quam nunc
tu vitaz dici existimas stulta. babe ysiois. no
ita est. ita dr. quos certa cupiditas inordinata
certe nuq satiata precipitat. quibus si quid sa
tis ee posset suffit q no cogitas quam iocunduz
sit nichil poscere quam magnificuz sit plenu ee
nec ex fortuna pendere. Subinde itaqz lucili qui
multa sis consecutus recordare. cu aspexeris
qui te antecedat cogita qui sequatur. si uis
gratus ee adusus deos z aduersus vitaz
Cogita quam multos antecesseris. quid tibi cu aliis
te ipse antecessisti. finem constitue quem transire
no possis quidem si uelis. discedant aliquando ista insi
diosa bona z sperantibus meliora quam assecutis.
si quid illis esset solidi aliquando z iplerent. Nunc hau
rientium sitim concitant. mutantur speciosi ap
paratus z quicquid futuri tpis incerta sors uoluit.
Quare potius a fortuna impetrem ut det quam a me ne
petam. Quare aut petam oblitus fragilitatis humane
congeram inquam laborem. Ecce hic ultimus dies est
ut no sit. prope ab ultio est. Ut ad bona vi
taz ueniens in phie robore solidetur. Et
quod qui ad naturam uiuit nunqm erit paup. qui
ad opinionem nunqm diues erit. Rem.

3
16. e.
e. 7.

Liquere h tibi lucili scio neminez pos
se bte viuere. nec tollerabiliter quidem sine
sapie studio. z btaz uita pfecta sapia effici.
Ceterum tollerabilez z inchoata. Sz h quod le
quet firmand z altius cottidiana meditatione
figendu est. Plus opis ē tibi no ut proposita
custodias quam ut honesta propos pferueris
ē z assiduo studio robur addendis. do bo
nes sit. qui bona uoluntas ē. Itaqz t apud me
pluribus uerbis haud affirmatis nec tm longis
intelligo te multuz pfecisse. Que scribis un
de ueniant scio. no sunt ficta nec colorata.
dica tn simeqz quam iam de te spem habeo. no
fiduciaz. Tu quoqz idez facias uolo. no ē quod
cito z facile credas. Excute te z varie scru
tare. z obserua. Illud aute oia uide. utrum in phia
an i ipsa vita profeceris. No ē phia populare
artificium nec ostentationi paratu. no i uerbis
s i rebus ē. nec i hoc adhibetur ut cu aliqua oble
ctatione consumatur dies z dematur otio nausea
animu format z fabricat. uitaz disponit acti
ones regit agenda z omittenda demonstrat.
s z gubernaculu est z p anticipiti fluctu
antium dirigit cursum. sine hac nemo securus
innumerabilia accidunt singulis horis q consiliu
exigat quod ex hac petendum est. Dicet ali
quis quid mi prodest phia. Si fatum ē quid prodest.
Si deus rector ē quid pdest. Si casus imperat
quid pdest. Nam z certa mutari no possunt z ni
parata pt aduersus incerta. si aut consiliu meum
deus occupauit. decreuitqz quid facerem a consilio
meo nichil fortuna permittit. Quicquid ē ex his
lucili uel si h oia sunt philozophandum ē. siue nos
inexorabili lege fata constringunt siue arbiter
vniuersi cuncta disposuit. siue casus res hu
manas sine ordine impellit z iactat. phia nos tueri
debz. h adhortabitur ut deo libenter pareamus. ut
fortune contumaciter resistamus. h docebit ut deum
sequaris. feras casum. Sz no ē nunc i hac dispu
tatione transeundum. quid sit iuris nostri si puidentia
imperio ē. aut si fatorum series illigatos trahit
aut si repentina inc ac subita dnantur. Illo re
uertor ut te moueaz z exhorter ne patiaris
impetu ai tui delabi z refrigescere. contine illum et
statue ut ani hitus fiat quod ē impetus. Si
ab initio si te bene noui circumspexisti quid ista
h munusculi attulit. excute illa z inuenies.
no ē quod mireris ami meu. adhuc de alieno
liberalis sum. quare aut alienu dixi. quicquid bn
ē ab ullo meu ē. Sicut quod ab Epicuro dictum
Si ad naturam viues nunqm paup eris. si ad opinio
nes nunqm eris diues. exiguum natura desiderat
opinio inmensum. Congerantur in te quicquid multi
locupletes possideant. ultra priuatum pecuniam
modu fortuna te puehat. auro tegat purpura
uestiat. eo deliciarum opumqz magnitudo perdu
cat ut terram marmoribus abscondas. no tm ha
bere tibi liceat s calcare diuicias. accedant statue
z picture z quicquid ars luxurie ulla elaborauit
maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria
finita sunt. ex falsa opinione nascentia ubi desi
nant no hnt. Nullus eni terminus falso ē. Via
enti aliquod extremum est. error inmensus. Retra
go a uanis te z cu voles scire quod petis vtrum

natalez habeat an certa cupiditatez · osidera
an possit alicubi osistere · si longe progresso sp
aliqd plonginus restat sticio id nale no esse
nale · Quo ad phiam tendenti paupertas ex

Proice omia ista si sapis · pediat · K.

Primo ut sapias · et ad mentez bona
magno cursu ac totis uiribus tende · Si quid ȝ
est teneris · aut expedi aut incide · Morat inqs
me res familiaris sic illaz dispone volo
ut sufficiat michil agenti possit · ne aut paupertas
michi oneri sit · aut ego alicui · Cum hoc dicis · no ui-
deris uim ac potentia eius de quo cogitas boni nos-
se · et summaz quidez rei no puides · quantu phia
possit · partes ut no dum satis subtiliter despicis
nondum scis quantum ubique nos adiuuet quod
maximis ut Ciceronis utar vbo opitulet
et in minima descendat · michi crede aduoca illa in
consiliu · suadebit tibi ne ad calculos sedeas · Nempe
hoc queris · et hoc ista dilatatione uis consequi · ne tibi pau-
pertas timenda sit · Quid si appetenda est · Multis
ad phandum obstitere diuitie · paupertas expe-
dita est · secura est · cum classicum cecinit · scit se no
peti · cum aliquid conclamatum est · quo exeat no quod
efferat querit · aut si nauigandum est no stre-
pit portus nec unius comitatu inquieta sunt lit-
tora · no circumstat illum turba seruorum · ad quos pa-
scendos transmarinarum regionum optanda est fer-
tilitas · Facile est pascere paucos uentres et bene
institutos et nichil aliud desiderantes quam impleri
Paruo fames constat · magno fastidium · Pau-
pertas contenta est desideriis instantibus satisfa-
cere · Quid est ergo quare hanc recuses contuberna-
lem cuius mores sanus diues imitatur · Si uis
uacare animo · aut pauper sis oportet · aut pauperi simi-
lis · Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura ·
Frugalitas autem paupertas uoluntaria est · Tolle
itaque istas excusationes · nondum habeo quantum sa-
tis est · si ad illam summam peruenero · tunc me
totum phie dabo · Atqui nichil prius quam hoc parandum est
quod tu differs et post cetera paras · ab hoc incipiendum
Parata inquis unde uiuam uolo · sit et parare disce ·
Si quid te uetat bene uiuere bene mori non uetat ·
Non est quod paupertas a phia nos reuocet ne
egestas quidem · tolleranda est enim ad hoc pro-
perantibus et fames · quam tollerauerunt quidam in
obsidionibus · et quod aliud erat illius patientie
premium quam in arbitrium non cadere uictoris · Quanto
hoc maius quod promittitur · perpetua libertas ·
nullius nec hominis timor nec dei · et quidem uel esu-
rienti ad ista ueniendum est · perpessi sunt exer-
citus inopiam omnium rerum · uixerunt herbarum
radicibus · et dictu fedius tulerunt famem

hec omnia passi sunt pro regno et quod magis miraris
alieno · Dubitabit aliquis ferre paupertatem
ut animum furoribus liberet · Non est ergo prius acqui-
rendum · licet ad phiam etiam sine viatico perue-
nire · Itaque cum omnia habueris tunc habere et sa-
pientiam voles · hoc erit ultimum vite instrumentum
et ut ita dicam additamentum · Tu vero si non est
aliquid habes · iam philosophare · Unde enim scis
an iam nimis habeas · sive nichil · hoc prius quere quam
quicquid velit natura desiderat · primum dicere non potuit
quod natura minimum petit · Nature autem se sapiens ac-
comodat · Sed si necessitates ultime inciderint · iam
dudum exiet e uita et molestus sibi esse desinat ·
si uero exiguum erit et angustum quo possit ui-
ta produci · id boni consulet · nec ultra necessaria
sollicitus aut anxius · uentri et scapulis suum reddet ·
et occupationes diuitum concursationesque ad diuitias currentium
securus letusque ridebit ac dicet · Quid in longum
ipse te differs · expectabis ne fenoris questum
aut ex mercede compendium aut tabulas beati senis ·
cum fieri possis statim diues · Representat opes
sapientia quas cuicumque fecit superuacuas dedit ·
Sed ad alios pertinet · tu locupletibus propior es · Se-
culum muta nimis habes · Idest ad omne seculum quod
satis est · Poteram hoc in loco epistulam claudere
nisi te male instituissem · Reges parthos non
potest quisquam salutare sine munere · tibi uale dicere
non licet gratis · Quid istic mgs · ab Epicu-
ro mutuum sumam · Multis parasse diuiti-
as non finis miseriarum fuit sed mutatio · nec hoc
miror · non est enim in rebus uicium sed in ipso animo ·
Illud quod paupertatem nobis grauem fecerat et diui-
tias graues fecit · quemadmodum nichil refert utrum
egrum in ligneo lecto an in aurato colloces quo-
cumque illum transtuleris · morbum suum secum transferet ·
sic nichil refert utrum eger animus in diuitiis
an in paupertate ponatur · malum illic suum se-
quitur · Ut sine luxuria dies festus agatur
· et de paupertate uero petenda · Et qualr i

December est modicat ira gigt csamz · e · 18 ·
mensis quo maxime ciuitas sudat ·
Ius luxurie publice datum est · ingenti apparatu
sonant omnia · tamquam quicquam inter saturnalia intersit
et dies rerum agendarum · adeo nichil est ut ui-
deatur michi errasse qui dixit · olim mensem decem-
brem fuisse nunc annum · Si te hic haberem
libenter tecum conferrem · quod existimares esse faciendum ·
Utrum nichil ex quotidiana consuetudine mouendum
an ne dissidere uideremur cum publicis moribus
et hilarius cenandum et exuendam togam · Nam quod
fieri nisi in tumultu et tristi tempore ciuitatis non
solebat · uoluptatis causa ac festorum dierum

Epy · 8 · c · 1 · 7

uestez mutabimus. Si te bene noui arbitri
partibus fuctus. Hec p oia nos similes ec
pileate turbe noluisses nec p oia dissiles
n forte hijs marie diebus aio ipandu est
ut tue uoluptatibus solus abstineat. tez in
illas ois turba peubuit certissimu argu-
firmit sine capud st ad blanda z i luxuriaz
trahentia nec it nec adducte hz inlto fortius est
ebrio uomitate pplo. siccuz ac sobriu ee illu
tepatus no extrape se nec insignire nec inisce
se omibus. z eadez s no eodez mo face. licet
eni sin luxuria agere festuz diez. Ceteru adeo
mi plac tepare ai tui firmitaz. ut ex pcepto
magnor uiror tibi cs pcipiaz. interponas a-
liquot dies qbus otentus minimo ac uilissimo
cibo. dura ac horrida ueste. dicas tibi hoc est
qd timebar. In ipa securitate aius ad difficilia
se pparet z cotra iniurias fortune medius bnficia fir-
metur. Miles i media pace decurrit. sin ullo
hoste malu iacit. z supuacuo labore lassa-
ut sufficere nacio possit. si quem i ipa re trepida-
re nolueris ante rez exerceas. hi secuti sunt qui
omnibus mensibus paupertatz imitati ppe ad
inopiaz accesserut ne umqm expauescerent
qd sepe didicissent. no e qd existimes me di-
cere (al. admoneat cenas) admoneas Cenas z pauperz cellas.
z qcqd aliud e p qd luxuria diuiciaz tedio
ludit. Grabatus ille securus sit (al. sagum) z sacrum z
panis durus ac sordidus. hec triduo z qtri-
duo fer interdu pluribus diebus ut no lu-
sus sit s experimentuz. Tuc m crede luculi exul-
tabis dipondio saciatus z intelliges ad securi-
tatez no opus ee fortuna. hoc e qd sat est
necessitati dz iratam. no e tm qre tumultu t
facere uidearis. facies ei qd multa milia ser-
uoru multa milia pauperu faciut. Illo te no-
mine suspice qd facies no coactus qd tu fa-
cile erit tibi illud pati sep qd ali experia-
exercitamus nos ad paululuz. z ne ipparatos
fortuna dephendat fiat nobis paupertas fa-
miliaris securius diuites erimus si scierimus qm n
sit graue ee pauperes. Certos habebat dies
ille mgr uoluptatis Epicurus qbus ma-
ligne fame extingueret. uisurus an aliqd
deesset plena z osumata uoluptate. uel qntu
deesset. z an dignu qd qs magno labore pen-
saret. Hoc certe i hijs eplis ait qs scripsit
charino. de magistratu ad polienu. z glatur
no toto asse pasti metrodoro q nondu tm
pfecit. Toto i hoc tu uictu saturitatez putas
ee z uoluptas e. uoluptas ac no illa leuis
z fugax z subinde reficienda s stabil z cer-

Epy.

Non eni iocunda res e aqua z polenta. aut frustuz
ordeacei panis. s summa uoluptas e posse
cape etiaz ex hijs uoluptatez z ad id se de-
duxisse. quod eripe nulla fortune iniquitas
possit. liberiora alimenta sunt carceris sepositos
ad capitale suppliciu. Non tez angusta qui
occisurus e pascit. quanta e ai magnitudo ad
id sua sponte descende qd ne ad extrema qdez
decretis timendu sit. hoc est pccupare tela for-
tune. Incipe ego mi lucili seqi hor osuetum
z aliqs dies destina qbus secedas a tuis
rebus minimoqz te facias familiarez. Incipe
cu paupertate hre comerciu. Aude hospes co-
temne opes z te qdez dignu finge deo. nec
alius e deo dignus qm qui opes otempsit. qs
possidez tibi no interdico. s efficere uolo ut eas
intrepide possideas. q uno osequeris modo si
te etiaz sin illis bte uicturus psuaseris tibi si
illas tamqz exituras sp aspexeris. Sed iaz in-
cipias eplaz oplicare. prius inqs redde qd debes
delegabo te ad Epicuru ab illo fiet enumera-
tio. Immodica ira gignit insaniaz. hoc qm uerum sit
necesse e scias. cu habueris z seruu z inimicuz.
In omes psonas hic exardescit affectus. tam ex amore
nascitur qm ex odio no minus inter seria qm int
lusus z iocos. nec interest ex qm magna causa nascatur
s in qlez pueniat aim. sic ignis no refert. Sic
ignis no refert qm magnus s quo incidat. Na
etia maxia solida no receperunt. rursus
arida z corripi facilia scintillam qz fouent
usqz i incendiu. Ita e mi lucili exitus ingen-
tis furor est. z io ira uitanda e no modera-
tione s sanitatis. Vale. De secessu i ociu. z de
pleritate oncatenatiu se cupiditatum uitare

Exulto da. Et de cana cu amore habita

Et quotiens eplas tuas accipio. implet
ei me bona spe. iam no pmittit de te sed
spondet. Ita fac oro atqz obsecro. qd eni hoc
melius qd amicu rogez qm qd p ipso rogatus
sit. Si potes subduc te istis occupationibus
si minus eripe. Satis multuz tpis sparsimus. Inci-
piamus uasa i senectute colligere. Nunquid
inuidiosu e. In freto uiximus. moriamur i por-
tu. Neqz suaserim tibi nomen ex ocio petere qd
nec iactare debes nec abscondere. nunqm eni usqz
eo te abigaz ut genus humani furoris damnes
latebraz tibi aliquam pari z obliuionem uelis.
Id age ut ociu tuu no emineat s appa-
reat. Deinde uidebunt de isto qbus integra sunt
z prima osilia an uelit uitam p obscurum trans-
mittere. Tibi liberum no est. in mediu te ptu-
lit ingenii uigor. scriptorum elegantie clare

et nobiles amicicie. tuam notitia te invasit ut
licet in extrema secesseris ac penitus recondaris
tamen priora te monstrabunt tenebras habere non
potes. sequetur quocumque fugeris multum pristine
lucis. quietem potes vendicare sine ullius odio
sine desiderio sine morsu animi tui. Quid enim relinques
quod invitus relictum a te posses cogitare. clientes
quorum nemo te ipsum sequitur sed aliquid ex te. olim amicicia
petebatur nunc preda. mutabunt testamenta migrabit
ad limen salutator. aliud non potest parva res magna
constare. Estima utrum te relinquere an ad
ex tuis malis. utinam quidem tibi senescere contigisset
intra natalium tuorum domum nec te in altum fortuna
misisset. Tulit te longe ab aspectu vite salubris
rapida felicitas provincia et procuratio et quidquid
ab istis promittitur. maiora deinde officia te excipient
et ex aliis alia. quis exitus erit. quid expectas
donec desinas habere quod cupias. numquam
erit tempus. Qualem dicimus seriem esse causarum ex quibus
nectitur fatum talem et cupiditatum. Altera ex
fine alterius nascitur in eam demissus es vitam que numquam
tibi terminum miseriarum ac servitutis ipsa factura
sit. Subduc cervicem iugo trito. semel illam incidi
quam semper premi satius est. Si te ad privata retuleris minora
erunt omnia sed affatim implebunt. At nunc plurima
et undique ingesta non satiant. utrum autem mavis
ex inopia saturitatem an in copia famem. et avida
felicitas est et aliene aviditati exposita. quamdiu
nichil satis tibi fuerit ipse aliis non eris. quomodo
inquis exibo. utcumque. cogita quam multa temere pro
pecunia quam multa laboriose pro honore temptaveris.
aliquid pro ocio audendum est aut in ista sollicitudine
procurationum et deinde urbanorum officiorum senescendum
in tumultu ac semper novis fluctibus quos effugere
nulla modestia nulla vite quiete contingit. Quid enim
ad te pertinet an tu quiescere velis. fortuna
tua non vult. quid si illi etiam nunc permiseris crescere.
quantum ad successum accesserit accedet ad metum.
Volo tibi hoc loco referre dictum Mecenatis vera
in ipso eculeo docuit. ipsa enim altitudo attonat summa.
Si queris in quo libro dixerit. in eo qui Prometheus
inscribitur. hoc voluit dicere attonita habet summa. Est
ergo ulla potentia tanti ut sit tibi tam ebrius sermo.
ingeniosus fuit ille vir magnum exemplum
romane eloquentie daturus nisi illum enervasset
felicitas immo illum castrasset. Hic te exitus
manet nisi iam contrahes vela. nisi quod
ille sero voluit terram leges. Poteram tecum
hac Mecenatis sententia parem facere rationem. sed movebis
mihi controversiam si te novi. nec voles quod debeo
in asperum et improbo accipere. ut se res habet ab
Epicuro versura faciendum est. Ante quidem circum-
spiciendum est cum quibus edas et bibas quam quid edas
et bibas. Nam sine amico visceratio leonis ac
lupi vita est. hoc non contingit tibi nisi secesseris alioquin
convivas habebis quos ex turba salutantium
nomenclator digessit. Errat autem qui amicum
in atrio querit in convivio probat. Nullum habet
maius malum occupatus homo et in bonis suis obsessus
quam quod amicos sibi putat quibus ipse non est
quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos
amicos cum quidam quo plus debent magis
oderint. leve es alienum debitorem facit grave
inimicum. Quid ergo beneficia non pariunt amicicias.
pariunt si accipiendos licuit eligere si collocata
non sparsa sunt. itaque dum incipis esse mentis
tue interim hoc consilio sapientum utere ut magis
ad rem existimes pertinere quis quam quid acceperit.
Vale.

Liber iii. de concordia doctrine cum vita de inequalitate vite cavenda et de paupertatis beneficio. Et quod magnus est qui in diviciis pauper est. Quod securior qui caret diviciis. R.

Si vales et te dignum putas qui aliquando
fias tuus gaudeo. mea enim gloria erit
si te istinc ubi sine spe exeundi fluctuaris
extraxero. Illud autem mi Lucili rogo atque hortor
ut philosophiam in precordia ima demittas et experimentum
profectus tui capias non oratione nec scripto
sed animi firmitate cupiditatum diminutione.
verba rebus proba. Aliud propositum est declamantibus
et assensionem corone captantibus aliud his qui
iuvenum et ociosorum aures disputatione varia
aut volubili detinent. facere docet philosophia non dicere.
Et hoc exigit ut ad legem suam quisque vivat
ne orationi vita dissentiat ut ipsa inter se vi-
ta unus sit omnium actionum et dissensionum color.
Maximum hoc est et officium sapientie et indicium ut
verbis opera concordent ut ipse ubique par sibi idem-
que sit. Quis hoc prestabit. Pauci aliqui tamen. est enim dif-
ficile. hoc nec dico sapientem uno semper iturum
gradu sed una via. Observa itaque numquid
vestis tua domusque dissentiant numquid in te li-
beralis sis in tuos sordidus numquid cenes fru-
galiter edifices luxuriose. unam semel ad quam
vivas regulam apprehende et ad hanc omnem vitam
tuam exequa. Quidam se domi contrahunt
dilatant foris et extendunt. vicium est hec di-
versitas et signum vacillantis animi ac nondum
habentis tenorem suum. etiam nunc dicam unde sit
ista inconstantia et dissimilitudo rerum consiliorumque.
nemo proponit sibi quid velit. nec si proposuit perseve-
rat in eo sed transilit. nec tantum mutat sed redit
et in ea que deseruit ac damnavit revolvitur.
Itaque ut relinquam diffinitiones sapientie veteres

[margin: q(uid) e(st) sapientia] et totum complectar humane vite modum. Hoc possis contentus esse. Quid est sapientia? Semper idem velle atque idem nolle. Licet illam exceptiunculam non addicias ut rectum sit quod velis. Non potest enim cuiquam idem semper placere nisi rectum. Nesciunt ergo homines quid velint nisi illo momento quo volunt. In totum nulli velle aut nolle decretum est. Variatur cotidie iudicium et in contrarium vertitur. At plerisque agitur vita lusum. Preme ergo quod cepisti et fortasse perduceris aut ad summum aut eo quo summum non dum esse solus intelligis. Quid fiet inquis huic turbe familiaris sine re familiari? Turba ista cum a te pasci desierit ipsa se pascet. Aut quod tu beneficio tuo non potes scire paupertatis scies. Illa veros certosque amicos retinebit. Quisquis discedit non te sed aliud sequebatur. Non est autem vel ob hoc unum amanda paupertas quod a quibus ameris ostendet? Quando ille veniet dies quo nemo in honorem tuum mentiatur? Huc ergo cogitationes tue tendant, hoc cura, hoc opta. Omnia alia vota deo remissurus ut contentus sis temporo et ex te nascentibus bonis. Que potest esse felicitas propior? Redige te ad parva ex quibus cadere non possis. Idque ut libentius facias ad hoc pertinebit tributum huius epistole quod statim conferam. Invideas licet etiam nunc libenter pro me dependet Epycurus. [margin: Epy.] Magnificentior mihi crede sermo tuus in grabato videbitur et in panno, non enim dicentur tantum illa sed probabuntur. Ego certe aliter audio que dicit Demetrius noster [margin: deme.] cum illum vidi nudum quanto minus quam in stramentis incubantem. Non preceptor veri sed testis est. Quid ergo non licet divitias in sinu positas contempnere? Quidni liceat. Et ille ingentis animi est qui illas circumfusas sibi multum diuque miratus quod venerit ad se ridet suasque audit magis esse quam sentit. Multum est non corrumpi divitiarum contubernio. Magnus ille qui in divitiis pauper est. Nescio inquis quo paupertatem iste laturus sit si illam inciderit. Nec ego Epycure angustius si iste pauper contempturus sit divitias si in illas inciderit. Itaque in utroque mens estimanda est inspiciendumque an ille paupertati indulgeat an hic divitiis non indulgeat. Alioquin leve argumentum est bone voluntatis grabatus et pannus nisi apparuit aliquem illa non necessitate pati sed malle. Ceterum magne indolis est ad ista non properare tamquam meliora sed preparari tamquam ad facilia. Et sunt Lucili facilia. Cum vero multo ante meditatus accesseris iocunda quoque. Inest enim illis sine quo nihil est iocundum securitas. Necessarium ergo iudico id quod tibi scripsi magnos viros sepe fecisse aliquos dies interponere quibus nos ymaginaria paupertate exerceamus ad veram. Quod eo magis faciendum est quod deliciis permaduimus et omnia dura ac difficilia iudicamus. Potius excitandus e somno et vellicandus est animus admonendusque naturam nobis minimum constituisse. Nemo nascitur dives. Quisquis exit in lucem iussus est lacte et panno contentus esse. Ab his initiis nos regna non capiunt. Vale.

Ostendit tendentem ad philosophiam impedire humane felicitatis falsam extimationem. Et quod solum studiosum ingenium faciat aliquem clarum. Et quod in omni eo quod habere cupimus cupiditatibus

Cum istis tibi esse negotium detrahendum est iudicas de quibus scripseras? Maximum negotium tecum habes. Tu tibi molestus es. Quid velis nescis. Melius probas honesta quam sequaris. Vides ubi posita sit felicitas sed ad illam pervenire non audes. Quid sit autem quod te impediat quia ipse parum dispicis dicam. Magna esse credis ista que relicturus es et cum proposuisti tibi illam securitatem ad quam transiturus es retinet te huius vite a qua recessurus es fulgor tamquam in sordida et obscura casurum. Erras Lucili. Ex hac vita ad illam ascenditur. Quod interest inter splendorem et lucem, cum hec certam habeat originem ac suam, ille niteat alieno, hoc interest inter hanc vitam et illam. Hec fulgore extrinsecus veniente percussa est crassam illi statim umbram factura quisquis obstiterit. Illa suo lumine illustris est. Studia te tua clarum et nobilem efficient. Exemplum Epycuri referam. Cum Ydomeneo scriberet et illum a vita speciosa ad fidelem stabilemque gloriam revocaret regie tunc potentie ministrum et magna tractantem. Si gloria inquit tangeris, notiorem te epistole mee facient quam omnia ista que colis et propter que coleris. Numquid ergo mentitus est? Quis Ydomenea nosset nisi Epycurus illum suis litteris incidisset? Omnes illos megistanas et satrapas et regem ipsum ex quo Ydomenei titulus petebatur oblivio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistole non sinunt. Nichil illi profuisset gener Agrippa et Tyberius progener et Drusus Cesar pronepos; inter tam magna nomina taceretur nisi Cicero illum applicuisset. Profunda super nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exerent et in idem quandoque silentium abitura oblivioni resistent ac se diu vindicabunt. Quod Epycurus amico suo promittere potuit hoc tibi promitto Lucili. Habebo apud posteros gratiam; possum mecum duratura nomina educere. Virgilius noster duobus memoriam eternam promisit et prestat: Fortunati ambo si quid mea carmina possunt. Nulla dies

umquam me mori nos eximet. Eneidos: Dum domus
Enee Capitolii immobile saxum accolet imperiumque
pater Romanus habebit. Quoscumque in medium for-
tuna protulit, quicumque membra ac partes aliene
potentie fuerint, horum gratia viguit, domus frequen-
tata est dum ipsi steterunt; post ipsos cito memoria
defecit. Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis
tantum honor habetur, sed quicquid illorum memorie adhesit
excipitur. Gratis Ydomeneus in epistolam
meam venit: ipse eam de suo reddet. Ad hunc
Epicurus illam nobilem sententiam scripsit qua hortatur
ut Phitoclea locupletem non publico nec ancipi-
ti via faciat. Si vis inquit Phitoclea divitem
facere, non pecunie addiciendum sed cupiditati detrahen-
dum est. Et apertior ista sententia est quam interpretanda
sit, et disertior quam ut adiuvanda. Hoc unum te
admoneo, ne istud tantum existimes de divitiis di-
ctum; quocumque transtuleris idem poterit. Si vis Phi-
toclea honestum facere, non honoribus addiciendum
sed cupiditatibus detrahendum. Has voces non est quod
Epicuri esse iudices. Si vis Phitoclea esse in per-
petua voluptate, non voluptatibus addiciendum est
sed cupiditatibus detrahendum. Si vis Phitoclea se-
nem facere et implere vitam, non annis addiciendum est
sed cupiditatibus detrahendum. Has voces non est quod E-
picuri esse iudices: publice sunt. Quod fieri in sena-
tu solet faciendum ego in philosophia existimo: cum censu-
it aliquis quod ex parte mihi placeat, iubeo dividere sententiam
et sequor. Eo libentius Epicuri egregia dicta com-
memoro ut isti qui ad illa confugiunt spe ma-
la inducti, qui velamentum ipsos vitiorum suorum habi-
turos existimant, probent quocumque ierint honeste
esse vivendum. Cum adieris eius ortulos et inscriptum
ortulis: Hospes hic bene manebis, hic summum
bonum voluptas est, paratus erit istius domicilii cu-
stos hospitalis humanus, et te polenta excipiet
et aquam quoque large ministrabit et dicet: Ecquid bene
acceptus es? Non irritant hii ortuli famem sed extin-
guunt, nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt
sed naturali et gratuito remedio sedant. In hac vo-
luptate consenui. De his tecum desideriis loquor
que consolacionem non recipiunt, quibus dandum est aliquid
ut desinant. Nam de illis extraordinariis que
licet differre, licet castigare et opprimere, hoc unum
que faciam: ista voluptas naturalis est, non necessaria.
Huic nichil debes; si quid impendis voluntarium
est. Venter precepta non audit: poscit, appellat.
Non est tamen molestus creditor: parvo dimittitur
si modo das illi quod debes, non quod potes. Quod

**occupationes consilio relinquende sint, non precipi-
tanter fugiende. Et de vana querela occu-
patorum. Et quod peiores moriuntur quam nascuntur.**

e. 22.
c. 3.

Iam intelligis educendum esse te ex istis occu-
pationibus speciosis et malis, sed quo id consequi
possis queris. Quedam non nisi a presente monstrantur. Non
potest medicus per epistolas cibi aut balnei tempus
eligere: vena tangenda est. Vetus proverbium est
gladiatorem in arena capere consilium: aliquid adversarii
vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio
corporis intuentem monet. Quid fieri soleat, quid
oporteat, in universum et mandari potest et scribi: tale
consilium non tantum absentibus sed etiam posteris datur.
Illud alterum, quando fieri debeat aut quemadmodum, ex longinquo
nemo suadebit: cum rebus ipsis deliberandum
est. Non tantum presentis (al. presentes) sed vigilantis est occasionem
observare properantem. Itaque hanc circumspice,
hanc si videris apprehende, et toto impetu, totis
viribus id age ut te istis officiis exuas. Et
quidem quam sententiam feram attende: censeo aut
ex ista vita tibi aut e vita exeundum. Sed idem illud
existimo lenienda (al. leniendo via) via, ut quod male implicuisti
solvas potius quam abrumpas, dummodo si alia solven-
di ratio non erit, vel abrumpas. Nemo tam timidus
est ut malit semper pendere quam semel cadere. Interim
quod primum est, impedire te noli: contentus ergo nego-
tiis in que descendisti, vel quod videri mavis
incidisti. Non est quod ad ulteriora nitaris, aut
perdes excusationem et apparebit te non incidisse.
Ista enim que dici solent falsa sunt: Non potui aliter.
Quid si nollem? Necesse erat. Nulli necesse est felici-
tatem cursu sequi. Est aliquid, etiam si non repu-
gnare, subsistere nec instare fortune ferenti. Num-
quid offenderis si in consilium non venio tantum sed ad-
voco, equidem prudentiores quam ipse sum, ad quos
soleo deferre si quid delibero? Epicuri epistolam
ad hanc rem pertinentem lege, que Ydomeneo
scribitur, quem rogat ut quantum potest fugiat et
properet antequam aliqua vis maior interveniat et
auferat libertatem (al. recedendi) recedendi. Idem tamen subicit
nichil esse temptandum nisi cum apte poterit tempestiveque
temptari; sed cum illud tempus captatum diu venerit,
exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem
vetat et sperat salutarem etiam ex difficillimis
exitum, si nec properemus ante tempus nec cessemus in tem-
pore. Puto nunc et Stoicam sententiam queris. Non est quod quisquam
illos apud te temeritatis infamet: cautio-
res quam fortiores sunt. Expectas forsitan ut hec
tibi dicant: Turpe est cedere onere. Luctare cum
officio quod semel recepisti. Non est vir fortis ac stre-
nuus qui laborem fugit, nisi crescit illi animus ipsa
rerum difficultate. Dicentur tibi ista, si opere pretium
habebit perseverantia, si nichil indignum bono
viro faciendum patiendumve erit. Alioquin sordi-
do se et contumelioso labore non conteret. Nec i

Epy.

Stoy.

negociis erit negocium eci. Ne illud quidem quod
existimas facturum cum faceret ut ambiciosis
rebus impliatus semper estus eciam ferat. Sed
cum uiderat grauia in quibus uolutatur incerta
anciapicia referret pedem. non uertet tergum.
sed sensim recedet in tutum. Difficile autem mi Lucili oc-
cupaciones euadere si occupacionum precia con-
tempseris. illa sunt que nos morantur et detinent. Quid
ergo tam magne spes relinquimus ab ipsa messe di-
scedam. nullum erit latus. incomitata lectica.
atrium uacuum. Ab hiis ergo inuiti homines recedunt
et mercedem miseriarum amant ipsas execrantur.
Sic de ambicione. quo de amica queruntur. idem
si uerum affectum eorum inspicias non oderunt sed
litigant. Excute istos qui que cupiere deplorant
et de earum rerum loquuntur fuga. quibus carere non
possunt. itaque Lucili paucos seruitus. plures ser-
uitutem tenent. Sed si deponere illam in animo est. et
libertas bona fide placuit. In hoc autem unum aduo-
cacionem petis. ut sine perpetua sollicitudine id tibi
facere contingat. Quid ni tota te cohors stoy-
corum probatura sit. Omnes Zenones et Crisippi mode-
rata et honesta tua suadebunt. Sed si propter hoc
tergiuersaris ut circumspicias quantum feras te-
cum et quam magna pecunia instruas ocium. numquam
exitum inuenies. Nemo cum sarcinis enatat. Emer-
ge ad meliorem uitam propiciis diis. sed non sic quo-
modo istis propicii sunt. quibus bono ac benigno uultu ma-
la magnifica tribuerunt. Ad hoc unum excusati.
quod ista que urunt que excruciat optantibus da-
ta sunt. Iam imprimebam epistule signum. resol-
uenda est ut cum solennem ad te munusculo ueniat
et aliquam magnificam uocem ferat secum et occurrit
mihi ecce nescio utrum uerior an eloquencior. Cuius?
inquis. Epycuri. Adhuc enim alienas sarcinas
adoro. Nemo non ita exit e uita tamquam modo intra-
uerit. Quemcumque uis occupa. adolescentem. senem.
medium. inuenies eque timidum mortis eque
inscium uite. Nemo quicquam habet facti. in futurum enim nostra
distulimus. Nichil me magis in ista uoce dele-
ctat. quam quod exprobratur senibus infancia. Nemo in-
quit aliter quam quo natus est exit e uita. Falsum est. peio-
res morimur quam nascimur. Nam istud non nature
nostre est. illa de nobis conqueri debet et dicere.
quid hoc est. sine cupiditatibus uos genui. sine timori-
bus sine supersticionibus. sine perfidia ceterisque pe-
stibus. Quales intrastis tales exite. Percepit
sapienciam si quis tam securus moritur quam nascitur. Nunc
uero trepidamus cum periculum accessit. Non animus nobis,
non color constat. lacrime nichil profuture cadunt.
Quid est turpius quam in ipso limine securitatis esse sollicitum.
Causa autem hec est. quod inanes omnium bonorum sumus.

uite laboramus. Non enim apud nos pars eius ulla sub-
sedit. transmissa est et effluxit. Nemo quam bene uiuat
sed quamdiu curat. Cum omnibus possit contingere ut bene
uiuat. ut diu nulli. Vale. De solido et mansuro
gaudio. Et de malo uite principio. Rubrica

Putas me tibi scripturum quam humane nobis-
cum hyemps egerit. que et remissa fuit
et breuis. quam maligni uer sit. quam preposterum
frigus et alias ineptias uerba querencium. Ego
uero aliquid quod et mihi et tibi prodesse possit
scribam. Quid autem id erit nisi ut te exhorter
ad bonam mentem. Huius fundamentum quod sit queris.
ne gaudeas uanis. Fundamentum hoc esse dixi. cul-
men est. Ad summam peruenit qui scit quo gau-
deat. qui felicitatem in aliena potestate non posuit.
Sollicitus est et incertus sui quem spes aliqua
prouocat. licet ad manum sit. licet non ex diffi-
cili petatur. licet numquam illum sperata deceperint. Hoc
ante omnia fac mi Lucili. disce gaudere. Existima-
nunc me detrahere tibi multas uoluptates qui
fortuita submoueo. qui spes et dulcissima oblectamen-
ta deuitandas existimo. ymo contra. nolo tibi umquam
deesse leticiam. uolo illam tibi domi nasci. na-
scitur si modo intra te ipsum fit. Cetere hilaritates non
implent pectus. frontem remittunt leues sunt. nisi for-
te tu iudicas eum gaudere qui ridet. Animus debet esse
alacer et fidens et super omnia erectus. Michi crede
uerum gaudium res seuera est. An tu existimas
quemquam soluto uultu. et ut isti delicati lo-
quuntur. hilari oculo mortem contempnere. paupertati
domum aperire. uoluptates tenere sub freno. medi-
tari dolorum pacienciam. Hec qui apud se uersat in magno
gaudio est sed parum blando. In huius gaudii pos-
sessione esse te uolo. numquam deficiet cum semel unde
petatur inueneris. leuium metallorum fructus in summo
est. illa opulentissima sunt quorum in alto latet
uena assidue plenius responsura fodienti. Hec quibus
delectatur uulgus tenuem habent ac perfusoriam uolu-
ptatem. et quodcumque inuectitium gaudium est fundamento
caret. Hoc de quo loquor. ad quod te conor perducere
solidum est. et quod plus pateat introrsus. Fac oro
te Lucili rem que una te potest prestare felicem. dis-
sice et conculca ista que extrinsecus splendent que tibi
promittuntur ab alio uel ex alio. Ad uerum bonum
specta et de tuo gaude. Quid est autem hoc de tuo?
te ipso et tui optima parte. Corpusculum quoque eciam si nichil
fieri sine illo potest. magis necessariam rem crede quam
magnam. Vanas suggerit uoluptates. breues
penitendas. ac nisi magna moderacione temperentur
in contrarium abituras. Ita dico in precipiti uoluptas
ad dolorem uergit. nisi modum tenuit. Modum
autem tenere in eo difficile est quod bonum esse credideris.

viri boni audiuntur tuta est. Quid sit iste advocatus aut unde subeat dicam: ex bona conscientia ex honestis consiliis ex rectis actionibus ex contemptu fortuitorum ex placido vite et continuo tenore unam prementis viam. Nam illi qui ex aliis propositis in alia transiliunt non at transiliunt quidem sed casu quodam transmittuntur. quomodo haerere unquam certum mansurumve possunt suspensi et vagi. Pauci sunt qui consilio se suaque disponant. ceteri eorum more que fluminibus natant non eunt sed feruntur ex quibus alios lenior unda detinuit ac mollius vexit alia vehementior rapuit alia proxima ripe cursu languescente deposuit alia torrens impetus in mare eiecit. Ideo constituendum est quid velimus et in eo perseverandum. Hic est locus solvendi eris alieni. possum enim vocem Epicuri tui reddere et hanc epistulam liberare. Molestum est semper vitam inchoare. Aut si hoc modo magis sensus potest exprimi: male vivunt qui semper vivere incipiunt. Quare inquis? desiderat enim explanationem ista vox. Quia semper illis imperfecta vita est. Non potest autem stare paratus ad mortem qui non incipit vivere. Id agendum est ut satis vixerimus. Nemo hoc putat qui orditur cum maxime vitam. Non est quod existimes paucos esse hos, prope modum omnes sunt. Quidam vero tunc incipiunt cum desinendum est. Si hoc iudicas mirum, adiciam quod magis admireris: Quidam ante vivere desierunt quam inciperent. Vale.

De premeditatione futurorum periculorum et de non timenda morte in qua tamen non consulte animus est indignandus.

Sollicitatum te esse scribis de iudicii eventu quod tibi furor inimici denuntiat. et existimas me suasurum ut meliora tibi ipse proponas et acquiescas spei blande. quid enim necesse est mala accersere et satis cito patienda cum venerint presumere ac presens tempus futuri metu perdere? est sine dubio stultum quia quandoque sis futurus miser esse iam miserum. Sed ego alia te ad securitatem via deducam. Si vis omnem sollicitudinem exuere quicquid vereris ne eveniat eventurum utique propone. Et quodcumque illud malum est tecum ipse metire ac timorem tuum taxa. Intelliges profecto aut non magnum aut non longum esse quod metuis. Nec diu exempla quibus confirmeris colligenda sunt. Omnis illa etas tulit in quamcumque partem rerum vel civilium vel externarum memoriam miseris. Occurret tibi ingenia aut profectus aut impetu magni. Numquid accidere tibi si damnaris durius potest quam ut mittaris in exilium, ut ducaris in carcerem? Numquid ultra quicquam ulli timendum est quam ut uratur quam ut pereat? Singula ista constitue et contemptores eorum cita, qui non querendi sed eligendi sunt. Damnationem suam Rutilius sic tulit tamquam nichil illi molestum aliud esset quam quod male iudicaret. Exilium Metellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter. Alter ut rediret rei publice prestitit, alter reditum suum Sylle negavit, cui nichil tunc negabatur. In carcere Socrates disputavit et exire cum essent qui promitterent fugam noluit remansitque ut duarum rerum gravissimarum hominibus demeret metum mortis et carceris. Mucius ignibus manum imposuit. Acerbum est uri: quanto acerbius si id te faciente patiaris. Vides hominem non eruditum nec ullis preceptis contra mortem aut dolorem subornatum, militari tamen robore instructum penas a se irritati conatus exigere: spectator distillantis in hostili foculo dextere stetit, nec ante removit nudis ossibus fluentem manum quam ignis illi ab hoste subduceretur. Facere aliquid in illis castris felicius potuit, nichil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula virtus quam crudelitas ad irroganda. Facilius Porsenna Mucio ignovit quod voluerat occidere quam sibi Mucius quod non occiderat. Decantate inquis omnibus scolis fabule iste sunt. Iam mihi cum ad contemnendam mortem ventum fuerit Catonem narrabis. Quidni ego narrem ultima illa nocte Platonis librum legentem posito ad capud gladio? Hec duo in rebus extremis instrumenta prospexerat, alterum ut vellet mori, alterum ut posset. Compositis ergo rebus utcumque componi fracte atque ultime poterant, id agendum existimavit ne cui Catonem aut occidere liceret aut servare contingeret. Et stricto gladio quem usque in illum diem ab omni cede purum servaverat: Nichil inquit egisti fortuna omnibus conatibus meis obstando. Non pro mea adhuc sed pro patrie libertate pugnavi nec agebam tanta pertinacia ut liber sed ut inter liberos viverem. Nunc quoniam deplorate sunt res humani generis Cato deducatur in tutum. Impressit deinde mortiferum corpori vulnus. Quo obligato a medicis cum minus sanguinis haberet, minus virium, animi idem, iam non tantum Cesari sed sibi iratus nudas in vulnus manus egit et generosum illum contemptoremque omnis potentie spiritum non emisit sed eiecit. Non in hoc exempla nunc congero ut ingenium exerceam sed ut te adversus id quod maxime terribile videtur exhorter. Facilius autem exhortabor si ostendero non fortes tantum viros hoc momentum efflande anime contempsisse sed quosdam ad alia ignavos in hac re equasse animum fortissimorum. Sicut illum Gn. Pompeii socerum Scipionem qui contrario in Africa vento relatus cum teneri navem suam vidisset ab hostibus ferro se transverberavit et querentibus ubi imperator esset, imperator inquit se bene habet. Vox hec

Exemplum Socratis.

Exemplum Mucii.

Exemplum de morte Catonis.

Exemplum de morte Scipionis.

illu parez maioribus fecit. Et fatalez scipi
onibus i affrica glaz. no e mirati passa.
Multuz fuit carthaginez vincere. sz amplius
mortez. ipator inqt se bene habz. An aliter
debebat imperator z qd catho mori. Non
revoco te ad historias n[r] vibus seclis con
temptores mortis q sut plurimi colligo. Re
spice ad h nra tpa. de quos languore ac de
licys qrim. Omnis ordinis hoies suadet
glis ordis ois etatis. q mala sua morte p
(al. poderit)
cedat. michi crede lucili adeo mors time
da no est. ut beneficio ei9 nich an fend
timend ne sit. Securus itaqz inimici[as] i
mici audi. z qmuis qstia tibi tua fiduciaz fa
ciat. tn qr multa ex tantz ualet. z qd eqssimu
est spera. z ad id te qd e iniquissimu copa. Illud
aut an oia memento dele rebs tumultum.
ac uide qd i quaqz resit. Scies nich ee i ist
terribile. nisi ipm timorez. Quod vides acci
dere pueris. h nobis qz maiusculis
pueris euenit. illi qs amat qbs asueuerunt.
cu qbus ludut. Si patres vident expauescut.
No hominibs tm sz rebus psona demenda est.
z reddenda facies sua. Quid m gladios z i
gnes ostedis z turbaz carnificu circa te
fremetez. tolle istaz pompaz sb qua lates.
z stultos territas. Mors e qua nup seruus
meus qua ancilla contempsit. Quid tu rur
sus m flagella et eculeos magno apparatu
explicas. Quid singulis articulis singula ma
chinamta qbs extorqant aptas. z mille
alia instra excarnificadi pticlatz hoie.
pone ista q nos ostupefaciut. iube conticescere
gemitus et exclamationes. z uic uocu laca
tionez elysas acerbitatez. Nepe dolore que
podagricus ille contemnit. que stomachicus ipse in
ipis delicys pfert. que i puerpio puella
pfert. leuis est si ferre possiz. breuis est
si ferre no possiz. h i aio uolutu q sepe au
disti sepe dixisti. sz an ue audieris. an ue
dixeris effectu pba. h ei turpissim e qd nob
obyci solz. uerba nos phie no opa tractare.
Qd tu nunc primu tibi mortez iminere scisti.
nunc exiliu. nunc dolorez. in hac natus es.
Quicqd fieri pt qsi futurum cogitemus. Qd facere
te moneo scio certe fecisse. nunc admoneo
ut aim tuu no mergas in istaz sollicitu
dinez. hebetabitur ei z mi9 habebit vigoris.
cu z exurgendu erit. abduc illu a priuata
ca ad publicaz. dic mortale tibi z fragile
corpusculu ee. Cui no ex iniuria tn aut
ex potentioribs virib9 denunciabitur dolor.

ipse voluptates in tormenta vertuntur. Epule cru
ditatez afferunt. ebrietates neruoz torporez
tremorezqz libidines. pedu manuu articlo
rum depravationes. pauper fiaz. int plures ero.
Exul fiaz. ibi me natuz putabo q mittar.
Alligabor qd ei. nunc solutus suz. ad h me
na graue corpis mei pondus astrinxit. Mori
h dicis. desinaz egrotare posse. desinaz al
ligari posse. desinaz mori posse. no sum tam i
ptus ut epycuream cantilenaz hoc loco p
sequar. z dicaz uanos ee inferos metus nec i
onez rotat uolui. nec saxum humeris sursum p
trudi. i adusum. nec ullius uiscera z rena
sci cotidie posse z carpi. Nemo taz puer est
ut cerberum timeat z tenebras. z laruali h
bitu nudis ossibus coherentiu. Mors nos c
sumit a exuit. emissis meliora restitui
hone detracto. consumptis nich restat pter mal
qz summota sunt. Permitte m h loco referre u
suu si pus admoneo. ut tu iudices no a
lys scripsisse ista sz etiaz tibi. Turpe aliud lo
qui sentire. qnto turpius. aliud scribe aliud se
Memini te illu locu alis tractasse. no repe
nos i mortez incidere. sz minutatiz procedere
Cotidie morimur. cotidie demitur aliqua p
uite z tunc quoqz cu crescimus uita decrescit. I
fanciaz amisimus. dein pueritiaz. dein ad
lescentiaz. usqz ad extremu qcqd transit te
pris huc ipm que agimus diez cu morte di
dimus. quezadmodu   no extrem
stillicidiu exhaurit. sz qcqd an defluerit
sic ultia hora q ee desinimus no sola mor
tez facit. sz sola consumat. tunc ad illa puenim
diu uenimus. Hec cu descripsisses quo sole
ore. sp qdez magnus. nuqz tn acrior. qz ubi
ueritati comendans uba dixisti. Mors no ul
tima uenit. sz q rapit ultima mors e. Malo te
legas ista q eplaz meaz. Apparebit ei t
hat qua timemus mortez extremaz ee no
sola. Video qo spectes. queris quid hui
eple infulserim. q dictu alicuius famosum
q preceptuz utile. ex hac ipa materia quei
manibs fuit mittetur aliqd. Obiurgat Epy
curus. no minus eos qui morte concupiscunt
q eos q timet z ait. Ridiculu e currere
ad mortez tedio uite. cu genere uite ut curre
dum esset ad mortez effeceris. Itez alio loco
d. Quid taz ridiculu q appetere mortez. cu
uitaz inquietaz tibi feceris metu mortis.
His addicias z illud eiusdez note. Licet
(al. tm)
tantaz hominu imprudentiu ee ymo dementia
ut quidaz timore mortis cogunt ad mo

rem · Nunquam horum tractatus confirmabis animum
ut ad mortis l' ad vite paciaz · Ut ei i vtrumqz
mouendi ac firmandi sumus · et ne nimis ame
mus vitaz · et ne nimis oderimus · etiaz cum racio
suadet finire · Sz no temere · nec cum processu capien
dus e impetus · Vir fortis ac sapiens non fu
gere dz e uita · sz exire · Et ante omnia ille quoqz
vitetur affectus qui multos occupauit · libido mo
riendi · Est enim mi lucili ut ad alia sic etiaz
ad moriendum · inconsulta animi inclinatio · que sepe
generosos atqz acerrime indolis viros corri
pit · sepe ignauos iacentesqz · illi contemnunt vi
taz · hy grauantur · Quosdaz subit eadez faciendi
uidendiqz sacietas · et uite non odium sz fasti
dium · in quod prolabimur · ipsa impellente philosophia dum
dicimus · quousqz eadez · Nempe expergiscar · dor
miaz · esuriaz · algebo · estuabo · nullius rei fi
nis est · sz in orbem nexa sunt · omnia fugiunt ac se
quuntur · diem nox premit · dies noctem · estas in
autumnum desinit · autumno yems instat
que vere compescitur · Omnia sic transeunt ut reuertantur ·
nichil nouum facio · nichil nouum uideo · fit aliquando
et huius rei nausia · multi sunt qui non acerbum
iudicent uiuere · sz superuacuum · Vale ·

De corrigendis etiam inueteratis viciis · Et de ymaginaria boni viri presentia

Quod ad duos [al. amicos] amicos nostros pertinet diuisa via e
undum est · Alterius enim uicia emendanda · alterius
frangenda sunt · vtar libertate tota non amo
illum nisi offendo · Quid ergo inquis · quadragenarium
pupillum cogitas sub tutela tua continere · Respi
ce etatem eius iaz duraz et intractabilem non
potest reformari · Tenera finguntur · An profecturus sim
nescio · malo successum michi quam fidem deesse · Nec
desperaueris etiam diutinos egros posse sana
ri · Si contra intemperanciam steteris · si multa in
uitos et facere coegeris · et pati · Ne de altero quidem
satis fiducie habeo · excepto eo quod adhuc pec
care erubescit · nutriendus est hic pudor · qui
quamdiu in animo eius durauerit aliquis erit bone
spei locus · Cum hoc veterano parcius agendum puto
ne in desperacionem sui ueniat · nec ullum tempus
aggrediendi fuit melius quam hoc dum interquiescit ·
dum emendato similis est · aliis hanc inter
missio eius imposuit · michi verba non
dat · Expecto cum magno fenore uicia redi
tura que nunc scio cessare non deesse · Impen
dam huic rei diem · et utrum possit aliquid agi
an non possit experiar · Tu nobis te ut fa
cis fortem presta · et sarcinas contrahe · nichil ex
his que habemus necessarium est · ad legem nature
reuertamur · diuicie parate sunt · aut gratuitum

quod egemus aut uile · Panem et aquam natura de
siderat · nemo ad hoc pauper est · Intra que quisquis
desiderium suum clausit · cum ipso ioue de feli
citate sua contendat · ut ait Epicurus · cuius
aliquam vocem huic epistole inuoluam · Sic fac
inquit omnia tamquam spectet Epicurus · Prodest sine
dubio custodem sibi imposuisse et habere quem
respicias · quem interesse cogitacionibus tuis iu
dices · Hoc quidem longe magnificentius est · sic viuere
tamquam sub alicuius boni viri ac semper presentis oculis ·
Sz ego etiaz hoc contentus sum · ut sic facias quecunqz
facies tamquam spectet aliquis · Omnia nobis
mala solitudo persuadet · Cum iaz profeceris
tantum ut sit tibi etiaz tui reuerentia · licebit
dimittas pedagogum · interim aliquorum te au
ctoritate custodi · aut Cato ille sit · aut Scipio
aut Lelius · aut cuius interuentu perditi quoqz homines ui
cia supprimerent · Dum te efficias eum cum quo pec
care non audeas · Cum hoc effeceris et aliqua
cepit apud te tui esse dignatio · incipiam tibi
permittere quod idem suadet Epicurus · tunc precipue
in te ipse secede cum esse cogeris in turbam · Dis
similem te fieri multis oportet · et dum tibi tutum non sit
a te recedere circumspice singulos · nemo est cui
non satius sit cum quolibet esse quam secum · Tunc precipue
in te ipse secede cum esse cogeris in turba · Si bonus
vir · si quietus · si temperans uis esse · alioquin tibi
in turbam a te recedendum est · istic malo viro pro
pius es ·

De non accusando defectu nature · Et qualiter boni viri meritum mors examinat · Et quam egregium sit mortem discere · R

Modo dicebam tibi in conspectu esse me
senectutis · iaz vereor ne senectutem
post me reliquerim · Aliud iaz annis istis et huic
corpori uocabulum conuenit · Siquidem senectus
lasse etatis non fracte nomen est · inter decre
pitos me numera et extrema tangentes · Gratias
tamen michi apud te ago · non sentio in animo etatis
iniuriaz · cum sentiaz in corpore · Tantum vicia et uicio
rum ministeria senuerunt · Viget animus et gaudet
non multum sibi esse cum corpore · magnam partem
oneris sui posuit · Exultat et michi facit con
trouersiaz de senectute · hunc ait esse florem
suum · Credamus illi bono suo utatur · Ire in
cogitationem iubet · et dispicere quid ex hac tran
quillitate ac modestia morum sapientie debe
am · quid etati · et diligenter excutere que non pos
sim facere · et que nolim · prodesse aliquid · si nolim
quicquid non posse me gaudeo · Que enim
querela est · quid incommodi · si quicquid debebat de
sinere defecit · Incommodum summum est inquis
minui et deperire · et ut proprie dicam liquescere ·

Epy · Epy · c · 26 · Ep · 1 ·

non ei subito impulsi ac prostrati sumus. carpimur. Singuli dies aliquid subtrahunt viribus. Et quis exitus est melior quam in finem suum natura solvente dilabi? Non quia aliquid mali ictus et e vita repentinus excessus sit, sed quia lenis est hec via subduci. Ego certe velut appropinquet experimentum et ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies venerit, ita me observo et alloquor: nichil est inquam adhuc quod aut rebus aut verbis exhibuimus. levia sunt ista et fallacia pignora animi multisque involuta lenociniis. quid profecerim morti crediturus sum. Non timide itaque compono ad illum diem quo remotis strophis ac fucis de me iudicaturus sum, utrum loquar fortia an sentiam, an silicet numquid simulatio fuerit et mimus quicquid contra fortunam iactavi verborum contumacium. Remove existimationem hominum: dubia semper est et in utramque partem dividitur. Remove studia tota vita tractata: de te mors pronunciatura est. Ita dico: disputationes et litterata colloquia et ex preceptis sapientum verba collecta et eruditus sermo non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris tunc apparebit cum animam ages. Accipio condicionem, non reformido iudicium. Hec mecum loquor, sed tecum quoque me locutum puta. Iuvenior es: quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est quo loco te mors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta. Desinere iam volebam et manus expectabat ad clausulam, sed conficienda sunt hec et huic epistole viaticum dandum est. Puta me non dicere unde sumpturus sim mutuum: scis cuius archa utar. Expecta me pusillum et de domo fiet numeratio. Interim commodabit Epicurus qui ait: meditare mortem, vel si commodius sic transire ad nos hic potest sensus: egregia res est mortem discere. Supervacuum forte putas id discere quod semel utendum est. Hoc est ipsum quare meditari debeamus: semper discendum est an sciamus experiri non possumus. Meditare mortem. qui hoc dicit meditari libertatem iubet. Qui mori didicit servire dedidicit. supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer et custodia et claustra? liberum est hostium. Una est cathena que nos alligatos tenet, amor vite, qui ut non est abiciendus ita minuendus est, ut si quando res exiget nichil nos detineat nec impediat quominus parati simus quod quandoque faciendum est statim facere. Vale.

De voluptatum nocumento et virtutis gaudio ad quod per externum adiutorium non venitur. Et quod nunquam nimis dicitur quod non satis discitur.

Tu me inquis mones? iam te ipse monuisti, iam correxisti? ideo aliorum emendationem vacas? Non sum tam improbus ut curationes eger obeam, sed tamquam in eodem valitudinario iaceam, de communi tecum malo colloquor et remedia communico. Sic itaque me audi tamquam mecum loquar. In secretum te meum admitto et te adhibito mecum exigo. Clamo michi ipse: numera annos tuos et pudebit eadem velle que volueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi circa mortis diem presta: moriantur ante te vicia. Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas: non venture tantum sed preterite nocent. Quemadmodum scelera etiam si non sunt deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abit, ita improbarum voluptatum etiam post ipsas penitencia est. Non sunt solide, non sunt fideles; etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspice. Nullum autem est nisi quod animus ex se sibi invenit. Sola virtus prestat gaudium perpetuum, securum. etiam si quid obstat, nubium modo intervenit que infra feruntur nec unquam diem vincunt. Quando ad hoc gaudium pervenire continget? non quidem cessatur adhuc, sed festinetur. Multum restat operis in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. delegationem res ista non recipit. Aliud litterarum genus adiutorium admittit. Calvisius memoria nostra fuit dives et patrimonium habebat libertini et ingenium. Nunquam vidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat ut illi nomen modo Ulixis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene noverat quam pedagogos nostros novimus. Nemo vetulus nomenclator qui nomina non reddit sed imponit tam perperam tribus quam ille Troianos et Achivos persalutabat. Nichilominus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam excogitavit: magna summa emit servos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum; novem preterea liricis singulos assignavit. Magno emisse illum non est quod mireris: non invenerat, alios faciendos locavit. Postquam hec familia illi comparata est, cepit convivas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret versus quos referret, sepe in medio verbo excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus stultorum divitum arrosor et quod duobus hiis adiunctum est derisor, ut grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus centenis milibus sibi constare singulos servos, minoris inquit totidem scrinia

t cenisses. Ille tamen mea opinione errat ut pu
taret se scire quod conspexit in domo sua solum.
nam satellius illum hortatum cepit ut lucrare
noticiam regium pallidum gracilem. Cui sabinus
audissem quod possum vix vivo. Noli obse
cro te cui istud dicere. non vides quam multos
servos valentissimos habeas. Bona mens
non commodatur nec emitur. et puto si venat esset.
non haberet emptorem. at mala cottidie emitur.
sed accipe quod iam debeo. et vale. Divitie sunt
ad legem nature composita paupertas. hoc sepe dicit
Epicurus aliter atque aliter. sed numquam nimis dicitur
quod numquam satis discitur. Quibusdam remedia mo
stranda quibusdam danda sunt. Quod non lo
ci sed animi mutatione tristicia tollitur. Et de
non procrastinando discrimine. Et quod inicium sit sa
Hoc tibi soli putas lutis noticia pec
accidisse et admiraris quasi rem novam
quod peregrinatione tam longa et tot locorum varieta
tibus non discussisti tristiciam gravitatemque mentis.
Animum debes mutare non celum. licet vastum
traieceris mare. licet ut ait Virgilius nostri
terreque urbesque recedant. sequentur te quocumque per
veneris vicia. Hoc idem querenti cuidam
Socrates ait. Quid miraris nichil tibi pe
regrinationes prodesse. cum te circumferas. premit te
eadem causa que expulit. Quid terrarum iu
vare novitas potest. quid cognitio urbium
aut locorum. In irritum cadit ista iactatio. Queris
quare te fuga ista non adiuvet. tecum fugis.
Onus animi deponendum est. Non ullus tibi antea pla
cebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogi
ta. qualem Virgilius noster vatis inducit iam
concitatum et instigatum multumque habentem in se spiritus.
Non sui bachatur vates si pectore possit excus
sisse deum. Vadis huc illuc ut excuties in
sidens pondus. quod ipsa iactatione incommodius
fit. Sicut in navi onera inmota minus urgent.
inequaliter convoluta citius eam partem in quam
incubuere demergunt. quicquid facis contra te
facis et motu ipso noces tibi. egrum enim concutis.
At cum istud exemeris malum. omnis mutatio loci
iocunda fiet. In ultimas expellaris terras li
cebit. in quolibet barbarie angulo colloceris.
hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis
quis venias quam quo interest. et ideo nulli loco addi
ci debemus animum. Cum hac persuasione vivendum
est. Non sum uni angulo natus. patria mea to
tus hic mundus est. Quod si liqueret tibi non admi
rareris nichil adiuvari te regionum varieta
tibus in quas subinde priorum tedio migras. Prima enim
quelibet placuisset si omnem tuam crederes. non pegri

naris sed erras et ageris. locum ex loco mutas.
cum illud quod queris bene vivere omni loco positum sit.
Numquid tam turbidum fieri potest quam forum. ibi quoque licebit
quiete vivere si necesse sit. Si liceat dispo
nere. Conspectum quoque et viciniam fori procul fugiam.
Nam ut loca gravia etiam firmissimam valitudi
nem temptant. ita bone quoque menti nec dum adhuc perfecte
et convalescenti sunt aliqua parum salubria. Dissen
tio ab hiis qui in fluctus medios eunt. et tu
multuosam probantes vitam. cottidie cum difficul
tatibus rerum magno animo colluctantur. Sapi
ens feret ista non eliget. et malet in pace es
se quam in pugna. non multum prodest vicia sua proiecisse
si cum alienis rixandum est. Triginta inquit ty
ranni Socratem circumsteterunt nec potuerunt
animum eius infringere. Quid interest quot domini sint.
servitus una est. hanc qui contempsit in quantalibet
turba dominancium liber est. Tempus est desinere
sed si portatorium solvero. Inicium est salutis noticia
peccati. Egregie mihi hoc videtur dixisse Epicurus. Nam
qui peccare se nescit corrigi non vult. deprehen
das te oportet antequam emendes. Quidam vicus glo
riantur. tu existimas eos aliquid de remedio co
gitare. qui mala sua virtutum loco numerant.
Ideo quantum potes teipsum coargues. inquire in
te accusatoris primum partibus fungere. deinde iudi
cis. novissime deprecatoris. aliquando te offende.
Vale. Liber IIII. Quod licet non omnes monendi
sint. quosdam tamen etiam contradicentes ut illuderet
docendi sunt. Et quod sapiens malit sibi placere quam

De Marcellino nostro queris et
vis scire quid agat. raro ad nos
venit. non ulla alia ex causa nisi quia
audire verum timet. a quo periculo iam abe
rit. ei nisi auditori dicendum est. Ideo de dyo
gene nec minus de aliis cinicis qui libertate pro
miscua usi sunt et omnes monuerunt dubitari
solet an hoc facere debuerint. Quid enim si quis
surdos obiurget. aut natura morbo ve mutos.
Quare inquis verbis parcam. gratuita sunt. Non pos
sum scire an ei profuturus sim quem admoneo.
istud scio alicui me profuturum si multos admo
nuero. Spargenda est manus. non potest fieri ut non
aliquando succedat multa temptanti. Hoc michi videtur
non existimo magno viro faciendum. diluitur eius
auctoritas. nec habet apud eos satis ponderis que pos
set minus obsolefacta corrigere. Sagittarius non
aliquando ferire debet sed aliquando deerrare. non est ars
que ad effectum casu venit. Sapientia ars est. certum
petat. eligat profecturos. ab hiis quos
desperavit recedat. non tamen cito relinquat.
et in ipsa desperatione extrema remedia temptet.

Epicurus

Ep. IIII.

e. 29.

Marcellinum nostrum ego nondum despero etiam
nunc servari potest. sed si cito illi manus porrigatur
est quidem periculum ne porrigentem trahat. Ma-
gna in illo ingenii vis est, sed iam tendentis in
pravum. nichilominus adibo periculum et audebo illi ma-
la sua ostendere. Faciet quod solet, advocabit
illas facetias que risum evocare lugentibus
possunt, et in se primum deinde in nos iocabitur. Omnia
que dicturus sum occupabit. Scrutabitur scolas
nostras et obiciet philosophis congiaria, amicas, gu-
lam. Ostendet michi alium in adulterio, alium in popi-
na, alium in aula. Ostendet michi lepidum philosophum
Aristonem qui in gestatione disserebat. Hoc enim
ad edendum opera tempus acceperat. De cuius secta
cum quereretur, Scaurus ait: utique peripateticus
non est. De eodem cum consuleretur Julius Grecinus
vir egregius quid sentiret, non possum, inquit,
tibi dicere. Nescio enim quid de gradu faciat, tam-
quam de essedario interrogaretur. Hos michi circulatores qui
philosophiam honestius neglexissent quam vendunt in faci-
em ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti. Moveat
ille michi risum, ego fortasse illi lacrimas mo-
vebo. aut si ridere perseverabit, gaudebo tamquam in ma-
lis quod illi genus insanie hilare contigerit. Sed
non est ista hilaritas longa. Observa: videbis
eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere et
acerrime rabere. Propositum est aggredi illum et osten-
dere quanto pluris fuerit cum multis minoris videre-
tur. Vitia eius etiam si non excidero inhibebo.
non desinent sed intermittent. fortasse autem et desinent
si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fasti-
diendum quoniam quidem graviter affectis sanitatis loco
est bona remissio. Dum me illi paro, tu interim
qui potes, qui intelligis unde et quo evaseris et
ex eo suspicaris quousque sis evasurus, compone
mores tuos. attolle animum. adversus formidata
consiste. Numerare eos noli qui tibi metum faciunt.
Nonne videatur stultus si quis multitudinem eo lo-
co timeat per quem transitus singulis est? eque ad
tuam mortem aditus multis non est, licet illa mul-
tis minetur. Sic istud natura disposuit: tam unus
eripiet quam unus dedit. Si pudorem haberes
ultimam michi pensionem remisisses. sed nec ego quidem
me sordide geram in fine eris alieni tibi quod
debeo impingam. nunquam volui populo placere.
nam que ego scio non probat populus, que probat populus
ego nescio. Quis hoc? inquis. tamquam nescias cui im-
perem. Epicurus. sed idem hoc omnes tibi ex omni
domo conclamabunt peripatetici, academici,
stoyci, cinici. Quis enim placere potest populo cui pla-
cet virtus? malis artibus popularis queritur favor.
similem te illis facias oportet. non probabunt nisi agno-
verint. multo autem magis ad rem pertinet qualis
tibi videaris quam qualis aliis. Conciliari nisi
turpi ratione amor turpium non potest. Quid ergo illa lau-
data et omnibus preferenda artibus rebusque philosophia
prestabit? scilicet ut malis tibi placere quam populo,
ut extimes iudicia non numeres, ut sine metu
deorum hominumque vivas, ut aut vincas mala aut
finias. Ceterum si te videro celebrem secundis vo-
cibus vulgi, si intrante te clamor et plausus et panto-
mimica ornamenta obstrepuerint, si tota te civi-
tate femine puerique laudaverint, quid michi eo-
tum miserear cum sciam que via te ad istum favo-
rem ferat. Vale.

Quod nichil habet de spe vi[te]
quem senectus ducit ad mortem. Verum ea
subiciuntur ratione quare mors timenda non sit.

Bassum Aufidium virum optimum vidi quas-
satum, etati obluctantem. sed iam plus illum degra-
vat quam quod possit attolli. Magno senectus et
universo pondere incubuit. Scis illum semper infirmi
corporis et exucti fuisse. Diu illud continuit et,
verius dicam, concinnavit. et subito defecit. Quem-
admodum in nave que sentinam trahit uni rime aut alteri
obsistitur. sed ubi se plurimis locis laxari cepit
et cedere, succurri non potest navigio dehiscenti. Ita
senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri et
fulciri potest. Ubi tamquam in putri edificio omnis
iunctura diducitur et dum alia excipitur alia
discinditur, circumspiciendum est quomodo exeas. Bassus
tamen noster alacer animo est. hoc philosophia prestat in conspe-
ctu mortis hilarem et in quocumque corporis habitu
fortem letumque nec deficientem quamvis deficiat.
Magnus gubernator et scisso navigat velo
si exarmavit tamen reliquias navigii aptat
ad cursum. hoc facit Bassus noster. et eo animo vi-
tuque finem suum spectat quo alienum spectare ni-
mis securum putares. Magna res est hec et diu
discenda, cum adventat hora illa inevi-
tabilis, equo animo abire. Alia genera mor-
tium spei mixta sunt. Desinit morbus, incendium ex-
tinguitur, ruina quos videbatur oppressura deposuit,
mare quos hauserat eadem vi qua sorbe-
bat eiecit incolumes, gladium miles ab ipsa pe-
riti cervice revocavit. Nil habet quod speret
quem senectus deducit ad mortem. huic uni
intercedi non potest. Nullo genere homines mollius mo-
riuntur sed nec diutius. Bassus noster videbatur michi
prosequi se et componere et vivere tamquam superstes sibi et sa-
pienter ferre desiderium sui. Nam de morte multa
loquitur et id agit sedulo ut nobis persuade-
at si quid incommodi aut metus in hoc negocio
est morientis vitium esse non mortis. Non ma-
gis in ipsa quicquam esse molesti quam post ipsam. Tam

Nemo aut est qui timet qd no e passurus
s qui tiet qd no e sensurus· An qsqs hoc
iuituiam credit· ut p qua nich sentiat ca
rentia· Ergo mesis mors adeo ex oe malu
est· ut sit ex omez malorum metuz· hc scio
ego· z sepe dicta z sepe dicenda· Sz neqz cu
legerem eque m pfecerut· neqz cu audirez
hiis dicentibus qui negabat timenda a qrum
metu aberat· hic dicentibus non pfuerit sed
isto dicere· Hic vo plurimu apd me auctorit
habuit cuz loqueretur de morte vicina· Di
caz etiaz qd sentiaz· puto ei fortiorem ee q
in ipsa morte est· qz qui circa mortez· Mors
ei admota z spiritus auiz dedit no intandi
seuitabilia· Sic gladiator tota pugna
timidissimus iugulu aduersario pstat· z eran
cz gladiu s ad tepparat· At illa q ppinqua est
intiqz ventura desiderat letaz aii firmitatez
q e inior· nc pt n ex sapiente pstari· liben
tissime itaqz illuz audiebaz qi ferente d mor
te sinaz· z qualis eet eius na ruo ppius pspeximus
induitaz· plus ut puto fidei habet aput te
plus ponderis· si qus reuixissz· z i morte
nich mali ee narrauerit· expertus accessus mor
tis qua pturbatoz afferat optie tibi hii di
cer· qui s ipsa steterunt· q z venientez vide
rut z receperunt· Inter hos bassuz licet nues·
qui nos decipi noluit· Is ait taz stultu ee
q mortez timeat qz q senectutez· Na quidam
senectus adolescentiaz sequitur ita mors sene
ctutez· Viuere noluit q mori no vult· Vita
n cu exceptione mortis data e· Ad hac itur
qua ideo time dementis e· qz certa expectantur
dubia metuuntur· Mors necessitatez habz equa z
inuictaz· Quis qri pt i ea ydicione se ee i q
nemo no est· pa at ps e eqtas equitas· sz
nuc supuacuu est me taz age· que non
aliaz noluit legez naturaz ee qz suaz· Quicqd
qposuit resoluit· z qcqd resoluit qponit
iterum· Jaz no si cui qtingit· ut illu senectus
leuiter emittat/ no repente abuulsuz uite
s minutatiz subductuz· Ahz ille agere
gratis diis omnibus dubius· qz satius ad re
quiez hoi necessariaz lapso gratiaz pducitur e·
Vides quosdaz optantes mortez· z qdez
magis qz rogari solet vita· Nescio utruz
existimez maiorem nob aiim dare· an q depo
scunt mortez· an q hilarez eaz quietuqz ope
riuntur· Na id ex rabie medio ac repentina in
dignatione fit· h ex iudicio certo tranquillitas est·
Venit aliquis ad mortez iratus morti venientez
nemo hilaris excipit n q se ad illa diu co
posuerat· Fateor ergo ad hoiez m scne cars
ex pluribus me causis frequentius uenisse· Ut
scire an illu totiens eundez inuenirez· Nunqd
cu corporis uiribus minueretur aii uigor· Sz sic
crescebat illi quo manifestior notari solz
agitatorum letitia· cu septimo spatio palme
appinquant· dicebat ille qdez epycuri pre
ceptis obsequens· primu sperare se nullu dolorem
ee i illo extremo anhelitu· si tn essz habet
aliqd tn ipsa breuitate solaciu nullu ei do
lorez ee longum q magnus e· Ceterum succursurus
sibi etiam i ipsa distractione aie corporis qz z
si cu cruciatu id fieret· post illu dolorez se
dolere no posse· No dubitare at se qn sen
nia i primis labiis essz· nec magnu ui distinerent
a corpore· Ignis q ualetez materiaz occupauit
aqua z interdu ruina extinguendus e· ille q
alimentis deficitur sua sponte subsidit· libe
ter mi lucili h audio no taqz noua· sz ta
qz i rez presentez pductus· Quid ergo no multos
spectaui abrumpentes vitaz· ego uo vidi
s plus momenti apd me hnt qui ad morte
ueniunt sine odio uite z admittunt illam·
no attrahunt· Illud qd aiebat tormentu nra
nos sentire opa· qd tunc trepidamus cu ppe
a nobis ee mortez credimus· A quo ei ppe
no est? parata oibus locis omnibusqz momentis·
Sz qsideremus inqs tc cu aliqua ca mo
riendi videtur accedere· quanto alie ppiores sint
q no timentur· Hostis alicui mortem minabatur·
hanc cruditatis occupauit· Si distinguere volu
erimus causas metus nri· inueniemus alias uideri·
No mortem timemus· sz cogitationez mortis· Ab
ipsa sp tatudez absumus· Ita si timenda mors e·
sp timenda e· qd ei tpus morti exceptuz· Sed
uereri debeo ne tuz longas epistolas peius qm
mortez oderis· Itaqz finez faciaz· tu tamen
morte ut nunqz timeas sp cogita· Vale· De
absentatione cauenda· Et de qtemptu la
boris· z excellentia virtutis z animi· K

Agnosco lucilium meu incipit q pro-
miserat exhibere· Sequere illu impetu
ani· q ad optima queqz calcatis pplaribus
bonis ibas· Non desidero maiorez melio
rez qz te fieri qz moliebaris· Fundamenta
tua multuz loci occupauerunt· Tantu effice
qntuz conatus es· z illa q tecu i aio tulisti
tracta· ad sumaz sapiens eris· Si clau
seris aures hiis quibus ceram parum est obdere
firmiori spissamento opus est qz in sociis
usuz ulixez ferunt· Illa vox q timebatur
erat blanda no tn publica· At h que ti

e· 31·
c· 3·

meda e no ex vno scopulo ꝫ ex omi tñs
parte circūsonat · pterueħe itaqꝫ no vnu
locu insidiosu uoluptate suspectuz · ꝫ omēs
urbes · surdu te carissimis tuis pstā · bo aīo
mala precat᷑ · ꝛ si ee uis felix deos ora ne
q̄ tibi ex hys que optant᷑ eueniat · no st̄
ista bō q̄ i te ista uolūt cōgeri · vnu bonu
est quod bte vite cā ꝛ firmamētuꝫ e sibi
fidē · Qͥ h̄ ac ꝯtingē no pt̄ n̄ ꝯteptus est
labor · ꝛ i eoꝝ numero hitus · q̄ neqꝫ bō neqꝫ
mala st̄ · Fieri n̄ no pt̄ ut una illa res
mō mala sit mō bona · mō leuis ꝛ pfe-
da mō expauescēda · labor bonu non est ·
quid g° e bonu̅ · laboris ꝯteptio Itaqꝫ i
vanū ꝯposos culpauim̄ · Rursus ad hone-
sta nitentes q̄to magis incubuerit · minqꝫ
se uici ac strigi pmiserit · amirabor ꝛ cla-
mabo · Tanto melior surge ꝛ inspira ꝛ diuiꝫ
istuꝫ uno si potes spū exupa · Generosos
aīos labor nutrit · No est g° qd̄ ex illo ue-
te parentu tuoꝝ eligas q̄ ꝯtigere tibi uel
q̄ optes · ꝛ i totu uiꝫ pmaxime acto viro
turpe e etiā nūc deos fatigare · Qd̄ uotis
opus e · fac te ipse felicē · facies · si ac itelle-
xeris bona ee quibꝫ nature admixta e ui-
rtus · qbꝫ malicia ꝯiuncta e · Quadmodu si no mix-
tura lucis nich splendidu est · nich atru n̄
quod tenebras hꝫ q̄ alicq̄ ise trahit obscuri-
que · Quadmodu sn̄ adiutorio ignis nich calidu est ·
nich sn̄ aere ac terra frigidu est · ita hone-
sta ꝛ turpia uirtutis ꝛ malicie societas effi-
cit · Quid g° e bonu · reru scīa · Qd̄ malu e · reꝝ
ipicia · Ille pdens atqꝫ artifex p tpe q̄qꝫ repellꝫ
q̄ eliget · ꝫ q̄ tiet · n̄c repellit n̄c miratur q̄ eli-
git · Si mō magnus ille ꝛ inuictꝰ aīꝰ e · Summitti
ac deprimi ueto laborē · si no recuses · par e
posse · Quis g° mest labor friuolus ꝛ supua-
cuus e · que humiles cāe uocauerit · no e malꝰ
no magis q̄ ille q̄ pulcris rebus impeditur ·
Tam al e ipa tollerātia · q̄ se ad dura ꝛ a-
spera horta ac dicit · Quid cessas · no est
viri timē sudorē · hunc ꝛ illud attēdit ut
pfecta virtus sit · equalitas ac tenor uite · p oīa
ꝯsonās sibi qd̄ no pt̄ ee n̄ reꝝ scīa ꝯtigat
ꝛ ars p̄ qua diuia ꝛ huana noscunt᷑ · H̄c est
summu bonu qd̄ si occupas icipis deoꝝ soci-
us ee · no supplex · Quo iḡ isto puenit · no
p appeninos grauiuꝫ ue motēꝫ · n̄c p deserta
candiuie · nec syrtes t̄ n̄c scylla · q̄ caribd
adeūde st̄ · Que tn̄ oīa transisti precariu
cule pcio · tutu iter e · iocūdu e ad qd̄ na-
te instruet · dedit t̄ illa · q̄ si no deserueris
p deos surges · parū ac deo te pecunia no
faciet · deꝰ nich hꝫ · pretexta no faciet · deꝰ nu-
dus est · fama no faciet · n̄c ostētacio tu-
ꝛ i ppłos nomis dimissa noticia · Neo n̄o-
uit deu · multi d' eo male existimat · ꝛ ipune ·
N̄c turba seruoꝝ lecticaꝫ tuā p itinera urba-
na ꝛ pegrina portātiū · deus ille max-
potentissimusqꝫ · ipe uehit oīa · Ne forma q̄-
ꝛ uires btm te facē pñt · nich horu pati᷑ ue-
tustatē · Querēdu e q̄ non fiat inderi diei
no q̄ possit optari · Quid h̄ · aīus · ꝫ h̄ di-
rectus bonus magnꝰ · Quid aliud uoca-
hunc q̄ deu i corpe huano hospitantē · h̄-
aīus tam i equitē romanu · q̄ i libtinu q̄
seruu pt̄ cadere · Quid e eques rō · aut li-
tinꝰ q̄ seruus · noīa ex ambicioe q̄ iniu-
nata · Subsilire in celu ex angulo licet · Eri-
ge mō ꝛ te qꝫ dignu deo finge · finges au-
no auro q̄ argento · no pt̄ ex hac mā ymag-
go deo exprimi similis · Cogita illos cu pro-
fuissent fictiles fuisse · Vale · Laudat seces-
sum a turba · Et cursuz uite huiꝰ amonet ·

Ingro a te ꝛ ab omībꝰ sciscitor · peregrinandi
q̄ ex ista regione ueniunt quid agas
ubi ꝛ cu quibꝰ moreris · Vba dare no pote-
rit sūꝫ · sic viue tamq̄ quid facias audi-
sim · ymo tamq̄ uisuꝫ · Queris q̄ me maxime
ex hys q̄ de te audio delectet · q̄ nichil au-
dio · qd̄ pleriqꝫ ex hys q̄s interrogo nesciunt
quid agas · h̄ e salutare · no ꝯuersari dissi-
ꝛ diuersa cupientibꝰ · habeo qdē fiduciaꝫ no p-
se te torqri mansuꝝ qꝫ i pposito · etiā si sollici-
tat turba circūueat · quid g° e · no timeo n̄
mutet te · timeo ne impediat · Multu au-
nocet etiā q̄ moratur · utiqꝫ i tanta breuitate
uite · quaꝫ breuiorē in ꝯstātia facimꝰ · al-
ciꝰ sbīde · atqꝫ aliud facientes initiu q̄
ducimꝰ illaꝫ i particulas ac laniamꝰ ·
Propera g° lucili tuue ꝛ cogita q̄tuꝫ ad-
iecturus celeritati fueris · si a tergo hostis i-
ret · si equitē aduentare suspicaueris a
fugientiū pme uestigia · Fit h̄ · premeris · ac-
celera ꝛ euade · pduc te i tutu · ꝛ sbīnde co-
sidera q̄ pulcra res sit ꝯsumare uitā an-
mortē · Deīn expectare securu reliqua p̄
tpis sui · Nich sibi i posse h̄c btē vite posi-
est q̄ beatior no sit si longior · O q̄n c
quotiens illud videbis tpus ad te non p-
nere · quod tranquillus placidusqꝫ sit · et
ꝛ crastini negligens · ꝛ i summa tui sacie-
Vis scire q̄ sit ꝛ quod faciat hoīes auidos
futuri · Nemo sibi ꝯtigit · optauerūt itaqꝫ

parentes tui. Sed ego contra vota omnium tibi concipio
preceptis opto quos illi copia vota illos
illos compilant ut te locupletent. Quicquid
ad te transferant alicui detrahendum est. Opto
tibi tui facultatem ut vagis cogitationibus
agitata mens tandem resistat et certa sit
et placeat sibi et intellectis veris bonis que
intellecta sunt possidentur etatis adiectione
non egeat. Ille demum necessitates suppressus est
et auctoratus ac liber qui vivit vita peracta.
Vale.

Quod omnia philosophie verba pondus habent
et quod turpe sit senem ex commentario sapere.

Desideras his quoque epistulis sicut prioribus
adscribi aliquas voces nostrorum procerum. Non
fuerunt circa flosculos occupati: totus con-
textus eorum virilis est. Inequalitatem scias
esse ubi que eminent notabilia sunt. Non est
admirationi una arbor ubi in eandem alti-
tudinem tota silva surrexit. Eiusmodi vo-
cibus referta sunt carmina, referte historie.
Itaque nolo illas Epicuri existimes esse: publice
sunt et maxime nostre. Sed ille magis adnotantur
quia rare interim interveniunt, quia inexspectate, quia
mirum est fortiter aliquid dici ab homine professo
mollitiam. Ita enim plerique iudicant. Apud me
Epicurus est bonus et fortis licet manuleatus sit.
Fortitudo et industria et ad bellum prompta mens
tam in Persas quam in alte cinctos cadit. Non est ergo
quod exigas excerpta et repetita. Continuum est
apud nostros quicquid apud illos excerpitur.
Non habemus itaque ista ocliferia nec emptorem deci-
pimus nichil inventurum cum intraverit preter illa que
in fronte suspensa sunt. Ipsis permittimus unde velint
sumere exemplaria. Puta nos velle singulares
sententias ex turba separare: cui illas assignabimus?
Zenoni an Cleanthi an Crisippo an Pane-
tio an Possidonio? Non sumus sub rege: sibi
quisque se vendicat. Apud istos quicquid
Metrodorus, quicquid Hermacus dixit ad unum
refertur. Omnia que quisque in illo contubernio locu-
tus est unius ductu et auspiciis dicta sunt. Non
possumus, inquam, licet temptemus educere aliquid ex
tanta rerum equalium multitudine. Pauperis est
numerare pecus. Quocumque miseris oculum
id tibi occurret quod eminere posset nisi inter paria
legeretur. Quare depone istam spem posse te sum-
matim degustare ingenia maximorum virorum:
tota sibi inspicienda sunt, tota tractanda.
Res geritur et per lineamenta sua ingenii opus
nectitur ex quo nichil subduci sine ruina potest.
Nec recuso quominus singula membra dummodo in ipso
homine consideres. Non est formosa cuius crus
laudatur aut brachium, sed illa cuius universa facies
admirationem partibus singulis abstulit. Si tamen
exegeris non tam mendice tecum agam, sed plena
manu fiet. Ingens eorum turba est passim iacentium.
Sumenda erunt, non colligenda. Non enim excidunt
sed fluunt. Perpetua et inter se contexta sunt. Nec du-
bito quin multum conferant rudibus adhuc
et extrinsecus auscultantibus. Facilius enim singula
insidunt circumscripta et carminis modo inclusa. Ideo
pueris et sententias ediscendas damus et has quas
Greci chrias vocant quia illas complecti
puerilis animus potest qui plus adhuc non capit.
Certi profectus viro captare flosculos turpe
est et fulcire se notissimis ac paucissimis
vocibus et memoria stare. Sibi iam innita-
tur. Dicat ista, non teneat. Turpe est enim seni aut pro-
spicienti senectutem ex commentario sapere. Hoc
Zenon dixit: tu quid? Hoc Cleanthes: tu quid?
Quousque sub alio moveris? Impera et dic quod me-
morie tradatur. Aliquid et de tuo profer. Omnes itaque
istos numquam auctores, semper interpretes, sub alie-
na umbra latentes nichil existimo habere generosi,
numquam ausos aliquando facere quod diu didicerant.
Memoriam in alienis exercuerunt. Aliud autem est
meminisse, aliud scire. Meminisse est rem com-
missam memorie custodire. At contra scire est et sua
facere queque nec ad exemplar pendere et totiens
respicere ad magistrum. Hoc dixit Zenon, hoc Cleanthes.
Aliquid inter te intersit et librum. Quousque disces?
Iam et precipe. Quid est quare audiam quod legere
possum? Multum inquit viva vox facit. Non quidem
hec que alienis verbis accommodatur (al. actoris) et actuarii vi-
ce fungitur. Adice quod isti qui numquam tutele sue
fiunt primum in ea re sequuntur priores in qua nemo
non a priore descivit. Deinde in ea re sequuntur
que adhuc queritur. Numquam autem invenietur si contenti
fuerimus inventis. Preterea qui alium sequitur nichil
invenit, immo nec querit. Quid ergo? Non ibo
per priorum vestigia? Ego vero utar via veteri,
sed si propiorem planioremque invenero hanc mu-
niam. Qui ante nos ista moverunt non domini nostri
sed duces sunt. Patet omnibus veritas, nondum est occu-
pata. Multum ex illa etiam futuris relictum est.
Vale.

Quod delectat magistrum profectus disci-
puli et quod magna pars bonitatis est velle.

Cresco et exulto et discussa fieri bonum te
(mg.: c. 32. c. 6.)
senectute recalesco quotiens ex
his que agis ac scribis intelligo quantum te
ipse, nam turbam olim reliquisti, superieceris.
Si agricolam arbor ad fructum perducta de-
lectat, si pastor ex fetu gregis sui capit
voluptatem, si alumnum suum nemo aliter

inuet quam ut adolescentiam illius suam in
ducet. quid eueniret credis hijs qui infancia
educauerunt et que tenera formauerunt.
adulta si subito uident. Assero te mi meum
opus es. Ego cum uidissem indolem tuam inie
ci manum. exhortatus sum. addidi stimulos
nec lente ire passus sum. sed subinde excitaui
et nunc idem facio. sed iam currentem hortor et inui
cem hortantem. Sed aliud inquis adhuc uolo.
in hoc plurimum est. Non quo principia totius operis
dimidium occupare dicunt. ita res animo constat.
Itaque pars magna bonitatis est uelle fieri bo
num. Scis quem bonum dicam. perfectum absolutum.
quem malum facere nulla uis nulla necessitas possit.
Hunc in te prospicio si perseueraueris et incubueris
et id egeris ut omnia facta dictaque tua inter se
congruant ac respondeant sibi et una forma percussa
sint. Non est huius animus in recto cuius acta discor
dant. Vale. De differentia amicicie et amoris. Epistola

Cum te iam de vero gaudio et de constancia animi
ualde rogo ut studeas. meum negocium
ago. habere amicum uolo. quod contingere mihi non potest
nisi ceperis excolere te ut pergis. Nunc enim amas
me. amicus non es. Quid ergo. hec inter se diuersa
sunt. Immo dissimilia. Qui amicus est amat. qui amat
non utique amicus est. Itaque amicicia semper prodest.
amor etiam aliquando nocet. Si nichil aliud ob hoc
profice ut amare discas. Festina ergo dum mihi proficis
ne istud alteri didiceris. Ego quidem percipio iam
fructum cum mihi fingo uno nos animo futuros et
quicquid etati mee uigoris abscessit. id ad me
ex tua quamquam non multum abest redituum. Sed
tamen re quoque ipsa esse letus uolo. Venit ad nos ex
hijs quos amamus etiam absentibus gaudium. sed
id leue et euanidum. Conspectus et presencia et
conuersatio habet aliquid uiue uoluptatis utique si non
tantum quem uelis sed qualem uelis uideas. Af
fer itaque te mihi ingens munus. et quo magis instes
cogita te mortalem esse. me senem. Propera ad
me. sed ad te prius. Profice et ante omnia hoc cura ut
constes tibi. Quotiens experiri uoles. an aliquid
actum sit. obserua an eadem uelis hodie
que heri. mutatio uoluntatis indicat
animum natare aliubi atque alibi apparere. prout tu
lit uentus. Non uagatur quod fixum atque funda
tum est. Istud sapienti profecto contingit. a
liquatenus et proficienti prouectoque. Quid ergo in
terest. hic commouetur quidem non tamen transit.
sed suo loco nutat. ille ne commouetur quidem.
Vale. Quintus liber. De inquiete felicitatis
et bona horriditate. Et quod propria boni animi
meditatio sit contemptus mortis. Rubrica

micum tuum hortaretur. ut istos ma
gno animo contemnat. qui illum obiur
gant. quod hanc quam umbram et ocium pre
tulerit. quod dignitatem suam destituerit. et cum plus
quam posset. pertulerit quietem omnibus. Quam utiliter sui
negocium gesserit. cotidie illis ostendit. Hij
inuidere non desinent transire. Alij elidentur alij
cadent. Res est inquieta felicitas. ipsa se exa
gitat. mouet cerebrum. non uno genere alios
aliud irritat. hos in potentiam. illos in luxuriam.
hos inflat. illos mollit et totos resoluit.
Sed quidam illam ferunt. sic quo uinum. Itaque non est
quod tibi isti persuadeant. eum esse felicem qui a multis
obsidetur. sic ad illum quemadmodum ad lacum concurrunt
quem exhauriunt et turbant. nugatorium et inertem
uocant. Scis quosdam peruerse loqui et significare
contraria. felicem talem uocant. Quid ergo
ne illud quidem curo. quod quibusdam nimis horridus
animus uidetur et tetrici. Ariston aiebat. malle se
adolescentem tristem quam hilarem et amabilem turbe.
Vinum enim bonum fieri dicitur quod recens durum
asperum uisum est. non pati etatem quod in dolio
placuit. Sine eum tristem appellet et inimicum pro
cessibus suis. bene se dabit in uetustate. Ipsa tristicia
perseueret modo. colere uirtutem. perhibeat liberalia studia.
non illis quibus perfundi mens satis est. sed hijs quibus
tingendus est animus. hoc est discendi tempus.
Quid ergo aliquod est quo non sit discendum. Mi
nime. Sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est.
ita non omnibus instituit. Turpis et ridicula res
elementarius senex. Iuuenem parandum sem
tendum est. Facies ergo rem utilissimam tibi si illum
quam optimum feceris. Hec aiunt beneficia esse
petenda tribuendaque. non dubie prime forme
sortis que tam dare potest quam accipere. Denique
nichil illi iam liberi est. spepondit. Minus autem
turpe est. creditorum quam spei bone decipere. Ad
illud est alienum soluendi opus est negotio
anti nauigatione prospera. agrum colenti ubertate.
eius quam colit terre celi fauore. Ille quod de
bet sola potest uoluntate persoluere. Rumores fortu
na non habet. hos disponat ut quam tranquillissime
animus ad perfectum ueniat. qui nec ablatum sibi quicquam
sentit. nec adiectum sed in eo habitu est quocumque
res cedunt. Cui siue aggeruntur uulgaria bona
supra res suas eminet. siue aliquid ex istis uel
omnia casus excussit minor non fit. Si in
parthia natus esset. arcum infans statim
tenderet. si in germania. protinus puer te
nerum hastile uibraret. Si in auorum nostrorum
temporibus fuisset. equitare et hostem comminus per
cutere didicisset. Hec singulis disciplina gentis

ue suadet atque imperat. Illud ergo huic meditandum est quod adversus omnia tela, quod adversus omne hostium genus bene facit, scilicet mortem contemnere, que cum habeat aliquid in se terribile et ut animos nostros quos in amorem sui natura formavit offendat, nemo dubitat. Nec enim opus esset comparari et acui in quod instinctu quodam voluntario iremus. Sicut feruntur omnia ad conservationem sui, nemo discit ut si necesse fuerit equo animo in rosa iaceat. Set in hoc duratur ut tormentis non submittat fidem, ut si necesse fuerit stans etiam saucius pro vallo pervigilet et ne pilo quidem innitatur, quod solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum reclinantis. Mors nullum habet incommodum; esse enim debet aliquid cuius sit incommodum. Quod si tanta cupiditas te longioris evi tenet, cogita nichil eorum que ab oculis abeunt et in rerum naturam ex qua prodierunt ac mox processura sunt reconduntur consumi: desinunt ista, non pereunt. Et mors quam pertimescimus ac recusamus intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo omnia que videntur perire mutari. Equo animo. Observa orbem rerum in se remeantium: videbis nichil in hoc mundo extingui, sed vicibus descendere ac surgere. Estas abiit, sed alter illam annus adducet. Yemps cecidit, referent illam sui menses. Solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste discursus quicquid preterit repetit. Pars celi levatur assidue, pars mergitur. Denique finem faciam, si hoc unum adiecero, nec infantes nec pueros nec mente lapsos timere mortem et esse turpissimum si eam securitatem nobis ratio non prestat, ad quam stultitia perducit. Vale.

De duplici magnanimitate. Et quod ad veram libertatem philosophia perducat.

Quod maximum vinculum est ad bonam mentem, promisisti virum bonum, sacramento rogatus es. Deridebitur te si quis tibi dixerit mollem esse militiam et facilem. Nolo te decipi. Eadem honestissimi huius et illius turpissimi auctoramenti verba sunt: uri, vinciri, ferroque necari. Ab illis qui manus arene locant et edunt ac bibunt que per sanguinem reddant cavetur ut ista vel inviti patiantur, a te ut volens libensque patiaris. Illis licet arma summittere, misericordiam populi temptare; tu neque summittes nec vitam rogabis: recto tibi invictoque moriendum est. Quid porro prodest paucos dies aut annos lucri facere? Sine missione nascimur. Quomodo ergo inquis me expediam? Effugere non potes necessitates, potes vincere. Fit via, et hanc tibi viam dabit philosophia. Ad hanc te confer si vis salvus esse, si securus, si beatus, denique si vis esse, quod est maximum, liber. Hoc contingere aliter non potest. Humilis res est stultitia, abiecta, sordida, servilis, multis affectibus et sevissimis subiecta. Hos tam graves dominos, interdum alternis vicibus imperantes, interdum pariter, dimittit a te sapientia, que sola libertas est. Una ad hanc fert via et quidem recta; non aberrabis; vade certo gradu. Si vis tibi omnia subicere, te subice rationi; multos reges si ratio te rexerit. Ab illa disces quid et quemadmodum aggredi debeas; non incides rebus. Neminem mihi dabis qui sciat quomodo quod vult ceperit velle: non consilio adductus illo, sed impetu impactus est. Non minus sepe fortuna in nos incurrit quam nos in illam. Turpe est non ire sed ferri et subito in medio turbine rerum stupentem querere: huc ego quemadmodum veni? Vale.

De utilitate brevis familiaris et incelebrati sermonis.

L. c. 38. c. 3.

Merito exigis ut hoc inter nos epistolarum commercium frequentemus. Plurimum proficit sermo qui minutatim irrepit animo. Disputationes preparate et effuse audiente populo plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonum consilium est. Consilium nemo clare dat. Aliquando utendum est et illis, ut ita dicam, contionibus, ubi qui dubitat impellendus est; ubi vero hoc non est agendum ut velit discere, sed ut discat, ad hec submissiora verba veniendum est. Facilius intrant et herent. Nec enim opus est multis sed efficacibus. Seminis modo spargenda sunt, quod quamvis sit exiguum, cum occupavit idoneum locum vires suas explicat et ex minimo in maximos actus diffunditur. Idem facit ratio: non late patet si aspicias, in opere crescit. Pauca sunt que dicuntur, sed si illa animus bene excepit, convalescunt et exurgunt. Eadem est, inquam, preceptorum conditio que seminum: multum efficiunt et angusta sunt. Tantum, ut dixi, idonea mens capiat illa et in se trahat. Multa invicem et ipsa generabit et plus reddet quam acceperit. Vale.

De differentia ordinarie orationis et breviatum. Et quod sit proprium generosi animi ad excelsa citari. Et quomodo summarium vocatur.

c. 39. c. x.

Commentarios quos desideras diligenter ordinatos et in angustum coactos ego vero componam; sed vide ne plus profutura sit ratio ordinaria quam hec que nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum latine loqueremur summarium vocabatur. Illa res discenti

magis necessaria est. hec scienti illa et docet.
hec admonet. sed utriusque rei tibi copiam faciam.
Tu a me non est quod illum aut illum exigas. qui
notorem dat ignotus est. Scribam ergo quod v-
is. sed meo more. interim multos habes quorum
scripta nescio an satis ordinet. Sume in ma-
nus indicem philosophorum. hec ipsa res expergisci te
coget. si videris quam multi tibi laboraverint. con-
cupisces et ipse ex illis unus esse. Habet enim
hoc optimum in se generosus animus quod concitatur
ad honesta. neminem excelsi ingenii virum
humilia delectant et sordida. magnarum rerum
species ad se vocat et tollit. Quemadmodum flamma sur-
git in rectum. iacere ac deprimi non potest. non ma-
gis quam quiescere. ita noster animus in motu est. eo mo-
bilior et auctoriosior quo vehementior fuerit. sed
felix qui ad meliora hunc impetum dedit.
ponet se extra ius dicionemque fortune. secunda
temperabit. adversa comminuet et aliis admiran-
da despiciet. Magni animi est magna contemne-
re ac mediocria malle quam nimia. Illa enim
utilia utiliaque sunt. at hec eo quod superfluunt no-
cent. Sic segetem nimia sternit ubertas.
Sic rami onere franguntur. Sic ad matu-
ritatem non pervenit nimia fecunditas. Idem animis
quoque evenit quos inmoderata felicitas rumpit
quia non tantum in aliorum iniuriam sed etiam in suam
utuntur. Qui hostis in quemquam tam contumelio-
sus fuit quam in quosdam voluptates sue sunt.
quorum inpotentie atque insane libidini ob hoc
unum posses ignoscere quod que fecere patiuntur.
Nec inmerito hic illos furor vexat. necesse est
enim in inmensum exeat cupiditas que naturalem
modum transilit. Ille enim habet suum finem. inania
ex libidine orta sine termino sunt. necessaria me-
titur utilitas. supervacua quo redigis. vo-
luptatibus itaque se mergunt quibus in consuetudinem
adductis carere non possunt. et ob hoc miserrimi sunt
quod eo pervenerunt ut illis que supervacua fue-
rant facta sint necessaria. Serviunt itaque volu-
ptatibus non fruuntur. et mala sua quod ma-
lorum ultimum est amant. Tunc autem est consummata
infelicitas ubi turpia non solum delectant
sed etiam placent. et desinit esse remedio locus
ubi que fuerant vicia et mores sunt. Vale.

Moderandam pronunciationem docet. Et exe-
plo magni Ciceronis iubet esse tardiloquum.

Quod frequenter mihi scribis gratias ago. nam
quo uno modo potes te mihi ostendis.
Numquam epistolam tuam accipio ut non protinus
una simus. Si ymagines nobis amicorum
absentium iocunde sunt que memoriam renovant
et desiderium absentium falso atque inani sola-
cio levant. quanto iocundiores sunt littere que vera
amici absentis vestigia veras notas af-
ferunt. Nam quod in conspectu dulcissimum est id
amici manus epistole inpressa prestat agnoscere.
Audisse te scribis Sarrapionem philosophum cum
istuc applicuisset. solet magno cursu verba
convellere. que non effundit una. sed premit et
urget. plura enim veniunt quam quibus vox una
sufficiat. Hoc non probo in philosopho. cuius pronunciatio
sicut vita debet esse composita. Nichil autem or-
dinatum est quod precipitatur et properat. Itaque oratio
apud homerum concitata et sine intermissione
in morem nivis superveniens. oratori data est.
lenis et melle dulcior seni profluit. Sic itaque
habe istam vim dicendi rapidam atque habun-
dantem aptiorem esse circulanti quam agenti rem
magnam ac seriam docenti. Aequam stillare vo-
lo quam currere. nec extendat aures nec obruat.
Nam illa quoque inopia et exilitas minus intentum
auditorem habet. tedio interrupte tarditatis.
facilius tamen insidit quod expectatur quam quod pre-
volat. Denique tradere homines discipulis precepta
dicuntur. non traditur quod fugit. Adice nunc quod
veritati operam dat oratio incomposita esse debet
et simplex. hec popularis nichil habet veri. Movere
turbam et inconsultas aures impetu rape-
re. tractandam que se non prebet aufertur. Quo-
modo autem regere potest que regi non potest. quid quod
hec que sanandis mentibus adhibetur descendere
in nos debet. Remedia non prosunt nisi inmorentur.
Multum preterea habet inanitatis et vani plus sonat
quam valet. Lenienda sunt que me exterrent. con-
pescenda que irritant. discutienda que fallunt.
inhibenda luxuria. corripienda avaricia. quid
horum raptim potest fieri. Quis medicus egros in
transitu curat. Quid quod ne voluptatem
quidem ullam habet talis verborum sine delectu ruentium
strepitus. Sed ut pleraque que fieri posse non
credideris cognovisse satis est. ita istos qui verba
exercuerunt habunde est semel audisse. Quid enim
quis discere. quid imitari velit. quid de eorum
animo iudicet. quorum oratio perturbata et inmissa est
nec potest reprimi. Quemadmodum per proclive currentium non
ubi visum est gradus sistitur. sed incitato cor-
poris pondere serpit ac longius quam volu-
it effertur. sic ista dicendi celeritas nec in sua
potestate est nec satis decora philosophie. que pon-
ere debet verba non proicere. et pedetemptim procedere. Quid
ergo non aliquando et insurget. quid ni. sed salva
dignitate morum. quam violenta ista et nimia vis
exuit. habeat vires magnas moderatas tamen

cennis sit vnda non torrens. Vix oratori pmi
ttitur talem dicendi velocitatem irreuocabilem
et sine lege vadentem. quemadmodum iudex subsequi
poterit. aliquando etiam impitus et rudis. Tunc quoque cum
illam ostentatio abstulerit. aut effectus
impetus sui tantum sustinet atque ingerat. quantum
aures pati possunt. Recte ergo facies si
non videris istos qui quantum dicant non quomodo
querunt. Et ipse malueris si necesse est vel p. vi
nicium dicere. qui itaque cum quereretur quo vinicius
diceret. Asellius ait. tractim. Nam geminus
varius ait. quo istum disertum dicatis ne
scio. tria verba non potest iungere. Quid ni malis
sic dicere quo vinicius. Aliquis tam insulsus
venit quam qui illi singula verba vellenti tanquam
dictaret non diceret. ait dic. nunquam dicas.
Namque atherii cursum suis temporibus oratoris ce
leberrimi. longe abesse ab homine sano volo. nun
quam dubitauit. nunquam intermisit. semel incipiebat.
semel desinebat. Quedam tamen et nationibus pu
to magis esse vel minus conuenire. In grecis hanc
licenciam tuleris. Nos etiam cum scribimus inter pu (al. interpungere)
gere asueuimus. Cicero eciam noster a quo romana
eloquencia exiluit gradarius fuit. Romanus
sermo magis se circumspicit et extimat p
betque extimandum. Fabianus vir egregius et
vita et sciencia et quod post ista est eloquentia
quoque disputabat expedite magis quam con
citate. vt posses dicere facilitatem esse illam non
celeritatem. Hanc ergo in viro sapiente non
exigo recipio. vt oratio eius sine impedimento
exeat. proferatur tamen malo quam profluat. Eo
autem magis deterreo ab isto morbo quod non potest
tibi ista res contingere aliter quam te pudere desie
rit. perfrices frontem oportet et te ipse non audias
multa enim inobseruatus ille cursus feret que repre
hendere velis. non potest inquam tibi contingere res ista sal
ua verecundia. Preterea exercitatione opus est coti
diana et a rebus studium transferendum est ad verba.
Hec autem etsi aderunt et poterunt sine ullo labore
decurrere tamen temperanda sunt. Nam quemadmodum sapienti vi
ro incessus modestior conuenit ita oratio pressa
non audax. Summa ergo summarum hec erit. tardi
loquum esse te iubeo. Vale. Quod in vno quoque
bonorum virorum deus habitat. Et quod homo ex
Facies rem sola rationis bonitate laudabitur
optimam et tibi salutarem. si ut scribis
perseueras ut ad bonam mentem venias. quam
stultum est optare cum possis a te impetrare.
Non sunt ad celum eleuande manus. nec exhor
tandus edituus. ut nos ad aurem simula
cri quasi magis exaudiri possimus admittat.

Prope est ad te deus. tecum est. intus est. Ita
dico lucili. sacer intra nos spiritus sedet. ma
lorum bonorumque nostrorum obseruator et custos.
hic prout a nobis tractatus est ita nos ex
ipse tractat. Bonus vero sine deo nemo est.
An potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiu
tus exurgere. ille dat consilia magnifica
et erecta. In vnoquoque virorum bonorum quis deus
incertum est habitat. Si tibi occurrerit vetustis
arboribus et solitam altitudinem egressis frequens
lucus et in conspectum celi ramorum aliorum alios
protegentium summitate. illa proceritas silue et
secretum loci et admiratio umbre in aperto
tam dense atque continue fidem tibi numinis faciet.
Si quis specus saxis penitus exesis mon
tem suspenderit. non manu factus sed natura
libus causis in tantam laxitatem excauatus.
animum tuum quadam religionis suspicione percuti
et. Magnorum fluminum capita veneramur.
subita ex abdito vasti amnis eruptio aras
habet. Coluntur aquarum currentium fontes. et sta
gna quedam que vel opacitas vel immensa
altitudo sacrauit. Si hominem videris intrepidum periculis
intactum cupiditatibus. inter aduersa felicem.
in mediis tempestatibus placidum. ex superiore
loco homines videntem. ex equo deos. non subi
bit te veneratio eius. non dices. Ista res
maior est altiorque quam ut credi similis
huic in quo est corpusculo possit. vis istuc
diuina descendit. animum excellentem modera
tum. omnia tanquam minora transeuntem. quicquid timemus
optamusque ridentem. celestis potentia agitat.
Non potest res tanta sine adminiculo numinis
stare. itaque maiore sui parte illic est vnde
descendit. quemadmodum radii solis contingunt
quidem terram sed ibi sunt vnde mittuntur. sic animus
magnus ac sacer et in hoc demissus ut propius
quidem diuina nossemus. conuersatur quidem nobis
cum sed heret originem sue. illic pendet. illuc
spectat. ac nititur nostris tanquam melior interest.
Quid est ergo hic animus. qui nullo bono nisi suo ni
tet. Quid est stultius quam in homine aliena lau
dare. Quid eo dementius qui ea miratur que
in alium transferri protinus possunt. Non faciunt
meliorem equum aurei frenum. aliter leo au
rata iuba mittitur. dum contractatur et ad pa
cienciam recipiendi ornamenti cogitur fatigatus.
aliter incultus integri spiritus. hic scilicet impetu acer.
qualem illum natura esse voluit. hic speciosius ex
horrido. cuius hic decor est non sine timore
aspici. Prefertur ille languido et bractre
ato. Nemo gloriari nisi in suo debet. Vitem lau

damus si fructu palmites honerat si i
psa pondera eorum que tulit ad terram cum
amminiculo deducitur. Nunquis huic illam p
feret vitem cui auree vue aurea folia
dependent. propria virtus in vite est fertilitas.
In homine quoque id laudandum est quod ipsius est. Fami
liam formosam habet et domum pulcram mul
tum serit multum fenerat nichil horum in ipso est
sed circa ipsum. lauda in illo quod nec eripi potest nec
dari quod proprium hominis est. queris quid sit a
nimus et ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo.
consummatur itaque bonum eius si id impleuit cui
nascitur. Quid autem est quod ab illo ratio hec exigat.
Rem facillimam scilicet secundum naturam suam viuere.
Sed hanc difficilem facit communis insania. In vicem
alter alterum trudimus. Quomodo autem reuocari ad sa
lutem possunt quos nemo retinet populus impellit.

Nota eorum qui de potentibus male existimant.
Et de remedio contra damna bonorum fortuitorum.

e. xx. e. I.

Iam tibi iste persuasit virum bonum esse atque virtuo
sum tam cito nec fieri potest nec intelligi. Omnis que
nunc viri boni dicam huius sede recte. Nam ille
alter fortasse tamquam fenix semel anno quingentesimo
nascitur. Non est mirum magno interuallo mag
na generari. mediocria et in turbam nascentia sepe
fortuna producat. Eximia vero ipsa raritas comme
dat. Sed iste multum adhuc abest ab eo quod pro
fitetur. et si sciret quid esset vir bonus nondum se es
se crederet. fortasse etiam fieri posse desperaret.
At male existimat de malis. hoc etiam mali faciunt
nec ulla maior pena nequitie est. quam quod sibi
ac suis displicet. At odit eos qui subita et ma
gna potentia impotenter utuntur. Idem faciet cum idem
potuerit. Multorum quia imbecilla sunt latent vicia
non minus ausura cum illis vires sue fortuna
dederit quam illa quam felicitas iam aperuit. Ista
explicande nequitie illis desunt. Sic tuto
serpens etiam pestifer tractatur dum riget frigore.
non desunt tunc illi venena sed torpent. Multorum
crudelitas et ambitio et luxuria ut paria pes
simis audeat fortune fauore deficit. Eadem
velle eos scias. Da posse quantum
volunt. Meministi cum quendam affirmares esse in
tua potestate dixisse me volaticum esse ac leuem
et te non pedem eius tenere sed pennam. Mentitus sum.
pluma tenebatur quam remisit et fugit. Scis
quos postea tibi exhibuit ludos. quam multa in ca
put suum casura temptauit. non videbat se
per aliorum pericula in suum ruere. non cogitabat quam
honerosa essent que petebat etiam si superuacu
a non essent. hoc itaque in hiis que affectamus
ac quam labore magno contendimus inspicere debemus.

nichil in illis commodi esse. aut plus incommo
di. Quedam superuacua sunt. quedam tanti non
sunt. Sed hoc non prouidemus et gratuita nobis videntur
que carissime constant. Ex eo licet stupor noster ap
pareat. quod ea sola putamus emi pro quibus pecu
niam soluimus. ea gratuita vocamus pro quibus
nos ipsos impendimus. que emere nollemus si domus
nostra pro illis esset danda. Si aliquod amenum fun
dum ve predium ad ea paratissimi sumus peruen
ire cum sollicitudine cum periculo cum iactura pu
doris et libertatis et temporis. adeo nichil est cuique
vilius. Idem itaque in omnibus consiliis rebusque faciamus
quod solemus facere quotiens ad institorem alicuius
mercis accessimus. videamus hoc quod concupiscimus
quanti deferatur. sepe maximum pretium est pro quo nichil
datur. Multa tibi possum ostendere que acquisita
acceptaque libertatem nobis extorserit. Nostri essemus
si ista nostra non essent. Hec ergo tecum ipse versa
non solum ubi de incremento agetur sed etiam ubi
de iactura. hoc periturum est. nempe aduenticium fuit.
Tam facile sine isto viues quam vixisti. Si diu
illud habuisti. perdis postquam satiatus es. si non diu
perdis antequam assuescas. pecuniam minorem habe
bis. nempe et molestiam. gratiam minorem. nempe et
inuidiam. Circumspice ista que nos agunt in insaniam
que cum plurimis lacrimis admittimus. scies non da
mnum in hiis esse molestum sed opinionem damni.
nemo illa perisse sentit sed cogitat. qui se
habet nichil perdit. Sed totum cuique hec se contingit. Vale.

Quod operationis modus fere omnia magna
facit et minima. Et quod prospera vita a pu. [illegible]

Quo loco sis ad me peruenerit quod abscondi
quis quos id cogitas narrauit. quod tal
li narrauerat. is qui scit plurimum rumor. Quid
ergo inquis. tantus sum ut possim excitare rumorem.
Non est quod adhuc locum urbe scilicet in modum distesse.
respicies meditaris. ad istum respice in quo me
ratis. Quicquid me vicina eminet magnum
illic ubi eminet. Nam magnitudo habet certum mo
dum. operatio illa aut tollit aut deprimit. Na
uis que in flumine magna est in mari parua est.
Et gubernaculum quod alteri naui magnum alteri
exiguum est. Tu nunc in prouincia licet contemnas
ipse te magnus es. Quid agas quemadmodum
dormias quid scitur. eo diligentius viuendum est.
Tunc te felicem iudica cum poteris in publico
viuere. cum te parietes tui tegent non abscon
dent. quos plerumque circumdatos nobis iudicamus
non ut tutius viuamus sed ut peccemus occul
tius. Rem dicam qua mores estimes
nostros. vix quemquam inuenies qui possit aperto
hostio viuere. Ianitores conscientia nostra non [illegible]

...rebia opposuit. Sic vivimus ut deprehendi sit subito non aspici. Quid autem prodest recondere se et oculos hominum auresque vitare? Bona conscientia turbam advocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt que facis, omnes sciant. Si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? O te miserum si contempnis hunc testem. Vale. De vera nobilitate. Et de errore beatam vitam optantium. R.

Iterum tu michi te pusillum facis et dicis malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam, cum possis te eximere vulgo et ad felicitatem hominum maximam emergere. Si quid est aliud in philozophia boni, hoc est quod stegma non inspicit. Omnes si ad originem primam revocantur a diis sunt. Eques romanus es et ad hunc ordinem te tua perduxit industria. At me hercules multis quattuordecim clausa sunt, non omnes curia admittit. Castra quoque quos ad laborem et periculum recipiunt fastidiose legunt. Bona mens omnibus patet. Omnes ad hoc sumus nobiles. Nec reicit quemquam philosophia nec eligit: omnibus patet. Patricius non fuit Socrates. Cleantes aquam traxit et rigando ortos locavit manus. Platonem non accepit nobilem philosophia sed fecit. Quid est quare desperes hiis te posse fieri parem? Omnes hii maiores tui sunt, si te illis geris dignum. Geres autem si hoc protinus tibi ipse persuaseris, a nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis totidem ante nos sunt; nullius non origo ultra memoriam iacet. Plato ait neminem regem non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit et sursum deorsum fortuna versavit. Quis est generosus? Ad virtutem bene a natura compositus. Hoc unum intuendum est. Alioquin si ad vetera revocas, nemo non inde est ante quod nichil est. A primo mundi ortu usque ad hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisque alterna series. Non facit nobilem atrium plenum fumosis ymaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit nec quod ante nos fuit nostrum est. Animus facit nobilem, cui ex quacumque condicione supra fortunam licet surgere. Puta itaque non equitem romanum esse sed libertinum. Et tu posses hoc consequi ut solus sis liber inter ingenuos. Quomodo? inquis. Si mala bonaque non populo auctore distinxeris. Intuendum est non unde veniant sed quo eant. Si quid est quod vitam beatam facere potest, id bonum est suo iure. Depravari enim in malum non potest.

Quid est ergo in quo erratur, cum omnes beatam vitam optent? Quod instrumenta eius pro ipsa habent et illam dum petunt fugiunt. Nam cum summa vite beate sit solida securitas et eius inconcussa fiducia, sollicitudinis colligunt causas et per insidiosum iter vite non tantum ferunt sarcinas sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt semper abscedunt et quo plus opere impenderunt, hoc se magis impediunt et feruntur retro. Quod evenit in laberinthio properantibus: ipsa illos velocitas implicat. Vale.

Liber VI. De modo legendi commentarios. De dignitate non in verbis sed rebus exercenda. Et quis sit vere beatus.

Librorum istic inopiam esse quereris. Non refert quam multos sed quam bonos habeas. Lectio certa prodest, varia delectat. Qui quo destinavit pervenire vult, unam sequatur viam, non per multas vagetur. Non ire istud sed errare est. Vellem, inquis, magis consilium michi quam libros dares. Ego vero quoscumque habeo mittere paratus sum et totum horreum excutere. Me quoque si possem transferrem, et nisi mature te finem officii speraturus impetrassem, hanc senilem expeditionem indixissem michi. Nec me Caribdis et Scilla et fabulosum istud fretum deterrere potuissent. Transnatassem ista, non solum transiluissem, dummodo te complecti possem et presens estimarem quantum animo crevisses. Ceterum quod libros meos mitti tibi desideras, non magis ideo me disertum puto quam formosum putarem si ymaginem meam peteres. Indulgentie scio istud esse, non iudicii; et si est indulgentia, tibi imposuit. Sed qualescumque sunt, tu illos sic lege tamquam verum queram adhuc, non sciam, et contumaciter queram. Non enim me cuiquam emancipavi, nullius nomen fero. Multum magnorum virorum iudicio credo, aliquid et meo vindico. Nam illi quoque non inventa sed querenda nobis reliquerunt. Et invenissent forsan necessaria nisi et supervacua quesissent. Multum illis temporis verborum cavillatio eripuit et captiose disputationes que acumen irritum exercent. Nectimus nodos et ambiguam significationem verbis illigamus ac deinde dissolvimus. Tantum nobis non vacat? Vivere iam, mori scimus?

Tota illo mente pergendum est ubi providere debes ne res nos, non verba decipiant. Quid michi vocum similitudinem distinguis, quibus nemo umquam nisi dum disputat captus est? Res fallunt: illas discerne. Pro bonis mala amplectimur. Optamus contra id quod optavimus. Pugnant vota nostra cum votis, consilia cum consiliis. Adulatio quam similis est amicitie! Non imitatur tantum illam sed vincit ac preterit. Apertis ac propiciis auribus recipitur et in precordia yma descendit, eo ipso graciosa quo ledit. Doce inquis quemadmodum hanc similitudinem

possim dinoscere. venit ad me p amico blan
dus inimicus. quid mi. iracit nobis sub virtuti
nomine obrepit. temeritas sub titulo fortitu
dinis latet. moderatio vocat ignavia. p cau
to timidus accipit in hijs magno ista ia
dulare piclo erramus. vergo hijs certas notas
impme. Ceterum q interrogatur an cornua ha
beat. si est tam stultus ut frontem suam temptet.
nec rursus tam ineptus a hebes ut nesciat. tu tm
illi subtilissima collectore psuaseris. Sic ista
sine noxia decipiunt. quo prestigiatorum acetabula
et calculi i quibus me fallacia ipa delectat. effi
ce ignis ut quo fiat intelligam. pdidi usum. Idem
de istis captionibus dico. Quo eni nome potius
zophismata appellem. Si utique vis abors am
biguitates diducere. h doceamus btm no ee eu
que vulgus appellat. ad que pecunia magna
confluxit. Sz illu cui omne bonu i aio est er
ectum et excelsum. et mirabilia calcantem q neiem
videt cu quo se commutatu velit. q homine
ea sola pte estiat q ho e. q nam ingera mtur
ad illius leges compoint. sic vivit quo illa p
scripsit. cui bona sua nulla vis excutit. qui
malu i bonu uertit. certus iudicij inconcussus.
intrepidus que aliq vis movet nulla ptur
bat. quem fortuna cu qd huit telu nocentis
simum vi maxima intorsit. pungit no vulne
rat et hoc raro. Nam cetera eius tela quibus
genus humanum debellatur. grandinis more dissul
tant. nec concussis tectis. sine ullo hitatoris inco
modo crepitant ac solvuntur. Quid me detines
in eo quem tu ipe cudomeno appellas. quo
tantum librorum compositum est. Ecce tota uita m
metitur. hanc coargue. hanc ad usum si acutus
es redige. ncaria iudicat. Quorum magna ps
supuacua e. etia q no e supuacua. nichil
in se momenti habz mchi ut possit fortunatum
hitium q pstare. No eni statim bonum est si quid
necessariu e. aut protinus bonum qd necessari situ h
nomi panem et polente damus et ceteris sine quibus
uita no ducitur. qd bonum e utique necessarium est.
no utique bonum e necessarium. Etiam quidem nectia sit
quedam eadem vilissima. nemo usque eo dignitatem
boni ignorat. ut illud ad hec in diem utilia di
mittat. Quid ergo. non eo potius curam transfer
res. ut ondas omnibus magno tempis impendio
qri supuacuas et multos transisse uita dum uite
instrumenta quirut recogitesce singulos. considera
vniversos. nullius non uita spectat in crastinum.
Quid in hoc sit mali queris. infinitum. no enim
uiuunt. sz victuri sunt. Omnia differunt. et si at
tenderimus tm mox uita pcurret. Nunc vero

cunctatores qm aliena transcurrit. et ultio diffi
nitur. no tm oi opit. Sz ne exple modu
dam. q non debz sinistram manu legentium
plere in aliud. diez hanc litem cu dyalecticis
differam. nimium subtilibus et hoc solu curantibus
no hoc et hoc. Vale. Laudat voluminis se missi
dulcedinem. Ubi docet q in dictando scriptis
est eligenda materia.

Librum tuum quem mi
pmiseras accepi. et lecturus tanq ex com
modo aperui. ac tm degustare volui. deinde
blanditus e ipse ut procederem longius. q quam dy
sertus fuit ex hoc intelliges. lz levis in uisus e. et
tm ut esset meus nec tuus operis. qui primo aspectu
aut titi liuij aut epicuri posset videri. Tan
ta dulcedine me tenuit et traxit. ut illum
nulla dilatione perlegerem. Sol me mutabat fa
mes amonebat. nubes minabantur. tm exhausi
si totum. no tm delectatus sz gavisus sum. Quid
ingenium iste habuit. quid animi dicere. quid im
petus si interquievisset. si ex intervallo surrexisset.
nunc no fuit impetus sz tenor. compositio viri
et sancta. Nichominus interueniebat dulce id. et lo
co lene. grandis erectus es. hoc te uolo tenere
ire. Fecit aliqd et materia. Ideo eligenda
fertilis. q capiat ingenium que incitet. Iu
plura scribam cu illum retractavero. Nunc pa
rum michi sedet iudicium. tanqm audierim illa non
legerim. Sine me inquirere. non e quod verearis.
verum audies. O te hominem felicem qui nichil ha
bes quod quisquam tibi tam longe mentiatur. nisi q et
ubi clausa sublata est. mentimur consuetudinis causa.
Vale. De familiaritate habenda cu servis.

Liberter ex hijs q a te venuit cognoui
familiariter te cum servis tuis vivere.
hoc prudentiam. hoc eruditum decet. servi sunt immo
homines. servi sunt immo contubernales. servi sunt immo
humiles amici. servi sunt immo conservi. Si cogita
veris tantundem i utrosque licere fortune. Itaque rideo
istos q turpe existimant cum servo suo cenare.
Quare nisi quia superbissima consuetudo cenanti dno statuit
servorum turbam circumdedit. Est ille plus quam capit.
et ingenti aviditate honerat distentum ventrem
ac dissuetum iam ventris officio. ut maiore opera
omnia egerat [illegible] quam ingessit. At infelicibus servis
movere labra [illegible] ne in hoc quidem ut loquantur licet.
Virga murmur omne compescitur. et ne fortuita
quidem et verberibus excepta sunt. Tussis sternu
menta. singultus. magno malo ulla voce in
terpellatum silentium luitur. Nocte tota ieiuni mu
tique pstant. Sic fit. ut isti de dno loquantur
quibus coram dno loqui non licet. At illi quibus
non tm coram dnis. sed cu ipsis erat sermo

quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere cervicem, periculum imminens in caput suum avertere. In conviviis loquebantur, sed in tormentis tacebant. Deinde eiusdem arrogantie proverbium iactatur, totidem esse hostes quot servos. Non habemus illos hostes, sed facimus. Alia interim crudelia, inhumana pretereo, quod ne tamquam hominibus quidem, sed tamquam iumentis abutimur. Cum ad cenandum discubuimus, alius sputa detergit, alius reliquias temulentorum subditus colligit. Alius preciosas aves scindit: per pectus et clunes certis ductibus circumferens eruditam manum frustra excutit. Infelix qui huic uni rei vivit, ut altilia decenter secet, nisi quod miserior est qui hoc voluptatis causa docet quam qui necessitatis discit. Alius vini minister in muliebrem modum ornatus cum etate luctatur. Non potest effugere pueritiam, retrahitur. Iamque militari habitu glabratus, retractis pilis aut penitus evulsis, tota nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem dividit, et in cubiculo vir, in convivio puer est. Alius cui convivarum censura commissa est, perstat infelix et expectat quos adulatio et intemperantia aut gule aut lingue revocet in crastinum. Adice obsonatores quibus dominici palati noticia subtilis est, qui sciunt cuius illum rei sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius novitate nauseabundus erigi possit, quid ipsa iam satietate fastidiat, quid illo die esuriat. Cum his cenare non sustinet et maiestatis sue diminutionem putat ad eandem mensam cum servo suo accedere. Dii melius, quot ex istis dominos habent! Stare ante ad limen Callisti dominum suum vidi, et eum qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Retulit illi gratiam servus ille in primam decuriam coniectus, in qua voce preco experitur. Et ipse illum invicem apologavit, et ipse non iudicavit domo sua dignum. Dominus Callistum vendidit, sed domino quam multa Callistus! Vis tu cogitare istum quem servum tuum vocas ex hisdem seminibus ortum, eodem frui celo, eque spirare, eque vivere, eque mori? Tam tu illum videre ingenuum potes quam ille te servum. Variana clade multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit. Alium ex illis pastorem, alium custodem case fecit. Contempne nunc eius fortune hominem, in quam transire dum contemnis potes. Nolo me in ingentem locum immittere et de usu servorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. Hec tamen precepti

mei summa est: sic cum inferiore vivas quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Quotiens in mentem venerit quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum habeo dominum. Bona etas est; forsitan habebis. Nescis qua etate Hecuba servire cepit, qua Cresus, qua Darei mater, qua Platon, qua Diogenes? Vive cum servo clementer, comiter quoque, et in sermonem illum admitte et in consilium et in convictum. Hoc loco acclamabit michi tota manus delicatorum: nichil hac re humilius, nichil turpius. Hos ego eosdem deprehendam alienorum servorum osculantes manum. Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerunt? Dominum patrem familie appellaverunt, servos, quod etiam in mimis adhuc durat, familiares. Constituerunt diem festum, non quo solo cum servis domini vescerentur, sed quo utique honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt et domum pusillam rem publicam esse iudicaverunt. Quid ergo? Omnes servos admovebo mense mee? Non magis quam omnes liberos. Erras si existimas me quosdam quasi sordidioris operis reiecturum, ut puta illum mulionem et illum bubulcum. Non ministeriis illos estimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Quidam cenent tecum quia digni sunt, quidam ut sint. Si quid enim in illis ex sordida conversatione servile est, honestiorum convictus excutiet. Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia queras: si diligenter attenderis, et domi invenies. Sepe bona materia cessat sine artifice: tempta et experire. Quemadmodum stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos, sic stultissimus est qui hominem aut ex veste aut ex condicione, que vestis modo nobis circumdata est, estimat. Servus est. Sed fortasse liber animo. Servus est. Hoc illi nocebit? Ostende quis non sit: alius libidini servit, alius avaricie, alius ambitioni, omnes timori. Dabo consularem aniculae servientem, dabo ancille divitem, ostendam nobilissimos iuvenes mancipia pantomimorum: nulla servitus turpior est quam voluntaria. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant quominus servis tuis hilarem te prestes et non superbe superiorem. Colant te potius quam timeant. Dicet aliquis nunc me vocare ad pilleum servos et dominos de fastigio suo deicere, quod dixi: potius colant dominum quam timeant. Tamquam clientes, tamquam salutatores. Hoc qui dixerit obliviscetur id dominis parum non esse quod deo sat est. Qui co

lit' ⁊ amat'. no pt amor cu timore misceri.
Rectissime ergo facis te iudico. q timeri non
uis a seruis tuis. q uboru castigatōe utē
ris. uerberibus muta admouet'. no quicquid
nos offendit ⁊ ledit. s ad rabiem cogunt
puenire delitie. ut quicq no ex volūta
te ndit. iram euocet. Regum nobis induim9
aīos. Nam illi quoq obliti ⁊ suarū uiriu ⁊ ibe
cillitatis aliene sic excandescunt sic seui
unt q iniuriam acceperint. A cuius rei piclo
illos fortune sue magnitudo tutissimos p
stat. nec hoc ignorant s occasiōem nocendi captant
querēdo acceperunt iniuriam. ut facerent. Diu
cius te nolo morari. no est eni tibi opus
exhortatiōe. hoc hnt mores certi boni mores
placent ⁊ pmanent. leuis ē malicia. sepe
mutat' non i melius sed i aliud. Vale. Lon

gciori mora opus esse in solutiōe q in
ppositione questionis. Et q amicicia omnia
mutuo vendicat. Et de hys q i tanta tpm
egestate puerilib9 zophismatib9 itendūt.

c. 48.
q. x.

Ad epistolam quam m ex itinere misisti tam
longam q ipsum iter fuit postea rescribam.
Seducere me debeo. ⁊ qd suadeam circumspicere.
Nam tu quoq q consulis diu cogitasti
quāto magis m hoc faciendum est. cū longiōe
mora opus sit ut soluas questionem q ut ppōas.
Utiq cum aliud t' expediat. aliud m. Iterum ego
tamq epicureus loquor. Michi vero expedit. q
tibi. aut no sum amicus. n quicquid agit' ad te
ptinens meum est. Consortium rerum omi int'
nos amicicia facit. nec secundi quicq singulis
e nec aduersi. In cōe uiuit'. nec pt quisq bñ
degere. q se tm intuet'. q oia ad utilitates suas
conuertit. Alteri uiuas oportet. si uis tibi uiuere.
Hec societas diligent' ⁊ sancte obseruata q nos
oms omnib9 miscet. ⁊ iudicat aliqd esse comune
ius generis humani. plurimum ad illam quoq de qua
loquebar interiorem societatem amicicie colen
dam pficit. Oia enim cu amico cōia hebit. q
multa cu homine. hec lucili virorum optime m ab
istis dyaleticis subtilib9 pcipi malo. quid a
mico pstare debeam. qd homini. q est modis
amicus dicat'. ⁊ ho q multa signifiat in
diuisum. Ecce sapiencia ⁊ sapiens ⁊ stulticia di
scedunt. cui accedo. In utramq partem ire iu
bes. Illi homo p amico est. huic amicus no est
p homine. Ille amicum sibi parat. hic se amico.
Tu m vba distorqs ⁊ sillabas digeris. Scilicet
nisi itrogationes vacillaciones fecimus
strueo ⁊ oclusione falsa a uero nascens
mendacium astrinxero. no potero a fugiendis

petenda secernere. pudet me in re tam seria
senes ludimus. Mus sillaba est. mus aūt ca
seum rodit. sillaba ergo caseum rodit. putas me
nec istuc posse soluere. michi ex ista scia qd
piculum iminet. qd icomodum. Sine dubio ue
rendum e. Ne quando muscipula sillabas capiat.
Aut ne quando si negligencior fuero caseum liber
comedat. Nisi forte acutior e hec collectio.
Mus sillaba est. sillaba aūt caseum no rodit. mus
ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias i hys
supercilia subduxim9. i hoc barbam dimisimus.
hoc e qd tristes docem9 ⁊ pallidi. Vis scire
q phia pmittat generi humano. consilium. Alium
mors uocat. alium paupertas urit. Alium di
uicie uel aliene torquent uel sue. ille mala
fortunam horret. hic se felicitati sue subduce
cupit. hunc homines male hñt. illum dii. quid
m lusoria ista compōis. no est iocandi locus.
ad miseros aduocatus es. opem laturum te
naufragis. captis. egris. egentib9 intente
securi subiectum pstantibus caput pollicitus es.
Quo diuertis. quid agis. hic cu quo ludis
timet. succurre quicquid laqueo pendentium pemit.
Oms undiq ad te manus tendunt. pdite
uite. periture q auxilium aliqd implorant.
In te spes opesq sunt. Rogant ut ex tanta
illos uolutatiōe extrahas. ut disiectis ⁊ erran
tibus clarum ueritatis lumine ostendas. Dic
quid natura nñ9 fecerit. quid supuacuum q fa
ciles posuerit. q iocunda sit uita. q ex
dita illam sequentib9. q acerba ⁊ implicita uit
eorum. qui opiōni plus q nature crediderunt. Si
prius docueris q partem eorum ista zophisma
ta leuatura sint. Quid istorum cupiditates demit.
qd temperat. ut tantum no prodeent. nocent
hec t'. Cum voles manifestissimū faciam. com
minuit ⁊ debilitat generosam indolem in istas
argucias coniectam. pudet dicere contra fortuna
militaturis. q porrigat tela quemadmodum illos sub
ornet. hac ad summum bonum itur. Per istum phie si
mine ⁊ turpes infamesq ⁊ ad album sedentib
exceptiones. Quid enim aliud agitis cu eum quem in
terrogatis. scientes i fraudem inducitis. q ut for
mula cecidisse uideatur. Set quemadmodum pretor
sic hos phia in integrum restituit. Quid disce
dentes ab ingentib9 pmissis ⁊ grandia locuturi
effecturos uos. ut no magis auri fulgor
q gladii pstringat oculos meos. ut ingenti
constancia et qd omnes optant ⁊ qd omnes
timent calcare. ad gramaticorum elementa de
scenditis. Quid dicis. Sic itur ad astra. Hoc
enim est qd phia m pmittit. ut me parem

deo faciat

deo faciat. ad hoc invitatus sum. ad hoc
veni. fidem presta quantum potes. Ergo mi
Lucili reduc te ab istis exceptionibus et prescri-
ptionibus philosophorum. aperta decent et simplicia
veritatem. etiam si multum superesset etatis. parce
dispensandum erat ut sufficeret necessariis. Nunc
que dementia est supervacua discere in tanta
temporis egestate. Vale. De velocitate temporis non
in questionibus puerilibus expetenda. Et exhor-

Est quidem mi tatione virtutum redimenda.
Lucili supinus et negligens qui in amici
memoriam ab aliqua regione admonitus
reducitur. tamen repositum in animo nostro desiderium
loca interdum familiaria evocant. nec extin-
ctam memoriam reddunt. sed quiescentem irritant. sic
dolorem lugentium etiam si mitigatus est tempore. aut
servuli familiaris amissio. aut vestis. aut
domus renovat. Ecce campania et maxime Ne-
apolis ad pompeiorum tuorum conspectum incredibile
est quam recens desiderium tui fecerit. Totus michi
in oculis es. cum a te maxime discedo video te la-
crimas obibentem (al. combibentem) et affectibus tuis inter ipsam
coherceptionem exeuntibus non satis resistentem.
Modo amisisse te videor. Quid enim non est m-
modo si recorderis. modo apud Sotionem philosophum pu-
er sedi. Modo causas agere cepi. modo desii vel-
le agere. modo desii posse. Infinita est velocitas
temporis. que magis apparet respicientibus. Nam
ad presentia intentos fallit. adeo precipitis fu-
ge transitus lenis est. Causam huius rei queris.
quicquid temporis transit. eodem loco pariter inspicitur.
una iacet. et omnia tamen per suo modo cadunt. alio-
quin non possunt longa intervalla esse. in ea re que
tota brevis est. Punctum est quod vivimus et adhuc pun-
cto minus est. sed hoc minimum specie quadam longioris
spatii natura derisit. Aliud ex hoc infantiam fecit.
aliud pueritiam. aliud adolescentiam. aliud incli-
nationem quandam ab adolescentia in senectutem. aliud
ipsam senectutem. In quam tam angusto quodam quosdam
gradus posuit. Modo te prosecutus sum. Et tamen
hoc modo etatis nostre bona portio est. cuius brevitatem
aliquando futuram cogitemus. Non solebat michi tam velox tempus
videri. nunc incredibilis cursus apparet. Sive
quia admoveri lineas sentio. sive quia attendere cepi
et computare damnum meum. Eo magis itaque indi-
gnor aliquos ex hoc tempore quod sufficere ne ad ne-
cessaria quidem potest. etiam si custodiatur diligentissi-
me. In supervacua maiorem partem erogare.
Negat Cicero si duplicetur sibi etas habiturum
se tempus quo legat liricos. eodem loco dyaleticos.
Tristius inepti sunt. illi ex professo lasciviunt. hii a-
gere ipsos aliquid existimant. Nec ego nego prospicienda
ista. sed prospicienda tamen et a limine salutanda.
In hoc unum ne verba nobis dentur et aliquid
esse in illis magni ac secreti boni iudicemus.
Quid te torques et maceras in ea questione quam subti-
lius est contempsisse quam solvere. Securi est et ex
commodo migrantis minuta conquirere. cum ho-
stis instat a tergo. et moveri se iussus est mi-
les. necessitas excutit quicquid pax otiosa collige-
rat. Non vacat michi verba dubie cadentia
consectari et vafriciam in illis meam experiri.
Aspice quam coeant populi. que menia clusis ferrum
acuant portis. Magno michi animo strepitus iste
belli circumsonantis exaudiendus est. Demens
omnibus merito viderer. si cum saxa in mu-
nimentum murorum senes femineque congererent. cum
iuventus intra portas armata signum eru-
ptionis expectaret aut posceret. cum hostilia
in portis tela vibrarent et ipsum solum suffossioni-
bus et cuniculis tremeret. sederem ociosus et eius-
modi questiunculas ponerem. Habes quod non
perdidisti. cornua ergo habes. aliaque in exemplum
huius acutate deliberationis concinnata. atque
nonne tibi demens videar si istis impendero
operam. et nunc cum obsideor. Sed tamen michi
periculum obsesso extrinsecus imminet. si me murus
ab hoste secerneret. nunc mecum mortifera sunt.
non vaco ad istas ineptias. Ingens negotium
in manibus est. Quid agam. mors me sequitur. fu-
git vita. Adversus hec doce aliquid. Effice
ut ego mortem non fugiam. vita me non effu-
giat. Exhortare adversus difficilia. de equanim-
itate. adversus inevitabilia. angustias in temporis
laxa. doce non esse positum bonum vite in spacio
eius sed in usu. Posse fieri immo sepissime fieri ut
qui diu vixerit dic in moriturus [al. dormituro] potes ne ex-
pergisci quiescentis. dic experrecto. potes dor-
mire. Amplius dic exeunti. potes ne reverti.
dic redeunti. potes exire. Erras si sub navi-
gatione tantum existimas minimum esse quo mors a
vita diducatur. in omni loco eque tenue intervallum est.
non ubique mors se tam prope ostendit. ubique tam prope est.
has tenebras discute et facilius ea trades
ad que paratus sum. dociles natura nos edidit et im-
perfecta. sed que perfici possit. de iusticia. de pietate
michi disputa. De frugalitate de pudicicia utraque.
et illa cui alieni corporis abstinentia est. et hac
cui sua cura. si me nolueris vel molieris per de-
via diducere. facilius ad id quo tendo perveniam.
Non ut ait ille tragicus veritatis simplex
oratio est. Ideo illam implicari non oportet. nec enim quicquam
minus convenit quam subdola ista calliditas animis
magna conantibus. Vale. De falsa excusatione.

e·50· c·6·

pecantium. Et qualiter possit indurata eorum
prauitas corrigi. Quod virtutes sint bona
naturalia et vicia non inimica. Et quod earum
Epistolam tuam initium arduum sed tutela facilis.
accepi post multos menses quam miseras.
superuacuum itaque putaui ab eo qui afferebat
quid ageres querere. Valde enim bone memorie est
si meminit. et tamen spero te sic viuere ut ubicumque
eris sciam quid agas. Quid enim aliud agere
quam ut meliorem te ipse cotidie facias ut aliquid
ex erroribus ponas. ut intelligas tua vicia
esse que putas rerum. Quedam enim locis et temporibus
ascribimus. At illa quocumque transierimus secutura
sunt. Harpasten uxoris mee fatuam scis here-
ditarium onus in domo mea remansisse. ipse
enim auersissimus ab istis prodigiis sum. Cum
fatuo delectari volo. non est michi longe querendus.
me video. Hec fatua subito desiit videre. Incre-
dibilem rem tibi narro. sed veram. nescit esse se
cecam. Subinde pedagogum suum rogat ut
migret. ait domum tenebricosam esse. Hoc quod
in illa videmus. omnibus nobis accidere liquet
tibi. Nemo se auarum esse intelligit. nemo cupidum.
Ceci tamen ducem querunt. Nos sine duce erramus
et dicimus. non ego ambiciosus sum. sed nemo aliter
Rome potest viuere. non ego sumptuosus sum. sed
urbs ipsa magnas impensas exigit. non est meum
vicium quod iracundus sum. quod nondum constitui
novum genus vite. adolescentia facit. Quid
nos decipimus. non est extrinsecus malum nostrum. intra
nos est. in visceribus ipsis sedet. et ideo difficile
ad sanitatem peruenimus. quia nos egrotare nescimus.
Si curari ceperimus. quando tot morbos tantas vi-
res distutiemus. Nunc vero nec querimus quidem me-
dicum. qui minus negocii haberet. Si adhiberetur ad
recencia vicia. Sequerentur teneri et rudes animi recta
monstrantem. Nemo difficulter ad naturam reducitur nisi qui
ab illa defecit. Erubescimus discere bonam mentem.
At me hercle turpe est magistrum huius rei querere
illud desperandum est posse nobis casu tantum
bonum influere. laborandum est. et ut verum dicam
ne labor quidem magnus est. si modo ut dixi an-
imum nostrum formare ceperimus et corrigere quam indu-
rescat prauitas eius. Sed nec induratam
despero. nichil est quod non expugnet pertinax
opera et intenta ac diligens cura. Robora in re-
ctum quamuis inflexa reuocabis. Curuatas
trabes calor explicat. et aliter nate in id fin-
guntur quod usus noster exigit. Quanto facilius
animus accipit formam flexibilis et omni humore
obsequentior. Quid enim est aliud animus quam quodammodo
habitus spiritus. Vides autem tanto spiritum esse facilio-
rem omni alia materia quanto tenuior est. Illud
mi Lucili non est quod impediat te quominus
de nobis bene speres. quod malicia nos iam tenet.
quam diu in possessione nostri est. vale. Ad neminem
ante bona mens venit quam mala. Omnes
preoccupati sumus. Virtutes discere vicia dedi-
scere. Sed eo maiore animo ad emendacionem nostri
debemus accedere quod semel tradita nobis
boni perpetua possessio est. non dediscitur virtus.
Contraria enim mala in alieno herent. ideo de-
pelli et exturbari possunt. fideliter sedet que in
locum suum venit. virtus secundum naturam est. vicia
inimica et infesta sunt. Sed quemadmodum virtutes
recepte exire non possunt. facilisque earum tutela
est. Ita initium ad illas eundi arduum. quia
hoc primum imbecille mentis est atque egre formidare
incepta. Itaque cogenda est ut incipiat. deinde
non est acerba medicina. protinus enim delectat
dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem volu-
ptas est. philosophia pariter salutaris et dulcis est.
Vale. Liber vii. Amenas regiones vi-
tandas viris et exemplis probat.

uo quisque potest mi Lucili. tu istic habes
Ethnam. et illic nobilissimum Sicilie
montem. quem quare dicit Messalla unicum
siue Valgius. apud utrumque enim legi. non re-
perio. cum plurima loca euomant ignem non tamen
edita. quod crebrius euenit. videlicet quia ignis
in altissimum effertur. sed eciam iacentia. nos ut-
cumque possimus contenti simus Baiis. quas postero
die quam attigeram reliqui. locum sed ob hoc de-
uitandum. cum habeat quasdam naturales dotes. quibus
illum celebrandum luxuria desumpsit. Quid ergo
ulli loco indicendum odium. minime. Sed quemadmodum
aliqua vestis sapienti ac probo viro magis con-
uenit quam alia. nec ullum colorem ille odit. sed
aliquem parum putat aptum esse frugalitatem pro-
fesso. sic regio quam sapiens vir aut ad sapi-
enciam tendens declinat tamquam alienam bonis
moribus. Itaque de secessu cogitans. numquam Cano-
pum eliget. quamuis neminem Canopus esse frugi
vetet. Sed Baias quidem. diuersorium viciorum esse loca
illa cepit. illic sibi plurimum luxuria permittit.
illic tamquam aliqua licencia debeatur loco magis
soluitur. non tamen corpori sed eciam moribus salubrem
locum eligere debemus. quemadmodum inter tortores
habitare nolim. sic nec inter perones vel popi-
nas quidem. Videre ebrios per littora errantes
et comessaciones nauigancium et symphoniarum
cantibus strepentes lacus et alia que velud
soluta legibus luxuria non tamen peccat sed pu-
blicat. quid necesse est. id agere debemus ut

irritamenta vitiorum quam longissime fugiamus. Indurandus est animus et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Una Hannibalem hiberna solverunt et indomitum illum nivibus atque alpibus virum enervaverunt fomenta campanie. Armis vicit, vitiis victus est. Nobis quoque militandum est et quidem genere militie quo numquam quies numquam otium datur. Debellande sunt in primis voluptates que ut vides seva quoque ad se ingenia rapuerunt. Si quis sibi proposuerit quantum operis aggressus sit, sciet nichil delicate nichil molliter esse faciendum. Quid michi cum istis calentibus stagnis? Quid cum sudatoriis in que siccus vapor corpora exhausurus includitur? Omnis sudor per laborem exeat. Si faceremus quod fecit Hanibal, ut interrupto cursu rerum omissoque bello fovendis corporibus operam daremus, nemo non intempestivam desidiam victori quoque nedum vincenti periculosam merito reprehenderet. Minus nobis quam illis punica signa sequentibus licet: plus periculi restat cedentibus plus operis laborantibus. Fortuna mecum bellum gerit. Non sum imperata facturus. Iugum non recipio, immo quod maiore virtute faciendum est excutio. Non est emolliendus animus. Si voluptati cessero, cedendum est dolori, cedendum labori, cedendum paupertati. Idem sibi in me iuris esse volet et ambitio et ira. Inter tot affectus distrahar, immo discerpar. Libertas proposita est, ad hoc premium laboratur. Que sit libertas queris? Nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in equum deducere. Quo die illam intellexero plus posse, nil poterit. Ergo illam feram cum in manu mors sit? His cogitationibus intentum loca seria sanctaque eligere oportet. Effeminat animos amenitas nimia, nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Quamlibet viam iumenta patiuntur quorum durata in aspero ungula est; in molli palustrique pascuo saginata cito subteruntur. Et fortior miles ex confragoso venit; segnis est urbanus et verna. Nullum laborem recusant manus que ad arma ab aratro transferuntur; in primo deficit pulvere ille unctus et nitidus. Severior loci disciplina firmat ingenium aptumque magnis conatibus reddit. Literni honestius Scipio quam Bais exulabat. Ruina eius non est tam molliter collocanda. Illi quoque ad quos primos fortuna rei publice publicas opes transtulit, C. Marius et Cn. Pompeius et Cesar extruxerunt quidem villas in regione baiana, sed illas imposuerunt summis iugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculari late longeque subiecta. Aspice quam positionem elegerint, quibus edificia excitaverint locis et qualia: scies non villas esse sed castra. Habitaturum tu putas umquam fuisse in mica Catonem, ut prenavigantes adulteras dinumeraret et tot genera cimbarum variis coloribus picta et fluitantem toto lacu rosam, ut audiret canentium nocturna convicia? Nonne ille manere intra vallum maluisset quod in unam noctem manu sua ipse duxisset? Quid ni mallet quisquis vir est somnum suum classico quam symphonia rumpi? Sed satis diu cum Bais litigavimus, numquam satis cum vitiis. Que oro te Lucili persequere sine modo, sine fine. Nam illis quoque nec finis est nec modus. Proice quecumque cor tuum laniant; que si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis revellendum erat. Voluptates precipue exturba et invidiosissimas habe. Latronum more quos philistas Egyptii vocant, in hoc nos amplectuntur ut strangulent. Vale.

De tribus generibus hominum ad philosophiam venientium. Et quis in hac via sit eligendus adiutor. Et de illicita et vetita laudatione.

Quid est hoc Lucili quod nos alio tendentes alio trahit et eo unde recedere cupimus impellit? Quid colluctatur cum animo nostro nec permittit nobis quicquam semel velle? Fluctuamus inter varia consilia. Nichil libere volumus, nichil absolute, nichil semper. Stultitia inquis est cui nichil constat, nichil diu placet. Sed quemadmodum nos aut quando ab illa revellimus? Nemo per se satis valet ut emergat. Oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat. Quosdam ait Epicurus ad veritatem sine ullius adiutorio exisse, fecisse sibi ipsos viam. Hos maxime laudat quibus ex se impetus fuit, qui se ipsi protulerunt. Quosdam indigere aliena ope, non ituros si nemo precesserit, sed bene secuturos. Ex his Metrodorum ait esse. Egregium hoc quoque sed secunde sortis ingenium. Nos ex illa prima nota non sumus. Bene nobiscum agitur si in secundam recipimur. Ne hunc quidem contempseris hominem qui alieno beneficio salvus esse potest. Et hoc multum est, velle salvari. Preter hec adhuc invenies aliud genus hominum ne ipsum quidem fastidiendum eorum qui cogi ad rectum compellique possunt, quibus non duce opus sit sed adiutore et ut ita dicam coactore. Hic tertius color est. Si queris huius exemplar, Hermachum ait Epicurus talem fuisse. Itaque alteri magis gratulatur, alterum magis suspicit. Quamvis enim ad eundem finem uterque pervenerit, tamen maior est laus idem effecisse in difficiliore materia. Puta duo edificia excitata esse ambo paria, eque excelsa atque magnifica. Alterum fundamenta lacera habet, alterum puram aream accepit. Illic protinus crevit opus. In molle et fluida

hunnu missaz. multuz laboris exhaustu est du puenit ad soliduz in ubo quisq fecit alterius magna ps & difficilior latet. Quedaz ingenia facilia & expedita. queda manu q aiut faciendo sut & i fundamentis suis occupata. Itaq illu ego feliciorez dixerim q nich negocii secuz habuit. hunc hoc melius de se meruisse q malignitatem nature sue uicit & ad sapiaz se no pduxit s extraxit. Hoc duru ac laboriosum ingeniu nobis datuz scias. Iuget imus p obstantia. itaq pugnemus. aliquoru inuocemus auxiliuz. Quem inquis inuocabo. hunc aut illu. Tu uo ad priores reuertere qui uacant. adiuuare nos possunt. no tm qui sunt s qui fuerunt. Ex hys aut qui sunt eligamus no eos q uba magna celeritate precipitant. & comunes locos uoluunt. et i puato circulant. s eos q uita docent. qui cum dixerit q faciendu sit pbant faciendo. q docet quid uitanduz sit. nec umq i eo quod fugiendu dixerit depehendunt. Eu elige adiutorez quem magis admireris cu uideris q cu audieris. nec ideo te phibuera hos audire quibus admittere ppim ac disserere osuetudo est. si modo hoc pposito i turbaz pdeunt. ut meliores fiant faciantq meliores si no ambiciois hoc cu exercent. Quid enim turpius phia capta te clamores. nuquid eger laudat medicum secantez. Tacete fauete & prebete uos curationi. etia si exclamaueritis. no aliter audiaz q si ad tactuz uiciorum urorum ingemiscatis. testari ueltis attendere uos. moueriq re magnitudie sane liceat. ut quid iudicetis & feratis de meliore suffragiu. Quid insi no pmittam. Apud pythagoram discipulis v. annis tacendu erat. nuquid ergo existimas statim illis & loqui & laudare licuisse. quanta aut dementia eius est quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt. Quid letaris q ab hominibus hys laudatus es quos no potes ipse laudare. Disserebat populo fabianus s audiebatur modeste. Erupebat interduz magnus clamor laudantium s quem rerum magnitudo euocauerat. no sonus inoffense ac molliter orationis elapse. Intersit aliquid inter clamorem theatri & schole. Est aliquis & laudandi licentia. oia omnino si obseruetur iudicia sunt. & argumentum morum ex minimis quoq licet capere. Impudicum & incessus ostendit & manus mota & unu interduz responsu & relatus ad caput digitus & flexus oculorum. Improbum risus. insanum uultus habitusq demonstrat. Illa enim in apertum p notas exeunt.

Qualis quisq sit scies si quemadmodum laudet et quemadmodum laudetur aspexeris. Hic atq illic philosopho magno auditor intendat & sup ipsum caput mirantium & turba constantium. non laudatur ille nunc si intelligis s conclamatur. Relinquantur iste uoces illis artibus que ppositu habent populo placere. phia adoretur. Pmittendum erit aliquando iuuenibus sequi impetum animi. Tunc aut cu hoc ex impetu facient. cum silentium sibi imparare no poterunt. Talis laudatio aliquid exhortationis affert ipsis audientibus. & animos adolescentium extimulat. Ad rem commoueantur non ad uba composita. alioquin nocet illis eloquentia si no rerum cupiditatem facit s sui. Differam hoc i psentia. desiderat enim ppriam & longam exequtionem. quemadmodum populo disserendum. quid sibi aput populum pmittendu sit. quid populo aput se. Damnum quidem fecisse philosophiam non erit dubium. postquam prostituta est. s potest i penetrabilibus suis ostendi. si modo non institorem s antistitem nacta est. Vale.

De tempestate & nausea quam passus est i mari. pmittens etiam inter corporalia & spiritualia uicia docet. Dubiinges de aucte marc

Quid non potest mihi persuaderi. cui persuasum est ut nauigarem? Solui mari languido. erat sine dubio celum graue sordidis nubibus. que fere aut in aquam aut in uentum resoluuntur. S putaui tam pauca milia a parthenope tua usq puteolos posse surripi. quamuis dubio & impendente celo. Itaque quo celerius euaderem. protinus p altum ad nesida direxi. precisurus omnes sinus. Cum iam eo processissem. ut mea nil interesset utrum irem an redirem. primum equalitas illa que me corruperat periit. nondum erat tempestas. s iam inclinatio maris ac subinde crebrior fluctus. Cepi gubernatorem rogare ut me i aliquo litore exponeret. Aiebat ille aspera esse & importuosa. nec quicquam se eque in tempestate timere q terram. Peius autem uexabar q ut mihi periculum succurreret. Nausea enim me segnis hec & sine exitu torquebat que bilem mouet nec effundit. Institi itaque gubernatori & illum uellet nollet coegi petere litus. Cuius ut uiciniam attigimus non expecto ut quicquam ex preceptis uirgilii fiat obuertant pelago proras aut ancora de prora iacitur. memor artificii mei uetus frigidus cultor mitto me in mare quomodo psicrolutam decet gausapatum. Que putas me passum dum p aspera erepo. dum uiam quero dum facio. Intellexi non immerito terram nautis timeri. Incredibilia sunt que tulerim cum me ferre non possem. Illud scito ulixem non fuisse tam irato

mari natum ut ubicumque [al. ubique] naufragia faceret. Nau-
seator erat. Et ego quocumque navigavero [al. navigare debuero] vi-
cesimo anno perveniam. Ut primum sthomachum
quem scis non cum mari nauseam effugere, colle-
gi et corpus unctione recreavi, Hoc cepi me-
cum cogitare quanta nos vitiorum sequeretur oblivio,
etiam corporalium, que subinde admonent, nedum
illorum que eo magis latent quo meliora [al. leviora] sunt.
Levis aliquem motiuncula decipit; sed cum cre-
vit et vera febris exarsit, et duro et perpesso sibi
confessionem exprimit. Pedes dolet, articuli pun-
ctiunculas sentiunt: adhuc dissimulamus et aut ta-
lum extorsisse dicimus nos aut in exercitatione
aliqua laborasse. Dubio et incipiente morbo
queritur nomen. Cum ubi et talaria incepit tendere
et utrosque dextros pedes fecit, necesse est podagram
fateri. Contra evenit in his morbis quibus afficiuntur
animi: quo quis peius se habet, eo minus sentit. Non est quod mi-
reris, mi Lucili karissime. Nam qui leviter dormit
et species secundum quietem capit, aliquando dormiens co-
gitat se dormire. Gravis etiam sopor somnia
extinguit animumque altius mergit quam ut illo intellectu
sui est. Quare vicia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc
in illis est. Somnium narrare vigilantis est, et vicia
sua confiteri sanitatis indicium est. Expergiscamur
ergo ut errores nostros coarguere possimus.
Sola autem philosophia excitabit, sola somnum excu-
tiet gravem. Illi te totum dedica. Dignus es illa,
illa digna te est. Ite in complexum alter alterius. Omni-
bus aliis rebus te nega fortiter, aperte. Non est quod pre-
cario [al. vos] philosopheris. Si eger esses, tam intermisisses rei
familiaris et forensia tibi negocia excidissent,
nec quemquam tanti putares cui advocatus in remis-
sione descenderes. Toto animo id ageres ut quam primum
morbo liberareris [al. liberaveris]. Quid ergo? Non et nunc idem fa-
cies? Omnia impedimenta dimitte et vaca bone
menti. Nemo ad illam venit occupatus. Exercet
philosophia regnum suum; dat tempus, non accipit. Non e-
st res subcisiva [al. subsiciva]. Ordinaria est, domina est, adest
et iubet. Alexander cuidam civitati partem agrorum
et dimidium rerum omnium promittenti, "eo" inquit "proposito
veni in Asiam, ut non id acciperem quod dedissetis,
sed ut haberetis quod reliquissem." Idem philosophia rebus
omnibus: "non sum hoc tempus acceptura quod vobis
superfuit, sed id vos habebitis quod ego [al. ipsa] super ero-
gavero." Totam huc converte mentem, huic asside,
hanc cole. Ingens intervallum inter te et ceteros fi-
at. Omnes mortales animo antecedes, non multo
dii te antecedant. Queris quid inter te et illos futurum
sit? Diutius erunt. At hercules magni artifi-
cis est totum clausisse in exiguum. Tantum sa-
pienti vita sua quantum deo omnis etas patet.
Aliquid est quo sapiens antecedit deum. Ille
nature beneficio non timet, suo sapiens. Ecce res
magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem
dei. Incredibilis philosophie vis est ad omnem for-
tuitam vim retundendam. Nullum telum in corpore
eius sedet; munita est, solida. Quedam defati-
gat et velud levia tela laxo sinu eludit,
quedam discutit et in eum usque qui miserat respu-
it. Vale.

De morbo suspirii vel anhelitus cum quo dicitur afflictus. Ubi mirabile documentum de morte subiungit. Et quomodo sapiens de vita exeat, non eiciatur.

Longum mihi commeatum de-
tum dederat mala valitudo; repente
me invasit. "Quo genere?" inquis. Prorsus merito
interrogas, adeo nullum mihi ignotum est. Uni tamen
morbo quasi assignatus sum, quem quare greco nomine
appellem nescio. Satis enim apte suspirium dici
potest. Brevis autem valde et procelle similis est impetus;
intra horam fere desinit. Quis enim diu exspirat?
Omnia corporis aut incommoda aut pericula per me transi-
erunt: nullum mihi videtur molestius. Quidni? A-
liud enim quicquid est, egrotare est; hoc animam agere. Itaque
medici hanc meditationem mortis vocant. Facit
enim aliquando spiritus ille quod sepe conatus est. Hi-
larem me putas hec scribere tibi quia effugi? Si hoc
fine quasi bona valitudine delector, tam ridicule
facio quam ille quisquis vicisse se putat cum vadi-
monium distulit. Ego vero et in ipsa suffocatione
non desii cogitationibus letis ac fortibus acquie-
scere. "Quid hoc est?" inquam. "Tam sepe mors experi-
tur me? Faciat: at diu ego illam expertus sum."
"Quando?" inquis. Antequam nascerer. Mors est non es-
se. Id quod ante fuit, sed quale sit iam scio: hoc erit post
me quod ante me fuit. Si quid in hac re tor-
menti est, necesse est et fuisse antequam prodiremus in lu-
cem; atqui nullam sensimus tunc vexationem. Rogo,
non stultissimum dicas si quis existimet lucerne
peius esse cum extincta est quam antequam accenditur?
Nos quoque et extinguimur et accendimur. Medio illo
tempore aliquid patimur; utrimque vero alta [al. utrimque] securitas
est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor, erramus, quod
mortem iudicamus sequi, cum illa et precesserit et
secutura sit. Quicquid ante nos fuit mors est. Quid
enim refert utrum incipias an desinas, cum
utriusque rei hic sit effectus non esse? His et huius-
modi exhortationibus tacitis scilicet, nam verbis locus non
erat, alloqui me non desii. Deinde paulatim su-
spirium illud, quod esse iam anhelitus ceperat, interval-
la maiora fecit et retardatum est et rema-
sit. Nec adhuc, quamvis desierit, ex natura fluit [al. fuit] spiritus.
Sentio hesitationem quandam eius et moram. Quo vo-
let, dummodo non ex animo suspirem. Hoc tibi de me

sustipe no trepidabo ab extremaiaz paru
sum. nl cogito de die toto. Illu tu lauda
& imitare. que no piget mori cu viuere
iuuat. Que ei virtus cu enaaris exire. Ta
dez h virtus. Maior quidez sz tarde exeaz
& eo magis exeat sapiens. qr eiza e inde
expelli unde inuitus recedas. nil inuit9 fa
cit sapiens. necitatez effugit. qr vult q coa
ctura est. De villa vacie & dispositione ei9.
Et q solus sapiens s viuere scit. Et quo a
nim9 faciat amicos semper ee psentes. R

8
e. 77.
c. 7.

A gestatione cu maxie venio. no mi9
fatigatus sum q si tantu amblasse
q'ntaz sedi. labor e eni diu ferri. dt nescio
an eo maior qr contra naz est. que pedes de
dit ut p nos ambularem9. oculos ut p nos
uideremus. debilitate nobis indixere delicie
& qd diu noluim9 posse desiuim9. mi tn ne
cessariu erat concutere corpus ut sive bilis in
sederat faucib9 discuteret. sive ipse ex aliq
pte spus densior erat. extenuaret illu iacta
tio quaz psuisse mi sensi. Io diuci9 vehi pseuera
ui inuitante ipo litore qd int [al. inter] cumas et
Seruilii villaz uacie curuatur. & hic mari il
linc lacu. velud angustuz iter clauditur. E
rat eni mare recente [al. a recenti] tempestate spissius [al. spissum] flu
ctus at illud. ut scis frequens & concitatus exe
quat. longior tranquillitas soluet [al. soluit]. cu arenis
que d' humore alligantur succus abscessit. Ex
consuetudie tn mea circumspicere cepi an aliquid
inuenirez. illic qd mi posset bonuz ee. & direxi
oculos i villaz. que aliq vacie fuit. i hac ille
pretori9 dives. nlla alia re q ocio notus co
nuit & ob h' unu felix habebat. Naz quotiens
aliquos amicicie asinii galli. quoties se iaz odi
um quoties amor emerserat. eque ei illu
offendisse q amasse piculosum fuit. Excla
mabat homines. O vacia solus scis uiuere.
At ille latere sciebat no viuere. Multuz autez
interest. utru uita sua ociosa sit an ignaua
Nunq aliter hanc villaz vacia uiuo preteribaz q
ut dicez vacia hic situs est. Sz adeo mi
lucili phia sacrum quoddaz est & uenerabile.
ut etiaz si quid illi simile est mendaciu pla
ceat. Ociosuz eni hoiez seductuz existimat vul
gus & securu & se contentu sibi uiuentez
quorum nil illi contingere n sapienti pt. Ille
quidez nlla re sollicitus sibi uiuere scit. Ille
eni qd e primu scit viuere. Naz qui res & ho
mines fugit. quem cupiditatu suaru infelici
tas relegauit q alios feliciores videre
no potuit. qui velud timidu atq iners
animal metu oblituit. ille sibi no uiuit sed
qd' e turpissimu ventri sompno libidini. no
contin9 s uiuit q nemini. adeo tn magna res
est constantia & i proposito suo pseuerantia.
ut habeat auctez inhertia quoq ptinax.
De villa ipa nich possuz certu tibi scribe
frontez tm eius noui & exposita que ondt
etiaz transeuntib9. Spelunce sunt due magni
opis cuiuo latu atrio pares manufactus [al. facte] q
ruz altera solez no recipit altera usq i occide
tez sole tenet. platanu bona medius riuus
& a mari & acherusio lacu receptus euripi
mo diuidit. alendis piscib9 si assidue ex
hauriatur sufficiens. Sz illi cu mare patet
parcitur. & cu tempestas piscatoribus dedit ferias
manus ad parata [al. parata] porrigitur. Hoc tn e como
dissimu i villa q baias transparietem hz.
incomodis illarum caret. uoluptatib9 fruit
has laudes ei9 ipe noui. illa ee toti9 anni
credo. Occurrit ei fauonio & illu adeo excipit [al. recipit]
ut uetet baiis. Non stulte videtur elegisse hu
locu vacia i quem ociu suum pigru iaz & se
nile conferret. Sz no multuz ad tranquillitatez locus
confert animus est qui comendat oia. Video eo
i villa hilari & amena mestos. vidi i me
dia solitudie occupatis similes. Quare no
est qd existimes io bn parum compositu ee te
q i campania no es. qr an no es huc usq
cogitationes tuas mitte. conuersari cu amicis
absentib9 licet. & quidez quoties uelis quo
uelis. Magis hac uoluptate q maxia est
fruimur dum absum9. Presentia eni nos delica
tos facit. & qr aliq vna loquimur. amblam9 co
sedem9. Cuz deducti sum9 nich de hys quos
mo uidim9 cogitam9. Et io eq aio ferre de
bem9 absentez qr nemo n multuz presentibus
abest. Primu hic pone noctes separatas decem
occupationes utriq diuersas. decem studia
diuersa [al. secreta]. suburbanas pfectiones. uidebis non
multuz ee qd nobis peregrinatio eripiat. Ami
cus aio possidend9 est. hic at nunq abest
quicuq vult quottidie videt. Itaq meu stu
de. mecu cena. mecu ambula. In angusto
uiuerem9. si quicq esset cogitationi clausuz.
Video te mi lucili. cu maxie audio. adeo
tecu sum ut dubitez an incipiaz no epistolas
sz codicillos tibi scribere. Notat tumultuositez
luxuriaz balneorum. Et q oia uicia cu i a
perto leuiora sunt. Et de magnitudine sapientis.

76
6

P eream [al. pereaz] si est taz necessariu q uidetur sile
tiu i studia se posito. Ecce undiq me
varius clamor circumsonat. supra ipm bal

neum habito. Propono tibi nunc omnia genera uocum que in odium possunt ducere aures. Cum fortiores exercentur et manus plumbo graues iactant, cum aut laborant aut laborantem imitantur, gemitus audio quotiens retentum spiritum remiserunt, sibilos et acerbissimas respirationes. Cum in aliquem inertem et hac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum illise manus humeris, que prout plana peruenit aut concaua, ita sonum mutat. Si uero pilicrepus superuenit et numerare cepit pilas, actum est. Addice nunc scordalum et furem deprehensum et illum cui uox sua in balneo placet. Addice nunc eos qui in piscinam cum ingenti impulse aque sono saliunt. Preter istos quorum si nichil aliud uoces sunt recte, alipedum cogita tenuem et stridulam uocem quo sit notabilior subinde exprimentem, nec umquam tacentem nisi dum uellit alas et alium pro se clamare cogit. Iam libarii uarias exclamationes et botularium et crustularium et omnes popinarum institores mercem suam quadam insignita modulatione uendentes. O te inquis ferreum aut surdum, cui mens inter tot clamores tam uarios tam dissonos constat, cum Crisippum nostrum assidua salutatio perducat ad mortem. At mehercules istum fremitum non magis curo quam fluctum aut deiectum aque, quamuis audiam cuidam genti hanc fuisse causam unam urbem suam transferendi, quod fragorem Nili cadentis ferre non potuit. Magis mihi uox auocare uidetur quam crepitus. Illa enim animum abducit, hic tantum aures implet ac uerberat. In hiis que me sine auocatione circumstrepunt essedas transcurrentes pono et fabrum inquilinum et serrarium uicinum, aut hunc qui ad metam sudantem tabulas experitur et tibias nec cantat sed exclamat. Etiam nunc molestior est mihi sonus qui intermittitur subinde quam qui continuatur. Sed iam me sic ad omnia ista duraui ut audire uel pausarium possim uoce acerbissima remigibus modos dantem. Animum enim cogo sibi intentum esse nec ad externa auocari. Omnia licet foris resonent dum intus nichil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas et timor, dum auaritia luxuriaque non dissideant nec altera alteram uexet. Nam quid prodest totius regionis silentium si affectus fremunt? Omnia noctis erant placida composita quiete. Falsum est. Nulla placida est quies nisi quam ratio composuit. Nox exhibet molestiam, non tollit, et sollicitudines mutat. Nam dormientium quoque insomnia tam turbulenta sunt quam dies. Illa tranquillitas uera est in quam bona mens explicatur. Aspice illum cui somnus laxe domus silentio queritur, cuius

aures ne quis agitet sonus, omnis seruorum turba conticuit et suspensum accedentium propius uestigium ponitur. Huc nempe uersatur atque illuc, somnum inter egritudines leuem captans. Que non audit audisse se queritur. Quid in causa putas esse? Animus illi obstrepit. Hic placandus est, huius compescenda sedicio est, quem non est ut existimes placidum si iacet corpus. Interdum quies inquieta est, et ideo ad rerum actus excitandi ac tractatione bonarum artium occupandi sumus quotiens nos male habet inertia sui impaciens. Magni imperatores cum male parere militem uident, aliquo labore compescunt et expeditionibus detinent. Numquam uacat lasciuire districtis, nichilque tam certum est quam ocii uicia negotio discuti. Sepe uidemur tedio rerum ciuilium et infelicis atque ingrate stationis penitentia secessisse, tamen etiam in illa latebra in qua nos timor et lassitudo coniecit interdum recrudescit ambitio. Non enim excisa sed fatigata desinit aut etiam abirata rebus parum sibi cedentibus. Idem de luxuria dico, que uidetur aliquando cessisse, deinde frugalitatem professos sollicitat atque in media parsimonia uoluptates non damnatas sed relictas petit, et quidem eo uehementius quo occultius. Omnia enim uicia in aperto leuiora sunt. Morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant cum ex abdito erumpunt ac uim sui proferunt. Et auariciam itaque et ambitionem et cetera mala mentis humane tunc perniciosissima esse scias cum simulata sanitate subsidunt. Ociosi uidemur et non sumus. Nam si bona fide sumus, si receptui cecinimus, si speciosa contempsimus, ut paulo ante dicebam, nulla res nos auocabit, nullus hominum auiumque concentus interrumpet cogitationes bonas solidasque iam et certas. Leue illud ingenium est nec sese adhuc reduxit introrsus quod ad uocem et accidentia erigitur. Habet intus aliquid sollicitudinis et habet aliquid concepti pauoris quod illum curiosum facit, ut ait Virgilius noster: Et me quem dudum non ulla iniecta mouebant tela neque aduerso glomerati ex agmine Grai, suspensum et pariter comitique onerique timentem. Prior ille sapiens est quem non uibrantia tela, non arietata inter arma agminis densi, non urbis impulse fragor territat. Hic alter imperitus est: rebus suis timet ad omnem crepitum expauescens, quem una quelibet uox pro fremitu accepta deiecit, quem motus leuissimi exanimant. Timidum illum sarcine faciunt. Quemcumque ex istis felicibus elegeris, multa tra-

vii.

hentibus multa portantibus medebis illuz co-
miti oneriqz timentem. Tunc ergo te scito esse
oppositum cui ad te nullus clamor pertinebit.
cum te nulla vox tibi excitabit. non si blandietur
non si minabitur. non si inani sono vacua
circumstrepet. Quid ergo non aliquando commodius
est et caret convicio. Fateor itaqz ex hoc loco
migrabo experiri et exercere me volens. Quid
diutius necesse est torqueri. cum tam facile re-
medium ulixes sociis et adversus sirenas
dederit et invenerit. De cripta neapolita-
na. Et quod non timor sed horror cadit in sapi-
entem. Et quod anima hominis corporis angustiis
cohiberi non potest.

Cum a baiis deberem
neapolim repetere. facile credidi tempe-
statem esse. ne iterum navem experirer. et tan-
tum luti tota via fuit. ut possim videri nichilominus
navigasse. Totum athlete fatum mihi illo
die perferendum fuit. a ceromate nos aphe
excepit in cripta neapolitana. nichil illo car-
cere longius. nil illis facibus obscurius que nobis
prestant non ut per tenebras videamus. sed ut i-
psas. Ceterum etiam si locus haberet lucem pulvis
auferret. In aperto quoqz res gravis et molesta
quid illic ubi in se volutatur et cum sit ullo spira-
mento sit inclusus in ipsos a quibus excitatus est
recidit. Duo incommoda inter se contraria simul
pertulimus. eadem via. eodem die et luto et pulvere
laboravimus. Aliquid tamen michi illa obscuritas quod
cogitarem dedit. Sensi quendam ictum animi
et sine metu mutationem. quam insolite rei no-
vitas simul ac feditas faceret. Non de me tecum
nunc loquor. qui multum ab homine tollerabili
nedum a perfecto absum. sed de illo in quem fortuna
ius perdidit. Huius quoqz ferietur animus mutabitur
color. Quedam enim michi nulla effugere
virtus potest. admonet illum natura mortalitatis
sue. Itaqz et vultum adducat ad tristiciam
et inhorrescit ad subita et caligabit. si va-
stam altitudinem in crepidine eius constitutus
despexerit. non est hic timor. sed naturalis affe-
ctio inexpugnabilis rationis. Itaqz fortes
quidam et paratissimi fundere suum sanguinem
alienum videre non possunt. Quidam ad vulne-
ris novi. quidam ad veteris et putulenti
tractationem inspectionemqz succidunt. ac
relinquunt animo. alii gladium facilius reci-
piunt. quam vident. Sensi ergo ut dicebam
quandam non quidem perturbationem sed mutationem.
Rursus ad primum conspectum redditi lucis
alacritas rediit incogitata et iniussa.
Illud deinde mecum cepi loqui quam inepte

quidam magis aut minus timeremus cum omnium idem
finis esset. Quid enim interest utrum supra aliquem
vigilarium ruat aut mons. nichil invenies.
Erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant. quamvis
utraqz mortifera eque sint. Adeo non effe-
ctus sed efficientia timor spectat. Nunc me pu-
tas de stoycis dicere qui existimant animam
hominis magno pondere extritam permanere non
posse. et statim spargi quia non fuerit ei exitus liber.
Ego vero non facio. qui hoc dicunt videntur michi
errare. Quemadmodum flamma non potest opprimi.
Nam circa id diffugit quo urgetur. Quemadmodum
aer verbere atqz ictu non leditur. sed scinditur
sed circa id cui cessit refunditur. Sic animus qui ex
tenuissimo constat. deprehendi non potest nec intra cor-
pus affigi. sed beneficio subtilitatis sue per
ipsa quibus premitur erumpit. Quomodo fulmini et cum
latissime percussit ac fluxit per exiguum foramen
est reditus. Sic animo qui adhuc tenuior est igne
per omne corpus fuga est. Itaqz de illo querendum
est an possit immortalis esse. Hoc quidem certum
habe si superstes est corpori. non frangi propter illud nullo
genere posse propter quod non perit. quoniam nulla mortali-
tas cum exceptione est. nec quicquam noxium
eterno est. Liber viij⁹. de multiplici rerum
divisione et diffinitione. Ubi exemplo platonis osten-
ditur quod licet parsimonia ducat ad senectutem. quod
senectutis bonum nec concupiscendum nec recusandum sed

Quanta verborum nobis paupertas immo e-
gestas sit. nunquam magis quam hodier-
no die intellexi. Mille res inciderunt
cum forte de platone loqueremur. que nomina deside-
rarent nec haberent. Quedam vero cum habuissent
fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in ege-
state fastidium. Hunc quidem grecum estron vo-
cant. pangenarum corpora et totis saltibus dissi-
patum. asilum nostri vocabant. Hoc virgilio licet
credas. Est lucos silari iuxta ilicibusqz virentem
plurimus alburnum volitans. cui nomen asilo
Romanum est gestum. Grai vertere vocantes
aspera crebra sonans. quo tota exterrita silvis
diffugiunt armenta. puto intelligi verbum istud
interisse. Ne te longe diducam. quedam simplicia
in usu erant. sicut cernere ferro inter se dice-
bant. Idem virgilius hoc probabit tibi. Ingentes
generatos diversis partibus orbis. Inter se coire
viros et cernere ferro. Quod nunc decernere dicimus.
Simplicis illius verbi usus amissus est.
Dicebant antiqui si iusso. id est si iussero. Hoc mo
michi credas sed fide virgilio. Cetera qua iussi
iusso mecum manus inferat arma. Non
ma. Non id ago nunc hac diligentia ut

ostendam quantum temporis apud grammaticum perdiderim. Sed ut ex hoc intelligas quantum apud Ennium et Accium verborum situs occupaverit, cum apud hunc quoque qui cotidie excutitur aliqua nobis subducta sint. Quid sibi velit ista preparatio non celabo te. Cupio si fieri potest propitiis auribus tuis qui sententiam dare, si minus dicam et iratis. Ciceronem auctorem huius verbi habeo, puto locupletem; si recentiorem queris, Fabianum disertum et elegantem, orationis etiam ad nostrum fastidium nitide. Quid enim fiet, mi Lucili? Quomodo dicetur usia, res necessaria, natura continens fundamentum omnium? Rogo itaque permittas michi hoc verbo uti. Nichilominus dabo operam ut ius a te datum parcissime exerceam; fortasse ero contentus michi licere. Quid proderit facilitas tua, cum ecce id nullo modo latine exprimere possim propter quod lingue nostre convicium feci? Magis damnabis angustias romanas si scieris unam sillabam esse quam mutare non possum. Que sit hec queris? to on. Duri tibi videor ingenii. In medio positam posse sic transferri ut dicam quod est. Sed multum interesse video. Cogor verbum pro vocabulo ponere; sed ita necesse est, ponam quod est. Sex modis hoc dici a Platone amicus noster homo eruditissimus hodierno die dicebat. Omnes tibi exponam, si ante indicavero esse aliquid genus esse et speciem. Nunc autem primum illud genus querimus ex quo cetere species suspense sunt, a quo nascitur omnis divisio, quo universa comprehendenda sunt. Invenietur autem si ceperimus singula retro legere; sic enim perducemur ad primum. Homo species est, ut Aristoteles ait. Equus species est. Canis species est. Ergo commune aliquod querendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur et sub se habeat. Hoc quid est? animal. Ergo genus esse cepit horum omnium que modo retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed quedam habent animam nec sunt animalia. Placet enim satis et arbustis animam inesse; itaque et vivere illa et mori dicimus. Ergo animantia superiorem tenebunt locum, quia et animalia in hac forma sunt et sata. Sed quedam anima carent ut saxa. Itaque erit aliquid animantibus antiquius, corpus scilicet. Hoc sic dividam, ut dicam corporalia omnia aut animalia esse aut inanimalia. Et nunc est aliquid superius quam corpus. Dicimus enim quedam corporalia, quedam incorporalia. Quid ergo erit ex quo hec deducantur? Illud ergo cui nomen parum proprium imposuimus, quod est. Sic enim in species secabitur ut dicamus: quod est aut corporale est aut incorporale. Hoc ergo genus est antiquissimum et primum et ut dicam generale. Cetera genera quidem sunt sed specialia, tamquam homo genus est; habet enim in se nationum species, Grecos, Romanos, Parthos; colorum, albos, nigros, flavos; habet singulos, Cathonem, Lucretium, Ciceronem. Itaque

quia multa continet, in genus cadit; quia sub alio est, in speciem. Illud genus quod est generale supra se nichil habet; initium rerum est; omnia sub illo sunt. Stoici volunt superponere huic etiam nunc aliud genus magis principale, de quo statim dicam, si prius illud genus de quo sum merito locutus primum poni docuero, cum sit rerum omnium capax. Quod est in has species divido, ut sint corporalia aut incorporalia. Nichil tertium est. Corpus quo divido? ut dicam aut animantia sunt aut inanimantia. Rursus animantia quemadmodum dividam? ut dicam quedam animam habent tantum, quedam animam et corpus. Quedam impetum habent, incedunt, transeunt. Quedam solo affixa radicibus aluntur, crescunt. Rursus animalia in quas species seco? aut mortalia sunt aut inmortalia. Primum genus Stoicis quibusdam videtur quid; quod quare videatur subiciam. In rerum inquiunt natura quedam sunt, quedam non sunt; et hec autem que non sunt rerum natura complectitur, que animo succurrunt, tamquam centauri, gigantes, et quicquid aliud falsa cogitatione formatum habere aliquam ymaginem cepit quamvis non habeat substantiam. Nunc ad quod tibi promisi revertor, quomodo quecumque sunt in sex modos Plato partiatur. Primum illud quod est nec visu nec tactu nec ullo sensu comprehenditur; cogitabile est. Quod generaliter est, tamquam homo generalis, sub oculos non venit; sed specialis venit, ut Cicero et Cato. Animal non videtur, cogitatur; videtur autem species eius, equus et canis. Secundum ex his que sunt ponit Plato quod eminet et exsuperat omnia; hoc ait per excellentiam esse. Poeta communiter dicitur; omnibus enim versus facientibus hoc nomen est; sed iam apud Grecos in unius notam cessit: Homerum intelligas cum audieris poetam. Quid ergo hoc est? deus scilicet, maior ac potentior cunctis. Tertium genus est eorum que proprie sunt. Innumerabilia sunt hec sed extra nostrum posita conspectum. Que sint interrogas? Propria Platonis supellex est; ydeas vocat, ex quibus omnia quecumque videmus fiunt et ad quas cuncta formantur. Hec inmortales et inviolabiles et inmutabiles sunt. Quid sit ydea, id est quid Platoni videatur esse, audi: ydea est eorum que natura fiunt exemplar eternum. Adiciam diffinitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo ymaginem tuam facere; exemplar picture te habeo, ex quo capit aliquem mens nostra aliquem habitum quem operi suo imponat. Itaque illa que me docet et instruit facies, a qua petitur imitatio, ydea est. Talia ergo exemplaria infinita habet rerum natura hominum, piscium, arborum, ad que quodcumque ab illa fieri debet exprimitur. Quartum locum habet ydos. Quid sit hoc ydos attendas oportet, et Platoni imputes non michi hanc rerum difficultatem. Nulla est autem sine difficul

d' ydea nota

tate subtilitas. paulo ante pictoris yma
gine utebar. Ille cum reddere virgilium colo
ribus vellet ipsum intuebatur. ydea e
rat virgilii facies futuri operis exemplar. Et
quod artifex trahit et operi suo imponit ydos est.
Quid intersit queris. alterum exemplar est alterum
forma ab exemplari sumpta et operi imposita. al
teram artifex imitatur. alteram facit. habet aliam
faciem statua. hec est ydos. habet aliam faciem
exemplar ipsum. quod intuens opifex statuam
figurauit. hec idea est. etiamnunc aliam
desideras distinctionem. ydos in opere est. idea
extra opus est. non tamen extra opus est set ante
opus. Sextum genus est eorum que quasi sunt
que incipiunt ad nos pertinere. hec sunt omnia ho
mines pecora res. Sextum genus est eorum que
que sunt tamquam manere tempore excuciuntur videmus
et tangimus. pro illis non innatet que ex
ipse putat. Fluunt enim et in assidua diminu
tione atque adiectione sunt. Nemo nostrum idem
in senectute est qui fuit iuuenis. Nemo nostrum
idem est mane qui fuit pridie. Corpora nostra ra
piuntur fluminum more. Quicquid vides currit
cum tempore. nichil ex hiis que videmus manet.
Ego ipse dum loquor ista mutari mutatus
sum. hoc est quod ait Eraclitus in idem flu

Eracl.

minibus descendimus manet idem fluminis
nomen aqua transmissa est. Hoc in amne ma
nifestius est quam in homine. Sed nos quoque non
minus velox cursus pretervehit. Et ideo admi
ror dementiam nostram quod tantopere amamus rem
fugacissimam corpus. timemusque ne quando moria
mur. atque omne momentum mors prioris habi
tus est. vis tu non timere ne semel fiat quod cotidie
fit. De homine dixi fluida materia et caduca et
omnibus obnoxia causis. Mundus quoque eterna
res et inuicta mutatur nec idem manet. Quamuis
etiam omnia in se habeat quam habuit. aliter habet quam
habuit. Ordinem mutat. Quid ista inquis michi
proderit subtilitas. Si me interrogas nichil.
Sed quemadmodum ille celator oculos diu intentos
ac fatigatos remittit atque auocat et ut di
ci solet pascit sic nos animum aliquando debemus
relaxare et quibusdam oblectamentis reficere.
Sed ipsa oblectamenta opera sunt. Ex hiis quoque si
obseruaueris sumes quod possit fieri salu
tare. Hoc ego Lucili facere soleo et ex omni
notione et si a philosophia longissime auersa est eru
ere aliquid conor et utile efficere. Sed istis ca
piam quam modo tractauimus remotis a reforma
tione morum. Quo meliorem me facere ydee pla
tonice possunt. Quid ex istis traham quod cupi

ditates meas compescat. Et hoc ipsum quod omnia ista que
sensibus seruiunt que nos accendunt et irritant
negat plato ex hiis esse que vere sunt. Ergo ista
ymaginaria sunt et ad tempus aliquam faciem fe
runt. nichil horum stabile nichil solidum est. et nos
tamen cupimus tamquam semper futura aut semper habituri. Im
becilles fluidique intervalla consistimus. Ad il
la mittamus animum que eterna sunt. Miremur in sublimi
volitantes rerum omnium formas. deumque inter illa
versantem et hoc prouidentem que a morte quam immortalia
facere non potuit. quia materia prohibebat defendat
a morte. ac ratione vicium corporis vincat. Ma
net enim cuncta non quia eterna sunt. sed quia defenduntur
cura regentis. immortalia tutore non egent.
hec conseruat artifex fragilitatem materie vi sua vin
cens. Contempnamus omnia que adeo preciosa non
sunt ut an sint omnino dubium sit. Illud simul co
gitemus. si mundum ipsum non minus mortalem quam
nos sumus. Prouidencia periculis eximit. Posse et
aliquatenus prouidencia nostra longiorem prorogare
huius corpusculi moram. si voluptates quibus
maior pars perit. potuimus regere et coercere.
Plato enim ipse ad senectutem se diligencia pro
tulit. Erat quidem corpus validum ac forte
sortitus. et illi nomen latitudo pectoris fecerat.
Sed nauigationes et pericula multum detraxerant
viribus. Parsimonia tamen et eorum que auiditatem
euocant modus et diligens sui tutela perduxit
illum ad senectutem multis prohibentibus causis.
Nam hoc scis puto platonem diligencie sue be
neficio contigisse quod natali suo decessit et
annum unum et octogesimum impleuit. sine
ulla deductione. Ideo magi qui forte athe
nis erant immolauerunt defuncto. amplioris
fuisse sortis quam humane rati. quia consummasset per
fectissimum numerum quem nouem nouies multiplicata
componunt. Non dubito quin paratus esset pau
cos dies ex ista summa et sacrificium remittere.
Potest frugalitas senectutem producere. quam non
ut puto concupiscendam ita nec recusandam credam.
Iocundum est secum esse quam diutissime et quis se dignum
quo frueretur effecerit. Itaque de isto feremus sentenciam
an oporteat fastidire senectutis extrema et finem
non operiri sed manum facere. Prope est a timente qui fatum
segnis expectat. sicut ille ultra modum deditus
vino est qui exsiccat amphoram et fecem quoque
exorbet. De hoc tamen queremus pars summa vite
utrum fex sit an liquidissimum ac purissimum
quiddam. Si modo mens sine iniuria est et integri sen
sus animum iuuant nec defectum et premortuum cor
pus ei refert. utrum aliquis extendat an
mortem. At si inutile est sed ministerium corpus

quidem oporteat educere animum laborantem et for
tasse aut debet paulo ante faciendum e. ne cum
fieri debet facere non possis. Et cum maius periculum
sit male vivendi quam cito moriendi. stultus est
qui non exigua temporis mercede magne rei a
leam redimit. Paucos longissima senectus ad m
ortem sine iniuria pertulit. multis iners sine
vita usum iacuit. Quanto deinde crudelius iudi
cas aliquid ex vita perdidisse quam ius finiendi.
Noli me invitus audire. tamquam ad te iam pertine
at ista sententia. et quid dicam extima. non relinquam
senectutem. si totum me in reservabit totum at
quidem illa parte meliore. at si ceperit quatere mentem
si partem eius convellere. si in vitam non relinquerit
sed animam. prosiliam ex edificio putrienti ac ruenti
Morbum morte non fugiam dumtaxat sanabi
lem nec officientem animo. Non afferam mihi manus
propter dolorem. sic mori vinci est. hunc tamen si sciero
perpetuo mihi esse patiendum. exibo non propter ipsum. sed quia
impedimento mihi futurus est ad omne quod vivitur.
Imbecillis est et ignavus qui propter dolorem
moritur. stultus qui doloris causa vivit. sed lo
gum ero. Est preterea materia que ducere diem possit.
Et quo finem vite imponere poterit qui epistule
non potest. Vale ergo quod libentius quam mortes
meas locuturus es vel lecturus. De vero et
inani gaudio. Et quo sapientem in presto
so mittendum vivere oportet virtutibus semper esse
immunem. Et eos notat qui semper adulationibus su
is indulgent. R.

Magnam ex epistula tua percepi
voluptatem. permitte enim mihi uti verbis publi
cis. nec illa ad significationem stoycam revoca
veris ex voluptatem credimus. Sit sane po
nere tamen illam solemus ad demonstrandam ani
hilarem affectionem. Scio inquam et voluptatem si ad
nostrum alium verba dirigimus rem infamem esse. et
gaudium non sapienti non contingere. Est enim animi ela
tio bonis viribus et fidentis. vulgo tamen loquimur ut
dicamus magnum gaudium nos ex illius consulatu
aut ex nuptiis aut ex partu proprie percepisse. que adeo
non sunt gaudia. ut sepe initia (al. varia) future tristicie sint
Gaudio autem iunctum est non desinere nec in contrarium
verti. Itaque cum dicit Virgilius nec et mala
mentis gaudia diserte. dicit quidem sed parum
proprie. nullum enim malum est gaudium. voluptati
bus hoc nomen imposuit. et quod voluit expressit.
Significat homines malo suo letos. tamen ego
non inmerito dixeram cepisse me magnam
epistula tua voluptatem. Quamvis enim ex honesta
ista causa imperitus homo gaudeat. tamen affectum
eius impotentem et in diversa statim inclinaturum
voluptatem voco opinione falsi boni (al. moratam et im-) causam inmo

deratam et inmodicam. Sed ut ad propositum rever
tar. Audi quid me in epistula tua delectaverit.
Habes verba in potestate non effert te oratio vel lo
gius quam destinasti trahit. Multi sunt qui
ad id quod non proposuerant scribere. alicuius verbi
placentis decore vocantur. quod tibi non evenit
pressa sunt omnia et rei aptata. loqueris quantum vis
et plus significas quam loqueris. hoc maioris rei
indicium est. apparet animum quoque nihil habere supervacu
um nihil tumidi. Invenio translationes verborum
ut non temerarias. neque periculum sui fecerint
Invenio ymagines quibus nos si quis vetet uti
et poetis illas solis iudicat esse concessas ne
minem mihi videtur ex antiquis legisse. apud quos
nondum captabatur plausibilis oratio. Illi qui
simpliciter et demonstrande rei causa eloquebantur
parabolis referti sunt. Quas existimo necessarias
non ex eadem causa qua poetis. sed ut imbecillitatis
nostre adminicula sint. et ut dicentem et audientem
in rem presentem adducant. Sextium ecce cum ma
xime viro acrem verbis grecis. romanis mo
ribus philosophantem lego. Movet me ymago ab
illo posita. Ire quadrato agmine exercitum ubi
hostis ab omni parte suspectus est pugne paratum
Idem inquit sapiens facere debet. omnes virtutes
suas undique expandat ut ubicumque aliquid
infesti oritur illuc parata presidia sint. et ad nu
tum regentis sine tumultu indicant. Quod exer
citibus hiis quos imperatores magni ordinant
fieri videmus ut imperium ducis simul omnes copie
sentiant sic disposite. ut signum ab uno datum (al. eo)
peditum simul equitum percurrat. Hoc aliquanto
magis necessarium nobis ait. Illi enim sepe hostem
timuere sine causa. tutissimumque illud iter quod suspe
ctissimum fuit. nihil stultitia pacatum habet.
tam superne illi metus est quam inferne utrumque tre
pidat latus sequuntur pericula occurrunt ad omnia
pavet. imparata (al. inparata) est et ipsis terretur auxiliis. Sa
piens autem ad omnem incursum munitus non
si paupertas non si luctus. non si ignominia
non si dolor impetum faciat. pedem referet
interritus. vel contra illa ibit. et inter
illa. Nos multa alligant. multa debilitant
Diu in istis vitiis iacuimus. Elui difficile est.
Non enim inquinati sumus. sed infecti. Ne ab
alia ymagine ad aliam transeamus. Hoc queram
quod sepe mecum despicio. Quid ita nos stul
ticia tam pertinaciter teneat. primo quia non fortiter
illam repellimus. nec toto ad salutem impetu
nitimur. Deinde quia illa que a sapientibus viris
reperta sunt non satis credimus nec apertis pecto
ribus haurimus. leviterque tam magne rei

insistimus. quemadmodum ac pt aliqs quantum
satis adusus mala dicere (al. desiere) qui cum ua
cat a malis no discessit. Nemo nostrum in
altum descendit. summa tm decerpsimus
Et exiguum temporis impendisse phie satis habu
dem sunt occupatis. Illud precipue impedit
quod cito nobis placemus. Si inuenimus qui nos
bonos viros dicat. qui prudentes. qui sanctos cog
scimus. no sumus modicat laudacione contenti. quic
quid in nos adulatio sin pudore congessit tamquam
debitum prendimus. optimos nos esse sapientissi
mos affirmantibus assentimus. cum sciamus illos
sepe mentiri. Adeo quoque indulgemus nobis ut lau
dari uelimus in id cui contraria cum maxime facimus.
mitissimum ille se in ipsis suppliciis audit. in rapi
nis liberalissimum. et in ebrietatibus ac libidinibus
temperatissimum. Sequitur itaque ut ideo mutari no
limus quia nos optimos esse credimus. Alexander
cum iam in India uagaretur et gentes ne finiti
mis quidem satis notas bello uastaret. in obsi
dione cuiusdam ciuitatis circuit muros et dum
imbecillia (al. inuenit illa) menium querit sagitta ictus diu persede
re et incepta agere perseuerauit. Deinde cum represso san
guine sicci uulneris dolor cresceret et crus su
spensum equo paulatim obtorpuisset. coactus
absistere omnes inquit iurant esse me Iouis filium sed
uulnus hoc hominem me esse clamat. Idem nos fa
ciamus cum pro sua quemque portione adulatio infa
tuat. dicamus uos quidem dicitis me esse pru
dentem. ego autem uideo quam multa inutilia concupi
scam. Nociturra optem. Nichil quidem intelligo.
quod animalibus satietas monstrat. quis debeat esse
cibo quis potioni modus. quantum capiam adhuc
nescio iam docebo quemadmodum intelligas te no
esse sapientem. Sapiens ille plenus est gaudio
hilaris et placidus inconcussus. Cum diis ex pari
uiuit. Nunc ipse te consule si numquam es mestus
Si nulla spes animum tuum future expectatione sol
licitat. Si per dies noctesque par et equalis
tenor animi erecti et placentis sibi est per
uenisti ad humani boni summam. Sed si appetis
uoluptates et undique omnes et omnes scito tm
tibi ex sapientia quantum ex gaudio deesse. Ad hoc
cupis peruenire sed erras. qui inter diuicias il
luc uenturum esse te speras. inter honores
idem gaudium inter sollicitudines queris. Ista que
sic petis tamquam datura leticiam et uoluptatem.
cause dolorum sunt. Omnes inquam illi tendunt
in gaudium. sed unde stabile magnumque consequantur
ignorant. Ille ex conuiuiis et luxuria. ille ex am
bitione et circumfusa clientum turba. ille ex
amica. alius ex studiorum liberalium uana o
stentacione et nichil sanantibus (al. sanantibus) literis. Omnes istos
oblectamenta fallacia et breuia decipiunt. sicut
ebrietas que unius hore hilarem insaniam longi tem
poris tedio pensat. Sic plausus et acclamacionis
secunde fauor qui magna sollicitudine et (al. partus) partus est
et expiandus. Hoc ergo cogita hunc esse sapientie effe
ctum gaudii equalitatem. Talis est sapientis animus
qualis mundus super lunam. Semper illic serenum est.
Habes ergo quare uelis sapiens esse. quia numquam sine
gaudio est. Gaudium autem hoc non nascitur nisi ex uir
tutum consciencia. non potest gaudere nisi fortis. nisi iustus
nisi temperans. Quid ergo inquis. stulti ac mali non
gaudent. Non magis quam predam nacti leones.
Cum fatigauerunt se uino ac libidinibus. cum
illos nox inter uicia defecit. cum uoluptates an
gusto corpori ultra quam capiebat ingeste. suppurare
ceperunt. Tunc exclamant miseri Virgilianum
illum uersum. Namque ut supremam falsa inter gau
dia noctem egerimus nosti. Omnem luxuriosi no
ctem inter falsa gaudia. et quidem tamquam supremam agunt.
Illud gaudium quod deos deorumque imitatores sequitur
non rumpitur. non desinit. Desineret si sumptum esset
aliunde. quia quod non est alieni muneris. nec arbitrii
quidem alieni est. Quod non dedit fortuna non eripit.

Ambicionem et superfluitatem dampnat parsimonia

Queror litigo irascor. etiam nunc optas (Rubric: predicat R)
optas quod optauit nutrix tua. aut peda
gogus aut mater. Nondum intelligis quantum ma
li optauerint. O quam inimica sunt nobis uota no
strorum. Et quidem inimiciora quo cessere felicius.
Iam non admiror si omnia nos a prima pueritia
mala sequuntur. Inter execraciones parentum cre
uimus. Exaudiant quoque dii nostram pro nobis uocem gra
tuitam. Quousque poscemus aliquid deos. quasi ita
nondum ipsi alere nos possimus. Quamdiu sacionibus im
plebimus magnarum urbium campos. Quamdiu no
bis populus metet. Quamdiu unius mense frumentum
nauigia multa. et quidem non ex uno mari subuehent.
Taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur. U
na silua elephantis pluribus sufficit. Homo et terra
pascitur et mari. Quid ergo tam insaciabilem nobis
natura aluum dedit. cum tam modica corpora dedisset.
ut uastissimorum edacissimorumque animalium auiditatem
uinceremus. Minime. Quantulum enim est quod nature datur. par
uulo illa dimittitur. non fames nobis uentris ma
gno constat. Sed ambicio. Hos itaque ut ait Sa
lustius uentri obedientes. animalium loco nume
remus non hominum. Quosdam uero nec animalium quidem
sed mortuorum. Viuit hic qui multis usui est.
uiuit qui se utitur. Qui uero latitant et torpent
sic in domo sunt quomodo in conditiuo. Horum licet in li
mine ipso nomen marmori inscribas mortem

suaz antecesserit. Quo sapiens ad mortez
semp paratuz habet et ultroneuz animu sz

Desinamus qd volumus velle. Ergo certe
id ago senex. eadez velle q prius no
ui. In h unuz eunt dies et noctes. h opus
meu e. h cogitato ipone veteribus malis finez
id ago ut michi istar totius uite dies sit. Nec
me hercles tanq ultimu rapio. sz sic illu aspicio
tanq ee ut ultimus possit. h aio tibi hanc eplaz
ubi scribo tanq marie scribente mors euocatu
sit. paratus exire sum et io fruar uita. Et quoz diu
futuz sit no nimis pendeo. an senectutiz curaui
ut bene uiuerez i senectute ut bn moriar.
bn at mori e libet mori. da operam ne quid
unq inuitus facias. Quicq futurus est nate ne
uoluz e repugnanti. nam i volente necessitas no
est. Ita dico q ipsam libens excipit. ptz acerbis
imaz seruitutis effugit. facere qd nolit. No qui
iussus aliq facit miser est. sz q inuitus facit. Ita
ie ani conponamus ut quicquid res exiget id ue
limus. et i primis sine tristicia finem nrm cogitaus
tm ad morte q ad uitaz pparandi sumus
Satis instructa uita e. sz nos instro eius auidi
sumus. Deeē aliq nobis uidet. et semp uidebit.
ut satis uixerimus. nec annus nec dies faciet sz ani
Vixi luali karine quantuz satis erat mortem
plenus expecto. De simulata et affectata occu
patione. et q breuissima ad diuicias p ote

Mentiuntur q sibi ptz diuicias uia est
obstare ad studia liberalia turbaz ne
gociorum uolunt uideri. simulant occupacones
et auget et ipsi se occupat. Vaco luali. et ubicunq
sum meus sum. Rebus ei me non trado
sz comodo. Nec consectio pditas tpis causas et
quocunq consti loco ibi cogitaciones meas
tracto et aliq i aio salutare quero. Cu me
amicis dedi. no tm mi abduco. nec cu ill mo
ror. qbus me tpus aliq congregauit. aut ca
ex officio nata ciuili. Sz cu optimo qz sum
ad illos i quocunq loco i quocunq seclo fuerint.
anim meu mitto. Demetrium virorum optimu
mecu circumfero et relictis cochinatis. cu illo
seminudo loquor. illu admiror. quid ni admi
rer. uidi nichil ei deesse. contemne aliqs oia
pt. oia habere no pt. Breuissima ad diui
cias p contemptu diuiciarum via est Demo
critus at nr. sic uiuit. no tanq contempserit
oia sz tanq alns landa pmisit. Consolacio
Grauiter fers decess de amico defuncto.
sisse fflaccu amicu tuu. plus tn eq
dolere te nolo. Illud ut no doleas nir
audebo exige et ee melius scio. Sz cui ista

firmitas ai contiget. nisi ia multuz supra for
tuna elato. Illu q ista res uellicabit. sz
tm uellicabit. nobis at ignosci pt plapsis
ad lacrimas si no nimie decurre. si ipsi illas
depssimus. nec sicci sint oculi amisso amico nec
fluant. lacrimand est. no plorandum. Du
ram tibi legez pone uideor. cu poetaz
grecorum maximus ius flendi dederit i unu
dumtaxat diem. cu dixit et niobaz de cibo co
gitasse. Quis unde sit lamentaciones. unde
inmodica fletus p lacrimas argumta deside
rii quimus et dolorez no sequimur sz ostendimus.
nemo tristis sibi est. O infelicez stulticiam.
est aliq et doloris ambicio. Quid ergo inquis ob
liuiscar amici. Breuē illi apud te memoriaz
pmittis si cu dolore mansura e. Iaz istam
frontaz ad risum quelibz fortuna transferet
non differo i longius tps q desiderium ee
mulceretur. et etiaz acerrimi luctus residit.
Cum primu te obseruare desieris ymago ista
tristicie discedet. Nunc ipse custodis dolorez
tuuz. sz custodiendi qz elabitur. eoq citius
q e acrior desinit. Id agamus ut iocunda
nobis amissorum fiat recordatio. Nemo libet
ad id redit. qd no sn tormento cogitaturus
e. Sic illud fieri nce est. et cu aliq nobis
morsu amissorum qz amauimus nomen occurrat
Sz hic qz morsus hz suaz voluptatez. Naz
ut dicere solebat attalus nr. sic amicorum
defunctorum memoria iocunda e. quo poma q
daz sunt suauit aspera. quo i vino nimie
ueteri ipsa nos amaritudo delectat. Cum
vero intercessit spaciu omne qd angebat
extinguit. et pura ad nos uoluptas uenit.
Si illi credimus amicos incolumes cogitare
melle ac placenta frui est. eos q fuerunt
retractari no sine acerbitate quadaz iuuat.
Quis at negauit h ?? eq et hnia auste
ritatis aliq stomachuz excitare. Ergo no ide
sencio. Michi amicorum defunctorum cogitatio
dulcis ac blanda est. hui ei illos tanq
amissurus. amisi tanq habeaz. Fac ergo
mi luali qd equitatez decet. desine be
neficium fortune male interpretari. abstulit.
sz dedit. Ideo amicis auide fruamur. quia
qdiu contingere h possit. incertu est. Cogi
temus q sepe illos reliquerimus i aliquam
pegrinacionez longinquaz exituri. q sepe
eodez morantes loco no uiderimus intelligemus
plus nos tpis i uiuis pdidisse. Feras at
hos qui negligentissime amicos habeant.
miserrime lugent. nec amat quemq nisi pdi

derint. Ideoque tunc effusius merent quia verentur ne sit dubium an amaverint. Ceterum indicia affectus sui querunt. Si habes alios amicos male de hiis et meretur et existimamus qui parum valent in unius elati solacium. Si non habemus maiorem iniuriam ipsi nobis fecimus quam a fortuna accepimus. Illa unum abstulit nos quemque non fecimus. Deinde ne unum quidem nimis amavit qui plus quam unum amare non potuit. Si quis despoliatus amissa unica tunica complorare se malit quam circumspicere quomodo frigus effugiat et aliquid inveniat quo tegat scapulas, nonne tibi videatur stultissimus? Quem amabas extulisti: quere quem ames. Satius est amicum reparare quam flere. Scio iam tritum esse hoc preceptum quod adiecturus sum, non ideo pretermittam quia ab hominibus dictum est. Finem dolendi etiam qui consilio non fecerat tempore invenit. Turpissimum autem est in homine prudente remedium meroris lassitudo merendi. Malo relinquas dolorem quam ab illo relinquaris et quam primum id facere desiste quod etiam si voles diu facere non potes. Annum feminis ad lugendum constituere maiores non ut tam diu lugerent sed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est quia nullum honestum. Quam tamen michi ex istis mulierculis dabis vix retractis a rogo vix a cadavere revulsis cui lacrime in totum mensem duraverint? Nulla res citius in odium venit quam dolor. Quod recens est consolatorem invenit et aliquos ad se adducit; inveteratus vero deridetur, nec immerito: aut enim simulatus aut stultus est. Hec tibi scribo is qui Annaeum Serenum carissimum mihi tam immodice flevi ut quod minime velim inter exempla sim eorum quos dolor vicit. Hodie tamen factum meum damno et intellego maximam mihi causam sic lugendi fuisse quod numquam cogitaveram mori eum ante me posse. Hoc unum mihi occurrebat: minorem esse et multo minorem, tamquam ordinem fata servarent. Itaque assidue cogitemus tam de nostra quam omnium quos diligimus mortalitate. Tunc ergo debui dicere: minor est Serenus meus, quid ad rem pertinet? post me mori debet sed ante me potest. Quia non feci imparatum subito fortuna percussit. Nunc cogito omnia et mortalia esse et incerta lege mortalia esse. Cogitemus ergo, Lucili carissime, cito nos eo perventuros quo illum pervenisse meremus; et fortasse, si modo vera sapientium fama est, recipit nos locus aliquis quem putamus perisse premissus est.

al. est lege qua nati … [marginal note]

De efficacia sermonis viri boni. Et de augenda doctrina posteris et eorum veneratione. Rubrica.

Fuisti heri nobiscum. Potes queri si heri tantum; ideo adieci nobiscum, mecum enim semper es. Intervenerant quidam amici propter quos maior fumus fieret, non hic qui erumpere ex lautorum culinis et terrere vigiles solet, sed hic modicus qui hospites venisse significet. Varius nobis fuit sermo ut in convivio, nullam rem usque ad exitum adducens sed aliunde alio transiliens. Lectus est deinde liber Quinti Sextii patris, magni si quid credis viri et licet neget stoici. Quantus in illo, dii boni, vigor est, quantum animi. Hoc non in omnibus philosophis invenies; quorundam scripta clarum habentia nomen exsanguia sunt. Instituunt, disputant, cavillantur, non faciunt animum quia non habent. Cum legeris Sextium dices: vivit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiducie. In qua positione mentis sim cum hunc lego fatebor tibi: libet omnes casus provocare, libet exclamare: Quid cessas, fortuna? congredere: paratum vides. Illius animum induo qui querit ubi se experiatur, ubi virtutem suam ostendat, spumantemque dari pecora inter inertia votis optat aprum aut fulvum descendere monte leonem. Libet aliquid habere quod vincam, cuius patientia exercear. Nam hoc quoque egregium Sextius habet quod et ostendit tibi beate vite magnitudinem et desperationem eius non facit. Scies esse illam in excelso sed volenti penetrabilem. Hoc idem virtus tibi ipsa prestabit ut illam admireris et tamen speres. Michi certe multum auferre temporis solet contemplatio ipsa sapientie; non aliter illam intueor obstupefactus quam ipsum interim mundum, quem sepe tamquam spectator novus video. Veneror itaque inventa sapientie inventoresque; adire tamquam multorum hereditatem iuvat. Michi ista acquisita, michi laborata sunt. Sed agamus bonum patrem familie, faciamus ampliora que accepimus. Maior ista hereditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis multumque restabit, nec ulli nato post mille secula precluditur occasio aliquid adhuc adiciendi. Sed etiam si omnia a veteribus inventa sunt, hoc semper novum erit, usus et inventorum ab aliis scientia ac dispositio. Puta relicta nobis medicamenta quibus sanarentur oculi: non opus est michi alia querere, sed hiis tamen morbis et temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum conlevatur, hoc palpebrarum crassitudo attenuatur, hoc vis subita et humor avertitur, hoc acuitur visus. Teras ista oportet et eligas tempus, adhibeas singulis modum. Animi remedia inventa sunt ab antiquis; quomodo autem admoveantur aut quando nostri operis est querere. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non

pergerunt. suspiciendi sunt tamen et ritu deorum co-
lendi. Quidni ego magnorum virorum
et imagines habeam incitamenta animi et natales
celebrem? Quidni ego illos honoris
causa semper appellem? Quam venerationem preceptori-
bus meis debeo, eandem illis preceptoribus generis
humani, a quibus tanti boni initia fluxerunt.
Si consulem videro aut pretorem, omnia quibus hon-
or haberi solet faciam: equo desiliam, caput adaperi-
am, semita cedam. Quid ergo? Marcum Catonem
utrumque et Lelium Sapientem et Socratem cum Pla-
tone et Zenonem Cleantemque in animum meum sine
dignatione summa recipiam? Ego vero illos vene-
ror et tantis nominibus semper assurgo. Vale.

De numero causarum mundi secundum varias sententias. Et quod animus humanus non habet nisi humana sp

Hesternum diem divisi cum mala valetudine: antemeridianum illa
sibi vindicavit, postmeridiano mihi cessit. Itaque
lectione primum temptavi animum; deinde cum hanc
recepisset, plus illi imperare ausus sum, immo
permittere: aliquid scripsi et quidem intentius quam so-
leo, dum cum materia difficili contendo et vinci nolo,
donec intervenerunt amici, qui mihi vim afferrent
et tamquam egrum intemperantem coercerent. In locum
stili sermo successit, ex quo eam partem ad te perfe-
ram que in lite est. Te arbitrum addiximus. Plus
negotii habes quam existimas. Triplex causa est.
Dicunt, ut scis, Stoici nostri duo esse in rerum natura
ex quibus omnia fiant, causam et materiam. Materia iacet iners,
res ad omnia parata, cessatura si nemo moveat;
causa autem, id est ratio, materiam format et quocumque vult versat,
ex illa varia opera producit. Esse ergo debet
unde fiat aliquid, deinde a quo fiat: hoc causa est,
illud materia. Omnis ars nature imitatio est. Itaque
quod de universo dicebam ad hec transfer que ab
homine facienda sunt. Statua et materiam habuit
que pateretur artificem, et artificem qui materie daret
faciem. Ergo in statua materia fuit es, causa
opifex. Eadem condicio rerum omnium est: constant
ex eo quod fit et ex eo quod facit. Stoicis
placet unam causam esse, id quod facit. Aristoteles
putat causam tribus modis dici. Prima, inquit, causa est
ipsa materia, sine qua nichil potest effici. Secunda est
opifex. Tertia est forma, que unicuique operi
imponitur tamquam statue; nam hanc Aristoteles
ydos vocat. Quarta quoque, inquit, his accedit: propo-
situm totius operis. Quid sit hoc aperiam. Es prima
statue causa est. Numquam enim facta esset nisi fuisset id
ex quo funderetur duceretur. Secunda causa artifex est:
non potuisset enim illud in habitum statue figurari,
nisi accessissent perite manus. Tertia causa est for-
ma: neque enim statua ista doryphoros aut diadumenos
vocaretur nisi hec illi impressa esset facies.
Quarta causa est faciendi propositum. Nam nisi hoc
fuisset, facta non esset. Quid est propositum? Quod invi-
tavit artificem, quod ille secutus fecit: vel pecu-
nia est hoc, si venditurus fabricavit, vel gloria, si
laboravit ad nomen, vel religio, si donum
templo paravit. Ergo et hec causa est propter quam fit.
An non putas inter causas facti operis esse nume-
randum quo remoto factum non esset? His quintam
Plato adicit exemplar, quod ipse vocat
ydeam: hoc est enim ad quod respiciens artifex id
quod destinabat effecit. Nichil autem ad rem
pertinet utrum foris habeat exemplar ad quod
referat oculos an intus, quod ipse sibi concepit
et posuit. Hec exemplaria rerum omnium deus
intra se habet, numerosque universorum que agenda
sunt et modos mente complexus est; plenus his fi-
guris est quas Plato ydeas vocat, immortales,
immutabiles, infatigabiles. Itaque homines
quidem pereunt, ipsa autem humanitas, ad quam
homo fingitur, permanet, et hominibus laborantibus et
intereuntibus illa nichil patitur. Quinque ergo cause
sunt, ut Plato dicit: id ex quo, id a quo, id in
quo, id ad quod, id propter quod; novissime id
quod ex his est. Tamquam in statua, quia de hac
loqui cepimus: id ex quo es est, id a quo artifex est,
id in quo forma est que aptatur illi, id ad quod
exemplar est quod imitatur is qui facit, id propter
quod facientis propositum est, id quod
ex istis est ipsa statua. Hec omnia mundus quoque,
ut ait Plato, habet: faciens, hic deus est;
ex quo fit, hec materia est; forma, hic est habitus et
ordo quem videmus; exemplar scilicet ad quod deus
hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit; proposi-
tum, propter quod fecit. Queris quod propositum sit
deo? Bonitas. Ita certe Plato ait: Que deo fa-
ciendi mundum fuit causa? Bonus est; bono
nulla cuiusquam boni invidia est; fecit itaque
quam optimum potuit. Fer ergo iudex sententiam et pro-
nuntia quis tibi videatur verisimillimum dicere, non
quis verissimum dicat: id enim tam supra nos
est quam ipsa veritas. Hec que ab Aristotele et
Platone ponitur turba causarum aut nimium multa
aut nimium pauca comprehendit. Nam si quocumque
remoto quid effici non potest, id causam iudi-
cat esse faciendi, pauca dixerunt. Ponant
inter causas tempus: nichil sine tempore potest effici. Po-
nant locum: si non fuerit ubi fiat, ne fiet
quidem. Ponant motum: sine hoc nichil nec fit nec
perit; nulla sine motu ars, nulla mutatio est.
Sed nos nunc primam et generalem querimus causam.

plato

plato

plato

plato

nota

Hec simplex deb3 ee. Nā3 ꝛ mā simplex ē.
Querim9 quid sit cā. ro. s. faciens .i. deus.
Ita quicq3 retulisti nō sūt multe ꝛ singlē cāe.
ſ3 ex unā pendet. ex eā q̄ facit. fforma dic
cāusā3 ee hāc īpoīt artifex opi. p's cāe ē
nō cā. Exēplar q̄3 nō ē cā. ſ3 instru^m. cāe
nec^iu sic nec^i ē exeplar artifici quo scal
pellu3 quo lana. sine hijs pcede ars nō pt.
Nō tn̄ hec .a^e ptes artis aut cāe st. Opositu
m^ee artifīs pp q^d ad faciend̄ aliquid acce
dit cā ē. ut sit cā nō est efficiēs cā. ſ3 sup
uemēs. hec āt innūerabiles st. nos de cā
gn̄ali dicim9. Illud vō nō pabula ipi subti
litate dixerit. totu mūdu3 ꝛ osumatu3 opꝰ
cām ee. mlltu3 ei ītest īnt opus ꝛ cām opis
Aut ferēsimā3 aut q^d facilius ē. cuius modi
reb9 est. nega tibi liquere. ꝛ nos reuti iube.
quid te iquis delectat tepus. me^s ista cōte
q^t nllm affectu eripiut. nlla3 cupiditatē3
abigūt. Ego q̄dē3 potius illa ago ac tra
cto. q̄b9 pacat^r am9. ꝛ me pus scrutor. deīn
hūc mūdu3. ne h^c q̄de3 tpus ut existas pdo.
Ista n. oīa si nō cōcidatur. ne ī hac sbtilite3
inutile3 distrahāt^r attollūt ꝛ leuāt am̄ q̄
grauē sarcina pssus explicari cupit. ꝛ reuti
ad illa q̄ru3 fuit. Nā3 corpus h^c āi pondus
ac pena est. pmit^r urget^r. ī uinctis ē. n̄ qui
accessit phia ꝛ illu respirare rex n̄e specta
do iussit ꝛ a terenis ad dīna dimisit. h̄ liber
tas ei9 ē. h̄ euagāt^o subducit interī se custo
die qua tenēt^r ꝛ celo reficit^r. Q̄ucad artifices
ex aliam9 rei sbtilione inetior q̄ oclos de
fatigat si magnm hīt ꝛ pclād lume ī pu
blicu3 pcedit. ꝛ ī aliq̄ regioe ad pbli ociu3
dedicatā oclos libera luce delectat. sic ai9
ī hoc tristi ꝛ obscuro domalio clausus. q̄^ns
pt apertu3 petit ꝛ rex n̄e cōtempla^r requiescit.
Sapiens ac sectator sapie adhet quidem
corpi suo. ſ3 optima sui pte abest. ꝛ cogita
tiones suas ad sublimia intendit. uelud
sacāmēto rogatus. h^c q^d viuit stipendiu pu
tat. ꝛ ita formatus ē. ut illic n^c amor uite
n^c odiu3 sit. patit^r q̄3 mortalia. q̄uis sciat
ampliora super ee. Inter dicis m̄ spectationē3
reru n̄e. a toto abductu3 redigis in partem.
Ego aut q̄ra3 que sūt inicia vniūsoru3.
q̄s reru formator. q̄s omnia ī uno mersa
ꝛ mā inertā inuoluta distīxit. Nō q̄ra3
quis sit istius artifex mūdi. qua rone
tāta magnit^do in lege3 ꝛ ī ordine3 uenerit.
q̄s sparsa collegerit. confusa distīxerit. ī vna
deformit^e iacētib9 facie3 diuiserit. unde

lux tāta fundat^r. ignis sit an aliq̄d sit il
lucidi9. Ego ista nō q̄ra3. unde descē
deri3 sed hec ineodā sīnt. an sepe nasced̄
quo hīc ituuus sim. que sedes expectet a
nimā3 solutā3 legib9 seruitutis humane. Vetas
me celo interesse. ī iubes me uiue capite
dimisso. maior sum ꝛ ad maiora genitus
q̄3 ut mācipiu3 sim mei corpis. Quod eg̃
nō aliter aspicio q̄3 vinclm aliq̄d libertati me
circūdatu3. h^c ita3 oppono fortune ī quo :
sistat. n^c p illud ad me ullu transire uulnus
sino. q̄cquid ī me iniuriā3 patit^r. h^c est ī ho
obnoxio domalio ai9 liber habitat. Nunq̄
me caro ista copellit ad metu. nunq̄ ad id
gnu3 bono simulatio3. nunq̄ in honorē3 hu
corpusculi mētiar. cu uisu3 erit distraha3 c
illo societātē3. Et nūc tn̄ cu hērem9 nō erī
eq̄s partib9 socij. ai9 ad se oīne dicēt. c
teptus corpis sui. certa libtas ē. ut ad
positu reuitatis hūc libertati mltu3 oser.
ꝛ illa de qua mō loq̄bam inspectio. Nemp
vniūsa ex mā ꝛ ex deo cōstant. Deus ista
tempat. que circūfusa rectore sequūt^r ꝛ d
cem. potius at ē ac pciosius q^d fac^t. q^d ē
deus. qua mā patiens dei. Q̄ue3 ī hoc
mūdo locu deus obtinet. hūc ī homi
am9. q^d ē illic mā id ī nobis ē corpu.
Seruiant g^o deteriora melioribus. fortes sim
adusus fortuita. nō cōtremiscam9 iniurias.
nō uulnera. nō vincla. nō egestate3. Mor
quide3 aut finis aut transitus. nec desine timo
Idē3 ē q^d nō cepisse n^c transire q̄3 nusq̄3 tā
anguste ero. Vale. Liber. ix. Notat coe
qui tres gradus bono^r bro^r q̄3 faciūt
dicās vnu tn̄ absolutu3 bonum. s. vtu
incapāce3 augmti ul decrmēti. Et q^o q̄ae
lām qdisa bona sūt paria st.
pulu meu vidi p^9 multos anos
nō puto expectare ut adhorta3 s
nem. ſ3 me hercle iuuene3 aio ac uigete
ꝛ cu corpusculo suo colluctante3. Inique ei s
nā gessit ꝛ tale3 am̄ male collocauit. a^t for
tasse uoluit h^c ipm nob ondē. posse igen
ium fortissim̄ ac beatissimu sb qualib3 cute
latere. Vicit oīa tn̄ impedīmta ad cetera
cōtemnēda ad cōtemptu3 sui uenit. Errare m
uisus ē qui dixit. Gratior ꝛ pulcro veniens
ex corpore virtus. Nō ei ullo honestamēto e
get. ipa magnu sui decus est. ꝛ corpus
suu cōsecrat. Cte claranu nem̄ cepi intueri
formosus m̄ vid^r ꝛ ta3 rect9 corpe q̄3 ē aio.
Potest ex casa vir magnus exire. pot ex

deformi et debili corpusculo formosus animus et
magnus. Quosdam itaque mihi videtur in hoc tales
natura generare ut appareret virtutem omni loco nasci.
Si posset ipse nudos edere animos fecisset. Nunc quod
amplius est facit. Quosdam enim edit corpori-
bus impeditos sed nichilominus perrumpentes ob-
stantia. Claranus mihi videtur in exemplar editus
ut scire possemus non deformitate corporis feda-
ri animum sed pulcritudine animi corpus ornari.
Quamvis autem paucissimos una fecimus dies,
tamen multi nobis sermones fuerunt quos subinde
egeram (egerim) et ad te permittam. Hoc primo die quesitum est
quomodo possint tria bona esse si triplex condicio
eorum est. Quedam ut nostris videtur prima bona
sunt tamquam gaudium, pax, salus patrie. Quedam
secunda in materia infelici expressa tormentorum patientia
et in morbo gravi temperantia. Illa bona directo
optabimus nobis, hec si necesse erit. Sunt adhuc
tercia tamquam modestus incessus et compositus vultus
et conveniens prudenti viro gestus. Quomodo ista
inter se paria esse possunt cum alia optanda sint,
alia aversanda? Si volumus ista distinguere ad
primum bonum revertamur et consideremus id quale sit:
animus intuens vera, peritus fugiendorum ac pe-
tendorum, non ex opinione sed ex natura pretia rebus
imponens, toti se inserens mundo et in omnes eius
actus contemplationem suam mittens, cogitationibus
actionibusque intentus ex equo, magnus ac
vehemens, asperis blandisque pariter invictus, neu-
tri se fortune submittens, supra omnia que contingunt
acciduntque eminens, pulcerrimus cum decore,
cum viribus sanus ac siccus, inperturbatus, intre-
pidus, quem nulla vis frangat, quem nec tollat
fortuita nec deprimat. Talis animus virtus est.
Hec est eius facies si sub unum veniat aspectum
et semel se tota ostendat. Ceterum multe eius species
sunt, que pro vite varietate et pro actionibus explican-
tur; nec minor fit nec maior ipsa. Decrescere
summum bonum non potest nec virtuti ire retro licet,
sed in alias atque alias qualitates convertitur, ad rerum
quas actura est habitum figurata. Quicquid attigit
in similitudinem sui adducit et tingit; actiones,
amicicias, interdum domos totas quas intravit
disposuitque condecorat; quicquid tractavit id
amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaque vis
eius et magnitudo ultra non potest surgere, quia incre-
mentum maximo non est. Nichil invenies rectius
recto, non magis quam verius vero, quam temperante
temperantius. Omnis in modo est virtus; in modo certa
mensura. Constantia non habet quo procedat, non
magis quam fiducia aut veritas aut fides.
Quid accidere perfecto potest? Nichil, aut perfectum

non erat cui accessit. Ergo ne virtuti quidem,
cui si quid adici potest defuit. Honestum quoque
nullam accessionem recipit; honestum est enim propter ista
que retuli. Quid porro? Decorum, iustum, legit-
timum non eiusdem esse forme putas, certis ter-
minis comprehensum? Crescere posse inperfecte rei
signum est. Bonum omne in easdem cadit leges.
Iuncta est privata et publica utilitas, tam me-
hercule quam inseparabile est laudandum putandumque.
Ergo virtutes inter se pares sunt et opera virtutis
et omnes homines quibus ille contigere. Satorum vero ania-
liumque virtutes cum mortales sint fragiles quoque
caduceque sunt et incerte; exiliunt residuntque et ideo
non eodem pretio extimantur. Una inducitur huma-
nis virtutibus regula; una enim est ratio recta simplex-
que. Nichil est divino divinius, celesti celestius.
Mortalia minuuntur, caduntque, deteruntur, crescunt
et exhauriuntur, implentur. Itaque illis in tam in-
certa esse sorte inequalitas est; divinorum una
natura est. Ratio autem nil aliud est quam in corpus huma-
num pars divini spiritus mersa. Si ratio divina est, nullum
autem bonum sine ratione, bonum omne divinum est.
Nullum porro inter divina discrimen est; ergo nec
inter bona. Paria itaque sunt et gaudium et fortis
atque obstinata tormentorum perpessio. In utroque
eadem est animi magnitudo, in altero remissa et le-
ta, in altero pugnax et intenta. Quid tu? Non
putas parem esse virtutem eius qui fortiter
hostium menia expugnat et eius qui obsidionem
patientissime sustinet? Et magnus est Scipio
qui Numantiam cludit et conprimit cogitque
invictas manus in exitium ipsas suum verti; ma-
gnus ille obsessorum animus qui scit non esse clau-
sum cui mors aperta est, et in complexu liber-
tatis expirat. Atque reliqua quoque inter se paria
sunt: tranquillitas, simplicitas, liberalitas, constantia,
equanimitas, tollerantia. Omnibus enim istis una vir-
tus subest que animum rectum et indeclinabile pre-
stat. Quid ergo? Nichil interest inter gaudium
et dolorum inflexibilem patientiam? Nichil quantum
ad ipsas virtutes; plurimum inter illa in quibus
virtus utraque ostenditur. In altero enim naturalis
est animi remissio ac laxitas, in altero contra naturam
dolor. Itaque media sunt hec que plurimum interval-
li recipiunt; virtus in utroque par est. Virtutem ma-
teria non mutat; nec peiorem facit dura ac diffi-
cilis, nec meliorem hilaris et leta. Necesse ergo
equalia sint bona utriusque; nec hic potest se me-
lius in hoc gaudio gerere nec ille melius
in illis cruciatibus. Duo autem quibus nichil potest
melius esse paria sunt. Nam si que extra virtu-
tem posita aut minuere illam aut augere possunt

Error

Scipio

desinit unum bonum esse quod honestum sit si concesseris omne honestum perit. Nunc dicam quare: nichil honestum est quod ab invito quod a coacto fit. Omne honestum voluntarium est. admisce pigriciam querelam tergiversationem metum quod habet in se optimum perdidit. sibi placere non potest esse honestum quod non est liberum. Nam quod timet servit. honestum est ex securitate tranquillum. si recusat aliquid si deplorat si malum iudicat perturbationem recepit et in magna discordia volutatur hinc enim species recti vocat illinc suspicio mali retrahit. Itaque qui honeste aliquid facturus est quicquid ei opponitur id etiam si incommodum putat malum non putet velit libens faciat. Omne honestum iniussum incoactumque est sincerum et nulli malo mixtum. Scio quid mihi responderi hoc loco possit. hoc nobis persuadere conaris nichil interesse utrum aliquis in gaudio sit an in eculeo iaceat ac tortorem suum lasset. Poteram respondere. Epicurus quoque ait sapientem si in Phalaridis tauro peruratur exclamaturum: Dulce est et ad me non pertinet. Quid miraris si ego paria bona dico alterius in tormenta fortissime stantis quod cum incredibilius dicat Epicurus dulces ex terrores et hoc dico plurimum interesse inter gaudium et dolorem si queratur electio alterum petam alterum vitabo. Illud naturale est hoc contra. Quamdiu sic extimatur magno inter se dissident spatio. Cum ad virtutem ventum est utraque par est et que per leta procedit et que per districta (al. destricta). Nullum habet momentum vexatio et dolor et quicquid aliud incommodi est virtute enim obruitur. quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat Sic dolores molestias iniurias virtus magnitudine sua elidit atque opprimit et quocumque affulsit ibi quicquid sine illa apparet extinguitur nec magis ullam portionem habent incommoda cum in virtutem inciderunt quam in mari nimbus. Hoc ut scias sic est: ad omne pulchrum vir bonus sine ulla cunctatione procurret stet illic licet carnifex stet tortor atque ignes perseverabit nec quid passurus sed quid facturus sit aspiciet et se honeste rei tamquam bono viro credet utilem illam sibi iudicabit tutam prosperam eundem locum habebit apud illum honesta res sed tristis atque aspera quem vir bonus pauper aut exul aut pallidus et eger. Pone ex illa (al. altera) parte virum bonum divitiis habundantem ex altera nichil habentem sed in se omnia utrumque eque vir bonus erit etiam si fortuna dispari utetur. Idem ut dixi in rebus iudicium est quod in hominibus eque laudabilis est virtus in corpore valido et libero quam in morbido ac vincto. Ergo tuam quoque virtutem non magis laudabilem esse si corpus illi tuum integrum fortuna prestiterit quam si ex aliqua

parte mutilatum. mutilatum alioquin hoc erit ex servorum habitu dominum extimare. Omnia enim ista in que dominium casus exercet serva sunt. pecunia et corpus et honores imbecillia fluida mortalia possessione incerte. Illa rursus libera et invicta opera virtutis que non magis appetenda sunt si benignius a fortuna tractantur nec minus si aliqua iniquitate rerum premuntur. Quod amicitia in hominibus est hoc in rebus appeticio. Non puto magis amaturus virum bonum locupletem quam pauperem nec lacertosum et robustum quam gracilem et languidi corporis. Ergo nec rem quidem magis appetes aut amabis hilarem ac paccatam quam distractam et operosam. Aut si hoc non est magis diliges ex duobus eque bonis viris nitidum et unctum quam pulverulentum et horrentem. Deinde usque huc pervenies ut magis diligas integrum omnibus membris et illesum quam debilem et luscum. Paulatim fastidium tuum illo usque procedet ut ex duobus eque iustis ac prudentibus comatum et crispulum malis. Ubi par in utroque virtus est non comparet aliarum rerum inequalitas. Omnia enim alia non partes sed accessiones sunt. Numquis inter suos tam iniquam censuram agit ut filium sanum magis quam egrum diligat procerum vel excelsum quam brevem aut modicum? Fetus suos non distinguunt fere et se in alimentum pariter sternunt. Aves ex equo partiuntur cibos. Ulixes abditam terris (al. abditam terris saxa) ad saxa sic properat quomodo Agamemnon ad Micenarum nobiles muros. Nemo enim patriam quia magna est amat sed quia sua. Quorsum hoc pertinet ut scias virtutem omnia opera velut fetus suos hisdem oculis intueri eque indulgere omnibus et quidem impensius laborantibus. Quoniam quidem etiam parentium amor magis in ea quorum miseretur inclinatur. Virtus quoque opera sua que videt affecta et pressa non magis amat sed parentum bonorum more magis complectitur ac fovet. Quare non est ullum bonum altero maius? quia non est quicquam apto aptius quia plano non est planius. Non poteris dicere hoc magis esse par alicui quam illud. Ergo nec honesto honestius quicquam est. Quod si par omnium natura est virtutum tria genera bonorum in equo sunt. Ita dico in equo esse moderate gaudere et moderate dolere. Leticia illa non vincit hanc animi firmitatem sub tortore gemitus devorantem. Illa bona optabilia hec mirabilia sunt. utraque inter paria quia quicquid incommodi est vi tamen maioris boni tegitur. Quisquis hec imparia iudicat ab ipsis virtutibus avertit oculos et exteriora circumspicit. Bona vera ad idem pendent ad idem patent. Illa falsa multum habent vani. Itaque speciosa et magna visentibus cum ad pondus revocata sunt fallunt. Ita est mi Lucili quicquid

uera ro omne dat soliduz ⁊ rectuz e' firm
aim attollitq; semp situm i excelso. Illa q
teme laudant ⁊ uulgi sma bona st. in
flant manibus letos. rursus ea q tient
taq mala. iniciunt formidinez mentibus
⁊ illa no alr q aialia. spes pudi agitat.
utraq g° sn ca aim ⁊ diffundit ⁊ mordet
iter illa gaudio. nc s metu digna e. Go
a ro inmutabilis ⁊ iudicii tenax est. no em
seruit s impat sensibus. Ro rom par est.
sicut rectu; recto. Ergo ⁊ uirtus no aliud
q recta rao. Oms uirtutes rones st. rones
si recte sut ⁊ pares st. naz cuz similes sut
rces. equalis ro est ⁊ tales actiones sut
g° oms pares st. Naz cu similes st rom
similes ⁊ inter se sut. Pares at actiones inter se
e dico q honeste recteq; sut. Ceterz mag he
but distantia uariante materia. q modo
latior e modo angustior. modo illustris modo i
gnobilis. mo ad multos ptines modo ad
paucos. In omnibus tn istis id qd optim est
par est. honeste sut. Tanq uiri boni oms pa
res sunt. q boni sut. s hnt differentiaz etatis.
alius senior e alius iunior. hnt corpis.
alius formosus alius deformis. hnt fortune.
ille diues hic paup est. ille gratiosus potens
urbibus notus ⁊ ppls. ignotus hic plerisq
⁊ obscurus. s p illud q boni pares sut. De bo
nis ac malis sensus no iudicat. q utile sit
ignorat. no pt ferre snaz. n i re pntez pdu
ctus e. nc futuri puidus e. nc preteriti memor.
quid sit ofeqns nescit. Ex hc at rerum ordo se
ries q ontexit ⁊ unitas uite i pfectu itura.
Ro g° e arbitra bonorum ac malorum. aliena ⁊
externa p uilibus hz. ⁊ ea q neq bona st
neq mala. accessiones minimas ac leuissi
mas iudicat. Omne illi bonum in aio e. Cetera
bona quedam pma existiat q ex pposito ue
niunt. tanq uictoriaz. bos libos. salutez pa
trie. quedam scda que no apparent n i rebus
aduersis. tanq equo aio pati morbu ma
gnum exiliu. quedam media q nichilo magis s
naim sut. q est naz. tanq prudenter ambulare.
composite sedere. No em mag e scdm naturam sedere
q stare a ambulare. Illa duo bona sciora
diuisa sut. pma eni s naz st. gaudere de libero
ruz pie pe icolumitate. scda q naim sut
fortit obstare tormetis. ⁊ sitim ppeti morbo
urete pcordia. Quid g° aliq est naz bo ⁊
mine. s alij est naz e. i quo bonu illud
ppicit. Volutari eni ⁊ subiecto igne tabescere
⁊ aduersa ualitudine affligi c naim est.

s inter ista seruare aim infatigabilez st
naim e. Et ut qd uolo exprimaz breuit ma
bom alq est naz ⁊ boni magis q boni sn
rone natum est. sequit at ro naz. Quid g° ro
ne imitatio. qd e summuz hominis bonu. ex
na se uoluntate gerere. No e mirz dubiu
qn felicior sit pax nunq lacessita. q multo
reparata sanguine. No e iqt dubiu qn felicior
sit ioncussa ualitudo. q ex grauibus morbis
⁊ extrema imminutatibus in tutu ui qdaz
⁊ patia. ducta. Eodem mo no uenit i du
biuz qn maius bonuz sit gaudiu q obno
xius aius ad ppetiendos cruciatus uulnera
et ignium. immine. Illa eque fortuita st pli
mum discrimine recipiunt. Extimat ei uti
litate sumetuz bonorum. unuz ppositu e ne
ofentire. hc otinge par e cuz alicuius in
senatu snaz sequimur. no pt dici ille mag
assentit q ille. ab omnibus i eandez snaz
itur. Idez de uirtutibus dico. oms assentiun
nature. Idez de bonis dico oia ne assentiunt
alter adolescens decessit alter senex aliquis pter
hos infans. cui nichil amplius otigit qm
pspicere uitaz. oms hij eque fuerit morta
les. etiaz si mors aliorum longius uita pas
sa est pcede. aliorum i medio flore pcidit.
aliorum interrupit ipsa principia. alius inter
nandum e solutus. alterius otinuata mors sd
nus est. aliquem ocubitus extinxit. Hns
oppone ferro transfossos. a examinatos ser
pentu morsu. a fractos ruina. a p longaz
neruorum otractionez extortos minutatim.
aliorum melior. aliorum peior est exitus.
Mors quidez oim par e. p q ueniut diu
sa st i id qd desinut unu est. Mors nl
la maior a minor est. hz eni eudez i oibus
modum finisse uitaz. Idez tibi de bonis dico.
hoc bonu inter meras uoluptates e. hc inter
tristia ⁊ acerba. Illud fortune indulgentiaz
rexit. hc uiolentiaz domuit. utruq eq bonu
est. q̄uis illud plana emolliant hc aspera
tenent. idez finis oim e. Bona st landa
da sut. uirtutez roneq comitant. Uirtus
equt inter se q̄cq agnoscet nc e q̄re hc inter
nera placata miretis. Aput Epicurum duo
st bona. ex qbus sumuz bonu illud rpont.
ut corpus sit dolore sit. aim pturbatione.
s bona no crescut si plena sut. quo eni
cresceret qd plenu est. Dolore corpis caret.
Quid ad hanc accede idolentiaz pt. aius
cstat sibi ⁊ placidus e. Quid accede ad hac
tranquillitaz pt. Quead serenitas celi non

recipit adhuc maiorem claritatem, in sincerum adhuc nitorem repurgata, sic hominis corpus animumque curantis et bonum suum ex utroque nectentis perfectus est status et summa voti sui, si nec animi tumultus est nec dolor corporis. Si que extra blandimenta contingunt non augent summum bonum sed ut ita dicam oblinunt (al' condiunt et oblec.) et delectant et oblectant. Absolutum enim humane nature bonum corporis et animi pace contentum est. Dabo apud Epicurum tibi etiam nunc simillimam huic nostre divisionem bonorum. Alia enim sunt apud illum que malit contingere sibi ut corporis quietem ab omni incommodo liberam et animi remissionem bonorum suorum contemplatione gaudentis. Alia sunt que quamvis nolit accidere nichilominus laudat et comprobat tamquam illam quam paulo ante dicebam male valitudinis et dolorum gravissimorum perpessionem in qua Epicurus fuit illo summo ac fortissimo die suo. Ait enim se vesice et exulcerati ventris tormenta tollerare ulteriorem doloris accessionem non recipienda, esse nichilominus sibi illum beatum diem. Beatum autem diem agere nisi qui est in summo bono non potest. Ergo apud Epicurum sunt hec bona que malles non experiri, sed quia ita res tulit et amplectanda et laudanda et exequanda summis sunt. Non potest dici hoc non esse par maximis bonum quod beate vite clausulam imposuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit. Permitte mihi Lucili virorum optime aliquid audacius dicere. Si ulla maiora aliis esse possent, hec ego que tristia videntur mollibus illis et delicatis pretulissem. Maius est enim difficilia perfringere quam leta moderari. Eadem ratione fit scio ut aliquis bene felicitatem et calamitatem fortiter ferat. Eque esse fortis potest qui pro vallo securus excubuit nullis hostibus castra temptantibus, et qui succisis poplitibus (al' pedibus) in genua se excepit nec arma dimisit. Macte virtute esto sanguinolentis et ex acie redeuntibus dicitur. Itaque hec magis laudaverim bona exercitata et fortia et cum fortuna rixata. Ego non dubitem quin magis laudem truncam illam et retorridam manum Mutii quam cuiuslibet fortissimi salvam. Stetit hostium flammarumque contemptor et manum suam in hostili foculo destillantem perspectavit donec Porsenna cuius pene favebat glorie invidit et ignem invito eripi iussit. Hoc bonum quidni inter prima numerem tantoque maius putem quam illa secura et intemptata fortune, quanto rarius est hostem amissa manu vicisse quam armata? Quid ergo, inquis, hoc bonum tibi optabis? Quidni? Hoc enim nisi qui potest et optare non potest. An potius optem ut malaxandos articulos exoletis meis porrigam, ut muliercula aut aliquis in mulierculam ex viro versus digitulos meos ducat? Quidni ego feliciorem putem Mutium quod sic tractavit ignem quam si illam manum tractatori prestitisset? In integrum restituit quicquid erraverat. Confecit bellum inermis ac mancus et manu trunca reges vicit. Vale.

Quod omne bonum sit optabile.

Ut a communibus initium faciam, ver aperire se cepit, sed iam inclinatum in estatem, quo tempore calere debuit intepuit, nec adhuc illi fides est. Sepe enim in hiemem revolvitur. Vis scire quam dubium adhuc sit? Nondum me committo frigide, adhuc rigorem eius infringo. Hoc est, inquis, nec calidum nec frigidum pati. Ita est, mi Lucili. Iam etas mea contenta est suo frigore; vix media regelatur estate. Itaque maior pars in vestimentis degitur. Ago gratias senectuti quod me lectulo affixit. Quidni gratias illi hoc nomine agam? Quicquid debebam nolle non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. Si quando intervenerunt epistule tue, tecum esse mihi videor et sic afficior animo tamquam tibi non scribam sed respondeam. Itaque et de hoc quod queris quasi colloquar tecum, quale sit una scrutabimur. Queris an omne bonum optabile sit. Si bonum est, inquis, fortiter torqueri et magno animo uri et patienter egrotare, sequitur ut ista optabilia sint. Nichil autem video ex istis voto dignum. Neminem certe adhuc eo nomine votum solvisse quod flagellis cesus aut podagra distortus aut eculeo longior factus esset. Distingue, mi Lucili, ista et intelliges esse in his aliquid optandum. Tormenta abesse a me velim, sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter honeste animose geram optabo. Quidni ego malim non incidere bellum? Sed si inciderit, ut vulnera ut famem et omnia que bellorum necessitas affert generose feram optabo. Ita non incommoda optabilia sunt sed virtus qua perferuntur incommoda. Quidam ex istis existimant omnium tormentorum fortem tolleratem non esse optabilem sed ne abhominandam quidem, quia voto purum bonum peti debet et tranquillum et extra molestiam positum. Ego dissentio. Quare? Primum quia fieri non potest ut aliqua res bona quidem sit sed optabilis non sit. Deinde si virtus optabilis est, nullum autem sine virtute bonum, et omne bonum optabile est. Deinde etiam si tormentorum fortis patientia optabilis est, etiam nunc interrogo, numquid fortitudo optabilis sit? Atqui pericula contemnit et provocat. Pulcherrima pars eius maxime mirabilis illa est non cedere ignibus, obviam ire vulneribus, interdum tela ne vitare quidem sed pectore excipere debere. Si fortitudo optabilis est, et tormenta patienter ferre optabile

Margin notes: Epicurus · De morte Epicuri · De Mutio et Porsenna

bile e. h' et fortitudis pars e. s3 sepata
ista ut deri mereat q tibi faciat errorem.
Non ei pati tormta optabile e. s3 pati for
titer. Illud opto fortit' qd e uirtus. Qs tn
unq' h' s' optat? qdaz uota apta & pfessa
s'. cu particulatim fiut quedaz latent cum
uno uoto multa cophensa st. tamq opto m
uita honestaz. Vita at honesta actionib9
uariis costat. In hac e reguli arca catonis scis
sum manu sua uuln9. rutilii exiliu. Calix ue
nenatus q socratez trastulit e carcere i celu
ita cu optaui m uitaz honestaz. & h' optaui
sine qbus mediu honesta no pt ee. O terq
quaterq beati. Quib an ora patru troie
sb meib' altis otigit oppetere. Quid interest o
ptes h' alicui an optabile fuisse fatearis.
Deci9 se p r p deuouit. & i medios hostes
ocitato equo mortez petes irruit. Alt' p9
hunc paterne uirtutis emulus. oceptis solem
nib9 ac iaz familiarib9 uerbis i aciem ofertis
simaz incucurrit. de hoc sollicitus tm ut litaret.
optabilez rem putans bona mortez. Dubitas
ergo an optimu sit memorabilez mori & i aliq
ope uirtutis. Cu aliq tormta fortit' patit' oi
bus uirtutib9 utit'. Fortasse una i pmptu
sit. & maxie appareat patia. & pessio & tolle
rantia rami sut. Illic e prudetia. sn qua
nullu initur ofiliu. q suadet q effugere non
possis q fortissie ferre. Illic e ostantia que
deici loco no pt. & ppositu nulla ui extorque
dimittit. Illic e indiuiduus ille comitatus
uirtutu. quicq honeste fit una uirtus fac'.
s3 ex ofilii sna. Qd aut ab omib9 uirtutib9
cprobat' etia si ab una fieri uidet' optabile
e. Quid tu estimas ea tm optabilia ee q
p uoluptatez & otiu ueniut. q excipiunt'
forib9 ornatis. Sut qdaz triste uoluptates.
Sunt queda uota q non gratulantiu
cetu s3 adorantiu uenerantiuq celebrant'.
Ita tu no putas regulu optasse ut ad pe
nos perueniret. Indue magni uiri aim & ab
opinionib9 uulgi secede paulisp. Cape qtaz
debes uirtutis pulcherrime ac magnificetissime
spez q nobis n' thure n' sertis. s3 sudore &
sanguie colenda est. Aspice catonez sacro
illi pectori purissimas man9 admouentez
& uulnera par9 demissa laxatez. Utrz tadez
illi dicturus es uellez que uelles & mole
ste fero an felit' qd agis. Hoc loco demet9
n' occurit qui uitaz securaz & sn ullis for
tune occasionib9 mare mortuu uocat. N'
h' ad qd exciteris ad qd ocites te cui9 de

nunciacione & incursu firmitatez ai tui tem
ptes. s3 in otio inocusso iacere no e tranqllitas.
malacia e. Attalus stoycus dicere solebat
malo me fortuna i castris suis q i delicijs
habeat. torqueor s3 fortit' bn est. Audi Epy
curu dicet & dlce est. Ego taz honeste rei
& seuere nunq molle no' imponam. Uror s3
inuictus. qd i h' optabile sit. no q urit me
ignis s3 q no uincit. Nichil e uirtute psta
tius. nichil pulcri9. & bonu & optabile est
quicquid ex hoc gerit' imperio. Quod cele
dum sit otiuz et quid i eo tractandum.

Consilio tuo accedo. absconde te i o
cio. s3 & ipm otiu absconde. h' te fa
cturu stoycos etiaz si n' pcepto tn exemplo
licet scias. s3 ex pcepto qz facias. & tibi et
cui uoles apphabis. N' ad omne r p mittim9.
n' sp n' sn ullo fine. Pterea cu sapienti r p
ipo dignaz dedim9. idem mudus no e
ex r p etia si recesserit. imo fortasse reli
cto uno angulo i maiora atz ampliora
transit & celo ipositus intellegit cu sella aut
tribunal ascendit q humili loco sederit. Depo
ne h' aput te. nuq plus agere sapientez
q cu i ospectu eius diuina atq humana ue
nerut. Nunc ad illud reuertor qd suadere tibi
ceperaz ut otiu tuu ignotuz sit. No e q
inscribas tibi philiaz atq & aliud pposito tuo
nomen impone. ualitudiz imbecillitatez uocato
& desidiaz. Gl'ari otio iners ambitione.
Alalia quedaz ne inueniri possit uestigia
a sua circa ipm cubile ofudut & ofundut.
Idem tibi faciendu e. alioqn no deerunt
qui psequat'. Multi apta transeut. absco
dita & obstrusa rimat'. furez signata
sollicitant. Uile uidet' qcq patet. apta ef
fractarius pterit. Hos mores hab3 ppl9.
hos impitissim9 quisq i secreta irrupe
cupit. Optimu itaq e no iactare otiuz
suu. Iactandi at gen9 e nimis latere &
a ospectu hom secede. Ille tarento se ab
didit. ille neapoli inclusus e. ille multis
anis no trasit dom9 sue limen. Conuocat
t'baz q'sq's otio suo aliqua fabulam
iposuit. Cu secesseris non est agend'
h' ut. de te hoies loquat'. Qd at loqris
q hoies de aliis libentissie faciut. de te
aput te male existia. assuesces & dicere
uerũ & audire. Id at maxie tracta quod
i te ee infirmissimu senties. Nota h3 sui
quisq corporis uicia. Itaq alius uomitu
leuat stomachu. alius frequenti cibo fulcit

Atta.

Epy.

e. 68.

c. 3

alius in reposito uenimo corpus exhaurit
et purgat. Hii quorum pedes dolor repetit
aut uino aut balneo abstinet. in cetera negli
gentes. hic a quo sepe infestantur incurrunt
sic in animo nostro sunt quedam causarie partes quibus
adhibenda curatio est. Quid in otio facio
ulcus meum curo. Si ostenderem tibi pedem
turgidum liuidam manum aut contracti cruris
aridos neruos permitteres me in uno loco iacere
et fouere morbum meum. Maius malum est hoc quod
non possum tibi ostendere in pectore tuo col
lectio uomica est. Nolo laudes. nolo dicas
o magnum uirum contempsit omnia et damnatis hu
mane uite furoribus fugit. Nichil dampnaui
nisi me. non est quod proficiendi causa uenire ad me
uelis. Erras qui hic auxilii aliquid speras
non medicus sed eger hic habitat. Malo illa
cum discesseris dicas. Ego istum beatum hominem pu
tabam et eruditum erexeram. aures destitutus
sum. nichil uidi nichil audiui quod concupiscerem
ad quod reuerterer. Si hoc sentis si hoc loqueris
aliquid profectum est. Malo ignoscas otio meo
quam inuideas. Otium inquis Seneca commendas michi
ad epicureas uoces delaberis. Otium tibi com
mendo in quo maiora agas et pulcriora quam que
reliquisti. pulsare superbas potentiorum fores. dili
gere in literam senes orbos. plurimum in foro posse
inuidiosa potentia ac breuis est et si uerum esti
mes sordida. Ille me gratia forensi longe ante
cedet. ille stipendiis militaribus et quesita per
hoc dignitate. Ille clientum turba. est tanti ab
omnibus uinci dum a me fortuna uincatur. turbe
par esse non possum. plus habet gratie. utinam quidem hoc
propositum sequi olim fuisset animus tibi. utinam de uita
beata non in conspectu ageremus. sed nunc quoque non mo
remur. multa enim que supervacua esse ut inimica
credituri fuimus tempori. nunc experiente credimus.
Quod facere solet qui serius exiit et uelut tempus ce
leritate reparet. Calcar addamus. hec etas opti
me facit ad hec studia utrum dispuitur. Iam enim
a primo feruore adolescentie indomita lassatur.
non multum superest ut extinguatur. et quam iam
tibi proderit istud quod in exitu dicis aut in qua
rem. In hac ut exeam meliorem. Non est autem tamen
quod existimes ullam etatem aptiorem esse ad
bonam mentem quam que se multis experimentis loga
ac frequenti rerum penitentia domuit. que ad
salutaria mitigatis affectibus uenit. hoc est hoc
bonum tempus. quisquis senex ad sapientiam peruenit annis
peruenit. Vale. Seneca Lucilio salutem.

De varia loci mutatione uitanda. Et
redimenda temporis breuitate. Rubrica.

Mutari de loco et in alium de alio trans
ilire nolo. Primum quia tam frequens migra
tio instabilis animi est. Coalescere mens otio non
nisi desiit circumspicere et errare. ut animum possis
continere primum corporis tui fugam siste. deinde pl
urimum remedia continuata proficiunt. Interrum
penda non est quies et uite prioris obliuio.
Sine dediscere oculos tuos sine aures assuescere
sanioribus uerbis. Quotiens processeris in ipso
itu aliquid quod remoueat cupiditates tuas tibi
occurret. Quemadmodum et qui amorem exuere conatur
euitanda est omnis admonitio dilecti corporis.
nichil enim facilius quam amor recrudescit. ita
uolt abire desideria omnium rerum. quarum cupi
ditate flagrauit. et oculos et aures ab hiis
que reliquit auertat. Cito rebellat affectus
occupationes suas aspiciet. Nullum sine auc
toramento malum est. auaricia pecuniam pro
mittit. luxuria multas ac uarias uoluptates.
ambicio purpuram et plausum. et ex hoc po
tentiam et quicquid potentia facit. mercede te uicia
sollicitant. Hic tibi ergo uiuendum est. quam
uix effici toto seculo potest. ut uicia tam longa
licentia timida subigantur et iugum accipiant.
nedum si tam breue tempus interuallo dis
dimus. Unam quamlibet rem uix ad perfectum perducit
assidua uigilia et intentio. Si me quidem
uelis audire. hoc meditare. exercere te ut mor
tem excipias et si ita res suadebit accersas.
Interest nichil illa ad nos ueniat an ad illam
nos. illud imperitissimi cuiuslibet uerbum falsum
esse tibi ipse persuade. bella res est mori sua
morte. Illud preterea licet cogites. nemo nisi suo die
moritur. Nichil perdes ex tuo tempore. Nam quod
reliquis alienum est. Liber x. Quod immi
tare mortis stulta querela sit. Et secura
mors quamquam precupanda sit. quamquam differenda.

Non est longum interuallum properos t
os uidi. in conspectum adolescentie me
reductus sum. Quicquid illic inueni
fecerim uidebar michi facere adhuc posse et pa
lo ante fecisse. Prenauigauimus Lucili uitam. et
quemadmodum in mari ut ait Virgilius noster. ter
reque urbesque recedunt. sic in hoc cursu rapidis
simi temporis. primum pueritiam abscondimus. deinde
adolescentiam. deinde quod est illud inter iuue
nem et senem medium in utriusque confinio po
situm. deinde ipsius senectutis optimos annos.
nouissime incipit ostendi publicus finis gene
ris humani. scopulum esse illum putamus nos de
mentissimi. portus est aliquando petendus. numquam
recusandus. In quem si quis intra primos annos

delatus est. non magis queri debes quam qui
cito nauigauit. Alium enim ut scis uenti se-
gnes ludunt ac detinent et tranquillitatis len-
tissime tedio lassant. Alium pertinax flatus
celerrime perfert. Idem euenire nobis puta.
Alios uita uelocissime adduxit quo ueni-
endum erat etiam cunctantibus. Alios macerauit
uita et coxit que ut scis non semper retinenda est.
Non enim uiuere bonum est. sed bene uiuere. Itaque
sapiens uiuet quantum debet. et non quantum
potest. Videbit ubi uicturus sit. cum quibus
quo quid acturus sit. Cogitat semper qualis
uita non quanta sit. Si simulata occurrunt
et molesta et tranquillitatem turbantia. emittit
se. Nec hoc tamen in necessitate ultima facit. sed cum pri-
mum illi cepit suspecta esse fortuna diligenter
circumspicit numquid illo desinendum sit. Nichil
existimat sua referre faciat finem an acci-
piat. tardius fiat an citius. Non tamquam de
magno detrimento timet. Nemo multum ex sti-
llicidio perdere potest. Citius mori aut tardius ad
rem non pertinet. bene mori aut male ad rem
pertinet. Bene autem mori est effugere male uiuen-
di periculum. Itaque effeminatissimam uocem illius
rhodii existimo qui cum in caueam coniectus esset
a tyranno et tamquam ferum aliquod animal a-
leretur. suadenti cuidam ut abstineret cibo. Omnia
inquit homini dum uiuit speranda sunt. ut speranda
ut sit uerum hoc. Non omni pretio uita emenda est.
Quedam licet magna licet certa sit. tamen ad illa
turpis infirmitatis confessionem non ueniam.
Ego cogitem in eo qui uiuit omnia posse
fortunam. potius quam cogitem in eo qui scit mo-
ri nichil posse fortunam. Aliquando tamen etiam si cer-
ta mors instabit destinatum sibi supplici-
um sciet. non commodabit pene sue manum.
stulticia est timore mortis mori. Venit qui oc-
cidat. Expecta quod occupas. Cur suscipias
aliene procurationem crudelitatis. dubium est
utrum inuideas carnifici tuo an parcas. Socrates
potuit abstinentia finire uitam et media po-
tius quam ueneno mori. xxx tamen dies in car-
cere et in expectatione mortis exegit. Hoc non
eo animo tamquam omnia fieri possent. tamquam multa
spes et tam longum tempus reciperet. sed ut preberet
se legibus ut fruendum amicis extremum so-
cratem daret. Quid erat stultius quam mor-
tem contempnere uenenum timere. Scribonia
grauis femina matertera drusi libonis
fuit adolescentis tam solidi quam nobilis maiora
maiora sperantis quam illo seculo quisquam sperare
poterat. At ipse ille cum eger a senatu in le-
cticam relatus esset. non sane frequentibus exequiis.
Omnes enim necessarii deseruerant impie iam non
reum sed funus habere cepit consilium utrum con-
sciret mortem an expectaret. Cui Scribonia
quid te inquit delectat alienum negocium
agere. Non persuasit illi. manus sibi attu-
lit nec sine causa. Nam post diem tertium aut quartum in-
imici moriturus arbitrio si uiuit alienum
negocium agit. Non possis itaque de hac
re in uniuersum pronunciare cum mortem
uis extrema denunciat. occupanda sit an
expectanda. Multa enim sunt que in utramque
partem trahere possunt. Si altera mors cum tor-
mento. altera simplex et facilis est. Quid ni
huic inicienda sit manus. Quemadmodum nauem
eligam nauigaturus et domum habitaturus
eciam sic mortem exiturus de uita. Preterea quemadmodum non utique melior lon-
gior uita sic peior est utique mors lon-
gior. In nulla re magis quam in morte morem
animo gerere debemus. Exeat qua impetum cepit
siue ferrum appetit siue laqueum siue aliquam
potionem uenas occupantem. pergat et uincula
seruitutis abrumpat. Vitam et aliis approbare
quisque debet mortem sibi. optima est que placet. Stul-
te hec cogitantur. aliquis dicet me parum for-
titer fecisse. aliquis nimis temere. aliquis fu-
isse aliquod genus mortis animosius. Vis
tu cogitare id in manibus esse consilium ad
quod fama non pertinet. hoc unum intuere. ut te
fortune quam celerrime eripias. alioquin ad-
erunt qui de facto tuo male existiment. Inue-
nies etiam professos sapientiam qui uim afferen-
dam uite sue negent. et nefas iudicent
ipsum interemptorem sui fieri. Expectandum
esse exitum quem natura decreuit. Hoc qui
dicit non uidet se libertatis uiam cludere.
Nil melius eterna lex fecit quam quod unum
introitum nobis ad uitam dedit. exitus
multos. Ego expectem uel morbi crudelitatem.
uel hominis cum possim per media exire tormenta
et aduersa discutere. Hoc est unum cur de uita
non possimus queri. neminem tenet. Bono loco
res humane sunt quod nemo nisi suo uicio miser
est. placet uiue. non placet licet eo reuerti
unde uenisti. Vt dolorem capitis leuares
sanguinem sepe minuisti. ad extenuandum cor-
pus uena percutitur. Non opus est uasto uul-
nere diuidere precordia. scalpello aperitur
ad illam magnam libertatem uia. et puncto
securitas constat. Quid ergo est quod nos
facit pigros inertesque. Nemo nostrum cogi-
tat quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum

Hic veteres inquilinos indulgentia loci et consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis adversus hoc corpus liber esse? tamquam migraturus habita. Propone tibi quandoque hoc contubernio carendum: fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis veniet in mentem omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est. Alia enim fortasse exercentur in supervacuum: adversus paupertatem preparatus est animus, permansere divitie. Ad contemptum nos doloris armavimus: numquam a nobis exegit huius virtutis experimentum integri et sani felicitas corporis. Ut fortiter amissorum desideria pateremur precepimus nobis: omnes quos amabamus superstites fortuna servavit. Huius unius rei usum qui exigat dies veniet. Non est quod existimes magnis tantum viris hoc robur fuisse quo servitutis humane claustra perrumperent. Non est quod iudices hoc fieri nisi a Catone non posse, qui quam ferro non emiserat animam manu extraxit. Vilissime sortis homines ingenti impetu in tutum evaserunt, cumque commode mori non licuisset nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, obvia queque rapuerunt et que natura non erant noxia vi sua tela fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis, cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus; nullum aliud ei dabatur sine custode secretum. Ibi lignum quod ad emundanda obscena adherente spongia positum est totum in gulam farsit et preclusis faucibus spiritum elisit. Hoc fuit morti contumeliam facere. Ita prorsus parum munde et parum decenter. Quid est stultius quam fastidiose mori? O virum fortem, o dignum cui fati daretur electio! Quam fortiter ille gladio usus esset, quam animose in profundam se altitudinem maris aut abscise rupis immisisset! Undique destitutus invenit quemadmodum et mortem sibi deberet et telum, ut scias ad moriendum nichil aliud in mora esse quam velle. Existimetur de facto hominis acerrimi ut cuique visum erit, dum hoc constet preferendam esse spurcissimam mortem servituti mundissime. Quoniam cepi sordidis exemplis uti, perseverabo; plus enim a se quisque exiget si viderit hanc rem etiam a contemptissimis posse contemni. Catones Scipionesque et alios quos audire cum admiratione consuevimus supra imitationem positos putamus. Iam ego istam virtutem habere tam multa exempla in ludo bestiario quam in ducibus belli civilis ostendam. Cum adveheretur nuper inter custodias quidam ad matutinum spectaculum missus, et tamquam somno premente nutaret, caput usque eo dimisit donec radiis insereret, et tam diu se in sedili suo tenuit donec cervicem circumacta rota frangeret: eodem vehiculo quo ad penam ferebatur effugit. Nichil obstat erumpere et exire cupienti: in aperto nos natura custodit. Cui permittit necessitas sua, circumspiciat exitum mollem; cui ad manum plura sunt per que se asserat, his delectum agat et qua potissimum liberetur consideret; cui difficilis occasio est, proximam quamque pro optima arripiat, sit licet inaudita, sit nova. Non deerit ad mortem ingenium cui non defuerit animus. Vides quemadmodum extrema quoque mancipia, ubi illis stimulos adegit dolor, excitentur et intentissimas custodias fallant? Ille vir magnus est qui mortem sibi non tantum imperavit sed invenit. Ex eodem tibi munere plura exempla promisi. Secundo naumachie spectaculo unus e barbaris lanceam quam in adversarios acceperat totam iugulo suo mersit. Quare, inquit, non omne tormentum, omne ludibrium iamdudum effugio? Quare ego mortem armatus expecto? Tanto hoc speciosius spectaculum fuit quanto honestius mori discunt homines quam occidere. Quid ergo? quod animosi habent et noxiosi, non habebunt illi quos adversus hos casus instruxit longa meditatio et magistra rerum omnium ratio? Illa nos docet fati varios esse accessus, finem eundem, nichil autem interesse unde incipiat quod venit. Eadem illa ratio monet ut, si licet, moriaris quemadmodum placet; si minus, quemadmodum potes, et quicquid obvenerit ad inferendam tibi vim invadas. Iniuriosum est rapto vivere, at contra pulcherrimum mori rapto. Vale.

De consilio ex summa vite captando. Quod mors honesta res sit. De fortitudine animi et profectu philosophie.

Subinde me de rebus singulis consulis, oblitus vasto nos mari dividi. Cum magna pars consilii sit in tempore, necesse est evenire ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea cum iam contraria potior est. Consilia enim rebus aptantur; res nostre feruntur, immo volvuntur. Ergo consilium nasci sub diem debet; et hoc quoque nimis tardum est: sub manu, quod aiunt, nascatur. Quemadmodum autem inveniatur ostendam. Quotiens quid fugiendum sit aut quid petendum voles scire, ad summum bonum et propositum totius vite tue respice. Illi enim consentire debet quicquid agimus. Non disponet singula nisi cui iam vite sue summa proposita est. Nemo, quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constat quid velit pingere. Ideo peccamus quia de partibus vite omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid petat ille qui sagittam vult mittere, et tunc dirigere ac mode-

animus ×

cat.

Ex sordido

Nota de exemplo

tari manu telum. Errant consilia nostra quia
non habent quo dirigantur. Ignoranti quem
portum petat nullus suus ventus est. Necesse
est multum in vita nostra casus possit quia vivimus
casu. Quibusdam autem evenit ut quedam scire se ne-
sciant. Quemadmodum querimus sepe eos cum quibus
stamus, ita plerumque finem summi boni ignoramus
appositum. Nec multis verbis nec circuitu longo
quod sit summum bonum colliges; digito ut ita di-
cam demonstrandum est, nec in multa spargendum.
Quid enim ad rem pertinet in particulas illud diducere,
cum possis dicere summum bonum est quod honestum est?
Cetera falsa et adulterina sunt bona. Hoc si per-
suaseris tibi et virtutem adamaveris, amare
enim parum est, quicquid tibi contigerit id tibi quodcumque
aliis videbitur faustum feliciterque erit. Et torqueri si mo-
do iacueris ipso torquente securior, egrotare si non
maledixeris fortune, si non cesseris morbo. O-
mnia denique que ceteris videntur mala et man-
suescent et in bonum abibunt, si super illa eminu-
eris. Hoc liqueat nichil esse bonum nisi honestum,
et omnia incommoda suo iure bona vocabuntur que
modo virtus honestaverit. Multis videmur maiora
promittere quam recipit humana condicio, et non immerito:
ad corpus enim respiciunt. Revertantur ad animum, iam
hominem deo metientur. Erige te Lucili virorum opti-
me et relinque istum ludum litterarum philosophorum, qui rem
magnificentissimam ad syllabas vocant, qui animum in-
minuta docendo dimittunt et conterunt. Fies similis
illis qui invenerunt ista, non qui docent et id agunt
ut philosophia potius difficilis quam magna videatur. Socrates
qui totam philosophiam revocavit ad mores et hanc
summam dixit sapientiam bona mala que distinguere.
Sequere inquit illos si quid apud te habeo auctoritatis,
ut sis beatus, et te alicui stultum videri sine. Quisquis
volet tibi contumeliam faciat et iniuriam, tu tamen nichil
patieris si non tecum erit virtus. Si vis inquit beatus
esse, si fide bona vir bonus, sine contemnat te
aliquis. Hoc nemo prestabit nisi qui omnia bona exequa-
verit, quia nec bonum sine honesto est et honestum in
omnibus par est. Quid ergo? Nichil interest inter pre-
turam Catonis et repulsam? Nichil interest utrum
Pharsalica acie Cato vincatur an vincat? Hoc eius
est bonum quo victis partibus non potest vinci, par
erat illi bono quo victor rediret in patriam
et componeret pacem. Quid ni par sit? Eadem enim vir-
tute et mala fortuna vincitur et ordinatur bona.
Virtus autem non potest maior aut minor fieri; unius
statura est. Sed Gn. Pompeius amittet exercitum, sed
pulcherrimum rei publice pretextum, optimates, et prima aci-
es Pompeianarum partium et senatus ferens ar-
ma uno prelio profligabuntur, et tam magni rui-
na imperii in totum dissiliet orbem, aliqua pars
eius in Egypto, aliqua in Affrica, aliqua in Hispa-
nia cadet. Ne hoc quidem misere rei publice contingit,
semel ruere. Omnia licet fiant, in regno suo
non locorum notitia adiuvet, non populorum pro
rege suo virtus obstinatissima, Uticensium
quoque fides malis fracta desistat et Scipionum
in Affrica nominis sui fortuna destituat, olim pro-
visum est ne quid Cato detrimenti sui caperet.
Victus est tamen. Et hoc numera inter repulsas Ca-
tonis. Tam magno animo feret sibi aliquid ad
victoriam quam ad obstitisse. Quo die repulsus est
lusit, qua nocte periturus fuit legit. Eodem loco
habuit preturam et vita excidere. Omnia que acci-
derant ferenda esse persuaserat sibi. Quid ni ille
mutationem rei publice forti et equo pateretur animo? Quid
enim mutationis periculo exceptum est? Non terra,
non celum, non totus hic rerum omnium contextus,
quamvis deo agente ducatur; non semper tenebit hunc
ordinem, sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiciet.
Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere,
extingui. Quecumque videntur super nos currere, et quibus
inmixti et impositi sumus veluti solidissimis,
carpentur ac desinent. Nulli non senectus sua
est; inequalibus ista spatiis eodem natura dimittit.
Quicquid est non erit, nec peribit sed resolvetur.
Nobis solvi perire est; proxima enim intuemur, ad ulteri-
ora non prospicit mens hebes, que se corpori
addixerit. Alioquin fortius finem sui suorumque pa-
teretur, si speraret omnia illa sic vitam mortemque
per vices ire et composita dissolvi et dissoluta compo-
ni, in hoc opere eternam artem cuncta temperantis dei verti.
Itaque Cato cum eum animo pervenerat dicet: Omne hu-
manum genus quodque est quodque erit morte damna-
tum est. Omnes que usquam rerum potiuntur ur-
bes, queque aliorum imperiorum magna sunt et decora, u-
bi fuerint aliquando querentur, et vario exitii genere
tollentur: alias destruent bella, alias desidia
paxque ad inertiam versa consumet et magnis
opibus exitiosa res luxus. Omnes hos ferti-
les campos repentina maris inundatio abscondet
aut in subitam cavernam considentis soli lapsus ab-
ducet. Quid est ergo quare indigner aut doleam
si exiguo momento publica fata precedo? Magnus
animus deo pareat et quicquid lex universi iu-
bet sine cunctatione patiatur: aut in meliorem emit-
titur vitam lucidius tranquilliusque inter divina
mansurus, aut certe sine ullo futurus incommodo
si nature remiscebitur et revertetur in totum. Non est ergo
M. Catonis maius bonum honesta vita quam
mors honesta, quoniam non intenditur virtus. Idem
esse dicebat Socrates veritatem et virtutem. Quo-

illa non crescit. Sic deus quidem habet nichil sed
plena est. Non est itaque quod mireris paria
esse bona et que ex proposito sumenda sunt et que ita
res tulit. Nam si hanc inequalitatem receperis,
et fortiter torqueri in moribus bonis numeres, nu-
merabis etiam in malis, et infelicem Socratem dices
in carcere, infelicem Catonem vulnera sua ani-
mosius quam fecerat retractantem, calamitosissimum
omnium Regulum fidei penas etiam hostibus servate
pendentem. Atqui nemo hoc dicere, ne ex mollis-
simis quidem, ausus est. Negat enim illum esse beatum
sed tamen negat miserum. Achademici veteres beatum
quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur,
non sed ad perfectum nec ad plenum. Quod nullo modo potest
recipi: nisi beatus est, in summo bono non est. Quod
summum bonum est, supra se gradum non habet,
si modo illi virtus inest, si illam adversa non minu-
unt, sed manet etiam comminuto corpore inco-
lumis. Manet autem virtutem enim intelligo animosam
et excelsam, quam incitat quicquid infestat. Hunc
animum quem sepe induunt generose indolis iuvenes,
quos alicuius honeste rei pulcritudo percussit ut
omnia fortuita contempnat, profecto sapientia non
infundet et tradet. Persuadebit unum bonum esse
quod honestum. Hoc nec remitti nec intendi potest,
non magis quam regula qua rectum probari solet
flectes. Quicquid ex illa mutaveris iniuriam
recti. Idem ergo de virtute dicemus: et hec recta est,
flexuram non recipit. Rigidari quidem potest, am-
plius intendi non potest. Hec de omnibus rebus iudi-
cat, de hac nulla. Si rectior ipsa non potest, sed nec
que ab illa quidem fiunt alia aliis rectiora sunt.
Huic enim necesse est respondeant; ita paria sunt.
Quid ergo? inquis, iacere in convivio et torqueri par
est? Hoc mirum videtur tibi? Illud licet magis
admireris: iacere in convivio malum, et pati in eculeo
bonum est, si illud turpiter, hoc honeste fit. Bo-
na ista aut mala non efficit materia sed virtus. Hec
ubicumque apparuit, omnia eiusdem mensure
ac precii sunt. In oculos nunc mihi manus intendat
ille qui omnium animum estimat ex suo, quod dicam
paria bona esse eius qui triumphator et eius qui
ante currum vehitur invictus animo. Et eius qui hoc
se iudicat quod dicam paria esse bona. Non
putat enim fieri quicquid facere non possunt. Ex in-
firmitate sua de virtute ferunt sententiam.
Quid miraris si uri, vulnerari, occidi, al-
ligari iuvat? Aliis etiam libet. Luxurioso
frugalitas pena est, pigro supplicii loco
labor est, delicatus miseretur industrie,
desidioso studere torqueri est. Eodem modo hec ad
que homines imbecillos sumus ardua atque

Acha

intollerabilia credimus, obliti quam multis tor-
mentum sit vino carere aut prima luce excitari. Non
ista difficilia sunt natura, sed nos fluidi et ener-
ves sumus. Magno animo de rebus magnis iudi-
candum est; alioquin videbitur illarum vicium esse quod
nostrum est. Sic quedam rectissima cum in aquam
missa sunt speciem curvi prefractique visentibus
reddunt. Non tantum quid videas sed quemadmodum
refert: animus noster ad perspicienda vera caligat.
Da mihi adolescentem incorruptum et ingenio vi-
getum: dicet fortunatiorem sibi videri qui omnia re-
adversa onera rigida cervice sustollat, qui
illum qui supra fortunam extat. Non mirum est in tran-
quillitate non concuti; illud mirare, ibi extolli
aliquem ubi omnes deprimuntur, ibi stare ubi omnes
iacent. Quid est in tormentis, quid est in aliis que
adversa appellamus, mali? Nisi hoc ut opinor
succidere mentem et incurvari et succumbere. Quorum
nichil sapienti viro potest evenire. Stat rectus
sub quolibet pondere; nulla illum res minorem facit,
nichil illi eorum que ferenda sunt displicet. Nam quicquid
cadere potest in hominem in se cecidisse non queritur. Vi-
res suas novit; scit se esse honeri ferendo. Non
duco sapientem ex hominum numero, nec dolores ab
illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admit-
tentem summoveo. Memini ex duabus illum par-
tibus esse compositum: altera est inrationabilis,
hec mordetur, uritur, dolet; altera rationalis, hec incon-
cussas opiniones habet, intrepida est et indomita.
In hac positum est illud summum bonum hominis.
Antequam impleatur, incerta voluntas mentis
est; cum vero perfectum est, inmota illa stabili-
tas est. Itaque inchoatus et ad summa procedens
cultorque virtutis, etiam si appropinquat perfecto
bono et ei nondum summam manum imposuit, in-
terim cedit et remittet aliquid ex intentione
mentis; nondum enim incerta transgressus est,
nunc versatur in lubrico. Beatus vero et virtutis
exacte tunc se maxime amat cum fortissime
expertus est, et metuenda ceteris, si alicuius
honesti officii precia sunt, non tantum fert sed am-
plexatur, multumque audire mavult tanto me-
lior quanto felicior. Perveniamus nunc illo quo me
vocat expectatio tua. Ne extra rerum naturam va-
gari virtus nostra videatur, et tremebit sapiens
et dolebit et expallescet. Hii enim omnes corporis
sensus sunt. Ubi origo calamitatis, ubi illud
malum verum est? Illic scilicet, si ista animum detra-
hunt, si ad confessionem servitutis adducunt, si
illi penitentiam sui faciunt. Sapiens quidem vincit vir-
tute fortunam; at multi professi sapientiam levissi-
mis nonnumquam minis exterriti sunt. Hoc loco nostrum

au est qd a sapiente exigimus et eu psuadere
suadeo adhuc in ista que laudo nondum p
suadeo et si psuasissem nondum parata haberem
a tam exercitata ut omis casus pcurrent. Quemad
modum lana quosdam colores semel ducit quos
dam nisi sepius macerata et recocta non pibet
sic alias disciplinas ingenia cum accepe p
tinus pstat hec nisi ad te descendit et diu sedit et
animum non colorauit sed infecit nichil ex hiis
que pmiserat pstat. Cito hec pt tradi et paucis
simis uerbis unum bonum esse virtutem. Nullum certe
sine uirtute et ipsam uirtutem in parte meliore
et rationali positam quid erit hec uirtus
iudicium uerum et inmotum. Ab hoc enim impetus ue
nient mentis ab hec omis species que impetus mo
uent redigentur. Ad hoc liquidum huic erit omnia
subiecta iudicio consentaneum erit omnia que uirtute
contacta sunt et bona iudicare et inter se paria. Cor
porum aut bona corporibus quidem bona sunt sed in totum
non sunt bona. hiis quidem pcium erit aliquod ceterum
dignitas non erit. Magnis inter se interuallis di
stabunt alia maiora alia minora erunt. et
in ipsis sapientiam sectantibus magna discrimina
esse fateamur necesse est. Alius iam intantum pfecit
ut contra fortunam audeat tollere oculos sed
non pertinaciter cadunt enim nimio splendore p
stricti. alius intantum ut possit cum illa conferre
uultum suum si iam puenit ad summum et fiducie
plenus est. Inperfecta necesse est labant et modo
prodeant modo sublabantur. Aut succidant.
Sublabentur aut nisi ire et niti pseuerauit.
Si quicquam ex studio et fidei intentione laxaue
rit retrocundum est. Nemo pfectum ibi inuenit
ubi reliquerat. Instemus itaque et pseueremus.
plus quam pfligauimus restat. sed magna pars
est profectus uelle pficere huius rei conscius mi
sum uolo et mente tota uolo. Te quoque instin
ctum esse et magno ad pulcerrima properare im
petu uideo. Properemus. ita demum uita bene
ficium erit. Alioquin mora est. Et quidem turpis
inter feda uersantibus. Id agamus ut nostrum sit
tempus sit. Non erit aut nisi prius nos nostri esse
ceperimus. quando continget contempnere utramque naturam.
quando continget omnibus oppressis affectibus et sub arbitri
um suum adductis hanc uocem emittere uici.
Queris quem uicerim. Non psas nec extrema me
dorum nec si quid ultra dachas bellicosum iacet
sed auariciam sed ambicionem sed metum mortis qui ui
ctores gentium uicit. Vale. Excludi occupa
tionibus continuo studio phandum sit. Et qui so

Quod liuus sapientis sit perpetuum gaudium.

Queris a me liquid aut in si rem conducem

pse sed diu non retentaui memoriam meam. ita
que non facile me sequitur. quod euenit libris
situ coherentibus hoc euenisse mi sentio. Expli
candus est animus et quecumque apud illum sunt
deposita subinde excuti debent ut parata sint
quotiens usus exegerit. Ergo hoc in pximum differ
amus. multum enim opere multum diligentie poscit.
Cum primum longiorem eodem loco speravero mo
ram tunc istud in manus sumam. Quedam enim
sunt que possis et in ciso scribere. quedam lectum et
ocium et secretum desiderant. Nichilominus hiis
quoque occupatis diebus agatur aliquid et quidem totis.
Numquam enim non succedent occupationes nouas serimus
illas. itaque ex una exeunt plures. deinde ipsi
nobis dilationem damus. Cum hoc pegero toto
animo incubabo et si hanc rem molestiam composuero
studio me dabo. Non cum uacaueris philoso
phandum est. omnia alia negligenda ut huic assi
deamus cui nullum tempus satis magnum est et
si a pueritia usque ad longissimos humani eui
terminos uita producitur. Non multum refert utrum
omittas philosophiam an intermittas. Non enim ut in
terrupta manet. sed eorum more que intenta desi
liunt usque ad initia sua recurrit quod a conti
natione discessit. Resistendum est occupa
tionibus nec explicande sed submouende sunt.
Tempus quidem nullum parum est ydoneum studio sa
lutari. atqui multi inter illa non student. propter que stu
dendum est. Incidet aliquid quod impediat non
quidem eum cuius animus in omni negocio letus atque
alacer est. Inperfecti adhuc interscidi leticia.
sapientis non contexitur. Gaudium illa eius rumpi
nulla fortuna. semper et ubique tranquillum est. non enim
ex alieno pendet nec fauorem fortune aut hominis
expectat. domestica illi felicitas est. Exiret ex
animo si intraret ubi nascitur. aliquando extrinsecus
quod amoueat mortalitatis intuenit. sed id
leue et quod summam cutem stringat. Aliquo inquam
incommodo afflatur. maximum illud est an illud
bonum est fixum. Ita dico extrinsecus aliqua sunt
incommoda. uelud in corpore interdum robusto so
lidoque eruptiones quedam pustularum et ulcu
scula. nullum in alto malum est. Hoc inquam interest
inter consummate sapientie uirum et alium procedentis
quod inter sanum et ex morbo graui ac diuturno
non emergentem. cui sanitatis loco est leuior
accessio. hic nisi attendit subinde grauatur
et in eadem resoluitur. sapiens recidere quidem
non pt. ne incidere quidem amplius. Corpori ad
tempus bona ualitudo est. quam medicus
etiam si reddidit non prestat. sepe ad eun
que aduocauerat excitat. Sed in totum sa

natur. Dicam quo intelligas sanum. Si se ipse contentus est. si confidit sibi. si scit omnia vota mortalium omnia beneficia que dantur petunturque nullum in beata vita habere momentum. Nam cui aliquid accedere potest id imperfectum est. cui abscedere id perpetuum non est. Cuius perpetua futura leticia est. in suo gaudeat. Omnia quibus vulgus inhiat ultro citroque fluunt. nichil dat fortuna mancipio. sed hec quoque fortuita tunc delectant cum illa racio temperavit ac miscuit. hec est que etiam externa commendat. quorum avidis usus ingratus est. Solebat Attalus hac ymagine uti. Vidisti aliquando canem missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem. Quicquid excepit protinus integrum devorat. et semper ad spem venturi hiat. Idem evenit nobis. quicquid expectantibus fortuna proiecit id sine ulla voluptate dimittimus. statim ad rapinam alterius erecti et attoniti. Hoc sapienti non evenit. plenus est. etiam si quid obvenit. secure excipit ac reponit. leticia fruitur maxima. continua sua. Habet aliquis bonam voluntatem. habet profectum sed cui multum desit a summo. hic deprimitur alternis et extollitur. ac modo ad celum elevatur. modo defertur ad terram. Imperitis ac rudibus nullus finis precipitandi est. In epycureum illud chaos decidunt. inane sine termino est. Adhuc genus tertium eorum qui sapiencie alludunt. quam non quidem contigerunt in conspectu tamen et ut ita dicam sub ictu habent. Hii concutiuntur. ne defluunt quidem. non dum in sicco iam in portu sunt. Ergo cum tam magna sint inter summos imosque discrimina. cum medios quoque sequatur fluctus suus. sequaturque ingens periculum ad deteriora redeundi. non debemus occupacionibus indulgere. excludende sunt. Si semel intraverint in locum suum alias constituent. Principiis illarum obstemus. melius non incipiant quam desinant. Vale.

Liber xi. Quod nulli debent esse graciores principibus quam philosophie studentes. Et de excellentissima boni vita.

e. 73.
c. i

Errare mihi videntur qui potentiam existimant philosophie fideliter deditos contumaces esse ac refractarios et contemptores magistratuum aut regum eorumve per quos publica administrantur. Econtrario enim nulli adversus illos graciores sunt. Nec immerito. nullis enim plus prestant quam quibus frui tranquillo ocio licet. Itaque hii quibus multum ad propositum bene vivendi confert securitas publica. necesse est auctorem huius rei ut parentem colant. Multo quidem magis quam illi inquieti et in medio positi qui multa principibus debent sed multa et imputant. quibus numquam tam plene occurrere ulla liberalitas potest. ut cupiditates eorum que crescunt dum implentur exatiet. Quisquis autem de accipiendo cogitat oblitus accepti est. nec ullum habet malum cupiditas maius quam quod ingrata est. Adice nunc quod nemo eorum qui in re publica versantur quot vincat sed a quibus vincatur aspicit. et illis non tam iocundum est multos post se videre quam grave aliquem ante se. Habet hoc vitium omnis ambicio. non respicit. nec ambicio tantum instabilis est. verum omnis cupiditas. quia incipit semper a fine. At ille vir sincerus et purus qui reliquit et curiam et forum et omnem administracionem rei publice ut ad ampliora se reciperet. diligit eos per quos hoc facere tuto licet. solusque illis gratuitum testimonium reddit et magnam rem nescientibus debet. Quemadmodum preceptores suos veneratur ac suspicit quorum beneficio illis inviis exiit. sic et hos sub quorum tutela positus exercet artes bonas. Verum et alios rex viribus suis protegit. Quis negat? Sed quemadmodum Neptuno plus se debere iudicat ex hiis qui eadem tranquillitate usi sunt qui plura et preciosiora illo mari vexit. Animosius a mercatore quam ab auctore solvitur votum. et ex ipsis mercatoribus effusius gratus est qui odores ac purpuras et auro pensitanda portabat quam qui vilissima quaeque et saburre loco futura congesserat. sic huius pacis beneficium ad omnes pertinentis altius ad eos pervenit qui ea bene utuntur. Multi sunt ex hiis togatis quibus pax operosior bello est. An idem existimas pro pace debere eos qui eam ebrietati aut libidini impendunt aut aliis viciis que vel bello rumpenda sunt? Nisi forte iam iniquum putas esse sapientem ut nichil viritim se debere pro communibus bonis iudicet. Soli lunaeque plurimum debeo et non uni mihi oriuntur. anno temperantique annum deo privatim obligatus sum. quamvis nichil in meum honorem descripta sint. Sed stulta avaricia mortalium possessionem proprietatemque discernit. nec quicquam suum credit esse quod publicum est. At ille sapiens nichil iudicat suum magis quam cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim essent ista communia nisi pars illorum pertineret ad singulos. Socium efficit etiam quod ex minima porcione commune est. Adice nunc quod magna et vera bona non sic dividuntur ut in singulos exiguum cadat. ad unum quemque tota perveniunt. Ex congiario tantum ferunt homines quantum in capita promissum est. Epulum et

inseratio et quicquid aliud manu capitur discedere
in partes. At hec individua bona pax et libertas
ea tam omnia in tota quam singulorum sunt. Cogitat
itaque per quem sibi horum usus fructusque contingat, per
quem non ad arma illum nec ad servandas vi-
gilias nec ad menia tuenda et multiplex bel-
li tributum publica necessitas vocet, agitque gub-
natori suo gratias. Hoc docet philosophia precipue bene
debere beneficia, persolvere. Interdum autem solutio
est ipsa confessio. Confitebitur ergo multum se debere
ei cuius administratione ac providentia contigit illi
pingue otium et arbitrium sui temporis et imper-
turbata publicis occupationibus quies. O me li-
bee, deus hec nobis otia fecit. Namque erit
ille mihi semper deus. Si illa quoque otia multum auctori
suo debent, quorum munus hoc maximum est: Ille me-
as errare boves ut cernis et ipsum ludere
que vellem calamo permisit agresti. Quanti
existimamus hoc otium quod inter deos agitur, quod
deos facit? Ita dico Lucili et te in celum compen-
dio voco. Solebat Sextius dicere Iovem non
plus posse quam bonum virum. Plura Iupiter habet
que prestet hominibus, sed inter duos bonos non est
melior qui locupletior, non magis quam inter
duos quibus par scientia regendi gubernaculum est
meliorem dixeris cui maius speciosiusque na-
vigium est. Iupiter quo antecedit virum bonum?
diutius bonus est. Sapiens nichilo se minoris
existimat quod virtutes eius spatio breviore clau-
duntur. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior
decessit non est beatior eo cuius intra paucio-
res annos terminata virtus est, sic deus non vincit sa-
pientem felicitate etiam si vincit etate. Non est
virtus maior que longior. Iupiter omnia habet, sed nempe
aliis tradidit habenda. Ad ipsum hic unus usus
pertinet quod utendi omnibus causa est. Sapiens tam equo
animo omnia apud alios videt contemnitque quam
Iupiter, et hoc se magis suspicit quod Iupiter uti
illis non potest, sapiens non vult. Credamus itaque
Sextio monstranti pulcherrimum iter et clamanti: hac
itur ad astra, hac secundum frugalitatem, hac secundum tem-
perantiam, hac secundum fortitudinem. Non sunt dii
fastidiosi, non invidi; admittunt et ascendentibus
manus porrigunt. Miraris hominem ad deos ire?
deus ad homines venit, immo quod est propius in ho-
mines venit. Nulla sine deo mens est bona. Se-
mina in corporibus humanis divina dispersa sunt.
Que si bonus cultor excipit similia origini
paruit et paria hiis ex quibus orta sunt sur-
gunt. Sed malus non aliter quam humus sterilis
ac palustris necat ac deinde creat purgamenta
pro frugibus. Vale. De inani metu ex quibus
oriatur causis et quibus purgetur remediis.
Et quod ea que vulgus habet pro optimis bona
non sunt contra quod opinionem sentiat cum so

Epistula tua delectavit me et lucione
marcentem excitavit, memoriam quoque
meam que iam mihi segnis ac lenta est evocavit.
Quid ni tu mi Lucili maximum putes instru-
mentum beate vite hanc persuasionem unum bonum esse quod
honestum est? Nam qui alia bona iudicat in for-
tune venit potestatem, alieni arbitrii fit. Qui omne
bonum honesto circumscripsit intra se felix est.
Hic amissis liberis mestus, hic sollicitus egris,
hic turpibus et aliqua passis infamiam tristis. Hunc
illum videbis aliene uxoris amore cruciari,
illum sue. Non deerit quem repulsa distorqueat,
erunt quos ipse honor vexet. Illa vero maxima
est ex omni mortalium populo turba miserorum
quos expectatio mortis exagitat undique impendens.
Nichil enim est unde non subeat. Itaque ut in hosti-
li regione versantibus huc et illuc circumspiciendum est
et ad omnem strepitum circumagenda cervix. Nisi hic
timor ex pectore eiectus est, palpitantibus pre-
cordiis vivitur. Occurrent acti in exilium et evolu-
ti bonis. Occurret quod genus egestatis gravissimum est,
in divitiis inopes. Occurrent naufragi similiave
naufragiis passi, quos aut popularis ira aut in-
vidia perniciosum optimis telum inopinantes
securosque disiecit procelle more, que in ipsa se-
renitatis fiducia solet emergere, aut fulminis subiti
ad cuius ictum etiam vicina tremuerunt. Nam ut
illic quisquis ab igne propior stetit percusso similis
obstupuit, sic in hiis per aliquam vim acciden-
tibus calamitas unum opprimit, ceteros me-
tus pariterque passis tristitiam facit pati posse.
Omnium animos mala aliena ac repentina sollicitant.
Quemadmodum aves etiam inanis funde sonus
terret, ita nos non ad ictum tantum exagitamur
sed ad crepitum. Non potest ergo quisquam beatus esse qui
huic se opinioni crediderit. Non enim beatum est
nisi quod intrepidum. Inter suspecta male vivitur.
Quisquis se multum fortuitis dedit, ingentem sibi
materiam perturbationis et inexplicabilem facit. Una
hec via est ad tuta vadendi et externa despicere
et honestis contentum esse. Nam qui aliquid melius
putat aut ullum preter illa bonum, ad hec que a
fortuna sparguntur sinum expandit et sollicitus
missilia eius expectat. Hanc enim imaginem
animo tuo propone: ludos facere fortunam et in hunc
mortalium cetum honores divitias gratiam
excutere, quorum alia inter diripientium manus scis-
sa sunt, alia infida societate divisa, alia
magno detrimento eorum in quos devenerant

pressa. Ex quibus quedam aliud agentibus
inciderunt. quedam quam minus captabantur amis-
sa et dum avide rapiuntur expulsa sunt. Nulli
non etiam cui rapina feliciter cessit gaudium
rapti duravit in posterum. Itaque prudentissimus
quisque cum primum induci videt munuscula a
theatro surgit et scit magno parva constare.
Nemo manum conserit cum recedente. nemo exe-
untem ferit. circa premium rixa est. Idem in hiis
evenit que fortuna desuper iactat. estuamus miseri
distringimur. multas habere cupimus manus. in illam
respicimus. nimis tarde mitti videntur que cupidi-
tates nostras irritant. ad paucos perventura ex-
pectantur omnibus. ire obviam cadentibus cupimus.
Gaudemus invasimus. invidemus quos aliqua spes
vana delusit. vilem predam magno aliquo in-
commodo luimus aut fallunt. Secedamus itaque ab
istis ludis et demus raptoribus locum. illi spectent
bona ista pendentia et ipsi magis pendeant. Quicum-
que beatus esse constituet unum esse bonum putet
quod honestum est. Nam si ullum aliud existimat primum
male de providentia iudicat. quia multa incommoda
iustis viris accidunt. et quia quicquid nobis dedit breve est
et exiguum si compares mundi totius evo. Ex hac
deploratione nascitur ut ingrati divinorum interpre-
tes simus. Querimur quod non semper quod et pauca nobis
et incerta et habitura contigerunt. inde est quod nec vivere
nec mori volumus. vite nos odium tenet. timor
mortis. natat omne consilium nostros implere
nulla felicitas potest. Causa autem est quod non pervenim-
mus ad illud bonum insuperabile. ubi necesse est
resistat voluntas nostra. quia ultra summum non
est locus. Queris quare virtus nullo egeat. pre-
sentibus gaudeat. non concupiscat absentia.
Nichil non illi magnum est quod satis. Ab hoc
discede iudicio. non pietas constabit non fides.
Multa utraque prestare cupienti patienda sunt
ex hiis quibus indulgemus tamquam. perit fortitudo
que periculum facere debet sui. perit magnitudo animi que
non potest eminere nisi omnia velut minuta
contempsit. que pro maximis vulgus optat. perit gratia
et relatio gratie. si timetur labor. si quicquam preciosi-
us fide novimus. si non optima spectamus. Pre-
terea aut ista bona non sunt que vocantur aut homo felici-
or est deo. Quoniam quidem que parata nobis sunt
non habet in usu deus. Nec enim libido ad illum nec
epularum lauticia nec opes nec quicquam ex hiis
hominem lenocinantibus et vili voluptate ducentibus
pertinet. Ergo aut incredibile est deo bona deesse
aut hoc ipsum argumentum est bona non esse quod deo desu-
nt. Adice quod multa que bona videri volunt
animalibus quam homini plenius contingunt. Illa ci-
bo avidius utuntur. venere non eque fatigantur.
virium illis maior est et equabilior firmitas.
Sequitur ut multo feliciora sint homine. Nam sine
nequitia. sine fraudibus degunt. fruuntur
voluptatibus quas et magis capiunt sine ullo
pudoris aut penitentie metu. Considera tu
itaque an bonum vocandum sit quo deus ab
homine vincitur. Summum bonum in animo contineamus.
obsolescit si ab optima nostri parte ad pessimam
transit et transfertur ad sensus qui agiliores sunt
animalibus mutis. Non est summa felicitatis nostre
in carne. illa bona ponenda sunt vera que ra-
tio dat. solida ac sempiterna que cadere non possunt
ne decrescere quidem ac minui. Cetera opinione
bona sunt et nomen habent commune cum veris. propri-
etas quidem in illis boni non est. Itaque commo-
da vocentur et ut nostra lingua loquar produ-
cta. Ceterum sciamus mancipia nostra esse. non partes
et sic sint apud nos. sed ita meminerimus extra
nos esse etiam si apud nos sint. inter subiecta et
humilia numerentur. propter que nemo se attollere debeat.
Quid enim stultius quam aliquem eo sibi placere quod
ipse non fecit. Omnia ista nobis accedant. non he-
reant. ut si abducentur sine ulla nostri lacera-
tione discedant. Utamur illis non gloriemur. et utamur
parce tamquam depositis apud nos et abituris. Quis-
quis illa sine ratione possedit non diu tenuit.
Ipsa enim se felicitas nisi temperatur premit. Si quis fu-
gacissimis bonis credidit cito deseritur. et ut
deseratur affligitur. Paucis deponere felicitatem
molliter licuit. Ceteri cum hiis inter que emi-
nuere labuntur et illos degravant ipsa que extu-
lerant. Ideo adhibenda prudentia que modum
illis ac parsimoniam imponat. Quoniam quidem licentia
opes suas precipitat atque urget nec umquam im-
modica duraverunt nisi illa moderatrix ratio compescuit.
Hoc multarum tibi urbium ostendet eventus
quarum in ipso flore luxuriosa imperia cor-
ruit. adversus hos casus muniendi sumus. Nullus
autem contra fortunam inexpugnabilis murus est.
Intus instruamur. si illa pars tuta est pulsari ho-
mo potest. Quid sit hoc instrumentum scire desideras.
Nichil indignetur sibi accidere. sciat quod illa ipsa qui-
bus ledi videtur ad conservationem universi pertine-
re et ex hiis esse que cursum mundi officiumque consu-
mmant. Placeat homini quicquid deo placuit.
ob hoc ipsum suaque miretur. Quod non potest vinci quod
mala ipsa sub se tenet. quod ratione qua valentius
nichil est casum doloremque et iniuriam subigit. A-
ma rationem. Huius te amor contra durissima
armabit. Feras catulos amor in venabula
impingit. feritasque et inconsultus impetus prestat

in domitos. Iuuenilia non numquam ingenia cu-
pido glorie in contemptum tam ferri quam ignium im-
pulit. species quosdam atque umbra uirtutis in
mortem uoluntariam trudit. Quanto hiis omnibus
fortior ratio est quanto constantior tanto uehemen-
tius per metus ipsos et pericula exibit. Nichil a-
gitis inquit si negatis ullum esse aliud honesto
bonum. non faciet uos hec munitio tutos a for-
tuna et immunes. Dicitis enim inter bona esse liberos pi-
os et bene moratam patriam et parentes bonos.
horum pericula non potestis spectare securi. pertur-
babit uos obsidio patrie. liberorum mors pa-
rentum seruitus. Quid aduersus hos pro nobis re-
deri soleat ponam. deinde tunc addiciam quid
preterea respondendum putem. Alia condicio est in hiis
que ablata in locum suum aliquid incommodi substitu-
unt. tamquam bona ualitudo uiciata in malam
transfertur. acies oculorum extincta cecitate uos affe-
cit. nec tantum uelocitas perit poplitibus incisis
sed debilitas pro illa subit. Hoc non est periculum in hiis
que paulo ante retulimus. Quare? si amicum bonum
amisi non est mihi pro illo perfidia patienda nec si bo-
nos liberos extuli in illorum locum impietas succe-
dit. Deinde non amicorum illic aut liberorum interitus
sed corporum est. Bonum autem uno modo perit si in
malum transit quod natura non patitur. quia omnis uirtus
incorrupta est. Deinde etiam si amici perierint etiam
si probati respondentesque uoto patris liberi. est quod
illorum expleat locum. Quid sit queris? Quod illos
bonos fecerat uirtus. Hec nichil uacare patitur
loci. totum animum tenet. desiderium omnium tollit.
Sola satis est. omnium bonorum uis et origo in ipsa
est. Quid refert an aqua decurrens intercipiatur
atque abeat si fons ex quo fluxerat saluus est.
Non dices uitam iustiorem saluis liberis quam
amissis nec ordinatiorem nec prudentiorem nec ho-
nestiorem. Ergo ne meliorem quidem. Non facit di-
lectio amicorum sapientiorem. non facit stultio-
rem detractio. ergo nec beatiorem aut miseriorem.
Quamdiu uirtus salua fuerit non senties quod abces-
serit. Quid ergo? non est beatior et amicorum
et liberorum turba succinctus? Summum enim bonum
nec infringitur nec augetur. in suo modo permanet
utcumque fortuna se gessit. siue illi senectus lon-
ga contigit siue citra senectutem finitus est
eadem mensura summi boni est quamuis etas
diuersa sit. Utrum maiorem an minorem circulum
scribas ad spatium eius pertinet non ad for-
mam. licet alter diu manserit alterum statim obduxeris
et in eum in quo scriptus est puluerem solueris in e-
adem uterque forma fuit. Quod rectum est nec
magnitudine estimatur nec numero nec tempore. non

magis produci quam contrahi potest. Honestam ui-
tam ex centum annorum numero et in quantum uo-
les corripe et in unum diem coge. eque honesta est.
Modo latius uirtus funditur. regna urbes pro-
uincias temperat. fert leges. colit amicicias.
inter propinquos liberosque dispensat officia. Mo-
do arto fine circumdatur paupertatis exilii orbi-
tatis. non tamen minor est si ex altiore fastigio[al. dio.]
in priuatum ex regio in humilem statum subducitur
ex publico et spacioso iure in angustias domus
uel anguli coit. eque magna est et si in se re-
cessit undique exclusa. nichilominus enim magni
spiritus est et erecti exacte prudentie. indecli-
nabilis iusticie. ergo eque beata est. Beatum enim illud
uno loco positum est in ipsa mente. stabile gran-
de tranquillum. Quid si sine sciencia diuinorum hu-
manorumque non potest effici? Sequitur illud quod me
tractaturum dicebam. Non affliget sapientem
liberorum amissione non amicorum. Eodem enim animo
fert illorum mortem quo suam expectat. nec magis
hanc timet quam illam dolet. Virtus enim conuem-
entia constat. omnia opera eius cum ipsa concordant
et congruunt. hec concordia perit si animus quem
excelsum esse oportet luctu aut desiderio summittitur.
Inhonesta est omnis trepidatio et sollicitudo et
in ullo actu pigricia. Honestum enim securum
expeditum est interritum est in procinctu stat. Quid
ergo? non aliquid perturbationi simile patiatur? non
et color eius mutabitur et uultus agitabitur
et artus refrigescent et quicquid aliud non ex im-
perio animi sed inconsulto quodam nature impetu
geritur? Fateor. sed manebit illi persuasio e-
adem nichil illorum malum esse nec dignum ad quod
mens sana deficiat. Omnia que facienda erunt
audacter faciet et propere. Hoc enim stultitie proprium quis
esse dixerit ignaue et contumaciter facere que faciat
et alio corpus impellere alio animum distrahique
inter diuersissimos motus. Nam propter illa ipsa quibus
extollit se miraturque contempta est et ne illa
quidem quibus gloriatur libenter facit. Si uero aliquid
timet malum eo perinde dum expectat quasi ue-
nisset urgetur et quicquid ne patiatur timet iam
metu patitur. Quemadmodum in corporibus insequentis lan-
guoris signa precurrunt. quedam enim segnicia
neruis est et sine labore ullo lassitudo et o-
scitatio et horror membra percurrens. sic infirmus
animus multo ante quam opprimatur malis quatitur.
presumit illa et ante tempus cadit. Quid autem de-
mentius quam angi futuris nec se tormento reser-
uare sed accersere sibi miserias et admouere?
quas optimum est differre si discutere non possis.
Vis scire futuro neminem debere torqueri?

soli

quicunque audierit post quinquagesimum annum supplicia non perturbant qui si medium spacium transiliunt et in illum statim post futurum sollicitudinem immiserit eodem modo fit ut alios liberent egros et captiuos cas doloris uetera atque oblitterata contristet et que sunt absunt ne ultra sentiantur. Non est sic extremo quo sentias dolorem. Vale. Quod uerba philosophi non amicitati debent esse et arida. Et de tribus generibus

e. lxx.
c. 3.

Minus tibi accuratas ... hominum in philosophia proficientium.

Minus tibi accuratas a me epistolas mitti quereris. Quis enim accurate loquitur nisi qui uult putide loqui. Qualis sermo meus esset si una sederemus aut ambularemus illaboratus et facilis tales esse epistolas meas uolo que nichil habent accersitum nec fictum. Si fieri posset quid sentiam ostendere quam loqui mallem. Etiam si disputarem nec supploderem pedem nec manum iactarem nec attollerem uocem sed ista oratoribus reliquissem contentus sensus meos ad te pertulisse quos nec exornassem nec abiecissem. Hoc unum plane tibi approbare uellem omnia me illa sentire que dicerem et non tantum sentire sed amare. Aliter homines amicam aliter liberos osculantur. Tamen in hoc quoque amplexu tam sancto et moderato satis apparet affectus. Non mehercule ieiuna esse et arida uolo que de rebus tam magnis dicentur. Neque enim philosophia ingenio renunciat. Multum tamen opere impendi uerbis non oportet. Hec sit propositi nostri summa quod sentimus loquimur quod loquimur sentiamus. Concordet sermo cum uita. Ille promissum suum impleuit qui et cum uideas illum et cum audias idem est. Videbimus qualis sit quantus sit unus sit. Non delectent uerba nostra sed prosint. Si tamen contingere eloquencia non sollicito potest si aut paruo constat assit et res pulcherrimas prosequatur. Sit talis ut res potius quam se ostendat. Alie artes ad ingenium tote pertinent. Hic animi negocium agitur. Non querit eger medicum loquentem sed si ita competit ut idem ille qui sanare potest compte de hiis que facienda sunt disserat boni consulet. Non tamen erit quare gratuletur sibi quod inciderit in medicum et disertum. Hoc enim tale est quale si peritus gubernator etiam formosus est. Quid aures meas scabis. Quid oblectas. Aliud agitur. Urendus secandus abstinendus sum. Ad hoc adhibitus es. Curare debes ueterem grauem publicum morbum. Tantum negocium habes quantum in pestilencia medicus. Circa uerba occupatus es. Iam dudum gaude si sufficis rebus. Quando multa disces. Quando que didiceris affigas tibi ita ut didiceris. Affiges tibi ita ut excidere non possint. Quando illa experieris. Non enim ut cetera memorie tradidisse satis est. In opere temptanda sunt. Non est beatus qui scit illa sed qui facit. Quid ergo. Infra illum et illum nulli gradus sunt. Statim a sapiencia preceps est. Non enim ut existimo. Nam qui proficit in numero quidem stultorum est sed magno interuallo ab illis diducitur. Inter ipsos quoque proficientes sunt magna discrimina. In tres classes ut quibusdam placet queda diuiduntur. Primi sunt qui sapienciam non dum habent sed iam in uicinia eius constiterunt. Tamen etiam quod prope est extra est. Qui sint hii queris. Qui omnes iam affectus ac uicia posuerunt. Que erant complectenda didicerunt sed illis adhuc inexperta fiducia est. Bonum suum non dum in usu habent. Iam tamen in illa que fugerunt decidere non possunt. Iam ibi sunt unde non retro labuntur. Sed hoc illis de se non dum liquet quod in quadam epistola scripsisse me memini scire se nesciunt. Iam contingit illis bono suo frui nondum confidere. Quidam hoc proficiencium genus de quo locutus sum ita complectuntur ut illos dicant iam effugisse morbos animi affectus nondum et adhuc in lubrico stare quia nemo sit extra periculum malicie nisi qui totam excussit. Nemo autem illam excussit nisi qui pro illa sapienciam assumpsit. Quid inter morbos animi intersit et affectus sepe iam dixi. Nunc quoque te admonebo. Morbi sunt inueterata uicia et dura ut auaricia ut ambicio. Quare actum eius animum complexerunt perpetua eius mala esse ceperunt. Et ut breuiter finiam morbus est iudicium in prauo pertinax. Tanquam ualde appetenda sint que leuiter expetenda sunt. Uel si mauis ita finiamus nimis inminere leuiter petendis aut in magno precio habere in aliquo habenda uel in nullo. Affectus sunt motus animi improbabiles subiti et concitati qui frequentes neglecti fecere morbum sicut distillacio una nec adhuc in morem adducta tussim facit assidua et uetus tisim. Itaque qui plurimum profecere extra morbos sunt affectus adhuc sentiunt. Perfecto proximi. Secundum genus est eorum qui et maxima animi mala et affectus deposuerunt. Sed ita ut non sit illis securitatis sue certa possessio. Possunt enim in eadem relabi. Tercium genus illud est extra multa et magna uicia esse sed non extra omnia. Effugit auariciam sed iram adhuc sentit. Iam non sollicitatur libidine sed etiam nunc ambicione. Iam non concupiscit sed adhuc timet. Sed in ipso metu ad quedam satis firmus est quibusdam cedit. Mortem contemnit dolorem reformidat. De hoc aliquid cogitemus. Bene nobiscum agetur si in hunc admittimur numerum. Magna felicitate nature magnaque et assidua intencione et studio secundus occupatur gradus. Sed nec hic quidem contempnendus color tercius. Cogita quantum circa te uideas

malorum aspice quod nullum sit nephas sine exemplo quantum cotidie nequitia proficiat quantum publice privatimque peccetur. Intelliges satis nos consequi si inter pessimos non sumus. Ego vero inquis spero me posse et amplioris ordinis fieri. Optaverim hoc nobis magis quam promiserim. Preoccupati sumus ad virtutem contendimus inter vitia districti. Pudet dicere honesta colimus quantum vacat. At quam grande premium expectat nos si occupationes nostras et mala tenacissima abrumpimus. Non cupiditas nos non timor pellet. Inagitati terroribus incorrupti voluptatibus nec mortem horrebimus nec deos. Sciemus mortem malum non esse deos malos non esse. Tam imbecillum est quod nocet quam cui nocetur. Optima vi noxia carent. Expectat nos si ex hac aliquando fece in illud evadimus sublime et excelsum tranquillitas animi et expulsis erroribus absoluta libertas. Queris que sit ista. Non homines timere non deos non turpia velle nec nimia in se ipso habere maximam potestatem. Inestimabile bonum est suum fieri. Vale.

Quod sit etiam in senectute discendum. Et quod proprium et verum hominis bonum ratio sit.

Inimicitias mihi denuntias si quicquam ex his que cotidie facio ignoraveris. Vide quam simpliciter tecum vivam. Hoc quoque tibi committam. Philosophum audio et quidem quintum iam diem habeo ex quo in scolam eo et ab octava disputantem audio. Bona inquis etate. Quidni bona. Quid autem stultius quam que diu non didiceris non discere. Quid ergo idem faciam quod trossuli et iuvenes. Bene mecum agitur si hoc unum senectutem meam decet. Omnis etatis homines hec scola admittit. In hoc senescamus ut iuvenes sequamur. In theatrum senex ibo et in circum deferar et nullum par sine me depugnabit. Ad philosophum ire erubescam. Tam diu discendum est quam diu nescias et si proverbio credimus quam diu vivas. Nec ulli hoc rei magis convenit quam huic. Tam diu discendum est quemadmodum vivas quam diu vivas. Ego tamen illic aliquid et doceo. Queris quid doceam. Etiam seni esse discendum. Pudet me autem generis humani quotiens scolam intravi. Preter ipsum theatrum Neapolitanorum ut scis transeundum est Metronactis petentibus domum. Illud quidem fartum est et ingenti studio quis sit pithaules bonus iudicatur. Habet tubicen quoque Grecus et preco concursum. In illo loco in quo vir bonus queritur in quo vir bonus discitur paucissimi sedent et hii plerisque videntur nihil boni negotii habere quod agant. Inepti et inertes vocantur. Mihi contingat iste derisus. Equo animo audienda sunt imperitorum convicia et ad honesta vadenti contemnendus est ipse contemptus.

Perge Lucili et propera ne tibi accidat quod mihi ut senex discas. Immo ideo magis propera quoniam id nunc aggressus es quod perdiscere vix senex possis. Quantum inquis proficiam. Quantum temptaveris. Quid expectas. Nulli sapere casu obtigit. Pecunia veniet ultro honor offeretur gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi. Virtus in te non incidet. Ne levi quidem opera aut parvo labore cognoscitur. Sed est tanti laborare omnia bona semel occupaturo. Unum enim est bonum quod honestum. In illis nihil invenies veri nihil certi quecumque fame placent. Quare autem unum sit bonum quod honestum dicam quoniam parum me executum priore epistola iudicas magisque hanc rem tibi laudatam quam probatam putas et in artum que dicta sunt contraham. Omnia suo bono constant. Vitem fertilitas commendat et sapor vini velocitas cervum. Quam fortia dorsa iumenta sint queris quorum hic unus est usus sarcinam ferre. In cane sagacitas prima est si investigare debet feras cursus si consequi audacia si mordere et invadere. Id in quoque optimum esse debet cui nascitur quo censetur. In homine optimum quid est. Ratio. Hac antecedit animalia deos sequitur. Ratio ergo perfecta proprium bonum est. Cetera illi cum animalibus satisque communia sunt. Valet et leones. Formosus est et pavones. Velox est et equi. Non dico in his omnibus vincitur. Non quero quid in se maximum habeat sed quid suum. Corpus habet et arbores. Habet impetum ac motum voluntarium et bestie et vermes. Habet vocem sed quanto clariorem canes acutiorem aquile graviorem tauri dulciorem mobilioremque luscinii. Quid in homine proprium. Ratio. Hec recta et consummata felicitatem hominis implevit. Ergo si omnis res cum bonum suum perfecit laudabilis est et ad finem nature sue pervenit. Homini autem suum bonum ratio est. Si hanc perfecit laudabilis est et finem nature sue tetigit. Hec ratio perfecta virtus vocatur eademque honestum est. Id itaque unum bonum est in homine quod unum hominis est. Nunc enim non querimus quid sit bonum sed quid sit hominis bonum. Si nullum aliud est hominis quam ratio hec erit unum eius bonum sed pensandum cum omnibus. Si sit aliquis malus puto improbabitur. Si bonus puto probabitur. Id ergo in homine primum solumque est quo et probatur et improbatur. Non dubitas an hoc sit bonum. Dubitas an solum bonum sit. Si quis omnia alia habeat valitudinem divitias imagines multas frequens atrium sed malus ex confesso sit improbabis illum. Item si quis nihil quidem eorum que retuli habeat deficiatur pecunia clientium turba nobilitate et avorum proavorumque serie sed ex confesso bonus sit

probabis illum. Ergo hoc unum est bonum
hominis. quod qui habet etiam si aliis destituitur
laudandus est. quod qui non habet in omni aliorum copia
damnatur ac reicitur. Que condicio rerum eadem
est hominum. Navis bona dicitur non que preciosis
coloribus picta est. nec cui argenteum aut aure-
um rostrum est. nec cuius ebore tutela est. nec
que fiscis atque opibus regiis pressa est sed stabilis
et firma et iuncturis aquam excludentibus spissa.
ad ferendum incursum maris solida. guberna-
culo parens velox et non sentiens ventum.
Gladium bonum dices non cui auratus balteus
nec cuius vagina gemmis distinguitur. sed cui
ad secandum subtilis acies est et mucro mu-
nimentum omne rupturus. Regula non quam for-
mosa sed quam recta sit queritur. Et quid laudatur
quod comparatur quod illi proprium est. Ergo in homine quoque
nichil ad rem pertinet. quantum aret quantum fene-
ret a quam multis salutetur. quam precioso incubat
lecto quam perlucido bibat poculo. sed quam bonus
sit. Bonus autem est si ratio explicata et recta
est. et ad nature sue voluntatem accommodata. hec
vocatur virtus. hoc est honestum et unicum hominis
bonum. Nam cum sola ratio perficiat hominem sola
ratio perfecta beatum facit. hoc autem unum bonum est quo
uno beatus efficitur. Dicimus et illa bona esse que
a virtute profecta contractaque sunt. id est opera eius
omnia. sed ideo unum ipsa bonum est quia sine illa
non est. Si omne bonum in animo est. quicquid
illud confirmat extollit amplificat bonum est.
Validiorem autem animum et excelsiorem et ampliorem
facit virtus. Nam cetera que cupiditates nostras
irritant deprimunt quoque animum et labefaciunt. et cum
videntur attollere inflant ac multa vanitate
deludunt. Ergo unum id bonum est quo melior
animus efficitur. Omnes actiones totius vite hone-
sti ac turpis respectu ordinantur. Ad hoc faciendi
et non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam.
Vir bonus quod honeste se facturus putaverit
faciet. et si periculosum si laboriosum erit faciet
etiam si periculosum erit. Rursus quod turpe erit
non faciet etiam si pecuniam afferat etiam si
voluptatem et si potentiam. ad aliquid honestum
nulla re deterrebitur. ad turpia nulla invitabitur.
Ergo si honestum utique secuturus et omni actu
vite spectaturus est hoc duo. nec aliud malum
quam turpe. Si una et indepravata virtus et so-
la permanet tenoris sui. unum est bonum virtus
cui iam accidere si bonum potest mutationis pe-
riculum effugit. Stultitia ad sapientiam erepit. sapientia
in stultitiam non revolvitur. Dixi si forte me-
ministi certum vulgus et formidata inconsulto
impetu plerosque calcasse. Inventus est qui fla-
mmis imponeret manum. cuius risum non inte-
rrumperet tortor. qui in funere liberorum lacrimam
non mitteret. qui morti non trepidus occurreret.
Amore non ira cupiditas pericula depopo-
scerunt. Quod potest brevis obstinatio animi aliquo
stimulo excitata quanto magis virtus que non
ex impetu nec subito sed equaliter valet. cui per-
petuum robur est. Sequitur ut que ab inconsultis
sepe contemnuntur a sapientibus semper ea nec bona
nec mala sint. Unum ergo bonum ipsa virtus est que
inter hanc fortunam et illam superba incedit cum
magno utriusque contemptu. Si hanc opinionem
receperis aliquid bonum esse preter honestum nulla
non virtus laborabit. Nulla enim poterit obtineri
quicquam si extra se respexerit. quod si est rationi
repugnat ex qua virtute est. et veritati que
sine ratione non est. Quecumque autem opinio veritati
repugnat falsa est. Virum autem concedas necesse
summe pietatis erga deos esse. Itaque quicquid
illi accidit equo animo sustinebit. Sciet enim
accidisse sola divina lege qua universa proce-
dunt. Quod si est unum illi bonum erit quod honestum.
In hoc enim positus et parere diis nec excandes-
cere ad subita nec deplorare sortem suam sed
sapienter excipere fatum et facere imperata. Si ullum
aliud est bonum quam honestum. sequetur aviditas
vite aviditas rerum vitam instruentium quod intollerabile
est infinitum vagum. Solum ergo bonum est ho-
nestum cui modus est. Diximus futuram hominum feli-
ciorem vitam quam deorum si ea bona sunt quorum nullus
diis usus est tamquam pecunia honores. Adice nunc
quod si modo solute corporibus anime manent felicior
illis status restat quam est dum versantur in corpore. atqui
si ista bona sunt quibus per corpora utimur emissis
erit peius. quod contra fidem est. Certum est feli-
ciores esse liberos et universo datos clausis et ob-
sessis. Illud quoque dixeram si bona sunt ea que tam
homini contingunt quam mutis animalibus et mu-
ta animalia habent beatam vitam acturam quod fieri nullo
pacto. Omnia pro honesto patienda sunt quod non erat
faciendum si esset ullum aliud bonum quam honestum.
Hec quamvis latius executus essem priore epistola con-
stricte et breviter percurri. Numquam autem vera opinio
talis tibi videbitur nisi animum allevas et te
ipse interrogas si res exegerit ut pro patria mo-
riaris et salutem omnium civium tua redimas
an porrecturus sis cervicem non tantum patienter
sed etiam libenter. Si hoc facturus es nullum aliud
bonum est. Omnia enim relinquimus ut hoc habeas.
Vide quanta vis honesti sit. pro re publica morieris
etiam si statim hoc facturus eris cum scieris

ex faciendi modum ex re pulcherrima magnum gaudium exiguo tempore. Ad breve tempus capitur et cuius fructus operis illius ad defunctum exemptumque humanis rebus pertineat. ipsa in contemplatione futuri operis innatat. et vir fortis ac iustus cum mortis sue pretia ante se ponit. libertatem patrie, salutem omnium pro quibus dependit animam in summa voluptate est. et periculo suo fruitur. Sed ille quoque cui etiam hoc gaudium eripitur quia tractare (at ope) operis magni et ultime non prestant nichil cunctatus desiliet in mortem. facere recte pieque contentus. Oppone etiam nunc illi multa que dehortentur. dic factum tuum matura sequetur oblivio et parva grata existimatio civium. respondebit Ista omnia extra opus meum sunt ergo contemplor hoc. et honestum scio. Itaque quocumque ducit ac vocat venio. hoc ergo bonum est quod non tantum perfectus animus sed generosus et indolis bone sentit. cetera levia sunt mutabilia. Ita que sollicite possidentur. etiam si favente fortuna in unum congesta sunt dominis suis incumbunt gravia et illos semper premunt. aliquando et illudunt. Nemo ex istis quos purpuratos vides felix est non magis quam ex illis quibus sceptrum et clamidem in scena fabule assignat. Cum presenti populo lati incesserunt et cothurnati simul exierunt et excalceati ad staturam suam redeunt. Nemo istorum quos divitie honoresque in altiore fastigio ponunt magnus est. Quare ergo magnus videtur. cum basi illum sua metiris. magnus pumilio licet in monte constiterit. Colosus magnitudinem suam servabit et si steterit in puteo. Hoc laboramus errore sic nobis imponitur quod neminem extimamus eo quod est sed adicimus illi et ea quibus adornatus est. Atqui cum voles veram hominis existimationem inire et scire qualis sit. Nudum inspice. ponat patrimonium. ponat honores et alia fortune mendacia corpus ipsum exuat. Animum intuere. qualis quantusque sit qui non alieno sed suo magnus est. Si rectis oculis gladios micantes videt. si scit sua nichil interesse utrum anima per iugulum exeat beatum se vocat. Si cum illi denunciata sunt corporis tormenta et que casu veniunt et que potentioris iniuria. si vincula et exilia et vanas humanarum formidines. securus audit et dicit. nulla labor o virgo. non animi facies inopina surgit omnia percepi atque animo mecum ipse peregi. Tu hodie ista denuncias. ego vero semper denunciavi michi et hominem paravi ad humana. Precogitati mali mollis ictus venit. At stultis et fortune credentibus omnis videtur nova rerum et inopinata facies.

Magna autem pars est apud imperitos mali novitas. hoc ut scias ea que putaverant aspera fortius cum assueverunt patiuntur. Ideo sapiens assuescit futuris malis et que alii diu patiendo levia faciunt hic levia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum dicentium Nesciebam hoc restare. Sapiens scit omnia sibi restare. Quicquid factum dicit sciebam. Vale.

Liber xiii. Exemplis et rationibus docet non curandum de morte.

Subito nobis hodie Alexandrine naves apparuerunt que premitti solent et nunciare secuture classis adventum quas tabellarias vocant. Gratus illarum Campanie aspectus est. Omnis in pilis Puteolorum turba consistit et ex ipso genere velorum Alexandrinas quamvis in magna turba navium intelligit. Solis enim licet et supparum intendere quod in alto omnes habent naves. Nulla enim res eque adiuvat cursum quam summa pars veli. Illinc maxime navis urgetur. Itaque quotiens ventus increvit maiorque est quam expedit antenna summittitur. minus habet virium flatus ex humili. Cum intravere Capreas et promuntorium ex quo alta procellosa speculatur vertice Pallas cetere velo iubentur esse contente. Supparum tibi Alexandrinarum insigne tamen indicium est. In hoc omnium discursu properantium ad litus magnam ex pigritia mea sensi voluptatem. quod epistolas meorum accepturus non properavi scire quis illic esset rerum mearum status quid afferret. olim iam nec perit quicquam michi nec acquiritur. Hoc etiam si senex non essem fuerat sentiendum. nunc vero multo magis quantulumcumque haberem tamen michi inde plus iam superesset viatici quam vie. presertim cum eam viam simus ingressi quam peragere non est necesse. Iter imperfectum erit si in media parte aut citra petitum locum steteris. vita non est imperfecta si honesta est. ubicumque desines si bene desines tota est. Sepe autem et fortiter desinendum est et non ex maximis causis. Nam nec maxime sunt que optime noveras. Adolescens quietus et cito senex morbo et non insanabili correptus sed longo et molesto et multa imperante cepit deliberare de morte et vocavit complures amicos. Unusquisque aut quia timidus erat id illi suadebat quod sibi suasisset. aut quia adulator et blandus id consilium dabat quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster Stoicus homo egregius et ut verbis illum quibus laudari dignus est laudem. vir fortis ac strenuus videtur michi optime illum cohortatum

Marginal notes: e. AA. — c. 1 — Exemplum de morte Marcelli — Stoy.

sic enim cepit Noli mi marcelline torqueri tamquam de re magna deliberes · Non est res magna uiuere Omnes serui tui uiuunt · omnia animalia · magnum est honeste mori prudenter fortiter · Cogita quam diu iam id facias · cibus sompnus libido · per hunc circulum curritur · Mori uelle non tantum prudens aut fortis aut prudens · ceterum fastidiosus potest · non opus erat suasore illi sed adiutore · Serui parere nolebant · primum detraxit illis metum et indicauit tunc familiam periculum adire nolebat · cum incertum esset an mors domini uoluntaria esset · Alioquin tam mali exempli esset occidere dominum quam prohibere · Deinde ipsum marcellinum ammonuit non esse inhumanum · quemadmodum cena peracta reliquie aliquid porrigere quod toto uite ministra fuissent · Erat marcellinus facilis animi et liberalis etiam cum de suo fieret · Minutas itaque summulas distribuit flentibus seruis illos ultro consolatus est Non fuit illi opus ferro non sanguine · biduo abstinuit · et in ipso cubiculo poni thabernaculum iussit · sic solium deinde illatum est in quo diu iacuit · et calida subinde suffusa paulatim defecit · ut aiebat non sine quadam uoluptate · quam afferre solet lenis dissolutio non experta nobis · in fabellam excessi non iniocundam tibi · Exitum enim amici tui cognosces · non difficilem nec miserum · Quamuis enim mortem sibi consciuerit tamen mollissime excessit · et uita elapsus est · Sed ne inutilis quidem hec fabella fuit · sepe enim talia exempla necessitas exigit sepe debemus mori nec uolumus · Neo tam imperitus est ut nesciat quandoque moriendum · tamen cum prope accessit tergiuersatur · tremit plorat · Nonne tibi uidebitur stultissimus omnium qui fleuerit quod ante annos mille non uixerat · Eque stultus qui flet quod post annos mille non uiuet · Hec paria sunt non eris nec fuisti · utrumque tempus alienum est · In hoc punctum coniectus es ut undas quousque extenderis · quid fles quid optas perdis operam · Desine fata deum flecti sperare precando · rata et fixa sunt · et magna atque eterna necessitate ducuntur · Eo ibis quo omnia eunt · Quid tibi noui est · ad hanc legem natus es · hoc patri tuo accidit · hoc matri · hoc maioribus · hoc omnibus ante te · hoc omnibus post te · Series inuicta et nulla mutabilis ope illigauit ac trahit cuncta · Quantus te populus moriturorum sequetur · quantus comitabitur · Fortior ut opinor esses · si multa milia tibi commorerentur · atque multa milia hominum et animalium hoc ipso momento quo tu mori dubitas · animam diuersis generibus emittunt · Tu autem non putabas te aliquando ad id peruenturum ad quod semper ibas · Nullum sine exitu iter est Exempla nunc magnorum uirorum me tibi indicas relaturum · puerorum referam · Lacon ille memorie traditur impubes adhuc qui captus clamabat non seruiam · sua illa dorica lingua et uerbis fidem imposuit · ut primum iussus est fungi seruili et contumelioso ministerio · Afferre enim uas obscenum iubebatur · illisit parieti caput rupit · Tam prope libertas est et seruit aliquis · Ita non sic perire filium tuum malles · quam per inertiam senem fieri · Quid ergo est cur perturberis si mori fortiter etiam puerile est · puta nolle te sequi · duceris · Fac tui iuris quod alieni est · Non sumes pueri spiritum · ut dicas non seruio · Infelix seruis hominibus · seruis rebus · seruis uite · Nam uita moriendi uirtute si deest seruitus est · Et quid habes propter quod expectes · uoluptates ipsas quam te morantur ac retinent consumpsisti · nulla tibi noua est · nulla non iam odiosa ipsa satietate · Quis sit uini quis mulsi sapor scis · Nichil interest centum per uesicam tuam an mille amphore transeant saccus es · Quid sapiat ostreum quid mullus optime nosti · nichil tibi luxuria in futuros annos intactum reseruauit · atqui hec sunt a quibus inuitus diuelleris · Quid est aliud quod tibi eripi doleas · amicos an patriam · tanti enim illam putas ut tardius cenes · solem quem si posses extingueres · Quid enim iniqua fecisti luce dignum · confitere non curie · non fori · non ipsius rerum nature desiderio tardiorem ad moriendum fieri · Inuitus relinquis macellum in quo nichil reliquisti · Mortem times · aut quomodo illam media luce contemnis · Viue scis · scis enim mori times · Quid porro · ista uita mors est · Cesar cum illum transeuntem per latinam uiam unus ex custodiarum agmine demissa usque in pectus uetere barba rogaret mortem · nunc inquit uiuis · Sic ego ista uiuere nolo · quam multa hec sic facio inuitus relinquo officia uite · quibus fideliter et industrie fungor · Quid enim nescis unum esse ex iis te officiis et mori · Nullum officium relinquis · Non enim certus numerus quem debeas explere finitur · Nulla uita non breuis · Nam si ad naturam rerum respexeris · etiam Nestoris et Satie breuis est · quam inscribi monumento suo iussit · annis se nonaginta nouem uixisse · Vides aliquem gloriari senectute longa · quis illam ferre potuisset

si contigisset centesimum implere? Quomodo fabu-
la, sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit
refert. Nichil ad rem pertinet quo loco desinas.
Quocumque voles desine; tantum bonam clausu-
lam impone. Vale. Quod multum ad bonam
valitudinem amicorum presentia et mollis
exercitatio prosint. De tribus incommodis infir-
mitatis et eorum remedys. R.

Vexari te ex(?)
destillationibus crebris ac febri-
culis que longas destillationes et in consuetudinem
adductas sequuntur, eo molestius michi est
quod expertus sum hoc genus valitudinis, quod in-
initio contempsi. Poterat adhuc adolescen-
tia iniurias ferre et se adversus morbos con-
tumaciter gerere. Deinde succubui et eo perductus
sum ut ipse distillarer, ad summam maciem
deductus. Sepe impetum cepi abrumpende vite;
patris me indulgentissimi senectus retinuit.
Cogitavi enim non quam ego fortiter mori pos-
sem, sed quam ille fortiter desiderare non posset.
Itaque imperavi michi ut viverem; aliquando enim et vivere
fortiter facere est. Que michi tunc fuerint solatio
dicam, si prius hoc dixero, hec ipsa quibus acqui-
escebam medicine vim habuisse. In remedium
cedunt honesta solatia, et quicquid animum erexit
etiam corpori prodest. Studia michi saluti nostra fu-
erunt; philosophie acceptum fero quod surrexi, quod valu-
i; illi vitam debeo, et nichil minus illi debeo.
Multum michi contulerunt ad bonam valitudi-
nem amici, quorum adhortationibus, vigiliis,
sermonibus allevabar. Nichil eque, Lucili,
virorum optime, egrum reficit atque ad-
iuvat quam amicorum affectus; nichil eque expe-
ctationem mortis ac metum subripit.
Non iudicabam me, cum illos superstites relinque-
rem, mori. Putabam, inquam, me victurum non cum illis
sed per illos; non effundere michi spiritum videbar, sed
detrahere. Hec michi dederunt voluntatem adiuvan-
di me et patiendi omne tormentum. Alioquin
miserrimum est, cum animum moriendi proieceris,
non habere vivendi. Ad hec ergo remedia te confer.
Medicus tibi quantum ambules, quantum exerce-
aris monstrabit. Ne indulgeas otio, ad
quod vergit iners valitudo; ut legas cla-
rius et spiritum, cuius iter ac receptaculum laborat,
exerceas; ut naviges et viscera molli ia-
ctatione concutias; quibus cibis utaris, vinum
quando virium causa adsumas, quando inter-
mittas ne irritet et exasperet tussim. Ego
illud precipio, quod non tantum huius morbi sed totius
vite remedium est: contempne mortem. Nichil
triste est cum huius metum effugimus. Tria

hec in omni morbo gravia sunt: metus mortis,
dolor corporis, intermissio voluptatum. De
morte satis dictum est. Hoc unum dicam:
non morbi hunc esse sed nature metum. Multorum
mortem distulit morbus, et saluti illis fuit
videri perire. Non morieris quia egrotas, sed
quia vivis. Ista te res et sanatum manet; cum
convalueris, non mortem sed valitudinem effugi-
es. Ad illud nunc proprium incommodum reverta-
mur. Magnos cruciatus habet morbus, sed hos
tollerabiles intervalla faciunt. Nam summi
doloris intentio invenit finem. Nemo potest
valde dolere et diu. Sic amantissima nostri natura
disposuit, ut dolorem aut tollerabilem aut bre-
vem faceret. Maximi dolores consistunt in ma-
cerrimis corporis partibus; nervi articulique et
quicquid aliud exile est acerrime sevit cum in
arto vitia concepit. Sed cito hee partes obstu-
pescunt et ipso dolore sensum doloris amit-
tunt, sive quia spiritus naturali prohibitus cursu
et mutatus in peius vim suam qua viget
amovet que nos regit, sive quia corruptus
humor, cum desinit habere quo confluat, ipse se eli-
dit et hiis que nimis implevit excutit
sensum. Sic podagra et ciragra et omnis
vertebrarum dolor nervorumque interquiescit cum
illa que torquebat hebetavit. Omnium istorum pri-
ma verminatio vexat, impetus mora extinguitur,
et finis dolendi est obtorpuisse. Dentium,
oculorum, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus
est quod inter angusta corporis nascitur, non minus
mehercule quam capitis ipsius; sed si incitatior
est, in alienationem soporemque convertitur. Hoc itaque
solatium vasti doloris est, quod necesse est desinas
illum sentire si nimis senseris. Illud est autem
quod imperitos in vexatione corporis male ha-
bet: non assueverunt animo esse contenti; multum illis cum
corpore fuit. Ideo vir magnus ac prudens
animum deducit a corpore, et multum cum meliore
ac divina parte versatur, cum hac querula et fragi-
li quantum necesse est. Sed molestum est, inquis, carere
assuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire,
esurire. Hec prima abstinentia gravia sunt; deinde
cupiditas languescit ipsis per que cupimus
fatigatis ac deficientibus; inde morosus
est stomachus, inde quibus fuit aviditas cibi, odium.
Desideria ipsa moriuntur. Non est autem
acerbum carere eo quod cupere desieras. Adde
quod licet cavere venturum, obsistere imminenti
remedys. Adde quod nullus non intermittitur
dolor aut certe remittitur. Nullus ei non sug-
gerimittitur(?) utique qui ex soluto revertitur.

Tollerabilis est morbi pacientia si contempseris id quod extremum minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi graviora et te querelis honerare. Levis est dolor si nichil illi opinio adiecerit. Contra si te exhortari ceperis ac dicere: nichil est aut certe exiguum est, duremus iam desinet, levem illum dum putas facies. Omnia ex opinione suspensa sunt. Non ambicio tantum ad illam respicit et luxuria et avaricia; ad opinionem dolemus. Tam quisque miser est quam credidit. Detrahendas preteritorum dolorum conquestiones puto et illa verba: nunquam illis fuit quisquam peius. Quos cruciatus, quanta pertuli mala. Nemo me surrecturum putavit. Quotiens deploratus sum a meis, quotiens a medicis relictus. In eculeo impositi non sic detrahuntur. Sed si sunt vera ista, transierunt. Quid iuvat preteritos dolores retractare et miserum esse quia fueris? Quid quod nemo non multum malis suis addicit et sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit retulisse iocundum est. Naturale est mali sui fine gaudere. Circumcidenda ergo duo sunt, et futuri timor et veteris incommodi memoria. Hoc ad me iam non pertinet, illud nondum. In ipsis positus difficultatibus dicat: Forsan et hec olim meminisse iuvabit. Toto contra illum pugnet animo. Vincetur si cesserit. Vincet si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc plerique faciunt: attrahunt in se ruinam cui obstandum est. Istud quod premit, quod impendet, quod urget, si subducere te ceperis sequetur et gravius incumbet. Si contra steteris et obniti volueris, repelletur. Athlete quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt. Ferunt tamen omne tormentum glorie cupiditate. Nec tantum quia pugnant ista patiuntur, sed ut pugnent. Exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoque evincamus omnia, quorum premium non corona nec palma est nec tubicen predicationi nominis nostri silentium faciens, sed virtus et firmitas animi et pax in ceterum parta, si semel in aliquo certamine debellata fortuna est. Dolorem gravem sentio. Quid ergo? non sentis si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti et averso. Sed grave est. Quid nos ad hoc fortes sumus ut levia portemus? Utrum vis longum esse morbum an concitatum et brevem? Si longus est, habet intercapedinem, dat refectioni locum, multum temporis donat; necesse est ut exurgat et desinat. Brevis morbus ac preceps alterum faciet: aut extinguitur aut extinguet. Quid autem interest non sit an non sim?

In utroque finis dolendi est. Illud quoque proderit: ad alias cogitationes avertere animum et a dolore discedere. Cogita quid honeste, quid fortiter feceris; bonas res tecum ipse tracta; memoriam in ea que maxime miratus es sparge. Tunc tibi quisque fortissimus et victor doloris occurrat: ille qui dum varices exsecandas preberet legere librum perseveravit; ille qui non desiit ridere cum hunc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur. Non vincetur dolor ratione qui victus est risu? Quicquid nunc vis licet dicas: destillationes et vim continue tussis egerentem viscerum partes et febrem precordia ipsa torrentem et sitim et artus in diversum articulis exeuntibus tortos. Plus est flamma et eculeus et lamina et vulneribus ipsis intumescentibus quod illa renovaret et altius urgeret impressum. Inter hec tamen aliquis non gemuit. Parum est: non rogavit. Parum est: non respondit. Parum est: risit et quidem ex animo. Vis tu post hoc dolorem deridere? Sed nichil inquis agere sinit morbus, qui me omnibus abduxit officiis. Corpus tuum valitudo tenet, non et animum. Ista cursoris moratur pedes, sutoris aut fabri manus impediet. Si animus tibi in usu esse solet, suadebis, docebis, audies, disces, queres, recordaberis. Quid? quod nichil te pati credis si temperans eger sis? Ostendes morbum posse superari vel certe sufferri. Est, mihi crede, virtuti etiam in lectulo locus. Non tantum arma et acies dant argumenta alacris animi indomitique terroribus; et in vestimentis vir fortis apparet. Habes quod agas: bene luctari cum morbo. Si nichil te coegerit, si nichil exoraverit, insigne prodis exemplum. O quam magna erat glorie materia si spectaremur egri. Ipse te specta, ipse te lauda. Preterea duo sunt genera voluptatum. Corporales morbus inhibet, non tamen tollit, immo si verum estimes incitat. Magis iuvat bibere sitientem, gratior est esurienti cibus. Quicquid ex abstinentia contingit avidius excipitur. Illas vero animi voluptates que maiores certioresque sunt nemo medicus egro negat. Has quisquis sequitur et bene intelligit omnia sensuum blandimenta contempnit. O infelicem egrum. Quare? quia non vino nivem diluit, quia non rigorem potionis sue, quam capaci scypho miscuit, renovat fracta insuper glacie, quia non ostrea illi Lucrina in ipsa mensa aperiuntur, quia non circa cenationem eius tumultus cocorum est ipsos cum obsoniis focos transferentium. Hoc enim iam luxuria commenta est: ne quis intepescat cibus, ne quid iam palliato iam colliso parum fuerat, cenam culina prosequitur. O i

feliciam egrum edet conspectum concoquet. Non iacebit in conspectu aper ut vilis caro. anser ligatus nec in repositorio eius pectora avium totas enim videre fastidium est congesta ponentur. Quid tibi mali factum est? cenabis tamquam eger. ymmo aliquando tamquam sanus. Sed omnia ista facile perferemus. sorbitionem aquam calidam et quicquid intollerabile videtur delicatis et luxu fluentibus magisque animo quam corpore morbidis tantum mortem desinamus horrere. Desinemus autem si fines bonorum ac malorum cognoverimus. Ita demum nec vita tedio erit nec mors timori. Vitam enim occupare satietas sui non potest tot res varias magnas divinas percensentem. In odium illam sui adducere solet iners ocium. Rerum naturam peragranti numquam in fastidium veritas veniet. falsa saciabunt. Rursus si mors accedit et vocat licet immatura sit. licet mediam precidat etatem. perceptus longissime fructus est. cognita est illi ex parte magna. scit tempore honesta non crescere. His necesse est videri omnem vitam brevem qui illam voluptatibus vanis et ideo infinitis metiuntur. His te cogitacionibus recrea et interim epistulis vacando. veniet aliquod tempus quod iterum nos iungat ac misceat quantulumlibet sit illud longum faciet sciencia utendi. Nam ut Possidonius ait unus dies hominum eruditorum plus patet quam imperitis longissima etas. Interim hoc tene hoc morde adversis non succumbere. letis non credere omnem fortune licenciam in oculis habere tamquam quicquid potest facere factura sit. Quicquid expectatum est diu levius accedit. Vale.

De Scilla. Caribdi et Ethna. Equale in omnibus esse quod bonum est. Et quod gloria sit umbra virtutis.

Expecto epistulas tuas quibus michi indices circuitus Sicilie totius quid tibi novi ostenderit et omnia de ipsa Caribdi certiora. Nam Scillam saxum esse et quidem non terribile navigantibus optime scio. Caribdis an respondeat fabulis perscribi michi desidero. et si forte observaveris dignum est autem quod observes. Fac nos certiores uno tantum vento agatur in vertices. an omnis tempestas eque mare illud contorqueat. et an verum sit quicquid illo freti turbine arreptum est per multa milia trahi conditum et circa Tauromenitanum litus emergere. Si hec michi perscripseris tunc audebo tibi mandare ut in honorem meum Ethnam quoque ascendas. Quam consumi et sensim subsidere ex hoc colligunt quidam quod aliquanto longius navigantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere non quia montis altitudo descendit. sed quia ignis evanuit et minus vehemens ac largus effertur. ob eandem causam fumo quoque per diem segnior. Neutrum autem incredibile est. nec montem qui devoretur cotidie minui. nec manere eundem quia non ipse de se est sed in aliqua inferna valle conceptus exestuat et aliis pascitur. in ipso monte non alimentum habet sed viam. In Licia regio notissima est. Ephestion incole vocant. foratum pluribus locis solum. quod sine ullo nascentium dampno ignis innoxius circuit. Leta itaque regio est et herbida. nichil flammis adurentibus. sed tantum vi remissa ac languida refulgentibus. Sed reservemus ista tunc quesituri cum tu michi scripseris quantum ab ipso ore montis nives absint. quas ne estas quidem solvit. adeo tute sunt ab igne vicino. Non est autem quod istam curam imputes michi. morbo tuo daturus eras et sine quidem mandaret. donec Ethnam describas in tuo carmine. et hunc sollempnem omnibus poetis locum attingas. quem quominus Ovidius tractaret nichil obstitit quod iam Virgilius impleverat. ne Severum quidem Cornelium uterque deterruit. Omnibus preterea feliciter hic locus se dederat. et qui precesserant non preripuisse michi videntur que dici poterant sed aperuisse. Sed multum interest ad consumptam materiam an ad subactam accedas. Crescit in dies et inventuris inventa non obstant. Condicio optima est ultimi. parata verba invenit que aliter instructa novam faciem habent. nec illis manus inicit tamquam alienis. sunt enim publica. Iuris consulti negant quicquam publicum usucapi. Aut ego te non novi. aut Ethna tibi salivam movet. Iam cupis grande aliquid et prioribus scribere. plus enim sperare modestia tibi tua non permittit. que tanta est in te ut videaris michi retracturus ingenii tui vires si vincendi periculum sit. tanta tibi priorum reverentia est. Inter cetera hoc habet boni sapientia. nemo ab altero potest vinci nisi cum ascenditur. dum ad summum perveneris paria sunt. non est incremento locus. statur. Numquid sol magnitudini sue adicit? numquid ultra quam solet luna procedit? Maria non crescunt. Mundus eundem habitum ac modum servat. Extollere se que iustam magnitudinem implevere non possunt. Quicumque sapientes fuerint pares erunt et equales. habebit unusquisque ex his proprias dotes. alius erit affabilior. alius expeditior. alius promptior in eloquendo. alius facundior. Illud de quo agitur quod facit beatum equale in omnibus. An Ethna tua possit sublabi et in se ruere. an hoc excelsum cacumen et conspicuum per vasti maris spacia detrahat assidua vis ignium nescio. virtutem non flamma non ruina inferius adducet.

hec una maiestas deprimi nescit. Non extolli ultra nec referri potest. Sic hec ut celestium stata magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere. Iam opus multum effectum est. Immo si verum fateri volo non multum. Nec enim bonitas est pessimis meliorem esse. Quis oculis glorietur qui suspicetur diem? Cum sol per caliginem splendet licet contentus interim sit effugisse tenebras adhuc non fruitur bono lucis. Tunc animus noster habebit quod gratuletur sibi cum emissus his tenebris in quibus volutatur non tenui visu clara prospexerit sed totum diem admiserit et redditus celo suo fuerit cum receperit locum quem occupavit sorte nascendi. Sursum illum vocant initia sua. Erit autem illic etiam antequam hac custodia exsolvatur cum vitia disiecerit purusque et levis in cogitationes divinas emicuerit. Hoc nos agere, Lucili karissime, hoc ire impetu toto licet pauci sciant licet nemo iuvat. Gloria umbra virtutis est etiam invita comitabitur. Sed quemadmodum umbra aliquando antecedit aliquando sequitur vel a tergo est, ita gloria aliquando ante nos est visendamque se prebet aliquando in adverso est maiorque quo serior ubi invidia secessit. Quamdiu videbatur furere Democritus! Vix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem civitas ignoravit! Respuit nec intellexit nisi cum perdidit.

ex Rut.

Rutilii innocentia ac virtus lateret nisi accepisset iniuriam: dum violatur effulsit. Numquid non sorti sue gratias egit et exilium suum complexus est? De his loquor quos illustravit fortuna dum vexat. Quam multorum profectus in notitiam evasere post ipsos! Quam multos fama non excepit sed eruit!

ex Epi.

Vides Epicurum quanto opere non tantum eruditiores sed hec imperitorum turba miretur. Hic ignotus ipsis Athenis fuit circa quas delituerat. Multis itaque iam annis Metrodoro suo superstes in quadam epistola sua cum amicitiam suam et Metrodori grata commemoratione cecinisset hoc novissime adiecit nihil sibi et Metrodoro inter bona tanta nocuisse quod ipsos illa nobilis Grecia non ignotos solum habuisset sed pene inauditos. Numquid ergo non postea quam esse desierat inventus? Numquid non opinio eius enituit?

Metr.

Hoc Metrodorus quoque in quadam epistola confitetur se et Epicurum non satis enituisse, sed post se et Epicurum magnum paratumque nomen habituros qui voluissent ire per eadem vestigia. Nulla virtus latet et latuisse non ipsius damnum est. Veniet qui conditam et seculi sui malignitate oppressam dies publicet. Paucis natus est qui populum etatis sue cogitat. Multa annorum milia multa populorum supervenient. Ad illa respice. Etiam si omnibus tecum viventibus silentium livor indixerit, venient qui sine offensa sine gratia iudicent. Si quid est pretii virtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo; etiam non sentientes colet ac frequentabit. Nulli non virtus et vivo et mortuo rettulit gratiam, si modo illa bona fide sequitur, si se non exornavit et pinxit sed idem fuit sive ex denuntiato videbatur sive imparatus ac subito. Nichil simulatio proficit. Paucis imponit levis extrinsecus inducta facies; veritas in omnem partem sui eadem est. Que decipiunt nichil habent solidi. Tenue est mendacium, perlucet si diligenter inspexeris. Vale.

Liber xiii. De exercitio in philosophia ingenio et que vera libertas.

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco sed spectaculi quod omnes molestos ad sphaeromachiam avocavit. Nemo irrumpet, nemo cogitationem meam impediet, que hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepuit subinde hostium, non allevabitur velum: licebit uno vadere, quod magis necessarium est per se euntibus et suam sequentibus viam. Non ergo sequor priores? Facio, sed permitto mihi et invenire aliquid et mutare et relinquere. Non servio illis sed assentior. Magnum tamen verbum dixi qui mihi silentium promittebam et sine interpellatore secretum: ecce ingens clamor ex stadio perfertur et me non excutit mihi sed in huius ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecum quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam imbecilli animo sint quorum lacertos humerosque miramur. Illud maxime revolvo mecum: si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest qua et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens aliquis et sanguine suo madens diem ducat, quanto facilius animus corroborari possit ut fortune ictus invictus excipiat, ut proiectus, ut conculcatus exsurgat. Corpus enim multis eget rebus ut valeat; animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illis multo cibo multa potione opus est, multo oleo, longa denique opera: tibi continget virtus sine apparatu, sine impensa. Quicquid facere te potest bonum tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? Velle. Quid autem melius potes velle quam eripere te huic servituti que omnes premit, quam mancipia quoque condicionis extreme et in his sordibus nata omni modo exuere conantur? Peculium suum quod comparaverunt ventre fraudato pro capite numerant: tu non concupisces quanticumque ad libertatem pervenire, qui te in illa putas natum? Quid ad archam tuam respicis? Emi non potest. Itaque in tabellas congeri nomen

libertatis qua nec qui emerunt habent nec qui uen-
diderunt. Tibi des oportet istud bonum, a te petas.
Libera te primum metu mortis. illa nobis iugum im-
ponit. deinde metu paupertatis. Si uis scire
quam nichil mali in illa sit, compara inter se pauperum
et diuitum uultus. sepius pauper et fidelius ridet.
nulla sollicitudo in alto est. etiam si qua in-
cidit cura, uelud nubes leuis transit. horum qui fe-
lices uocantur hylaritas ficta est, aut grauis
et suppurata tristicia, eo quidem grauior quia
interdum non licet palam esse miseros, sed inter
erumnas cor ipsum excedentes necesse est agere
felicem. Sepius hoc exemplo utendum michi. nec enim
ullo efficacius exprimitur hic humane uite mi-
mus quas nobis partes male agamus assi-
gnat. ille qui in scena latus incedit et hec
resupinus dicit: impero Argis, regna michi liquit
Pelobs qua ponto ab helles atque ab ionio
maris urgetur isthmos. seruus est, quinque mo-
dios accipit et quinque denarios. ille qui superbus
atque impotens et fiducia uirium tumidus ait
quod nisi eris melena hac dextra occides, di-
urnum accipit, in centunculo dormit. id est de
istis licet omnibus dicamus quos supra capita hominum
supraque turbam delicatos lectica suspendit. O-
mnium istorum persona felicitas est. contemnes illos
si despoliaueris. Equum empturus solui iubes
stratum, detrahis uestimenta uenalibus, ne qua
uicia corporis lateant. hominem inuolutum esti-
mas? Mangones quicquid est quod displiceat
aliquo lenocinio abscondunt. Itaque ementibus
ornamenta ipsa suspecta sunt. Siue crus alliga-
tum siue brachium aspiceres, nudari iuberes
et ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Si-
thie sarmaticeue regem insigni capitis
decorum? si uis illum extimare totumque scire qualis
sit, fasciam solue. multum mali sub illa latet.
Quid de aliis loquor? si te perpendere uoles,
sepone pecuniam, domum, dignitatem, intus te ipse
considera. non qualis sis aliis credas. Vale. Quod
propter ingratitudinem non est a beneficiis ces-
sandum. De compensatione iniurie et beneficiorum. Et quod
nemo scit referre gratiam nisi sapiens. De bono
Quereris mi gratitudinis et ingratitudinis
disse te in hominem ingratum. sed malo R
hoc nunc primum age aut fortune aut diligentie
tue gratias. sed nichil facere hoc loco diligentia pot-
est nisi te malignum. Nam si hoc periculum uitare uolu-
eris non dabis beneficia. ita ne apud illum
pereat apud te peribit. Non respondeat potius
quam non. et post malam segetem serendum est. sepe
quicquid perierat assidua infelicis soli sterilitas

unius anni restituit ubertas. Non est tanti
ut gratum inuenias et ingratos experiri. Ne-
mo habet tam certam in beneficiis manum ut non
sepe fallatur. aberret ut aliquando hereat. Post nau-
fragium maria temptantur. feneratorem non fugit
a foro decoctor. cito inerti ocio uita torpe-
bit si relinquendum est quicquid offendit. te uero
benigniorem hec ipsa res faciat. Nam cuius rei e-
uentus incertus est id ut aliquando procedat sepe
temptandum est. Sed de isto satis multa in hiis libris
locuti sumus qui de beneficiis inscribuntur. Illud
magis querendum uidetur quod non satis ut exi-
stimo explicatum est. An id quod profuit nobis
si postea nocuit paria fecerit et nos debito solue-
rit. Adice si uis et illud multo plus postea
nocuit quam ante profuerat. Si rectam illam rigi-
di iudicio sententiam queris, alterum ab altero sol-
uet et dicet quamuis iniuria preponderet tamen bene-
ficiis donetur. Nam quod ex iniuria superest plus
nocuit sed prius profuit. Itaque habeatur et temporis
ratio. Iam illa manifestiora sunt quam admonere
debeam querendum esse quam libenter profuerit quam in-
uitus nocuerit quoniam animo et beneficia et iniurie
constant. Nolui beneficium dare, uictus sum aut
uerecundia aut instantis pertinacia aut spe.
Eo animo quidque debetur quo datur. nec quantum sit
nec qualis profectus uoluntate perpenditur. Nunc
coniectura tollatur et illud beneficium fuit et hoc
quod modum prioris beneficii excessit iniuria est.
Vir bonus utrosque calculos sic ponit ut
se ipsum circumscribat. beneficio adicit, iniurie
demit. Alter ille remissior iudex, quem esse me
malo, iniurie obliuisci debebit, officii memi-
nisse. Hoc certe inquis iusticie conuenit suum cuique
reddere, beneficio gratiam, iniurie talionem aut
certe malam gratiam. Verum istud erit cum alius
iniuriam fecerit, alius beneficium dederit. Nam si
idem est, beneficio uis iniurie extinguitur. Nam
cui etiam si merita non antecessissent oportebat
ignosci, post beneficia ledenti plus quam uenia
debetur. Non pono utrique par precium. plus ex-
timo beneficium quam iniuriam. Non omnes grati sciunt
debere beneficium. Potest etiam imprudens et rudis
et unius turba utique dum prope est ab accepto
ignorat a[utem] p[ro]dibat hulis. sapienti notum
est quanti res queque taxanda sit. Nam ille de
quo loquebar modo stultus etiam si bone uo-
luntatis sit aut minus quam debeat aut tem-
pore aut quo non debet loco reddit. id referendum est
effundit atque abicit. Mira in quibusdam rebus
uerborum proprietas est et consuetudo sermonis antiqui
quedam efficacissimis et officia docentibus notis

signat. Cui certe solemus loqui: ille illi graciam retulit. Referre est ultro quod debeas afferre. Non dicimus graciam reddidit. Redduntur enim et qui reposcuntur et qui inviti et qui ubilibet et per alium. Non dicimus reposuit beneficium aut solvit. Nullum nobis placuit quod ere alieno conveniret verbum. Referre est ad eum a quo acceperis referre. Hec vox significat voluntariam relationem. Qui retulit ipse se appellavit. Sapiens omnia examinabit secum quantum acceperit a quo, quando, ubi, quemadmodum. Itaque negamus quemquam graciam scire referre nisi sapientem non magis quam beneficium dare quisquam scit nisi sapiens. Hic scilicet qui magis dato gaudet quam alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat que videntur inopinata omnibus dicere. Que paradoxa greci vocant et ait: nemo ergo scit preter sapientem referre graciam. quod ergo debetur creditori suo reponere quisquam scit alius? nec emit aliquam rem pro ea debitori persolvere? nobis fiat invidia.

Metr. Scito idem dicere epicurus. Metrodorus certe ait solum sapientem referre graciam scire. Deinde idem admiratur cum dicimus solus sapiens scit amare. solus sapiens amicus est. Atqui amoris et amicicie pars est referre graciam. Immo magis hoc vulgare est et in plures cadit quam vera amicicia. Deinde idem amiciciam cum dicimus fidem nisi in sapientem non esse. tanquam non ipse idem dicat. An tibi videtur fidem habere qui referre graciam nescit. Desinant itaque infamare nos tanquam incredibilia iactantes et sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud vulgum simulacra rerum honestarum et effigies. Nemo referre graciam scit nisi sapiens. Stultus quoque ut cumque scit et quemadmodum potest referat. scientia illius potius quam voluntas desit. velle non discitur. Sapiens inter se omnia comprobabit. Magis enim quam minus sit quamvis idem sit tempore loco causa. Sepe enim potuerunt divicie in domum infuse quam oportune dati mille denarii. Multum enim interest donaveris an succurreris. servaverit illum tua liberalitas an instruxerit. Sepe quod datur exiguum est, quod sequitur ex eo magnum. Quantum autem existimas interesse utrum aliquis quod defuerat sibi quod prestabat sumpserit an beneficium acceperit ut daret. Sed ne in eadem que satis scrutati sumus revolvamur: in hac comparacione beneficii et iniurie vir bonus iudicabit quidem quod erit equissimum. sed beneficio favebit. in hanc erit pronior partem. Plurimum autem momenti persona solet afferre in rebus eiusmodi. Dedisti michi beneficium in servo, iniuriam fecisti in patre. servasti michi filium sed patrem abstulisti.

Alia deinceps per que procedit omnis collacio prosequetur. et si pusillum erit quod intersit dissimulabit. etiam si multum fuerit sed si id donari salva pietate ac fide poterit remittet. Id est si ad ipsum tota pertinebit iniuria. Summa rei hec est: facilis erit in commutando. patietur plus imputari sibi. Invitus beneficium per compensacionem iniurie solvet. In hanc partem inclinabit, huc verget ut cupiat debere graciam, cupiat referre. Errat enim si quis beneficium accipit libencius quam reddit. Quanto hilarior est qui solvit quam qui mutuatur tanto debet lecior esse qui se maximo ere alieno accepti beneficii exonerat quam qui cum maxime obligatur. Nam in hoc quoque falluntur ingrati quod creditori quidem preter sortem extra ordinem numerant, beneficiorum autem usum esse gratuitum putant. Et illa crescunt mora. tanto plus solvendum est quanto tardius. Ingratus est qui beneficium reddit sine usura. Itaque hoc quoque rei habebitur racio cum conferentur accepta et expensa. Omnia facienda sunt ut quam gratissimi simus. Nam et hoc bonum est. quemadmodum iusticia est. non est ut vulgo creditur ad alios pertinens, magna pars eius in se redit. Nemo non cum alteri prodest sibi profuit. non eo nomine dico quo volet adiutum adiuvare, protegere defensus. quod bonum exemplum circuitu ad facientem revertitur. sic mala exempla recidunt in auctores. nec ulla miseracio contingit his qui paciuntur iniurias quas posse fieri faciendo docuerunt. sed quod virtutum omnium precium in ipsis est. non est exercent ad premium. Recti facti fecisse merces est. Gratus sum non ut alius libencius michi prestet priori irritatus exemplo. sed ut rem iocundissimam ac pulcherrimam faciam. Gratus sum non quia expedit sed quia iuvat. hoc ut scias ita esse: si gratum esse non licebit nisi videar ingratus, si reddere beneficium non aliter quam per speciem iniurie potero, equissimo animo ad honestum consilium per mediam infamiam intendam. Nemo michi videtur pluris estimare virtutem. Nemo illi magis esse devotus quam qui boni viri famam perdidit ne conscienciam perderet. Itaque ut dixi maiore tuo quam alterius bono gratus es. Illi enim vulgaris et cotidiana res contingit recipere quod dederat. tibi magna et ex beatissimo animi statu profecta gratum fuisse. Nam si malicia miseros facit, virtus beatos, gratum autem esse virtus est. rem usitatam reddidisti, inestimabilem consecutus es conscienciam grati, que nisi in animum divinum fortunatumque non pervenit. In contrarium autem huic affectui summa infelicitas urget. Nemo si ingratus est miser erit. Non differo illum. statim miser est. Itaque ingratum esse

itemus. no aliena ca. s; ura. Minimu ex
equicia leuissimuq3 ad alios redundat. qd
essimu ex illa e. & ut ita dica; spissimuz.
omi remanet & pmit hentez. Quemadmod
Attalus nr dice solebat. malicia ipa maxi
ma; ptez uenenu suu bibit. illud uenenu qd
sepentes i aliena pnicie; pferut. sn sua toti
ent. No est huic simile. hz hntibus pessi. e.
torquet ingratus se & macerat. odit que
accepit. qr redditurus e. extenuat iniurias
o dilatat. at3 auget. Qd at eo inferius
u beneficia excidut. herent iniurie. At grata
ipa exornat omne beneficiu. at sibi ipa
mendat. & se assidua eius comemoratione de
lectat. Malis una uoluptas e. & h3 breuis
az accipiut beneficia. ex quibus sapienti
longu; gaudiu manet at pfieue. No eni
illud accipe. s; accepisse delectat. qd imor
tale e. & assiduu. Illa contemnit quibus lesus e.
& obliuiscit pnegligia; s; uolens. No uertit
oia i peius. nec querit cui ipuat casu;. &
ecia homi ad fortuna; potius refert. No ca
lumnia ubi nec uultus. Cetus benigne inter
pretando leuat. no offense potius qm officii
meminit. quotu; pt i priore at meliore se me
moria detinet. nec mutat ani aduersus
bn meritos. n militu; malefitu pcedut. & ma
infestu etia conuienti discrime est. Tunc qz
hoc ductarat. ut talis sit pus maiorez iniu
riaz qualis an beneficiu. Naz cu beneficio
par est iniuria. aliqd i illo beniuolentie re
manet. quemadmodu reus sententiis paribus absol
uit. & quicquid sz dubiu est humanitas iclinat
melius. sic aio sapientis ubi paria male
ficia merita st. desinet quidz debe. s; no de
sinit uelle debe. & hic facit qd qui pus tabu
las nouas soluit. Neo at gratus ee pt.
n contempsit illa que uulgus insanit. Si referre
uis gratiaz & in exiliu eundu est. & effundendus
sanguis & suscipienda egestas. & ipa innocentia
sepe maculanda. indignis qz obiicienda ru
moribus. no puo s; constat ho gratus. Nich ca
rius extimamus qm beneficiu; quodiu petimus
nich uilius cu accepimus. Queris quid sit
quod obliuione; nob acceptos faciat. cupi
ditas accipiendor. Cogitamus impetratu.
s; qui petendus sit. abstrahut a recto diui
cie. honores. potentia. & cetera que opinione
nra cara st. pcio suo uilia. Nescimus extima
re res. de quibus no cu fama s; cu rerum na
deliberandu e. Nichil hnt ista magnificu
qd mentes nras in se trahat pt hoc qm mirari

illa consueuimus. no ei qr concupiscenda sut
laudant. s; concupiscunt qr laudata st. &
cu singlor error publicu; fecerit. singlor
errore; facit publicus. Sz queadmodu illa credi
mus. sic & hanc fide pplo credamus. nichil ee
grato aio honestius. Omes hic urbes. omes
etia; ex barbaris regionibus gentes concla
mabunt in hoc malis bonisqz conueniet. Erut
qui uoluptates laudet. erut qui labores
uelit. erunt qui maximu dolore; malu dicat.
erut qui ne malu quidz appellent. diuici
as aliqs ad summu boni admitet. alius
illas dicet malo uite humane repertus. ni
chil esse eo locupletius cui qd donet fortuna
no inuenit. In tanta iudicior diuersitate re
ferendus bn meritis gratia; omes tibi uno qd
aiut ore affirmabut. In hoc tu; discors tur
ba consentiet. cu interi iniurias p beneficiis
reddimus. & pma ca e. cur qs ingratus esse
non potuit. eo pductus e furor. ut piculo
losa res sit. beneficia in aliqm magna conferre.
Na qr putat turpe no reddere. no uult ee cui
reddat. Tibi habe qd accepisti. no repeto.
no exigo. psuisse tutu sit. Nulli e odiu
pniciosius. qm me beneficii uiolati pude
Uale. De menti quiete uel ocio. Inducit de
morte disputacioz. qr licz spem habeat
mali. non tn e boni ut malu. quia per
tacioz reprobatis. infert. qd morte no uerbis

Desii iam de te ee sollicitus. quez mei deorz sponsores
accepisti. cu sez qui neminez fallit anim re
cti amatorez. In tuto ps tui melior est.
pt fortuna tibi iniurias face. qd ad rez ma
gis ptinet. no timeo. s; ne tu facias tibi.
qua ire cepisti & i isto te uite habitu co
pone placide no molliter. Male mi esse
malo qm molliter. Nunc sic excipe quemadmodum
a pplo solet dici dure. a spre laboriose au
dire solemus. sic quorundaz uitaz laudari q
bus inuidet. molliter uiuit. hoc dicit mol
lis e. paulatiz eni effeminatur animus atqz i
similitudinez mortis sue & pigricie i qua
iacet soluitur. Quid ergo uiro obrigescere
satius e. Deinde idez delicati timent mor
tem uitam suam similez face no timet. Multu
interest inter ociu & conditiuuz. Quid ergo inquis
no satius e uel sic iacere. qm & istis offi
cior uerticibus uolutari. Utraqz res detesta
bilis e. & contentio & torpor. Puto eque qui
i odoribus iacet mortuus e. qz qui rapi
unco. Ociu sn litteris mors & hominis uiui

e. 82.
c. 3

sepulturam. Quid deinde prodest secessisse
tanquam in transmarina, et nos sollicitudinum
cause persequentur. Que latebra est in qua non
intret metus mortis? Que tam emunita
et in altum subducta uita esset, quam non do
lor territet? Quocumque te abdideris mala
humana circumstrepunt. Multa extra sunt que circumeunt
nos. Que aut fallant aut urgeant. Multa in
tus que in media solitudine exestuant. Philosophia cir
cumdata est inexpugnabilis murus, quem for
tuna multis machinis lacessitum non transit.
In insuperabili loco stat animus qui externa deseru
it. Et arce sua uindicat. Infra illum omne telum
cadit. Non habet ut putamus fortuna longas
manus. Neminem occupat nisi herentem sibi. Itaque
quantum possumus ab illa resiliamus. Quod sola
prestabit sui nature que cognicio. Sciat quo iturus
sit. Unde ortus. Quod illi bonum quod illi ma
lum sit. Quid petat. Quid euitet. Que sit illa
ratio que appetenda ac fugienda discernat.
Qua cupiditatum mansuescit insania. Timorum seui
cia compescitur. Hec quidam putant ipsos etiam sine philosophia
repressisse. Sed cum securos aliquis casus expertus est,
exprimitur uera confessio mage uerba excidunt.
Cum tortor poposcit manum. Cum mors proprius
accessit. Possit illi dicere: facile prouocabas ma
la absentia. Ecce dolor quem tollerabilem
esse dicebas. Ecce quam contra multa animose locutus es.
Sonant flagella, gladius micat. Nunc animis
est opus Enea, nunc pectore firmo. Faciet autem
illud firmum assidua meditatio, si non uerba exer
cueris sed animum. Si contra mortem te preparaueris.
Aduersus quam non exhortabitur nec attollet, qui
cauillationibus tibi persuadere temptauerit mortem
malum non esse. Libet enim, Lucili, uirorum optime
ridere ineptias grecas, quas nondum, quamuis mi
rer, excussi. Zenon noster hac collectione utitur:
Nullum malum gloriosum est. Mors autem est gloriosa.
Mors ergo malum non est. Profecisti. Liberatus
sum metu. Post hec non dubitabo porrigere ceruicem.
Non uis seuerius loqui nec morituro risum
mouere? Non me hercule facile tibi dixerim u
trum ineptior fuerit qui se hac interrogatione iudi
cauit metum mortis extinguere. An qui hoc
quantum ad rem pertinet conatus est soluere.
Nam et ipse interrogationem contrariam opposuit ex eo
natam quod mortem inter indifferentia ponimus, que adiaphora
et adiaphora greci uocant. Nichil inquit indif
ferens gloriosum est. Mors autem gloriosa est. Ergo mors non est indifferens. Hec
ita, ut dicam in gloriosum esse, non cicatat indiffe
rentia, tanquam indifferentiam esse dico, id est nec
bona nec mala. Morbum, dolorem, paupertatem,

exilium, mortem. Nichil horum per se gloriosum est. Nichil
tamen sine hiis. Laudatur enim non paupertas, ut
in eo qui ille laudatur non dolor, sed ille quem nichil co
git dolor. Nemo mortem laudat, sed eum cuius mortem
ante abstulit animus quam conturbauit. Omnia
per se non sunt honesta nec gloriosa, sed quicquid ex
illis uirtus adiit tractauitque honestum et glorio
sum facit. Illa in medio posita sunt. Interest
utrum malicia illis an uirtus manum admouerit.
Mors enim illa que in catone gloriosa est, in Bruto
statim turpis est et erubescenda. Hic est enim Brutus
qui cum periturus mortis moras quereret, exhone
randi uentris secessit, et reuocatus ad mortem
iussusque prebere ceruicem: prebeo inquit, ita uiuam.
Que dementia est fugere cum retro ire non possis.
Prebeo inquit, ita uiuam. Pene adiecit: uel sub
antonio. O hominem dignum qui uite dederetur. Sed u
ceperam dicere, uides ipsam mortem nec malum
nec bonum esse. Cato illa honestissime usus est.
Turpissime Brutus. Omnis quod non habuit decus uirtute
addita sumit. Cubiculum lucidum dicimus, hoc idem
obscurissimum nocte. Dies illi lucem infudit, nox
eripit. Sic istis que a nobis indiferentia ac media
dicuntur: diuiciis, uiribus, forme, honoribus, regno,
et contra morti, exilio, male ualitudini, doloribus,
quecumque alia aut minus aut magis pertimuimus,
malicia aut uirtus dat boni uel mali nomen. Massa
per se nec calida nec frigida est. In fornacem
coniecta concaluit, in aquam remissa refrixit. Mors
honesta est per illud quod honestum est, id est uirtus et
animus externa contemnens. Sunt et horum, Lucili, que
appellamus media grande discrimen. Non
enim sic mors indifferens est quomodo utrum capillos pa
res habeas. Mors inter illa est que mala quidem
non sunt, tamen habent mali speciem. Sui amor est et perma
nendi conseruandique se insita uoluntas atque a
spernatio dissolutionis, quia uidetur multa nobis
bona eripere et nos ex hac cui assueuimus re
rum copia educere. Illa quoque res morti alienat quod
hec iam nouimus, illa ad que transituri sumus
nescimus qualia sint, et horremus ignota. Natura
lis preterea tenebrarum metus est, in quas (al. quia, al. quas) addu
ctura mors creditur. Itaque etiam si mors in
differens est, non tamen ea est que facile negligi possit.
Magna exercitatione durandus est animus, ut
conspectum eius accessumque patiatur. Mors contem
ni debet magis quam solet. Multa enim de illa
credimus. Multorum ingeniis certatum est et
ad augendam eius infamiam descriptus est
carcer infernus perpetua nocte oppressa, in quo
ingrattis ianitor orci ossa super recubans
antro semesa cruento eternis latratus exsan

querentes tenebras umbras. Etiam cum persuaseris istas fabulas esse, nec quicquam defunctis superesse quod timeant, subit alius metus. Eque enim timent ne apud inferos sint quam ne nusquam. His aduersantibus quae nobis offundit longa persuasio, fortiter pati mortem quidni gloriosum sit et inter maxima opera mentis humane? Que numquam ad uirtutem exurget, si mortem malum esse crediderit; exurget si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natura, ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat: pigre ueniet et cunctanter. Non est autem gloriosum quod ab inuito et tergiuersante fit: nichil facit uirtus quia necesse est. Adice nunc quod nichil honeste fit, nisi cui totus animus incubuit atque affuit, cui nulla parte sui repugnauit. Ubi autem ad malum acceditur aut peiorum metu aut spe bonorum, ad que peruenire deuorata unius mali patientia, dissident inter se iudicia facientis: hinc est quod iubeat proposita perficere, illinc quod retrahat et ab re suspecta ac periculosa fugiat. Igitur in diuersa distrahitur. Si hoc est, perit gloria. Uirtus enim concordi animo decreta peragit: non timet quod facit. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito, quam tua te fortuna sinet. Non ibis audentior si mala illa esse credideris. Eruendum est ex pectore aliquum gestabit impetum moratura suspicio. Trahetur in id quod inuadendum est. Nostri quidem uideri uolunt Zenonis interrogationem esse fallacem, alteram autem falsam, que illi opponitur. Ego non redigo ista ad legem dyalecticam et ad illos ueternosissimi nodos. Totum genus istuc exturbandum dico, quo circumscribi se qui interrogatur existimat et ad confessionem perductus aliud respondet, aliud putat. Pro ueritate simplicius agendum est, contra metum fortius. Hec ipsaque uoluuntur ab illis solue malim et expendere, ut persuadeam, non ut imponam. In aciem educturus exercitum pro coniugibus ac liberis mortem obiturum quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios totum rei publice bellum in unam transferentes domum. Laconas tibi ostendo in ipsis Termopilarum angustiis positos: nec uictoriam sperant nec reditum. Ille locus illis sepulcrum futurus est. Quemadmodum exhortaris ut totius gentis ruinam obiectis corporibus excipiant et uita potius quam loco cedant? Dicis: quod malum est, mors; quod non malum. O efficacem orationem! Quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus

et stans mori? At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus est: "Sic, inquit, commilitones, prandete tamquam apud inferos cenaturi." Non in ore crevit cibus, non hesit in faucibus: nec elapsus est manibus. Alacres illi et ad prandium promiserunt et ad cenam. Quid? Dux ille Romanus, qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic allocutus: "Ire, commilitones, illos necesse est, unde redire non est necesse." Uides quam simplex et imperiosa uirtus sit? Quem mortalium circumscriptiones uestre fortiorem facere, quem erectiorem possunt? Frangunt animum, qui numquam minus contrahendus est et in minuta ac spinosa cogendus, cum aliquid grande componitur. Non trecentis, sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces malum esse non esse? Quomodo opiniones totius eui, quibus protinus infantia imbuitur, euincis? Quod auxilium inuenis? Quid dicis imbecillitati humane? Quid dicis quo inflammati in media pericula irruant? Qua ratione hunc timendi consensum, quibus ingenii uiribus obnixam contra te persuasionem humani generis auertis? Uerba mihi captiosa componis et interrogatiunculas nectis? Magnis telis magna portenta feriuntur. Serpentem illam in Affrica seuam et Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisque petierunt: ne Pithio quidem uulnerabilis erat. Cum ingens magnitudo pro uastitate corporis solida ferrum et quecumque humane torserant manus reiceret, molaribus demum fracta saxis est. Et aduersus mortem tam minuta iaculaberis? Subula leonem excipis? Acuta sunt ista que dicis: nichil est acutius arista. Quedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit. Uale. Liber XIIII.

De statu senectutis sue deque frugali conuersatione sua. Et de ebrietate, per quam alios deinde sua ponit sinonima. R.

L. XIIII
e. 83
c. 1

Singulos dies tibi meos et quidem totos indicari iubes: bene de me iudicas, si nichil in illis esse putas quod abscondam. Sic certe uiuendum est tamquam in conspectu uiuamus; sic cogitandum tamquam aliquis in pectus intimum prospicere possit. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? Nichil deo clusum est. Interest animis nostris et cogitationibus mediis interuenit. Sic interuenit dico, tamquam aliquando discedat. Faciam ergo quod iubes et quid agam et quo ordine libenter tibi scribam. Obseruabo me protinus et, quod utilissimum est, diem meum recognoscam.

ignosco edippos faciat que meo uitam suam re-
spiciat. Ad facturi sumus cogitamus. et con-
silium suum ex profundo uenit. hodiernus dies
solidus est nemo ex illo quicquam michi eripuit.
totus inter stratum lectionemque diuisus est. mi-
nimum exercitationis corporis datum. et hoc no-
mine ago gratias senectuti non magno michi
constat cum me moui lapsus sum. hic uir est
exercitationis etiam fortissimis finis. progy-
mnastas meos queris. unus sufficit michi Phar-
ius puer ut scis amabilis. sed mutabi-
tur iam aliquem teneriorem quero. hic quidem ait
nos eandem crisim habere quia utrique dentes ca-
dunt. Sed iam uix illum assequor currentem et intra
paucissimos dies non potero. Vides quid exer-
citatio cotidiana proficiat. cito magnum
interuallum fit inter duos iter diuersum euntes.
eodem tempore ascendit ego descendo. nec ignora-
ras quanto ex his uelocius alterum fiat.
mentitus sum iam etas mea non de[scendit] sed
cadit. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis
cesserit queris. quod raro cursoribus euenit.
dictum fecimus ab hac fatigatione magis quam
exercitatione in frigidam descendi. hoc apud me uo-
catur parum calida. Ille totus psidus lutenes
qui kalendis Ianuariis euripum salutabat
qui anno nouo quemadmodum legere scribere dicere
aliquid sic auspicabatur in uirginem desilie-
bam primum ad tyberim transtulisti castra. deinde
ad hoc solium quod cum fortissimus sum et omnia
fide fiunt sol temperat non multum michi ad balneum
superest panis deinde siccus et sine mensa prandi-
um. post quod non sunt lauande manus. dormio mi-
nimum. consuetudinem meam nosti. breuissimo
somno utor et quasi interiungo. satis est michi uigilare
desisse. aliquando dormisse me scio. aliquando suspicor.
Ecce circensium obstrepit clamor. subita
aliqua et uniuersa uoce feriuntur aures mee.
nec cogitationem meam excutiunt. ne interrum-
punt quidem. fremitum patientissime fero. mul-
te uoces et in unum confuse pro fluctu michi sunt
aut uento siluam uerberante et ceteris sine
intellectu sonantibus. Quid ergo est nunc cui a-
nimum adiecerim dicam. superest de externo
in cogitatione quid sibi uoluerint pruden-
tissimi uiri qui rerum maximarum probationes
leuissimas et perplexas fecerunt. que ut sint ue-
re tamen mendacio similes sunt. Uult nos ab ebrietate
deterrere Zenon uir maximus huius secte
fortissime ac sanctissime conditor. Audi ergo
quemadmodum colligat uirum bonum non futurum
ebrium. Ebrio sermonem nemo committit. quo

uir bonus ebrius non erit. Quemadmodum oppo-
sita interrogatione simili derideatur attende. Sa-
tis enim est unam ponere ex multis. Dormienti
nemo sermonem committit. uiro autem bono
committit. uir ergo bonus non dormit. Quo mo-
do potest Possidonius Zenonis nostri causam a-
git. sed ne sic quidem ut existimo agi potest. Ait
ebrium duobus modis dici. altero cum aliquis
uino grauis est et impotens sui. altero si solet
ebrius fieri et huic obnoxius uitio est. hunc
a Zenone dici qui soleat fieri ebrius non
qui sit. huic autem neminem commissurum archa-
na que premi eloqui possit. quod est falsum. Prima
enim illa interrogatione complectitur eum qui est ebrius
tunc futurum ex nunc habet hoc uitium. et qui ebrius
est sepe extra ebrietatem est. Itaque id melius
quod significari uerbo isto solet. presertim
cum ab homine diligentiam professo ponatur
et uerba examinante. Adice nunc quod si hoc in-
tellexit Zenon et nos intelligere uoluit ambigu-
itate uerbi quesiuit locum fraudi. quod faciendum
non est ubi ueritas queritur. Sed sane hoc sensit
quod sequitur falsum est ei qui soleat ebrius fieri
non committi sermonem secretum. Cogita enim quam
multis militibus non semper sobriis et imperator
tribunus et centurio tacenda mandauerit.
De illa G. cesaris cede. illius dico qui superato
Pompeio rem publicam tenuit tam creditum Tullio Cymbro
quam G. Cassio. Cassius tota uita aquam bibit
Tullius Cymber et nimius erat in uino et sca-
ndalus. In hanc rem locutus est ipse. Ego inquit
quemquam feram qui uinum ferre non possum. Si-
bi quisque nunc nominet eos quibus scit et uinum
male credi sed sermonem bene. Unum tamen ex-
emplum quod occurrit michi referam ne intercidat.
Instruenda est enim uita exemplis illustribus. non
semper confugiamus ad uetera. L. Piso urbis cu-
stos ebrius ex quo semel factus fuit. maiorem
partem noctis in conuiuio exigebat. usque
horam sextam fere dormiebat. hoc eius erat ma-
tutinum. Officium tamen suum quo tutela urbis
continebatur diligentissime administrauit. Huic et
diuus Augustus dedit secreta mandata. cum
illum preponeret tracie quam perdomuit. et ti-
berius proficiscens in campaniam cum multa
in urbe et suspecta relinqueret et inuisa. puto
quia illi bene cesserat Pisonis ebrietas. Postea
Cossum fecit urbis prefectum uirum grauem
moderatum sed mersum uino et madentem adeo
ut ex senatu aliquando in quem e conuiuio uenerat
oppressus inexcitabili somno tolleretur. Huic
tamen tyberius multa sua manu scripsit que com-

musto

tendam ne ministratis indicabat. Nullum secretum
aut privatum secretum aut publicum elapsum est
usque declamatores istas de medio removeamus
non est animus in sua potestate ebrietate devinctus
quemadmodum musta dolia ipsa rumpunt et omne
quod in imo iacet in summam partem vis ca-
loris eiectat. Sic vino exestuante quicquid in
imo iacet abditum effertur et prodit in medium.
Oneratum mero quemadmodum non continet cibum vino
redundante ita nec secretum quidem. Quod suum
alienumque pariter effunditur. Sed quamvis soleat acci-
dere et illud solet ut cum hiis quos sciamus libe-
nius bibere de rebus necessariis deliberemus. Falsum
hoc quod patrocinii loco ponitur qui soleat e-
brius fieri non dari tacitum. Quanto satius est
aperte accusare ebrietatem et vitia eius expo-
nere quam etiam tollerabilis homo vitaverit. Nedum
perfectus ac sapiens cui satis est sitim extinguere
cum etiam si satis orta est hilaritas aliena cau-
sa producta longius tamen citra ebrietatem resistit. Nam
de illo videbimus an sapientis animus nimio vino
trahatur et faciat ebrius insolita. Interim si hoc
colligere vis virum bonum non debere ebrium fieri
cur si longissimum agis? Dic quam turpe sit plus sibi
ingerere quam capiat et stomachi sui non nosse men-
suram quam multa ebrii faciant quibus sobrii eru-
bescant. Nichil aliud ebrietatem quam voluntari-
am insaniam extendi in plures dies illum ebrie-
tatis. Numquid de furore dubitabis? Nunc quoque
non est minor sed brevior. Refer Alexandri ma-
cedonis exemplum qui Clitum carissimum sibi ac fi-
delissimum inter epulas transfodit et intellecto faci-
nore mori voluit. Certe debuit. Omne vicium e-
brietas et incendit et detegit. Obstantem ma-
lis conatibus verecundiam removet. Plures
enim pudore peccandi quam bona voluntate prohibi-
ti abstinent. Ubi possedit animum nimia vis vini
quicquid mali latebat emergit. Non facit e-
brietas vicia sed protrahit. Tunc libidinosus ne
cubiculum quidem expectat sed cupiditatibus suis
quantum petierunt sine dilatione permittit. Tunc
impudicus morbum profitetur ac publicat. Tunc
petulans non linguam non manum continet. Cre-
scit insolenti superbia crudelitas sevo malig-
nitas livido. Omne vicium laxatur et prodit. Ad-
de illam ignorationem sui dubia et explanata
parum verba incertos oculos gradum errantem
vertiginem capitis tecta ipsa mobilia velud
aliquo turbine circumagente totam domum stoma-
chi tormenta cum effervescit merum ac viscera
ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tollerabilem
dum illi vis sua est. Quid cum somno vitia-

et quam ebrietas sed crudelitas sua est? Cogita
quas clades ediderit publica ebrietas. Hec
acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradi-
dit. Hec multorum annorum pertinacia bello defensa
menia patefecit (al. patefecerat). Hec contumacissimos et iugum
recusantes in alienum egit arbitrium. Hec invi-
ctas acies mero domuit. Alexandrum cuius
modo feci mentionem tot itinera tot prelia tot
hiemes per quas victa temporum locorumque difficultate
transierat. Tot flumina ex ignoto cadentia
tot maria tutum dimiserunt. Intemperantia bibe-
ndi et ille herculaneus ac fatalis sciphus
condidit. Que gloria est capere multum? Cum penes
te palma fuit et propinationes tuas strati
somno ac vomitantes recusaverint, cum super-
stes toti convivio fueris, cum omnes viceris vir-
tute magnifica et nemo vini tam capax fuit
vinceris a dolio. Marcum Antonium magnum virum
et ingenii nobilis que alia res perdidit et in
externos mores ac vicia non romana tra-
iecit quam ebrietas? Hec (al. nec) minor vino Cleopatre
amor. Hec illum rei hostem rei publice, hec hostibus suis
imparem reddidit. Hec crudelem fecit, cum capita
principum cenanti referrentur, cum inter appara-
tissimas epulas luxusque regales ora ac
manus proscriptorum recognosceret, cum vino gra-
vis sitiret tamen sanguinem. Intollerabile erat
quod ebrius fiebat cum hoc faceret, quanto intollera-
bilius quod hoc in ipsa ebrietate faciebat. Fere vi-
olentiam ebrietas sequitur. Violatur et exaspe-
ratur quam sanitas mentis, que difficiles quoque fa-
ciunt diutini morbi et ad minimam radiorum
offensionem. Ita ebrietas continue efferat ani-
mum, cum sepe apud se non sunt. Consuetudo insanie
durata vicia vino concepta et sine illo valent.
Dic ergo quare sapiens non debeat ebrius fieri. Deformi-
tatem rei et importunitatem ostende rebus non
verbis, quod facillimum est. Proba istas que volu-
ptates vocantur, ubi transcenderunt modum, pe-
nas esse. Nam si illud argumentaveris sapientem
multo vino inebriari et retinere rectum tenorem
etiam si temulentus sit, licet colligas nec vene-
no poto moriturum nec sopore sumpto dormi-
turum nec elleboro accepto quicquid visceribus
herebit eiecturum deiecturumque. Sed si temptantur
pedes, lingua non constat, quid est quare illum exi-
stimes in parte sobrium esse, in parte ebrium? Vale.

De alternitate lectionis et stili. Et quod a-
lios dicta persuasioni nostre facere debemus. R.

Itinera ista que segnitiam mihi excutiunt et
valitudini mee prodesse iudico et studiis.
Quare valitudinem adiuvet vides cum pigri

Marginalia: no(ta) de ebrietate — Exemplum de morte Alexandri — al(ia)s scripsit — Exemplum de M. Antonio — e. 8. e. — c. 2.

me et neglegentem corporis litterarum amor faciat aliena opera exerceo. Studio quare profuit indicabo. A lectionibus non recessi. Sunt autem ut existimo necessarie. Primo ne sim me uno contentus. Deinde ut cum ab aliis quesita quero cognovero tunc et de inventis iudicem et cogitem de inveniendis. Alit lectio ingenium et studio fatigatum non sine studio tamen reficit. Nec scribere nec tantum legere debemus. Altera res contristabit vires et exhauriet, de stilo dico. Altera solvet ac diluet. Invicem hoc commeandum est et alterum altero temperandum ut quicquid lectione collectum stilus redigat in corpus. Apes ut aiunt debemus imitari que vagantur et flores ad mel faciendum ydoneos carpunt. Deinde quicquid attulerunt disponunt ac per favos digerunt. Et ut Virgilius noster ait: liquentia mella stipant et dulci distendunt nectare cellas. De illis non satis constat utrum ex floribus ducant qui protinus mel sit an que collegerunt in hunc saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mutent. Quibusdam enim placet non faciendi mellis scientiam esse illis sed colligendi. Aiunt inveniri apud Indos in arundinum foliis quod aut ros illius celi aut ipsius arundinis dulcis et pinguior gignit. In nostris quoque herbis vim eandem sed minus manifestam et notabilem poni, quam persequatur animal huic rei genitum. Quidam existimant conditura et dispositione in hanc qualitatem verti que ex tenerrimis virentium florentiumque decerpserint non sine quodam ut ita dicam fermento in unum diversa coalescunt. Sed ne ad aliud quam de quo agitur adducar. Nos quoque has apes debemus imitari et quecumque ex diversa lectione congessimus separare. Melius enim distincta servantur. Deinde adhibita ingenii nostri cura et facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere ut etiam si apparuerit unde sumptum sit aliud tamen esse quam unde sumptum est appareat. Quod in corpore nostro videmus sine ulla opera facere naturam. Alimenta que accepimus quamdiu in sua qualitate perdurant et solida innatant stomacho onera sunt. At cum ex eo quod erant mutata sunt tunc demum in vires et in sanguinem transeunt. Idem in hiis quibus aluntur ingenia prestemus ut quecumque hausimus non patiamur integra esse ne aliena sint. Concoquamus alioquin in memoriam ibunt non in ingenium. Assentiamur illis fideliter et nostra faciamus ut unum quiddam fiat ex multis. Sicut unus numerus fit ex singulis cum minores summas et dissidentes computatio una comprehendit. Hoc faciat animus noster omnia quibus est adiutus abscondat, ipsum tantum ostendat quod effecit. Etiam si cuius in te admirabitur similitudo que admiratio tibi alta fuerit, similem esse te volo quo filium non quo ymaginem. Ymago res mortua est. Quid ergo intelligetur cuius imiteris orationem, cuius similis? Puto aliquando nec intelligi quidem posse si magni viri, nec enim omnibus que ex quo velud exemplaria traxit formam suam impressit et in unitatem illa conspirant. Non vides quam multorum vocibus chorus constet? Unus tamen ex omnibus redditur. Aliqua illic acuta est, alia gravis, alia media. Accedunt viris femine, interponuntur tibie. Singulorum illic latent voces, omnium apparent. De choro dico quem veteres philosophi noverant. In commissionibus nostris plus cantorum est quam in theatris olim spectatorum fuit. Cum omnes vias ordo canentium implevit et cavea eneatoribus cincta est et ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis. Talem animum nostrum esse volo. Multe artes illo insint, multa precepta, multarum etatum exempla sed in unum conspirata. Quomodo inquit hoc effici poterit? Assidua intentione. Si nichil egerimus nisi ratione suadente. Hanc si audire volueris dicet tibi: Relinque ista iamdudum ad que discurritur. Relinque divitias aut periculum possidentium aut onus. Relinque corporis atque animi voluptates, molliunt et enervant. Relinque ambitum, tumida res est vana ventosa nullum habet terminum. Tam sollicita est ne quem ante se videat quam ne post se. Laborat invidia et quidem duplici. Vides autem quam miser sit si cui invidetur et invidet. Intueris illas potentium domos, illa iurgia tumultuosa salutantium limina. Multum habent contumeliarum ut intres plus cum intraveris. Preteri istos gradus divitum et magno adgestu suspensa vestibula. Non in precipiti tantum istic stabis sed in lubrico. Huc potius ad sapientiam te dirige tranquillitatemque eius et simul amplissimas pete. Quecumque videntur eminere in rebus humanis quamvis pusilla sint et comparatione humillimorum extent per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis via est. At si conscendere hunc verticem libet, cui se fortuna submisit, omnia quidem sub te quasi per excelsissime habebis aspicies. Sed tamen venies ad summa per planum. Vale.

Vir.

Nota de melle

De affectibus animi quos secundum Peripateticos dicit sapientem temperare posse non vitare. Secundum vero Stoycos etiam vitare. Et de beate vite perfectione. Rubrica.

[al. peperceram. al. preterire] [al. supererat]

Expectatum tibi et quicquid nodosi ad
huc superat. prestitum erat. contentus
quasi gustum tibi dare eorum que a nostris
dicuntur ut probaretur virtus ad explendam
beatam vitam sola satis efficax. Iubes me
quicquid est aut interrogacione nostra aut traductione nostra
excogitatum comprehendere. quod si facere volu
ero non erit epistola sed liber. Illud totiens te
stor. hoc me argumentorum genere non delectari.
pudet in aciem descendere pro diis hominibusque
susceptam subula armatum. Qui prudens est
et temperans est. qui temperatus est et constans
qui constans est inperturbatus est. qui sine tristicia
est beatus est. Ergo prudens est beatus. et prudencia
ad beatam vitam satis est. Huic collectioni hoc
modo peripathetici quidam respondent. ut inpertur
batum et constantem et sine tristicia sic interpreta
tur. tamquam inperturbatus dicatur qui raro pertur
batur et modice. non qui numquam. Item sine tristicia
eum dici aiunt qui non est obnoxius tristicie. nec
frequens nimiusve in hoc vicio. Illud enim hu
manam naturam non est negare alicuius animum inmu
nem esse tristicia. sed sapientem non vinci merore.
ceterum tangi. Et cetera in hunc modum secte sue re
dentia. non hiis sapientibus in hiis tollunt af
fectus. sed temperant. Quantulum autem sapienti damus
si inbecillissimis fortior est et mestissimis
letior est. et humillimis maior. Quid si miretur
velocitatem suam laudans ad claudos de
bilesque respiciens. illa vel intacte segetis
per summa volaret gramina. nec cursu teneras
lesisset aristas. vel mare per medium fluctu
suspensa tumenti ferret iter. celeres nec tin
geret equore plantas. Hec est pernicitas per
se estimata. non que tardissimorum collatione
laudatur. Quid si sanum voces leviter febri
citantem. non est bona valitudo mediocri
tas morbi. Sic peripathetici inquit sapi
ens inperturbatus dicitur. quo apira dicuntur non
quibus nulla inest duricia granorum sed quibus mi
nor. falsum est. Non enim deminucionem malorum
in bono viro intelligo. sed vacacionem. Nulla de
bent esse. vel parva. nam si ulla sunt crescent.
et interim inpedient. Quomodo oculos maior et perfe
cta suffusio excecat. sic modica turbat.
Si das aliquos affectus sapienti. impar illis
erit racio. et velud torrente quodam auferetur.
presertim cum ille non unum affectum. sed cum quo
colluctetur. omnes. plus potest quamvis mediocrium turba
quam posset unius magni violencia. habet pecunie
cupiditatem sed modicam. habet ambicionem sed non
concitatam. habet iracundiam sed placabilem. habet inconstan

ciam sed minus vagam ac mobilem. habet libidinem
non sanam. Melius cum illo ageretur qui unum
vicium integrum haberet. quam cum eo qui leviora quidem
sed omnia. Deinde nichil interest quam magnus sit affe
ctus. quantuscumque est parere nescit. consilium non ac
cipit. Quemadmodum racioni nullum animal obtemperat.
non ferum. non domesticum et mite. Natura enim
illorum est surda suadenti. sic non sequuntur.
non audiunt affectus. quantulicumque sunt. Ti
gres leonesque numquam feritatem exuunt. aliquando
summittunt. et cum minime expectaveris exaspe
ratur torvitas mitigata. Numquam bona fide
vicia mansuescunt. Deinde si racio proficiat. ne in
cipient quidem affectus. Si invita racione ceperint
invita perseverabunt. Facilius est enim inicia il
lorum prohibere quam impetum regere. Falsa est ita
que ista mediocritas et eodem loco habenda quo
si quis diceret modice insaniendum. modice
egrotandum. Sola virtus habet. Non recipiunt animi
mala temperamentum. Facilius sustuleris illa
quam rexeris. Numquid dubium est quin vicia mentis
humane inveterata et dura que morbos vocamus
inmoderata sint. ut avaricia. ut crudelitas. ut
innocencia. inpietas. Ergo inmoderati sunt et affectus.
ab hiis enim ad illa transitur. Deinde si das aliquid
iuris tristicie. timori. cupiditati. ceteris moti
bus pravis. non erunt in nostra potestate. Quare. quia
extra nos sunt quibus irritantur. Itaque crescent
prout magis habuerint minorve sive causas
quibus concitentur. maior erit timor. si plus quod
exterreat vel propius aspexerit. acrior cupidi
tas quo illa amplioris rei spes evocave
rit. Si in nostra potestate non est an sit affectus
ne illud quidem est quanti sint. Si ipsis permisi
sti incipere cum causis suis crescent. tantique e
runt quanto fient. Addice nunc quod ista quamvis
exigua sint in maius excedunt. numquam perni
ciosa servat modum. quamvis levia inicia
morborum serpunt. et egra corpora minima inter
dum mergit accessio. Illud vero cuius demencie
est credere quarum rerum extra nostrum arbitrium posita
principia sunt earum nostri esse arbitrii terminos. quomodo
ad finiendum satis valeo. ad quod prohibendum parum
valui. cum facilius sit excludere quam admis
sa comprimere. Quidam ista distinxerunt ut dicerent.
Temperans ac prudens posicione quidem mentis
et habitu tranquillus est. eventu non est. Nam
quantum ad habitum mentis sue non perturbatur. nec
contristatur. nec timet. sed multe extrinsecus cause incidunt
que illi perturbacionem afferant. Tale est quod volunt
dicere. iracundum quidem illum non esse. irasci tamen a
liquando. et timidum quidem non esse. timere tamen aliquando. id est

xen.

Epi.

initio timoris caret affectu non caret. Sed
si recipit usu frequenti timor transibit in ui
tium et ira si animo admissa habitum illum ira cun
die ati detexit. Preterea si non contempnit ue
nientes extrinsecus causas et aliquid timet cum for
titer eundum sit adversus tela ignes pro patria
legibus libertate cunctanter exibit et animo rece
dente non cadit autem in sapientem hec diversitas
mentis. illud preterea iudicio observandum ne
duo que separatim probanda miscearimus. per se enim
colligitur unum bonum esse quod honestum per se
rursus ad uitam beatam satis esse uirtutem. Si unum
bonum quod honestum omnes concedunt ad beate
uiuendum sufficere uirtutem. e contrario non remittetur
si beatum sola uirtus facit unum bonum esse quod ho
nestum est. Xenocrates et speusippus putant
beatum uel sola uirtute fieri posse non tamen unum bo
num esse quod honestum est. Epicurus quoque iudi
cat cum uirtutem habeat beatum esse sed ipsam non
satis esse ad beatam uitam quod beatum efficiat uolu
ptas que ex uirtute est non est ipsa uirtus. Inepta
distinctio. idem enim negat umquam uirtutem esse sine uo
luptate. Ita si ei iuncta est semper atque inseparabil
et sola satis est. habet enim secum uoluptatem sine qua
non est etiam cum sola est. Illud absurdum est
quod dicitur beatum quidem futurum uel sola uirtute non
futurum autem perfecte beatum. quod quemadmodum fieri possit non
reperio. Beata enim uita bonum in se perfectum habet inexsu
perabile. quod si est perfecte beata est. Si deorum
uita nichil habet maius aut melius. beata autem ui
ta diuina est nichil habet in quod amplius possit
attolli. Preterea si beata uita nullius est indigens
omnis beata uita perfecta eadem est et beata et beatissi
ma. Numquid dubitas quin beata uita summum bonum
sit. ergo si summum habet summe beata est. Quemadmodum su
mum bonum adiectionem non recipit. quid enim supra
summum erit. ita ne beata quidem uita que sine
summo bono non est. Quod si aliquem magis beatum
induxeris inducens et multo magis innumerabilia
discrimina summi boni facies. Cum summum intelli
gam quod supra se gradum non habet. si est aliquis minus
beatus quam alius sequitur ut hic alterius uitam
beatioris magis concupiscat quam suam beatus
autem nichil suae preferet. utrumlibet ex hiis incre
dibile est aliquid beato restare quod esse quam quod est
malit aut id illum non malle quod illa me
lius est. Utique enim quo prudentior est hoc magis
se ad id quod est optimum extendet et id omni
modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est qui cupe
re etiam nunc potest immo qui debet. Dicam quid
sit ex quo ueniat hic error. Nesciunt be
atam uitam esse unam. In optimo illam statu
ponit qualitas sua non magnitudo constat
in equo est. longa breuis. diffusa et angusta.
In multa loca multasque partes distributa et in
unum coacta. Qui illam numero extimat et men
sura et partibus id illi quod habet eximium eripit.
Quid autem est in beata uita eximium quod plena est.
finis ut puto edendi bibendique satietas est.
hic plus edit ille minus quid refert uterque
iam satur est. hic plus bibit ille minus quid re
fert uterque non sitit. hic pluribus annis uixit
hic paucioribus nichil interest si tam illum mul
ti anni fecerunt quam hunc pauci beatum. ille quem tu mi
nus beatum uocas non est beatus. Non enim potest nomen immi
nui. Quicumque fortis est sine timore est. qui sine timore
est sine tristicia est. qui sine tristicia est beatus est.
Nostrorum hec interrogatio est. Adversus hanc sic nostri
conantur. Falsam nos rem et controversiam professi ui
deamur. eum qui fortis est sine timore esse. Quid
ergo inquit. fortis imminentia mala non timebit.
istuc dementis alienatique non fortis est. Ille
uero inquit moderatissime timet sed in totum extra metum
non est. Qui hoc dicunt rursus in idem reuoluun
tur ut illis uirtutum loco sint minora uicia. Nam
qui timet quidem sed rarius et minus non caret mali
cia sed leuiore uexatur. At enim dementem puto qui
mala imminentia non extimescit. uerum est quod dicis
si mala sunt sed si scit mala illa non esse et unam
tantum turpitudinem malum iudicat debebit secure
pericula aspicere et aliis timenda contempnere. aut si stulti
et amentis est mala non timere quo quis pru
dentior est hoc timebit magis. ut tibi nobis inquit
uidetur. prebebit se periculis fortis. minime non
timebit illa sed uitabit. Cautio illum decet.
timor non decet. Quid ergo inquit. mortem uin
cula ignes alia tela fortune non timebit.
Non scit enim illa non esse mala sed uideri. Omnia ista
humane uite formidines putet. Describe ca
ptiuitatem uerbera cathenas egestatem et mem
brorum lacerationes uel per morbum uel per iniuriam
et quicquid aliud attuleris inter lymphatos metus
numerat. Ista timidum timenda sunt. An id exis
times malum. ad quod aliquando nobis nostra sponte
ueniendum est. Queris quid sit malum
cedere hiis que mala uocantur et illis libertatem
suam dedere pro qua cuncta patienda sunt.
perit libertas nisi illa contempnimus que nobis
iugum imponunt. Non dubitarent quid conue
niret forti uiro si scirent quid esset fortitudo.
Non est enim inconsulta temeritas nec periculorum amor
nec formidabilium appeticio. Scientia est distin
guendi quod sit malum et quod non sit diligentis
sima in tutela sui fortitudo est et eadem pati

entissima eorum quibus species malorum est. Sed ergo
si ferrum incipiat ceruicibus uiri fortis,
si pars alia subinde atque alia suffodiatur,
si uiscera sua in sinu suo uidit, si ex interuallo
quo magis tormenta sentiat repetitur et per assic-
cata uiscera recens dimittitur sanguis, non
timet? Tu illum dicas istum non dolere? Iste uero dolet;
sensum enim hominis nulla exuit uirtus, sed non timet:
inuictus ex alto dolores suos spectat. Queris
quis tunc animus illi sit? Qui egrum amicum
adhortantibus. Quod malum est nocet. Quod nocet
deteriorem facit. Dolor et paupertas deteriorem
non faciunt; ergo mala non sunt. Falsum est, inquit,
quod proponitis. Non enim si quid nocet etiam de-
teriorem facit. Tempestas et procella nocet gu-
bernatori, non illum tamen deteriorem facit. Quidam
Stoyci ita aduersus hoc respondent: deteriorem fieri
gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit
id quod posuit efficere nec tenere cursum suum;
deteriorem illum in arte sua non fieri, in opere fieri.
Quibus Perypatheticus: ergo, inquit, et sapientem de-
teriorem faciet paupertas, dolor et quicquid aliud
tale fuerit; uirtutem enim illi non eripiet, sed opera
eius impediet. Hoc recte diceretur, nisi dissimilis esset
gubernatoris condicio et sapientis. Huic enim propositum
in uita agendi non utique quod temptat efficere,
sed omnia recte facere; gubernatoris propositum est utique
nauem in portum perducere. Artes ministre sunt,
prestare debent quod promittunt; sapientia domina rectrixque
est. Artes seruiunt uite, sapientia imperat. Ego aliter
respondendum iudico: nec artem gubernatoris ulla
tempestate fieri nec administrationem artis. Guber-
nator tibi non felicitatem promisit, sed utilem
operam et nauis regende scientiam. Hec eo magis
apparet quo illi magis aliqua fortuna uis obstitit.
Qui hoc potuit dicere: Neptune, numquam hanc na-
uem nisi recta, arti satisfecit. Tempestas non
opus gubernatoris impedit, sed successum.
Quid ergo, inquit, non nocet gubernatori ea res
que illum tenere portum uetat, que conatus
eius irritos facit, que aut refert illum aut detinet
et exarmat? Non tamquam gubernatori, sed tamquam
nauiganti nocet; alioquin gubernatoris artem
adeo non impedit ut ostendat. Tranquillo enim, aiunt,
quilibet gubernator est. Nauigio ista obsunt,
non rectori eius qua rector est. Duas personas habet
gubernator: alteram communem cum omnibus qui eandem
conscendere nauem, ipse quoque uector est; alteram propriam
gubernatoris. Tempestas tamquam uectori nocet,
non tamquam gubernatori. Deinde gubernatoris ars
alienum bonum est et ad eos quos uehit pertinet,
quomodo medici ad eos quos curat; sapientis bonum est

et eorum cum quibus uiuit et proprium ipsius. Itaque gu-
bernatori fortasse noceat, cuius ministerium
ab hiis promissum tempestate impeditur; sa-
pienti non nocet a paupertate, non a dolore,
non ab aliis tempestatibus uite. Non enim prohibentur
opera eius omnia, sed tantum ad alios pertinentia. Ipse semper
in actu est, in affectu tunc maximus cum illi for-
tuna se opposuit. Sapientie negotium agit, quod
diximus et alienum bonum esse et suum. Potentia nec a-
liis quidem tunc prodesse prohibetur cum illum alique
necessitates premunt. Propter paupertatem prohibetur
docere quemadmodum sit tractanda paupertas. Per to-
tam uitam opus eius extenditur. Ita nulla fortuna,
nulla res actus sapientis excludit. Id enim ipsum
agit quo alia agere prohibetur. Ad utrosque casus
aptus est: bonorum rector est, malorum uictor. Sic,
inquam, se exercuit ut uirtutem tam in secundis quam
in aduersis exhiberet, nec materiam eius, sed ipsam intue-
retur. Itaque nec paupertas illum nec dolor nec quicquid
aliud imperitos auertit et precipites agit pro-
hibet. Tu illum premi putas malis? Utitur. Non
ex ebore tantum Phidias sciebat facere signa; faciebat et ex ere. Si marmor illi, si
adhuc uiliorem materiam obtulisses, fecisset quale
ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens uirtutem,
si licebit, in diuitiis explicabit, si minus, in paup-
ertate; si poterit, in patria, si minus, in exilio;
si poterit, imperator, si minus, miles; si poterit,
integer, si minus, debilis. Quamcumque fortunam acce-
perit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Certi
sunt domitores ferarum qui seuissima animalia
et ad occursum expauescenda hominem pati subiugum,
nec asperitatem excussisse contenti usque in
contubernium mitigant. Leonibus magister manum
insertat, osculatur tigrim suus custos, elepha-
tum minimus Ethiops iubet genua et am-
bulare per funem. Sic sapiens artifex est
domandi mala. Dolor, egestas, ignominia,
carcer, exilium, ubique horrenda, adhuc peruen-
ire mansueta sunt. Liber xv. Exemplo Sci-
pionis utens notat luxuriam balneorum
subiciens de sationibus et insitionibus.

e. xv.

e. 86.

c. i.

In ipsa quidam oblectamenta senectutis. &
Scipionis Affricani uilla iacens hec
tibi scribo, adoratis manibus eius
et ara quam sepulcrum esse tanti uiri suspi-
cor. Animum quidem eius in celum ex quo erat
redisse persuadeo mihi, non quia magnos exer-
citus duxit (hos enim et Cambyses furiosus
ac furore feliciter usus habuit), sed ob egre-
giam moderationem pietatemque, quam magis
in illo admirabilem iudico cum reliquit pa-

tiam quam cum defendit aut Scipio rome deesse debebat aut roma libertati. Nichil inquit uolo derogare legibus nichil institutis. equum inter omnes ciues ius sit. utere sine me beneficio meo patria. causa tibi libertatis fui. ero et argumentum. exeo si plus quam tibi expedit creui. Quid nisi ego amirer hanc magnitudinem animi qua in exilium uoluntarium secessit et ciuitatem exonerauit. Eo producta res erat ut aut producta libertas scipionem aut scipio libertati faceret iniuriam. Neutrum fas erat. Itaque locum dedit legibus. locus est. et saliternum se recepit tam suum exilium rei publice imputaturus quam hanibalis. Vidi uillam structam lapide quadrato murum circumdatum silue turres quoque in propugnaculum utrumque subrectas. cisternam edificiis ac uiridibus subditam. que sufficere in usum uel exercitus posset. Balneolum angustum tenebricosum ex consuetudine antiqua. non uidebatur maioribus calidum nisi obscurum. Magna ergo me uoluptas subit contemplantem mores scipionis ac nostros. In hoc angulo ille carthaginis horror cui roma debet quod semel tantum capta est abluebat corpus laboribus rusticis fessum. exercebat enim opere se terramque ut mos fuit priscis ipse subigebat. Sub hoc ille tecto tam sordido stetit. hoc illum pauimentum tam uile sustinuit. At nunc quis est qui sic lauari sustineat? pauper sibi uidetur ac sordidus nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserint. nisi alexandrina marmora numidicis crustis distincta sint. nisi illis undique operosa et in picture modum uariata circumlitio pretexitur. nisi uitro abscondatur camera. nisi thasius lapis quondam rarum in aliquo spectaculo templo piscinas nostras circumdederit in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus. nisi aquam argentea epitonia fuderint. Et adhuc plebeias fistulas loquor. Quid cum ad balnea libertinorum peruenero? quantum columnarum est nichil sustinentium sed in ornamentum positarum impense causa. quantum aque per gradus cum fragore labentium. Eo delicias peruenimus ut nisi gemmas calcare nolumus. In hoc balneo scipionis minime sunt rime magis quam fenestre muro lapideo exsecte. ut sine iniuria munimenti lumen admitterent. At nunc blattaria uocant balnea si qua non ita apta sunt ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant. nisi et lauantur simul et colorantur. nisi ex solio agros ac maria prospiciunt. Itaque que concursum et admirationem habuerant cum dedicarentur in antiquorum numerum reiciuntur cum aliquid noui luxuria commenta est quo ipsa se obrueret. At olim et pauca erant balnea nec ullo cultu exornata. Cur enim exornaretur res quadrantaria et in usum non oblectamentum reperta? non suffundebatur aqua nec recens semper uelud ex calido fonte currebat. nec referre credebant in qua perlucidas sordes deponerent. Sed di boni quam iuuat illa balnea intrare obscura et gregali tecto inducta. que scires catonem tibi edilem aut fabium maximum aut ex corneliis aliquem manu sua temperasse. Nam hoc quoque nobilissimi ediles fungebantur officio intrandi ea loca que populum receptabant exigendique munditias et utilem ac salubrem temperaturam. Non hanc que nuper inuenta est similis incendio. adeo quidem conuictum in aliquo scelere seruum uiuum lauari oporteat. Nichil mihi uidetur iam interesse ardeat balneum aut caleat. quante nunc aliqui rusticitatis damnant scipionem quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat. quod non in multa luce decoquebatur et expectabat ut in balneo concoqueret. O hominem calamitosum nesciuit uiuere. non saccata aqua lauabatur. sed sepe turbida. et cum plueret uehementius pene lutulenta. nec multum eius intererat an sic lauaretur. Veniebat enim ut sudorem illic ablueret non ut unguentum. Quas nunc quorundam uoces futuras credis. Non inuideo scipioni uere in exilio uixit qui sic lauabatur. Nam ut aiunt qui priscos mores urbis tradiderunt brachia et crura cotidie abluebant que scilicet sordes opere collegerant. ceterum toti nundinis lauabantur. Hoc loco dicet aliquis liquet mihi immundissimos fuisse. quid putas illos oluisse militiam laborem uirum. Postquam munda balnea inuenta sunt spurciores sunt. Descripturus infamem et nimiis notabilem deliciis Oracius flaccus quid ait. Pastillos bucillus olet. Dares nunc bucillum proinde esset ac si hircum oleret. gorgonii loco esset. quem ille Oratius bucillo opposuit. Parum est sumere unguentum nisi bis die terque renouatur ne euanescat in corpore. Quid quod hoc odore tamquam suo gloriantur. Hec si tibi nimium tristia uidebuntur. uille imputabis in qua didici a begialo diligentissimo patrefamilias. is enim nunc huius agri possessor est. quamuis uetus arbustum posse transferri. Hoc nos

is senibus discere necessarium est, quorum nemo non
olivetum alteri ponit. Quod vidi illud arborum
trimum et quadrimum fastidiendi fructus aut-
deponere. Te quoque proteget illa que tarda ve-
nit seris factura nepotibus umbram, ut
ait Virgilius noster, qui non quid verissime diceret
aspexit, nec agricolas docere voluit, sed legen-
tes delectare. Nam ut alia omnia transeam,
hoc quod mihi hodie necesse fuit deprehendere
scribam: vere fabis satio est; tunc te quoque me-
dica putres accipiunt sulci, et milio venit
annua cura. An uno tempore ista ponenda sint
et an utriusque verna sit satio, hinc estime-
s: Iunius mensis est quo tibi scribo, iam pro-
clivis in Iulium; eodem vidi fabam meten-
tes, milium serentes. Ad olivetum revertar,
quod vidi duobus modis dispositum. Magnarum
arborum truncos circumcisis ramis et ad unum
redactis pedem cum rapo suo transtulit, am-
putatis radicibus, relicto tantum capite ex
quo ille pependerant. Hoc fimo tinctum in scro-
bem demisit, deinde terram aggessit, tantum se cal-
cavit et pressit. Negat quicquam esse hac ut
ait pisatione efficacius; videlicet frigus
excludit et ventum; minus preterea movetur, et ob
hoc radices nascentes prodire patitur ac solum
apprehendere, quas necesse est cereas adhuc et preca-
rio herentes levis quoque revellat agitatio. Ra-
pum autem arbor antequam obruat radit est. Ex omni
materia que nudata est, ut ait, radices exeunt nove.
Non plures autem super terram eminere debet truncus
quam tres aut quattuor pedes. Statim enim ab imo ve-
stietur, nec magna pars quemadmodum in olivetis veteribus ari-
da et retorrida erit. Alter ponendi modus hic
fuit: ramos fortes nec corticis duri, quales
e codem genere deposuit. Hi paulo tardius
surgunt, sed cum tamquam a planta processerint,
nihil habent in se abhorridum aut triste. Illud
etiam nunc vidi, vitem ab arbusto suo anno-
sam transferri; huius capillamenta quoque si fieri potest colli-
genda sunt, deinde liberalius sternenda vitis, ut
etiam ex corpore radices sint. Et vidi non tantum mense
Februario positas, sed iam Martio exacto te-
nent et complexe sunt non suas ulmos. Omnes
autem istas arbores que, ut ita dicam, grandis-
capie sunt, ait aqua adiuvandas cisterni-
na, que si prodest, habemus pluviam in nos-
tra potestate. Plura te docere non cogito, ne quemadmodum
Egialus me sibi adversarium paravit, sic ego
te parem mihi. Vale.

Exemplo suo et Catonis
ad frugalitatem hortatur. Amentes de pyrr-
honicis disputat de fortuitis quod bona non sunt.

e. 87
c. 2.

Naufragium antequam navem ascenderem
feci. Quomodo acciderit non addicio, ne
et hoc putes inter Stoica paradoxa ponendum,
quorum nullum esse falsum, nec tam mirabile quam
prima facie videtur, cum volueris, approbabo,
immo etiam si nolueris. Interim hoc me iter docuit
quam multa haberemus supervacua, et quam facile
iudicio possemus deponere. Que si quando necessitas
abstulit, non sentimus ablata. Cum paucis-
simis servis, quos unum capere vehiculum po-
tuit, sine ullis rebus nisi que corpore nostro contineba-
tur, ego et Maximus meus biduum iam be-
atissimum agimus. Culcita in terra iacet. Ego in
culcita. Ex duabus penulis altera stragu-
lum, altera opertorium facta est. De prandio
nichil detrahi potuit; paratum fuit non ma-
gis hora, nusquam sine caricis, numquam
sine pugillaribus. Illa si panem habeo pro
pulmentario sunt, si non habeo, pro pane. Coti-
die mihi annum novum faciunt, quem ego fau-
stum et felicem reddo bonis cogitationibus et
animi magnitudine, qui numquam maior est quam ubi ali-
ena seposuit et fecit sibi pacem nichil timendo,
fecit sibi divitias nichil concupiscendo. Vehiculum
in quo positus sum rusticum est; mule vivere
se ambulando testantur; mulio excalceatus
non propter estatem. Vix a me obtineo ut hoc
vehiculum nolim (velim) videri meum. Durat adhuc
perversa recti verecundia, et quotiens in ali-
quem comitatum laudationem (al. lautiorem) incidimus
invitus erubesco; quod argumentum est ista que
probo, que laudo nondum habere certam sedem et
immobilem. Qui sordido vehiculo erubescit,
pretioso gloriabitur. Parum adhuc profeci: nondum
audeo frugalitatem palam ferre; etiam nunc cu-
ro opiniones viatorum. Contra totius generis humani
opiniones mittenda vox erat: Insanitis, erra-
tis, stupetis ad supervacua, neminem estimatis
suo. Cum ad patrimonium ventum est, diligentissimi
computatores sitis rationem ponitis singulorum,
quibus aut pecuniam credituri aut beneficia
estis. Nam hic quoque iam expensa fertis. Late pos-
sidet, sed multum debet. Habet domum formosam,
sed alienis nummis paratam. Familiam nemo
cito speciosiorem producet, sed nominibus non
respondet. Si creditoribus solvit, nichil illi supe-
rit. Idem in reliquis quoque facere debetis: excutere
quantum proprii quisque habeat. Divitem illum putas
quia aurea supellex etiam in via sequitur, quia
in omnibus provinciis arat, quia magnus sibi
kalendarii liber volvitur, quia tantum suburbani a-
gri possidet quantum invidiose in desertis Apu-

lie possederat. Cum omnia dixeris pauper est. Quare? Quia debet. Quantum, inquis? Omnia. Nisi forte iudicas interesse utrum aliquis ab homine an a fortuna sumpserit mutuum. Quid ad rem pertinet mule saginate unius omnes coloris? Quid ista vehicula celata? Instrati ostro aut purpura pictis quoque tappetis, aurea pectoribus demissa monilia pendent; freni auro fulvum mandunt sub dentibus aurum. Ista nec dominum meliorem possunt facere nec mulam. M. Cato censorius (al. censorinus), quem tam rei publice fuit nasci quam Scipionem, alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit, cantherio vehebatur, hyppopiris quidem impositis ut secum utilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex hiis trossulis in via divitibus, cursores et numidas et multum ante se agentem. Hic sine dubio cultior comitatiorque quam M. Cato videretur; hic qui inter illos apparatus delicatus cum maxime dubitat utrum se ad gladium locet an ad cultrum. O quantum erat seculi decus imperatorem triumphalem censorium, et quod super omnia hec, Cathonem uno caballo esse contentum, et ne toto quidem: partem enim sarcine ab utroque latere dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis et asturconibus et tolutariis preferres unicum illum equum ab ipso Cathone destrictum? Video non futurum finem in ista materia ullum nisi quem ipse fecero. Hic itaque conticescam quantum ad ista, que sine dubio divinavit futura qualia nunc sunt qui primus appellavit impedimenta. Nunc volo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum proponere ad virtutem pertinentes, quam satis facere vite beate contendimus. Quod bonum est facit musicum, fortuita bonum non faciunt, ergo non bona. Adversus hoc sic respondent Pypathetici, ut quod primum proponimus falsum esse dicant: ab eo inquiunt quod est bonum non utique fit bonus. In musica est aliquid bonum tanquam tybia aut corda aut organum aliquod aptatum ad usus canendos, nichil tamen horum facit musicum. Huic respondebimus: non intelligitis quomodo posuimus quod bonum est in musica. Non enim id dicimus quod instruit musicum sed quod facit; tu ad suppellectilem artis non ad artem venis. Si quid autem in ipsa arte musica bonum est, id utique faciet musicum. Etiam nunc facere id planius volo. Bonum in arte musica duobus modis dicitur: alterum quo effectus musici adiuvatur, alterum quo ars; ad effectum pertinent instrumenta, tibie, organa et corde, ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis; uti forsitan non potest arte. Hoc non est equidem du-

plex in homine; idem enim bonum et hominis et vite. Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest, bonum non est. Opes autem et lenoni et laniste contingunt; ergo non sunt bona. Falsum est, inquiunt, quod proponitis. Nam et in grammatica et in arte medendi aut gubernandi videmus bona humillimis contingere. Sed iste artes magnitudinem animi professe non sunt, non consurgunt in altum nec fortuita fastidiunt. Virtus extollit hominem et superiorem mortalibus collocat; nec ea que bona nec ea que mala vocantur aut cupit nimis aut expavescit. Cholidonius ex decope locus e mollibus patrimonium grande possedit; nuper Natalis, tam improbe lingue quam impure, in cuius ore femine purgabantur, et multorum heres fuit et multos habuit heredes. Quid ergo? Utrum hunc illa pecunia inpurum effecit an ipse pecuniam inspurcavit? Que sic in quosdam homines quomodo denarius in cloacam cadit. Virtus super ista consistit; suo ere censenda est. Nichil ex istis quolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina et gubernatio non interdicit sibi ac suis admirationem talium rerum. Qui non est vir bonus potest nichilominus medicus esse, potest gubernator, potest grammaticus tam mehercule quam cocus. Cui contingit habere rem non quamlibet, hunc non quemlibet dixeris; qualia quisque habet, talis est. Fiscus tanti est quantum habet; immo in accessionem eius venit quod habet. Quis pleno sacculo ullum pretium ponit nisi quod pecunie in eo condite numerus efficit? Idem evenit magnorum dominis patrimoniorum: accessiones illorum et appendices sunt. Quare ergo sapiens magnus est? Quia magnum animum habet. Verum est ergo quod contemptissimo cuique contingit bonum non esse. Itaque insolentiam numquam bonum dicam: habet illud cicada, habet pulex. Ne quietem quidem et molestia vacare bonum dicam: quid est otiosius verme? Queris quid res sapientem faciat? Quod deum. Des oportet illi divinum aliquid, celeste, magnificum. Non in omnes bonum cadit nec quemlibet possessorem patitur. Vide quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset: hic segetes, illic veniunt felicius uve, arborei fetus alibi atque iniussa virescunt gramina. Nonne vides croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur, molles sua thura Sabei, at Calibes nudi ferrum? Ista in regione discripta sunt ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si invicem alius aliquid ab alio peteret. Summum illud bonum habet et ipsum suam sedem; non nascitur ut ebur nec ubi ebur nec ubi ferrum. Quod sit summi boni locus queris? Animus. Hic nisi purus ac sanctus est, deum non capit. Bonum ex malo non fit. Divicie fiunt; fiunt autem ex avaricia; divicie

ergo non est bonum. Non est inquit verum bonum ex ma-
lo non nasci. Ex sacrilegio enim et furto pecunia
nascitur. Itaque malum quidem est sacrilegium
et furtum, sed ideo quia plura facit mala quam bona; dat
enim lucrum, sed cum metu, sollicitudine, tormentis
et animi et corporis. Quisquis hoc dicit necesse est recipiat
sacrilegium sic ut malum sit, quia multa mala
facit. Ita bonum quidem ex aliqua parte quia aliquod boni
facit. quod sit portentosius potest quam sacrilegium fur-
tum adulterium inter bona haberi? Prorsus persuasi-
mus quam multi furto non erubescunt, quam multi
adulterio gloriantur. Nam sacrilegia minuta pu-
niuntur, magna in triumphis feruntur. Adice nunc
quod sacrilegium si omnino ex aliqua parte bonum est
etiam honestum erit et recte factum vocabitur. Nostra enim
actio est quod nullius mortalium cogitatio recipit.
Ergo bona nasci ex malo non possunt. Nam si
dicitis ob hoc unum sacrilegium malum esse quia multum
mali affert, si remiseritis illi supplicia, securi-
tatem spoponderitis, ex toto bonum erit. Atqui
maximum scelerum supplicium in ipsis est. Erras inquam
si illa ad carnificem aut carcerem differs; statim
puniuntur cum facta sunt, immo dum fiunt. Non nasci-
tur ita neque ex malo quidem bonum neque ex bo-
no malum non magis quam ficus ex olea. Ad semen
nata respondent. Bona degenerare non possunt.
Quemadmodum ex turpi honestum non nascitur, ita nec
ex malo quidem bonum. Nam idem est honestum et
bonum. Quidam ex nostris adversus hoc sic respondent:
Putemus pecuniam bonum ex undecumque sumpta
non tamen ideo ex sacrilegio si sumatur. Hoc sic
intellige. In eadem urna et aurum est et vipera. Si
aurum ex urna sustuleris quia et illic vipera est,
non ideo mihi urna dat quia viperam habet, sed aurum
dat cum et viperam. Eodem modo ex sacrilegio
lucrum fit, non quia turpe et sceleratum sacrilegium
sed quia et lucrum habet. Quemadmodum in alia urna vipera
malum est, non aurum quod cum vipera iacet,
sic in sacrilegio malum est scelus, non lucrum.
A quibus dissentio; enim utriusque rei condicio. Illic
aurum possumus sine vipera tollere, illic lu-
crum sine sacrilegio facere non possumus. Lucrum
istud non est appositum sceleri sed immixtum. Quod
cum consequi volumus in multa mala incidimus,
ergo divitie bonum non sunt. Duas inquit signifi-
cationes habet propositio vestra. Una dum divitias
consequi volumus in multa nos male incidere.
In multa autem mala incidimus etiam dum virtu-
tem consequi volumus. Aliquis dum navigat stu-
diorum causa naufragium fecit, aliquis captus est.
Altera significatio talis est: per quod in mala incidimus
bonum non est. Huic propositioni non est consequens

propter divitias nos aut propter voluptates incidere. Aut si
propter divitias in multa mala incidimus non tantum
bonum divitie non sunt sed malum sunt. Vos autem illas
dicitis tantum bonum non esse. Preterea inquit conceditis
divitias habere aliquid usus. Inter commoda
illas numeratis. Atqui eadem ratione ne commodum erunt.
Per illas enim multa nobis incommoda eveniunt.
His quidem hoc respondent: erratis qui incommoda di-
vitiis imputatis. Ille neminem ledunt, aut
sua nocet cuique stultitia aut aliena nequitia.
Sic quemadmodum gladius neminem occidit, occi-
dentis telum est. Non ideo divitie tibi nocent
si propter divitias tibi nocetur. Possidonius ut ego
existimo melius, qui ait divitias esse causam malorum
non quia ipse faciunt aliquid, sed quia facturos irri-
tant. Alia est enim causa efficiens que protinus necesse
est noceat, alia precedens. Hanc precedentem divi-
tie habent. Inflant animos et superbiam pariunt, invi-
diam contrahunt et usque eo alienant mentem ut
fama pecunie nos etiam nocitura delectet.
Bona autem omnia carere culpa decet; pura
sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant; ex-
tollunt quidem et dilatant, sed sine timore. Que
bona sunt fiduciam faciunt, divitie audaciam.
Que bona sunt magnitudinem animi dant, divitie
insolentiam. Nichil autem aliud est insolentia
quam species magnitudinis falsa. Isto modo inquit
etiam malum sunt divitie, non tantum bonum non sunt.
Essent malum si ipse nocerent, si ut dixi haberent
efficientem causam; nunc precedentem habent quidem non ir-
ritantem tantum animos sed attrahentem. Speciem enim bo-
ni ostendunt verisimilem ac plerisque credibilem.
Habet virtus quoque precedentem causam ad invidiam; mul-
tis enim propter sapientiam, multis propter iusticiam invidetur.
Sed nec ex se hanc causam habet nec verisimilem.
Contra enim verisimilior illa species hominum animis obicitur
a virtute que illos in amorem et admirationem vocat.
Possidonius sic interrogandum ait: que neque
magnitudinem animo dant nec fiduciam nec securitatem
non sunt bona. Divitie autem et bona valitu-
do et similia his nichil horum faciunt, ergo non
sunt bona. Hanc interrogationem magis etiam hoc modo
intendit: que neque magnitudinem animo dant nec
fiduciam nec securitatem, contra autem insolentiam
tumorem arrogantiam creant, mala sunt. A for-
tuitis autem in hec impellimur, ergo non sunt bona.
Hac inquit ratione nec commoda quidem ista erunt.
Alia est commodorum condicio, alia bonorum. Commodum
est quod plus usus habet quam molestie. Bonum sin-
cerum esse debet et ab omni parte innoxium. Non est id bonum
quod plus prodest, sed quod tantum prodest. Preterea commo-
dum et ad animalia pertinet et ad imperfectos homines et

possid.

ad saluos. Itaque sit ei ex incommodo minutum commodum, dicitur tamen maiore sui parte. Extra tum bonum ad unum sapientem pertinet. Inuiolatum oportet esse bonum cum habere. Unus tibi modus sed herculaneus restat. Ex malis bonum non fit. Ex multis paupertatibus divicie fiunt. Ergo divicie bonum non sunt. Hanc interrogationem nostri non agnoscunt, peripathetici et fingunt illam et soluunt. Ait autem Posidonius hoc zophisma per omnes dyalecticorum scolas iactatum sic ab Antipatro refelli. Paupertas non per possessionem dicitur sed per detractionem, uel ut antiqui dixerunt orbationem. Greci kata ... dicunt. Non quod habet dicit sed quod non habet. Itaque ex multis inanibus nichil impleri potest. Divitias multas res faciunt, non multe inopie. Aliter inquit quam debes paupertatem intelligis. Paupertas enim est non que pauca possidet sed que multa non possidet. Ita non dicitur quod habet sed quod habeo quod eiusdem est. Facilius quod uolo exprimerem si latinum uerbum esset quo anhyparxia significatur. Paupertati hanc Antipater assignat. Ego non uideo quid aliud sit paupertas quam parui possessio. De isto uidebimus si quando ualde uacabit que sit diuiciarum quam paupertatis substantia. Sed tunc quoque considerabimus numquid satius sit paupertatem permulcere, diuiciis demere supercilium quam litigare de uerbis quasi iam de rebus iudicatum sit. Putemus nos ad contionem uocatos. Lex de abolendis diuiciis fertur. His interrogationibus suasuri aut dissuasuri sumus? His effecturi ut populus Romanus paupertatem fundamentum et causam imperii sui requirat ac laudet, diuicias autem suas timeat, ut cogitet has se apud uictores repperisse, hinc ambitum et largitiones et tumultus in urbem sanctissimam et temperantissimam irrupisse, nimis luxuriose ostentari gentium spolia, quod unus populus eripuit omnibus facilius ab omnibus uni eripi posse. Satius est suadere et expugnare affectus non circumscribere. Si possumus fortius loquamur; si minus, apertius. Vale.

Liber xvi. De utilitate diuisionis. De differentia inter sapientiam et philosophiam et constitutione utriusque. De philozophie partibus.

Rem utilem desideras et ad sapientiam properanti utique necessariam, diuidi philosophiam et ingens corpus eius in membra disponi. Facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Utinam quidem ut sic uniuersa mundi facies in conspectum uenit, ita philosophia tota nobis posset occurrere, simillimum mundo spectaculum. Profecto enim omnes mortales in admiratione sui raperet, relictis hiis que nunc in magnos ignorantia credimus. Sed quia contingere hoc non potest, et sic a nobis aspicienda quemadmodum mundi secreta cernuntur. Sapientis quidem animus totam molem eius amplectitur nec minus illa uelociter obit quam celum acies nostra. Nobis autem quibus perrumpenda caligo est et quorum uisus in proximo deficit, singula queque ostendi facilius possunt, uniuersi nondum capacibus. Faciam ergo quod exigis et philosophiam in partes non in frusta diuidam. Diuidi enim illam non concidi utile est. Nam comprehendere quemadmodum maxima ita minima difficile est. Describitur in tribus populus, in centurias exercitus. Quicquid in maius creuit facilius agnoscitur si discessit in partes quas ut dixi innumerabiles esse et paruulas non oportet. Idem enim uicii habet nimia quod nulla diuisio. Simile confuso est quicquid usque in puluerem sectum est. Primum itaque si uidetur dicam tibi inter sapientiam et philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est mentis humane. Philosophia sapientie amor et affectatio. Hec ostendit quo illa peruenit. Philosophia unde dicta sit apparet. Ipso enim nomine fatetur. Quidam sapientiam ita finierunt ut dicerent diuinorum et humanorum scientiam. Quidam ita: sapientia est nosse diuina et humana et horum causas. Superuacua mihi hec uidetur adiectio quia cause diuinorum humanorumque pars sunt. Philosophiam quoque fuerunt qui aliter atque aliter diffinirent. Alii studium illam uirtutis esse dixerunt, alii studium corrigende mentis. A quibusdam dicta est appetitio recte rationis. Illud quasi constat aliquid inter philosophiam et sapientiam interesse. Neque enim fieri potest ut idem sit quod affectatur et quod affectat. Quomodo multum inter auariciam et pecuniam interest cum illa cupiat, hec concupiscatur, sic inter philosophiam et sapientiam. Hec enim illius affectus ac premium est. Illa uenit, ad hanc itur. Sapientia est quam Greci sophiam uocant. Hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur. Quod et togate tibi antique probabunt et inscriptus Dosseni monumento titulus: hospes resiste et zophiam Dosseni lege. Quidam ex nostris, quamuis philosophia studium uirtutis esset et hec peteretur, illa peteret, non putauerunt illas distrahi posse. Nam nec philosophia sine uirtute est, nec sine philosophia uirtus. Philosophia studium uirtutis est sed per ipsam uirtutem. Nec uirtus autem esse sine studio sui potest nec uirtutis studium sine ipsa. Non enim quemadmodum in hiis que ad ex distanti loco ferire conatur alibi est qui petit, alibi quod petitur, nec quemadmodum itinera que ad urbes perducunt extra ipsas sunt, sic ad uirtutem uenitur per ipsam. Coherent ergo inter se philosophia uirtusque. Maximis et plurimis auctoribus tres partes philosophie esse dixerunt: moralem, naturalem, rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturas scrutatur. Tertia proprietates uerborum exigit et structuram

et agimus toties ne pro uero falsa subrepat
secretum inta sit et qui in pauciora philosophiam et qui
plura diducunt. Quidam ex peripateticis quar
tam partem adiecerunt. ciuilem quia quidam propriam ex
ercitacionem desiderat et circa aliam materiam occupata sit
Quidam adiecerunt ei partem quam economicen uocant
amministrande familiaris rei scienciam. Quidam et
de generibus uite locum separauerunt. Nichil autem horum in
illa parte morali reperitur. Epicurei duas par
tes philosophie putauerunt esse. naturalem atque moralem. ratio
nalem remouerunt. Deinde cum ipsis rebus cogerentur
ambigua secernere falsa sub specie ueri latentia
coarguere. ipsi quoque locum quem de iudicio et regula
appellant alio nomine rationalem induxerunt. sed eum
accessionem esse naturalis partis existimant. Cirenaici
naturalia cum rationalibus sustulerunt. et contenti fue
runt moralibus. sed hii quoque que remouent aliter inducunt.
In quinque enim partes moralia diuidunt ut una sit
de fugiendis et expetendis. altera de affectibus
tercia de actionibus. quarta de causis. quinta de argu
mentis. Cause rerum ex naturali parte sunt. argumenta ex rationali
Aristo chius non tantum superuacuas esse dicit natu
ralem et rationalem sed etiam contrarias. moralem quoque quam
sola reliquerat circumcidit. Nam eum locum qui mo
nitiones continet sustulit et pedagogi esse dicit
non philosophi. tanquam quicquam aliud sit sapiens quam
generis humani pedagogus. Ergo cum tripertita
sit philosophia moralem eius partem primum incipiamus
disponere. quam in tria rursus diuidi placuit.
ut prima esset inspectio suum cuique distribuens
et extimans quanto quidque dignum sit. maxime utilis.
quid enim est tam necessarium quam precia rebus imponere.
secunda de actionibus. tercia de impetu. Primum enim est
ut quanti quidque sit iudices. Secundum ut impetum
ad illa capias ordinatum temperatumque. Tercium ut
impetum tuum actionemque conueniat ut in omnibus istis
ipse consentias. Quid enim prodest inter extimata habere
omnia si sis in impetu nimius. Quid prodest impetus repres
sisse et habere cupiditates in tua potestate. si in ipsa re
actione ipsa ignores nec sentias quando quidque et ubi
et quemadmodum agi debeat. Aliud est enim dignitates
et precia rerum nosse. aliud articulos. aliud
impetus refrenare et ad agenda ire non ruere.
Tunc ergo uita concors sibi est. ubi actio non destituit
impetum. Impetus ex dignitate rei cuiusque concipitur.
proinde remissus actionumque prout illa digna peti
Naturalis pars philosophie in duo scinditur. corporalia
et incorporalia. utraque diuiduntur in suos ut ita
dicam gradus. Corporum locus in hos primum in
ea que faciunt et que ex his gignuntur. gignuntur
autem elementa. Ipse elementis locus ut quidam pu
tant simplex est. ut quidam in materiam et causam

omnia mouentem et elementa diuiditur. Superest
ut rationalem partem philosophie diuidam. Omnis enim oratio
aut continua est. aut inter respondentem et interrogantem
discissa. hanc diaaeKtiKHN. illam RH
topiKHN placuit uocari. RHtopiKH uer
ba curat et sensus et ordinem. diaaeKtiKH
in duas partes diuiditur. in uerba et significationes.
id est in res que et uocabula quibus dicuntur. Ingens
deinde sequitur utriusque diuisio [illegible] itaque in
eo loco finem faciam et summa [illegible] sequar
uestigia rerum. Alioquin si uoluero facere
partium partes quomodo liber fiet. Contra uiciosos
publice arguendos de auaricia luxuria et gula etc.

Hec lucili uirorum optime quominus
legas non deterreo dummodo quicquid lege
ris ad mores statim referas. Illos compesce
remittentia in te excita. soluta constringe. contu
macia doma. cupiditates tuas publicasque
quantum potes uexa. et istis dicentibus quousque e
adem respondeto. Ego debebam dicere quousque eadem
peccabitis. Remedia ante uicia desinunt.
Ego non magis dicam. et quia recusatis perseuera
bo. Tunc incipit medicina proficere ubi in corpore
alienato dolorem tactus expressit. Dicam etiam
inuitis profutura. aliquando aliqua ad uos non blan
da uox ueniat. et quia uerum singuli audire non
uultis publice audite. Quousque fines pos
sessionum propagabitis. Ager uni domino qui populum
cepit angustus est. Quousque arationibus uestris por
rigetis. Ne prouinciarum quidem spatio contenti cir
cumscribere prediorum modum. Illustrium fluminum
per priuatum decursus et amnes magni mag
narumque gentium termini usque ad hostium a fonte ue
stri sunt. Hoc quoque parum est. nisi latis fundis uestris ma
ria circumscripsistis. nisi trans Adriam et Ionium Ege
umque uester uillicus regnet. nisi insule ducum do
micilia magnorum inter uilissima numerentur.
Quantum uultis late possidete. sit fundus quod aliquando
imperium uocabatur. facite uestrum quicquid potest
dum plus sit alienum. Nunc uobiscum loquor
quorum eque spaciosa quam illorum auaricia diffunditur. Vobis
dico. quousque nullus erit lacus cui non uillarum
uestrarum fastigia immineant. nullum flumen cuius
non ripas edificia uestra pretexant. Ubicumque
scatebunt aquarum calentium uene. ibi noua diuer
soria luxurie excitabuntur. ubicumque in aliquem
sinum litus curuabitur. uos protinus fundamenta
facietis nec contenti solo nisi quod manu feceritis ar
ma agetis introrsus. Omnibus licet locis tec
ta uestra resplendeant. alia imposita
montibus in uastum maris terrarumque prospectum. alia
ex plano in altitudinem montium educta. cum

e. 89.
c. 2.

multa edificaueritis cu ingentia sit et singu
la estis corpa et puula. Quid psut multa
cubicula? In uno iacetis. Non est uestrum ubi
cumque non estis. Ad uos deinde transeo quorum
pfunda et insaciabilis gula. hic maria scr
tatur hic terras. alia hamis. alia laqueis.
alia retia uariis genibus cum magno labore
psequitur. Nullis animalibus nisi ex fastidio pax
est. Quantulum e ex istis epulis que per tot co
patis [illegible] manus fessis uoluptatibus ore
libatis. Quantulum ex ista fera piculose ca
pta dnis crudus ac nausians gustat.
Quantulum ex tot conchylis tam longe aduectis p
istum stomachum inexplebilem labitur. Infelices
ec quod intelligitis maiorem uos famem habere
quam uentrem. Haec alias dic ut dum dicis audi
as ipse. Scribe ut dum scribis legas. omnia ad
mores et ad sedandam rabiem affectuum refe
rens. Stude non ut plus aliquid scias sed ut
melius. Vale. De philosophia quod non sit res bene
ficiaria. De aureo primo seclo et hic lucioso
quem possidonium disputat artes mechanicas
a philosophia minime inuentas. et quod illius rudis se
culi homines non sapientes sed sapientibus similes

e. 90.
r. 3.

Quis dubitare mi lucili potest quin deorum immortalium munus sit quod uiuimus
philosophie quod bene uiuimus. Itaque tanto plus huic
nos debere quam diis quanto maius beneficium e
bona uita quam uita pro certo haberem nisi ipsam
philosophiam dii tribuissent. Cuius scientiam nulli dede
runt facultatem omnibus. Nam si hanc quoque bonum
uulgare fecissent et prudentes nasceremur sa
pientia quod in se optimum habet perdidisset. et inter
fortuita non esset. Nunc enim hoc in illa preciosum
atque magnificum est quod obuenit. quod illa sibi quisque
debet. quod non ab alio petitur. Quid haberes quod in
philosophia suspiceres si beneficiaria res esset. huius
opus unum e de diuinis humanisque uerum inue
nire. Ab hac numquam recedit iusticia pietas
religio et omnis alius comitatus uirtutum
consertarum et inter se coherentium. Haec docuit colere
diuina humana diligere et penes deos imperium
esse. inter homines consortium. Quod aliquandiu
inuiolatum mansit antequam societatem auaricia
distraxit. et paupertatis causa etiam hiis quos fe
cit locupletissimos fuit. Desiderant enim omnia
possidere dum uolunt propria. Sed primi mortalium
quique ex hiis geniti naturam incorrupti sequebantur.
eundem habebant et ducem et legem commissi melioris
arbitrio. Nature est enim potioribus deteriora
summittere. Mutis quidem gregibus aut maxima
corpa presunt aut uehementissima. Non precedit

armenta degener taurus sed qui magnitudine
ac toris ceteros mares uincit. Elephantorum
gregem excellentissimus ducit. Inter homines
pro maximo est optimum. Animo itaque rector eligebatur.
Ideoque summa felicitas erat gentium in quibus
non poterat potentior esse nisi melior. Tantum
enim quantum uult potest. qui se nihil posse quod debet non putat.
Illo ergo seclo quod aureum perhibent penes
sapientes fuisse regnum Possidonius iudi
cat. Hii continebant manus et infirmiores a ua
lidioribus tuebantur. Suadebant dissuadebant
et utilia atque inutilia monstrabant. Horum pru
dentia ne quid deesset suis prouidebat. fortitudo
arcebat pericula. beneficentia augebat or
nabatque subiectos. Officium erat imperare non
regnum. Nemo quantum posset aduersus eos ex
perieba(tur) per quos ceperat posse. Nec erat cuiquam
aut animus iniurie aut causa cum bene imperanti
bene pareretur. Nichilque rex maius minari
male parentibus posset quam ut abiret e regno.
Sed postquam subrepentibus uiciis in tyrannidem re
gnum uersa sunt. opus esse cepit legibus. quas in prin
cipio tulere sapientes. Solon qui athenas
equo iure fundauit. inter vii. fuit sapientia no
tos. Ligurgum si eadem etas tulisset illi sacro numero
accessisset octauus. Zaleuci leges Carondeque
laudantur. Hii non in foro nec in consultorum atrio
sed in pytagore tacito illo sanctoque secessu
didicerant iura quae florenti tunc sicilie et per ytaliam
grecie ponerent. Hactenus possidonio assentio.
Artes quidem a philosophia inuentas quibus in cottidiano
usu uita utitur non concesserim. nec illi fabricae
gloriam. Illa inquit sparsos et casis tectos
aliquam rupe suffossa aut exese arboris trunco
docuit tecta moliri. Ego uero philosophiam iudico
non magis excogitasse has machinationes
tectorum supra tecta surgentium et urbium urbes
prementium quam uiuaria piscium in hoc clausa ut
tempestatum pericula non adiret gula et quamuis
acerrime pelago seuiente haberet luxuria portus
suos in quibus distinctos piscium greges sagi
naret. Quid agis? philosophia homines docuit ha
bere clauem et seram? quid aliud erat auaricie
signum dare? Philosophia haec cum tanto habitantium periculo
imminentia tecta suspendit. Parum enim erat fo
rtuitis tegi et sine arte et sine difficultate naturale
inuenire sibi aliquod receptaculum. Michi crede
felix illud seculum ante architectos fuit ante
architectores. Ista nata sunt iam nascente
luxuria in quadratum tigna decidere. serra per
designata currente certa manu trabem scindere. Nam
primi cuneis scindebant fissile lignum. Non e

tecta cenationum epulas recipientia parabantur nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine vicis intrementibus ut ex illa lacunaria auro gravia penderent. Furce utrimque suspense fulciebant casam. Spissatis ramalibus ac fronde congesta et in proclive disposita decursus imbribus quamvis magnis erat. Sub his tectis habitavere sed securi. Culmus liberos texit sub marmore atque auro servitus habitat. In illo quoque dissentio a Possidonio quod ferramenta fabrilia excogitata a sapientibus viris iudicat. Isto enim modo dicat licet sapientes fuisse per quos tendiculas ad capiendas feras et fallere visco inventum. Magnos canibus circumdare saltus. Omnia enim ista sagacitas hominum non sapientia invenit. In hoc quoque dissentio sapientes fuisse qui ferri metalla et eris invenerint cum incendio silvarum adusta tellus in summo venas iacentes liquefacta fudisset. Ista tales inveniunt quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis questio mihi videtur quam Possidonio utrum malleus in usu esset prius an forcipes ceperint. Utraque invenit aliquis excitati ingenii acuti non magni nec elati. Et quicquid aliud corpore incurvato et animo humum spectante querendum est. Sapiens facilis victu fuit. Quidni cum hoc quoque seculo esse quam expeditissimus cupiat. Quomodo oro te convenit ut et Dyogenem mireris et Dedalum. Uter ex his sapiens tibi videtur qui serram commentus est an ille qui cum vidisset puerum cava manu bibentem aquam fregit protinus exemptum e perula calicem hac obiurgatione sui. Quamdiu homo stultus supervacuas sarcinulas habui. Qui se complicuit in dolio et in eo cubitavit. Hodie utrum tandem sapientiorem putas qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat qui euripos subito aquarum implet impetu aut siccat et versatilia cenationum laquearia ita coagmentat ut subinde alia facies atque alia succedat et totiens tecta quotiens fercula mutentur an eum qui et aliis et sibi hoc monstrat quam nichil nobis natura durum ac difficile imposuit posse nos habitare sine marmorario ac fabro posse nos vestitos esse sine commercio sericorum posse nos habere usibus nostris necessaria si contenti fuerimus hiis que terra posuit in summo. Quem si audire humanum genus voluerit tam supervacuum sciet sibi cocum esse quam militem. Illi sapientes fuerunt aut certe sapientibus similes quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria in delicias laboratur. Non desiderabis artifices si sequere naturam. Illa noluit esse districtos ad quecumque nos cogebat instruxit. Frigus intollerabile est corpori nudo. Quid ergo non polles ferarum et aliorum animalium a frigore satis habundeque defendere queunt. Non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora. Non avium plume in usum vestis conseruntur. Non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium que tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt. Opus est tamen calorem solis estivi umbra crassiore propellere. Quid ergo non vetustas multa abdidit loca que vel iniuria temporis vel alio quolibet casu excavata in specum recessere. Quid ergo non quilibet virgeam cratem texuerunt manu et vili obliniere luto. Deinde stipula aliisque silvestribus operuere fastigium et pluviis per devexa labentibus hyemem transiere securi. Quid ergo non in defosso latent Syrtice gentes quibus propter nimios solis ardores nullum tegimentum satis repellentes caloribus solidum est nisi ipsa arens humus. Non fuit tam inimica natura ut cum omnibus aliis animalibus facilem actum vite daret homo solus non posset sine tot artibus vivere. Nichil horum ab illa imperatum nobis est. Nichil egre querendum ut possit vita produci. Ad parata nati sumus. Nos omnia nobis difficilia facilium fastidio fecimus. Tecta tegimentaque et fomenta corporis et cibi et que nunc ingens negotium facta sunt obvia erant et gratuita et opera levi parabilia. Modus enim omnium prout postulabat necessitas erat. Nos ista preciosa nos mira nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura luxuria destruit que cotidie se ipsa incitat et tot seculis crescit et ingenio adiuvat vicia. Primo supervacua cepit concupiscere. Inde contraria. Novissime corporis animum addixit et illius deservire libidini iussit. Omnes iste artes quibus aut circuitur civitas aut strepit corpori negotium gerunt cui omnia olim tamquam servo prestabantur nunc tamquam domino parantur. Itaque hinc textorum hinc fabrorum officine sunt hinc odores coquentium hinc molles corporis motus docentium mollesque cantus et infractos. Recessit enim ille naturalis modus desideria ope necessaria finiens. Iam rusticitatis et miserie est velle quantum sat est. Incredibile est Lucili quam facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat a vero. Ecce Possidonius ut mea fert opinio ex eis qui plurimum philosophie contulerunt dum vult describere primum quemadmodum alia torqueantur fila alia ex molli solutoque ducantur. Deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat quemadmodum

Nota quod hystrix tegit ... corticibus arborum

Nota quod ... defensis

(al' sortem) subtemen inseritur quod duriciam utrimque comprimentis tramae remolliat, spatha coire cogat et iungi. Textrini quoque artem a sapientibus dixit inventam, (al' Olitus) oblitus postea repertum hoc subtilius genus in quo tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo, insertum medium trames acutis quod late patuit insecti pectine dentes. Quid si contigisset illi adire has nostri temporis telas in quibus vestis nichil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium sed nullum pudori est. Transit deinde ad agricolas nec minus facunde describit proscissum aratro solum et iterato quo solutior terra facilius pateat radicibus. Tunc sparsa semina et collectas manu herbas ne quid fortuitum et agreste succrescat quod necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium, tamquam si nunc quoque plurima cultores nova inveniant per quae fertilitas augeatur. Deinde non est contentus his artibus sed in pistrinum sapientem submittit. Narrat enim quemadmodum rerum naturam imitatus panem coepit facere. Receptas in os fruges concurrens inter se duricia dentium frangit et quicquid excidit ad eosdem dentes lingua refertur. Tunc umore miscetur ut facilius per fauces lubricas transeat. Cum pervenit in ventrem aequali eius (al' agnationis) fervore concoquitur, tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis secutus exemplar lapidem asperum aspero imposuit ad similitudinem dentium quorum pars immobilis motum alterius expectat. Deinde utriusque attritu grana franguntur et saepius regeruntur donec ad minuciam frequenter trita redigantur. Tunc farinam aqua sparsit et assidua tractatione perdomuit finxitque panem, quem primo cinis calidus et fervens testa percoxit, deinde furni paulatim reperti et alia genera quorum fervor serviret arbitrio. Non multum afuit quin sutrinum quoque inventum a sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidem sed non recta ratio commenta est. Hominis enim non sapientis inventa sunt, tam mehercules quam navigia quibus amnes quibusque maria transimus, aptatis ad capiendos ventorum impetum velis et additis a tergo gubernaculis quae huc atque illuc cursum navigii torqueant. Exemplum a piscibus captum est qui cauda reguntur et levi eius in utrumque momento velocitatem suam flectunt. Omnia inquit haec sapiens quidem invenit, sed minora quam ut ipse tractaret sordidioribus ministris dedit. Immo non aliis excogitata ista sunt quam quibus hodieque curantur. Quaedam nostra demum prodisse memoria scimus, ut speculariorum usum perlucente testa clarum transmittentium lumen, ut suspensuras balneorum et impressos parietibus tubos per quos circumfunderetur calor qui ima simul et summa foveret aequaliter. Quid loquar marmora quibus templa, quibus domus fulgent? Quid lapideas moles in rotundum ac leve formatas quibus porticus et capacia populorum tecta suscipimus? Quid verborum notas quibus quamvis citata excipitur oratio et celeritatem linguae manus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt. Sapientia altius sedet nec manus edocet, animorum magistra est. Vis scire quid illa eruerit, quid effecerit? Non decoros motus corporis nec varios per tubam ac tibiam cantus quibus exceptus spiritus aut in exitu aut in transitu formatur in vocem. Non arma nec muros nec bella utilia molitur. Paci favet et genus humanum ad concordiam vocat. Non est inquam instrumentorum ad usus necessarios opifex. Quid illi tam pusilla assignas? Artificem vides vitae. Alias quidem artes sub dominio habet. Nam cui vita, illi vitae quoque ornantia serviunt. Ceterum ad beatum statum tendit, illo ducit, illo vias aperit. Quae sint mala, quae videantur ostendit. Vanitatem exuit mentibus, dat magnitudinem solidam, inflatam vero et ex inani speciosam reprimit. Nec ignorari sinit inter magna quid intersit et tumida. Totius naturae et suae notitiam tradit. Quid sint dii qualesque declarat, quid inferi, quid lares et genii, quid in secundam numinum formam animae perpetitae, ubi consistant, quid agant, quid possint, quid velint. Haec eius initiamenta sunt, per quae non municipale sacrum sed ingens deorum omnium templum mundus ipse reseratur, cuius vera simulacra verasque facies cernendas mentibus protulit. Nam ad spectacula tam magna hebes visus est. Deinde ad initia rerum redit, aeternamque rationem toti inditam et vim omnium seminum singula proprie figurantem. Tum de animo coepit inquirere unde esset, ubi, quamdiu, in quot membra divisus. Deinde a corporibus se ad incorporalia transtulit veritatemque et argumenta eius excussit. Post haec quemadmodum discernerentur vitae aut vocis ambigua. In utraque enim falsa veris immixta sunt. Non abduxit inquam se, ut Possidonio videtur, ab istis artibus sapiens, sed ad illas omnino non venit. Nichil enim dignum inventu iudicasset quod non erat dignum perpetuo usu iudicaturus. Ponenda non sumeret. Anacharsis inquit invenit rotam figuli cuius circuitu vasa

formatur. Deinde quam apud Homerum invenimus
figuli rotam maluit videri versus falsos
esse quam fabulam. Ego nec Anacharsim au-
ctorem rei huius fuisse contendo et si fuit sapiens
quidem hoc invenit sed non tamquam sapiens sic
multa sapientes faciunt qua homines sunt non
qua sapientes sunt. Puta velocissimum esse sapi-
entem: cursu omnes antibit qua velox est non
qua sapiens. Cuperem Possidonio aliquem vi-
triarium ostendere qui spiritu vitrum in habitus
plurimos format qui vix diligenti manu
effingerentur. Hec inventa sunt postquam sapientem
invenire desivimus. Democritus dixit igitur
invenisse dicitur fornicem ut lapidum cur-
vatura paulatim inclinatorum medio saxo
alligaretur. Hoc dicam falsum esse. Necesse est enim
ante Democritum et pontes et portas fuisse
quarum fere summa curvatur. Excidit porro vo-
bis eundem Democritum invenisse quemadmodum ebur
molliretur quemadmodum decoctus calculus in zma-
ragdum converteretur qua hodieque coctura inventi
lapides hoc utiles colorantur. Ista sapiens
licet invenerit non quia sapiens erat invenit. Mul-
ta enim facit que ab imprudentissimis aut eque fi-
eri videmus aut peritius aut exercitatius. Quid sapiens
investigaverit quid in lucem protraxerit queris.
Primum non naturam quam non ut cetera animalia o-
culis secutus est tardis ad divina. Deinde vite
legem quam ad universa direxit nec nosse
tantum sed sequi deos docuit et accidentia non aliter
excipere quam imperata. Vetuit parere opinionibus
falsis et quanti quid esset vera extimatione
perpendit. Dampnavit mixtas penitentie volu-
ptates et bona semper placitura laudavit. Et
palam fecit felicissimum esse cui felicitate non
opus est potentissimum esse qui se habet in potestate. Non
de ea philosophia loquor que civem extra patriam
posuit extra mundum deos que virtutem donavit
voluptati. Sed de illa que nullum bonum putat
nisi quod honestum est que nec hominis nec for-
tune muneribus deleniri potest cuius hoc pretium
est non posse pretio capi. Hanc philosophiam fuis-
se illo rudi seculo quo adhuc artificia deerant
et ipso usu discebantur utilia non credo sic
sed fortunata tempora cum in medio iacerent
beneficia nature promiscue utenda antequam
avaricia atque luxuria dissociavere mor-
tales et ad rapinam ex consortio discurrere.
Non erant illi sapientes viri etiam si facie-
bant facienda sapientibus. Statum quidem ge-
neris humani non alium quisquam suspexerit
magis nec si cui permittat deus terrena formare

et dare gentibus mores aliud probaverit
quam quod apud illos fuisse memoratur apud
quos nulli subigebant arva coloni ne separare
quidem aut partiri limite campum fas erat.
In medium querebant ipsaque tellus omnia
liberius nullo poscente ferebat. Quid omni
illo genere felicius in commune rerum natura fruebantur.
Sufficiebat illa ut parens in tutela omnium. Hec
erat publicarum opum secura possessio. Quidni
ego illud locupletissimum mortalium genus
dixerim in quo pauperem invenire non posses. Irru-
pit in res optime positas avaricia et dum se-
ducere aliquid cupit atque in suum vertere omnia fecit
aliena et in angustum ex inmenso reducta
paupertatem intulit et multa concupiscendo omnia
amisit. Licet itaque velit conetur et reparare
quod perdidit. Licet agros agris addiciat
vicinum vel pretio pellens vel iniuria. Li-
cet in provinciarum spatium rura dilatet et pos-
sessionem vocet per sua longam peregrinationem
nulla nos finium propagatio eo reducet unde
discessimus. Cum omnia fecerimus multum habebi-
mus universum habebamus. Terra ipsa fertilior erat
illaborata et in usus populorum non diripientium
larga. Quidquid natura protulerat id non minus inve-
nisse quam inventum monstrare alteri voluptas
erat. Nec ulli aut superesse poterat aut deesse.
Inter concordes dividebatur. Nondum valentior
imposuerat infirmiori manum. Nondum
avarus abscondendo quod sibi iaceret alium
necessariis quoque excluserat. Par erat alterius ac
sui cura. Arma cessabant incruenteque huma-
no sanguine manus odium omne in feras ver-
terant. Illi quos aliquod nemus densum a
sole protexerat qui adversus sevitiam hiemis
aut imbris vili receptaculo tuti sub fronde
vivebant placidas transigebant sine suspi-
rio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura
versat et acerrimis excitat stimulis.
At quam mollem somnum illis dura tellus dabat.
Non impendebant celata laquearia sed in aper-
to iacentes supralabebantur et insigne spectaculo
noctium mundus in preceps agebatur silen-
tio tantum opus ducens. Tam interdiu illis quam
nocte patebant prospectus huius pulcherrime
domus. Libebat intueri signa ex media
celi parte vergentia rursus ex occulto alia sur-
gentia. Quidni iuvaret vagari inter
tam late sparsa miracula. At vos ad omnem te-
ctorum pavetis sonum et inter picturas vestras
si quid increpuit fugitis attoniti. Non ha-
bebant domos instar urbium. Spiritus ac lib

nunc apta flatus et levis umbra rupis aut arboris et perlucidi fontes rivique qui non opere nec fistula nec ullo coacto itinere obsolefacti sed sponte currentes et prata sine arte formosa. Inter hec agreste domicilium rustica politum manu. Hec erat secundum naturam domus in qua libebat habitare nec ipsam nec pro ipsa timentem; nunc magna pars nostri metus tecta sunt. Sed quamvis egregia illis vita fuit et carens fraude non fuere sapientes, quoniam hoc iam in opere maximo nomen est. Non tamen negaverim fuisse alti spiritus viros et ut ita dicam a diis recentes. Neque enim dubium est quin meliora mundus nondum effetus ediderit. Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit et ad labores paratior, ita non erant ingenia omnibus consummata. Non enim dat natura virtutem. Ars est bonum fieri. Illi quidem non aurum nec argentum nec perlucidos lapides in ima terrarum fece querebant. Parcebantque adhuc et mutis animalibus; tantum aberat ut homo hominem non iratus non timens tantum spectaturus occideret. Nondum vestis illis erat picta, nondum texebatur aurum, adhuc nec eruebatur. Quid ergo? Ignorantia rerum innocentes erant. Multum autem interest utrum peccare quis nolit an nesciat. Deerat illis iusticia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus hiis virtutibus habebat quedam similia rudis vita. Virtus non contingit animo nisi instituto et edocto et ad summum exercitatione assidua perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur, et in optimis quoque antequam erudias virtutis materia non virtus est.

Quod ad omne quod evenire potest firmandus est animus. Et quod omnia mortalium mortalitati damnata sunt ut non indignetur quis commutari.

c. 91. c. x

Liberalis noster *opus est contra fatum* nunc tristis est nunciato incendio quo Lugdunensis colonia exusta est. Movere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patrie sue amantissimum. Que res efficit ut firmitatem animi sui querat, quam videlicet ad ea que timeri posse putabat exercuit. Hoc vero tam inopinatum malum et pene inauditum non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo. Multas enim civitates incendium vexavit, nullam abstulit. Nam et ubi hostili manu iniecta ignis immissus est, multis locis deficit, et quamvis subinde excitetur, raro tamen sic cuncta depascitur ut nichil ferro relinquat. Terrarum quoque vix unquam tam gravis et perniciosus fuit motus ut tota oppida everteret. Nusquam denique tam infestum ulli exarsit incendium ut nichil alteri superesset incendio. Tot pulcherrima opera que singula illustrare urbes singulas possent una nox stravit, et in tanta pace quantum nec in bello quidem timeri potest accidit. Quis hoc credat? Ubique armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunum quod ostendebatur in Gallia queritur. Omnibus fortuna quos publice afflixit quod passuri erant timere permisit. Nulla res magna non aliquod habuit ruine sue spacium; hic una nox interfuit inter urbem maximam et nullam. Denique diutius illam tibi perisse quam perire narro. Hec omnia Liberalis nostri affectum inclinant adversus sua firmum et erectum. Nec sine causa concussus; inexpectata plus aggravant; novitas adicit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium non magis quod et miratus est doluit. Ideo nichil nobis improvisum esse debet; in omnia premittendus animus cogitandumque non quicquid solet sed quicquid potest fieri. Quid enim est quod non fortuna cum voluit ex florentissimo detrahat? quod non eo magis aggrediatur et quatiat quo speciosius fulget? Quid illi arduum quidve difficile est? Non una via semper, ne tota quidem incurrit: modo nostras in nos manus advocat, modo suis contenta viribus invenit pericula sine auctore. Nullum tempus exceptum est: in ipsis voluptatibus cause doloris oriuntur. Bellum in media pace consurgit, et auxilia securitatis in metum transeunt; ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates hybernis maiores agitur estiva tranquillitas. Sine hoste patimur hostilia, et cladis causas si alia deficiunt nimia sibi felicitas invenit. Invadit temperantissimos morbus, validissimos ptisis, innocentissimos pena, secretissimos tumultus. Eligit aliquid novi casus per quod velut oblitis vires suas ingerat. Quicquid longa series multis laboribus multa deorum indulgentia struxit, id unus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus qui diem dixit: hora momentumque temporis evertendis imperiis sufficit. Esset aliquod imbecillitatis nostre solacium rerumque nostrarum si tam tarde perirent cuncta quam fiunt. Nunc incrementa lente exeunt, festinatur in damnum. Nichil privatim, nichil publice stabile est; tam hominum quam urbium fata volvuntur. Inter placidissima terror existit, nichilque extra tumultuantibus causis mala unde minime expectabantur erumpunt. Que domesticis bellis steterant regna, que externis, impellente nullo ruunt. Quota queque felicitatem civitas pertulit! Cogitanda ergo sunt omnia et animus adversus ea que possunt evenire firmandus. Exilia, tormenta, morbi, bella, naufragia meditare. Potest te patrie, potest tibi patriam casus eripere, potest te

solitudinez adurere. pt h' tpus i quo tota
suffecit fieri solitudo. tota an oculos sors
humane condicio ponar. n' quantu frequenter eue-
nit s; quantu plurimu pt euenire. psumas
ind si nolumus oppimi. n' i illis inusitatis ue-
ind nobis obstupefieri. In plenu cogitanda
fortuna est. Quotiens asye quotiens achaye
urbes uno tremore ceciderunt. Quot opida
in syria qt i macedonia deuorata sunt. Ci-
pros quoties ha stabunt h' clades quoties in se pa-
phus corruit. frequenter nobis nunciati st' totaz
urbium interitus. et nos int' quos ista frequen-
unciant. tota ps om sumus. Consurgamus
itaqz aduersus fortunaz et quecunqz inciderit
sciamus no ee taz magnu. qz rumor iactet.
Ciuitas arsit opulenta ornamentuzqz pro-
uinciaz quibus et inserta erat et excepta. Vni tn
posita et huic no altissimo posita. Om istaru
ciuitatu quas nunc magnificas ac nobiles
audis uestigia qz tps eradet. Non uides
quemadm i achaia clarissimaz urbium ia fun-
damenta consumpta sit. n' quicqz extet ex quo
appareat illas saltem fuisse. Non tm manufcta
labunt' n' humana arte atqz industria po-
sita uertit dies. Iuga montiuz diffluunt tote desederunt
regiones opta st' fluctibus q' procul a conspe-
tu maris stabant. Consumpsit ignis colles p
quos relucebat exedit. et quondaz altissimos u-
tices solatia nauigantiuz ac speculas ad
humilez deduxit. Ipsius nature opa uexant. et
ideo equo aio ferre debemus urbium excidia
casura oia extant. Oibus exitus manet siue
intestina ui flatuqz preclusa uiolenti pondus sb q
tenet excusserit. siue torrentiu in abdito ua-
tior obstantia effregerit. siue flamaz uiolentia
compaginez soli ruperit. siue uetustas i q nichil
tutu e expugnauerit minutatim. siue grauitas
celi egessit populo et situs deserta corruperit.
Enumare omes fatorum uias longuz e. h' unu
scio om mortaliu opa mortalitate dam-
nata sunt inter pitura uiuimus. Hec ergo atqz eius-
solatia aminoneo liberali nostro incredibili
incendaz patrie sue amore flagranti. q' fortas
se consumpta e ut i melius excitaretur. Sepe
maiori fortune locu fecit iniuria multa ceci-
derunt ut altius resurgerent. et i maius imagi-
nes felicitatis urbis timicus allenat rome
s' incendia ab hoc unu dolori ee qz sciret me-
liora resurrexit qz arsissent. In hac ergo urbe
uerisimile e certaturos omes ut meliora cer-
tioraqz qz amisere restituant. Sit ut diuturn-
na et melioribus auspiciis i euu longius co-

dita. Na huic colonie ab origine sua ce-
tesimus annus e. Etas ne homi quidez extre-
ma a plancto deducta i hac frequentia loci op-
tunitate qualuit. Quod tn grauissimos cas
int' spaciu humane senectutis. Itaqz forme-
mus animus ad intellectu patiazqz sortis sue
et sciat nich inausum ee fortune aduersus i pia
illaz ide hre iuris qd' aduersus homies. nich
hoies indignandu e. In eu intrauimus mundu
i quo hijs legibus uiuit'. Placet pare. no
placz quauis uia exi. Indignare si quid i te iniqz
ppe constitutu e. Sz h' summos pmosqz necessitas
alligat in grauz cu fato tenete a q oia te
soluunt'. No e q nos tumulis metiar et
i hijs monumentis q uia dispaira ptexunt
equat omes cinis. Pares nascimur pares
morimur. Idez de urbibus qd' de urbium incolis
dico. taz ardea capta qz roma e. Conditor
ille iuris humani no natalibus nos n' nomi da-
ritate distinxit. n' du sumus ii uo ad fine
mortaliu uentuz e. Discede inquit om q tera
premunt. Sed e nullus esto. ad oia patienda
pares sumus. Nec alius fragilior e nec i
crastinu sui certior. Allexander macedo-
nu rex disce geometriaz cepat infelix
sciturus qz pusilla terra esset ex q minimum
occupauerat. Ita dico infelix obh' qui intel-
ligere debebat falsum se gerere. Quis en
esse taz magnus in pusillo pt. Erat illa q
tradebantur subtilia et diligenti intentione di-
scenda. non q' perciperet posset uesanus ho. et
trans oceanu cogitationes suas mittens. Faci-
lia inquit me doce. Cui preceptor ist ista oi-
bus eadez st' eque difficilia. hoc puta reru
naturaz dicere. Ista de qbus quereris oibus eadez sunt.
nulli dare faciliora possunt. Sz quisqs uolet
sibi ipsi illa reddet faciliora. Quo eqimte.
Et doleas oportz et sitias et esuries et senescas
et si tibi longior contigerit mora hoies moreri et
egrotes et pdas aliqd et peas. no e tn q
illis qui te circumstrepunt credas. nich hoz
malu est. nl' intollerabile ac durz. Ex consensu
istis metus e sic mortez times quo famam
sed ac stultus hoie ubi metuere. Eleganter
Demetrius noster solet dicere. eodez loco s' esse
uoces imperitorum quo uentre redditos crepitus.
Quid eni inquit mea refert. sursu isti an de-
orsum sonent. Quanta dementia e uereri ne
infameris ab infamibus. Quemadm extimui-
stis sine ca. sic et illa q' nuqz timeretis n' fama
iussisset. Nunqz detrimenti faceret. uir bonus iniqs
rumoribus sparsus. Ne morti quidez h' apud nos

q' cepit d' allex.

deme.

noceat. & tamen mala momentorum habet. Nemo
illorum qui illa accusat expertus est. Interim teme-
ritatis est damnare quod nescias. At illud
scis quam multis utilis sit quam multos liberet tor-
mentis egestate querelis suppliciis tedio
nunc sumus in illorum potestate cum mors in nostra po-
testate sit. Disputatio contra eos qui dicunt
sola virtute non fieri beatum sine externis como-
dis. vel fieri quidem beatum sed non beatissimum
ubi tradit hec fortuita nec bona esse nec ma-
la. & ideo nec beatum facere nec miserum. Et de excelle-

8
e. 92.
c. 7.

Puto inter me et te externa co- tia animi
pori acquiri corpus in honorem animi coli. in
animo esse partes ministras per quas movemur alimurque
propter ipsum principales nobis datas. In hoc prin-
cipali est aliquid irrationale est et rationale. illud huic
servit. hoc unum est quod alio non refertur sed omnia ad
se profert. Nam illa quoque divina ratio omnibus preposita
est ipsa sub nullo est. Et hec autem nostra eadem est.
que ex illa est. Si de hoc inter nos convenit. sequitur ut de
illo quoque conveniat in hoc uno positam vitam ut in nobis
ratio perfecta sit. Hec enim sola non summittit animum. stat
contra fortunam in quolibet rerum habitus securos ser-
vat. Id autem unum bonum est quod numquam defringi-
tur. Is est inquam beatus quem nulla res minorem facit. tenet
summa. nec ulli quidem nisi sibi innixus. Nam qui alio
auxilio sustinetur potest cadere. Si aliter est incipient
multa in nobis valere non nostra. Quis autem vult
constare fortuna aut quis se prudens ob aliena mi-
ratur. Quid est beata vita. securitas & perpetua
tranquillitas. hanc dabit animi magnitudo dabit
constantia bene iudicata tenax. ad hec quomodo perve-
nitur. Si veritas tota perspecta est. si servatus
est in rebus agendis ordo modus decor innoxia
voluntas. ac benigna intenta rationi nec umquam ab
illa recedens amabilis simul mirabilisque.
Denique ut breviter tibi fortunam scribam. talis
animus esse sapientis viri debet qualis deo de-
ceat. quid potest desiderare nec cui omnia honesta
contigerunt. Nam si possunt ad non honesta conferre
ad optimum statum in his erit beata vita sine
quibus non est. Et quid turpius stultius stultiusque neque
bonum rationalis animi ex irrationalibus nectere. Quidam
tamen augeri summum bonum iudicant quia parum
plenum sit fortuitis repugnantibus. Antipater

Antip

quoque inter magnos secte huius auctores aliquid
se tribuere dicit externis sed exiguum admodum. Vi-
des autem quale sit & te non esse contentum nisi
aliquis igniculus alluxerit. Quod potest in hac claritate
solis habere scintilla momentum. Si non es sola
honestate contentus necesse est aut quietem addici-
velis quam doxi Greci vocant Greci aut vo-

luptatem. horum alterum utcumque recipi potest. vacat
enim animus molestia liber ad inspectum univer-
si nichilque illum advocat a contemplatione natu-
re. Alterum illud voluptas bonum pecoris est. adi-
dicimus rationali irrationale. honesto inhonestum.
Magno vite facit titillatio corporis. Quid er-
go dubitatis dicere bene esse homini si palato bene est.
Et hunc tu non dico inter viros numeras sed inter
homines. Cuius summum bonum saporibus & coloribus
ac sonis constat. Excedat ex hoc animalium nu-
pulcerrimo ac diis secundo mutis aggrege-
animal pabulo letum. Irrationalis pars animi duas
habet partes. alteram animosam ambitiosam impoten-
positam in affectionibus. alteram humilem languidam
voluptatibus deditam. Illam effrenatam me-
liorem tamen certe fortiorem ac digniorem viro re-
liquerunt. hanc necessariam beate vite putaverunt. ener-
vem & abiectam. huic rationem servire iusserunt & fe-
cerunt animalis generosissimum bonum demissum & igno-
bile preterea mixtum portentosumque & ex diver-
sis animalis congruentibus membris. Nam ut ait Virgi-
lius noster in Schilla prima hominis facies & pulchro
& pectore virgo pube tenus postrema inma-
ni corpore pistrix. delphinum caudas utero
commissa luporum. huic tamen Scille fera animalia iun-
cta sunt horrenda velocia. At isti sapientiam ex qui-
bus composuere portentis. Prima hominis pars est ipsa
virtus. huic committitur inutilis caro & fluida re-
ceptandis tamen cibis habilis ut ait Possidonius.
Virtus illa divina in lubricum desinit. & superio-
ribus eius partibus venerandis atque celestibus
animal iners ac marcidum attexitur. Illa ut-
cumque altera quies nichil quidem ipsa animo prestabat
sed impedimenta removebat. Voluptas ultro
dissolvit & omne robur emollit. Que inveni-
tur discors inter se iunctura corporum. Fortissime
rei inertissime astruitur. severissime pa-
rum seriis sanctissime intemperans usque ad incesta. Quid er-
go inquit si virtutem nichil impeditura sit bona
valitudo & quies & dolorum vacatio non pe-
tes illas. Quidni petam. non quia bona sunt. sed quia
secundum naturam sunt. & quia bono a me iudicio sumentur.
Quid erit in illis tunc bonum. hoc unum bene
eligi. Nam cum vestem qualem decet sumo. cum am-
bulo ut oportet. cum ceno quemadmodum debeo. non cena
aut ambulatio aut vestis bona sunt. sed meum
in his propositum servantis in quaque re con-
venientem modum. Etiam nunc addiciam. mundae
vestis electio appetenda est homini. Nam enim homo
mundum & elegans animal est. Itaque non est bonum per se
munda vestis sed munde vestis electio. quia non
in re bonum est sed in electione quali actiones nostre

honeste sunt non ipsa que aguntur. Quod de veste dixi idem de corpore meo existima dici. Nam hoc quoque natura ut quandam vestem animo circumdedit: velamentum eius est. Quis autem umquam vestimenta estimavit arcula? nec bonum nec malum vagina gladium facit. Ergo de corpore quoque idem tibi respondeo: ducturum quidem me si detur electio et sanitatem et vires; bonum autem futurum iudicium de illis meum, non ipsa. Est quidem inquit sapiens beatus; summum tamen illud bonum non consequitur nisi illi et naturalia instrumenta respondeant. Ita miser quidem esse qui virtutem habet non potest; beatissimus autem non est qui naturalibus bonis destituitur, ut valitudine, ut membrorum integritate. Quod incredibilius videtur id concedis, aliquem in maximis et continuis doloribus non esse miserum, esse et beatum; quod levius est negas, beatissimum esse. At si quis potest virtus efficere ne miser aliquis sit, facilius efficiet ut beatissimus sit. Minus enim intervalli a beato ad beatissimum restat quam a misero ad beatum. An que res tantum valet ut erepta calamitatibus inter beatos locet, non potest addicere quod superest ut beatissimum faciat? In summo deficit clivo? Commoda sunt in vita et incommoda, utraque extra nos. Si non est miser vir bonus quamvis omnibus premitur incommodis, quomodo non est beatissimus si aliquibus commodis deficiatur? Nam quemadmodum incommodorum onere usque ad miserum non deprimitur, sic commodorum inopia non deducitur ad beatissimos. Sed tam sine commodis beatissimus est quam non est sine incommodis miser. Aut potest illa eripi bonum suum, si potest minui. Paulo ante dicebam igniculum nichil conferre lumini solis. Claritate enim eius quicquid sine illo lucet absconditur. Sed quedam inquit soli quoque obstant. Ipsa a sole integra est etiam inter opposita, et quamvis aliquid interiacet quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quotiens inter nubila luxit non est. utrumque ad obstet tamen an impediat. Eodem modo virtuti opposita nichil detrahunt; non est minor sed minus fulget. Nobis forsitan non eque apparet ac nitet. Sibi eadem est et more solis obscuri in occulto vim suam exercet. Hoc itaque adversus virtutem possunt calamitates et damna et iniurie quod adversus solem potest nebula. Invenimus qui dicat sapientem corpore parum prospero usum nec miserum esse nec beatum. Hic quoque fallitur. Exequat enim fortuita virtutibus et tantundem tribuit virtutibus quantum honestate carentibus. Quid autem fedius, quid indignius quam comparari veneranda contemptis? Veneranda enim sunt fides, iusticia, pietas, fortitudo, prudentia. Contra vilia sunt que sepe contingunt plenioribus vilissimis, crus solidum et lacertus et dentes et horum sanitas firmitasque. Deinde si sapiens cuius corpus molestum est nec miser habebitur nec beatus sed in medio relinquetur, vita quoque eius nec appetenda erit nec fugienda. Quid autem tam absurdum quam sapientis vitam appetendam non esse? Aut quid tam extra fidem quam esse aliquam vitam nec appetendam nec fugiendam? Deinde si damna corporis miserum non faciunt, beatum esse patiuntur. Nam quibus potentia non est in peiorem transducendi statum, nec interpellandi quidem optimum. Frigidum inquit aliquid et calidum novimus, inter utrumque tepidum est. Sic aliquis beatus est, aliquis miser, aliquis nec beatus nec miser. Volo hanc contra nos positam ymaginem excutere. Si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum; si plus calidi affudero, fiet novissime calidum. At huic nec misero nec beato quantumcumque ad miserias adiecero, miser non erit, quemadmodum dicitis; ergo ymago ista dissimilis est. Deinde trado tibi hominem nec miserum nec beatum. Huic addicio cecitatem: non fit miser; addicio nobilitatem: non fit miser; addicio dolores continuos et graves: miser non fit. Quem tam multa in miseram vitam non transferunt, ne ex beata quidem educunt. Si non potest ut dicitis sapiens ex beato in miserum decidere, non potest in non beatum. Quare enim qui labi cepit alicubi subsistat? Que res non patitur illum ad ymum devolvi retinet in summo. Quid ni non possit beata vita rescindi? Ne remitti quidem potest, et ideo virtus ad illam per se ipsa satis est. Quid ergo inquit sapiens non est beatior qui diutius vixit, quem nullus avocavit dolor, quam ille qui cum mala fortuna semper luctatus est? Responde michi numquid melior est et honestior? Si hec non sunt, nec beatior quidem est. Rectius vivat oportet ut beatius vivat; si rectius non potest, nec beatius quidem. Non intenditur virtus, ergo nec beata quidem vita que ex virtute est. Virtus enim tantum bonum est ut istas accessiones minutas non sentiat, brevitatem evi et dolorem et corporum varias offensiones. Nam voluptas non est digna ad quam respiciat. Quid est in virtute precipuum? futuro non indigere nec dies suos computare; in quantulolibet tempore bona eterna consummat. Incredibilia nobis hec videntur et supra humanam naturam excurrentia; maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimur et vicijs nostris nomen virtutis imponimus. Quid porro? non eque incredibile videtur aliquem in summis cruciatibus positum dicere beatus sum? Atque hec vox in ipsa officina voluptatis audita est. Beatissimum inquit hunc et ultimum diem ago Epycurus, cum illum hinc urine difficultas torqueret, hinc insaciabilis exulcerati dolor ventris. Quare ergo incredibilia sint

Epy.

ista apud eos qui virtutem colunt. Cum apud eos
quoque reperiantur apud quos voluptas im-
peravit. Hii quoque degeneres et humillime in-
cidunt in summis doloribus, in summis calami-
tatibus sapientem nec miserum futurum nec be-
atum. Hoc quoque incredibile est, immo incredibilius.
Non video enim quomodo in infimum agatur ex fa-
stigio suo deiecta virtus. Aut beatum prestare debet,
aut si ab hoc depulsa est, non prohibebit fieri
miserum. Stans non potest mitti; aut vincatur oportet
aut vincat. Diis inmortalibus solum
et virtus et beata vita contingit; nobis umbra
quedam illorum bonorum et similitudo. Accedimus
ad illa, non pervenimus. Ratio vero diis hominibusque
communis est; hec in illis consummata est, in nobis
consummabilis. Sed ad desperationem nos vicia nostra
perducunt. Nam ille alter secundus est, ut aliquis parum
constans ad custodienda optima, cuius iudicium
labat et nec incertum est. Desiderat ocu-
lorum atque aurium sensum, bonam valitudinem
et non fedum aspectum corporis et habitu manente
suo etatis preterea longius spacium. Per hanc
potest non penitenda agi vita. In perfecto viro
huic malicie vis quedam inest, quia animum habet
mobilem ad prava. Illa agit acies malicia
et ea agitata abest. De bono non est adhuc
bonus sed in bonum fingitur. Cuicumque autem deest
aliquid ad bonum, malus est. Sed cui virtus animusque
in corpore presens, hic deo est. Illo tendit ori-
ginis sue memor. Nemo improbe eo conatur a-
scendere unde descenderat. Quid est autem
cur non existimes in eo divini aliquid existere qui dei
pars est? Totum hoc quo continemur et unum est et deus,
et socii eius sumus et membra. Capax est noster animus,
perfertur illo si vicia non deprimant. Quemadmodum
corporum nostrorum habitus erigitur et spectat in celum,
ita animus, cui in quantum vult licet porrigi. In hoc
natura rerum formatus est ut paria diis vellet,
et sic utatur suis viribus ac se in spacium suum
extendat. Nam aliena vita ad summa in-
ciderit. Magnus erat labor ire in celum; redit.
Cum hoc iter nactus est, vadit audacter contem-
ptor omnium. Nec ad pecuniam respicit. Aurumque
et argentum illis in quibus iacuere tenebris
dignissima non ad hoc extimat splendorem
quo inspiciuntur verberat oculos, sed adhuc vetere ce-
lo ex quo illa secrevit cupiditas nostra et
effodit. Scit inquam alicubi positas esse divi-
cias quibus congeritur, animum implere debere, non
archam. Hunc imponere domino rerum omnium licet,
hunc in possessionem rerum nature inducere, ut su-
a orientis occidentisque terminus fiat, deorum

ritu cuncta possideat, cum opibus suis di-
tes superne despiciat, quorum nemo tam letus
suo quam tristis alieno. Cum se in hanc subli-
mitatem tulit, corporis quoque ut honeris necessarii
amator, sed procurator est. Nec se illi cui impo-
situs est subicit. Nemo liber est qui corpori servit.
Nam ut alios dominos quos nimios pro illo sollicitudo
invenit transeas, ipsius morbosum imperium dif-
ficultatum quod est. Ab hoc modo equo animo exit, modo ma-
gno prosilit, nec quis eius deinde relicti futurus
sit exitus querit. Sed ut ex barba capillos
detonsa negligimus, ita ille divinus animus
egressurus hominem, quo receptaculum suum con-
ferat, ignis illud excludat an terra contegat an fere
distrahant, non magis ad se iudicat pertinere
quam secundas ad editum infantem. Utrum proiectum
aves differant an consumatur canibus data-
da marinis. Quid ad illum qui nullus est? Sed tunc
quoque cum inter homines est timet illas post mortem
minas eorum quibus usque ad mortem timeri parum
est. Non conterret inquit me nec uncus nec pro-
iecti ad contumeliam cadaveris laceratio fedan-
suris. Neminem de supremo officio rogo, nulli
reliquias meas commendo. Neque insepultum quisquam
rerum natura prospicit. Quem sevicia proiecit, dies condet.
Diserte Mecenas ait: nec tumulum curo, se-
pelit natura relictos. Alte cinctum putes dixis-
se. Habuit enim ingenium et grande et virile, nisi illud
secundus discinxisset. Vale. De breviori vita non
curandum est quam amplissimum vite spacium.

In epistola qua usque ad sapientiam vivendum
de morte Metronactis philosophi L. xvi.
querebaris, tamquam et potuisset diucius
vivere et debuisset, equitatem tuam desideravi,
nec in ulla persona, in ullo negocio superest, in omni
deest. In qua omnibus uno mutem ego adversus
homines, adversus deos neminem. Obiurgas
quotidie fatum: quare ille non rapitur, quare
in medio cursu raptus est, quare senectutem
eciam sibi et aliis gravem ostendit. Utrum oro
certe equius iudicas te nature an tibi pa-
rere naturam. Quid autem interest quam cito exeas unde
utique exeundum est. Non ut diu vivamus cu-
randum est, sed ut satis. Nam ut diu vivas fa-
to opus est, ut satis animo. Longa est vita
si plena est. Impletur autem cum animus sibi bonum
suum reddidit et ad se potestatem sui transtulit.
Quid illum octoginta anni iuvant per inertiam
exacti? Non vixit iste sed in vita moratus est,
nec sero mortuus est sed diu. Octoginta annis
vixit. Interest mortem eius ex quo die numeres.
At ille obiit viridis, sed officia boni civis

boni amici boni filii executus est. In nulla parte
cessavit, licet etas eius imperfecta sit, vita per-
fecta est. Octoginta annis vixit, immo octo-
ginta annis fuit, nisi forte sic vixisse eum
dicis quomodo dicuntur arbores vivere. Obsecro te
Lucili hoc agamus ut quemadmodum preciosa rerum sic
vita nostra non multum pateat et multum pendeat.
Actu illam metiamur non tempore. Vis scire quid
inter hunc intersit vegetem contemptoremque fortune
functum omnibus vite humane stipendiis atque
in summum bonum eius evectum, et illum cui mul-
ti anni transmissi sunt? Alter post mortem quoque est, alter
ante mortem periit. Laudemus itaque et in numero fe-
licium reponamus eum cui quantulumcumque temporis contin-
git bene collocatum est. Vidit enim veram lucem,
non fuit unus e multis, et vixit et viguit. Aliquando
sereno usus est, aliquando ut solet validi sideris
fulgur per nubila emicuit. Quid queris quam-
diu vixerit? Ad posteros vivit, usque transiluit
et se in memoriam dedit. Nec ideo mihi plures an-
nos accedere recusaverim. Nec tamen mihi ad beatam
vitam defuisse dicam si spacium eius inciditur.
Non enim ad eum diem me aptavi quem ultimum mihi
spes avida promiserat, sed nullum non tamquam ultimum
aspexit. Quid me interrogas quando natus sim,
an inter iuniores adhuc censear? Habeo meum.
Quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus,
sic et in minore temporis modo potest vita esse perfecta.
Etas inter externa est. Quamdiu sim alienum est;
quamdiu non ut sim meum est. Hoc a me exige ne
velud per tenebras evum ignobile emetiar,
ut agam vitam ut non pretervehar. Queris quod sit
amplissimum vite spacium? Usque ad sapientiam vivere.
Qui ad illam pervenit attingit non longissimum
finem sed maximum. Ille vero glorietur audacter et
diis agat gratias inter quos et sibi et rerum nature imputet
quod fuit. Merito enim imputabit: meliorem illi
vitam reddidit quam accepit. Exemplar boni viri
posuit, qualis quantusque esset ostendit. Si quid
adiecisset, fuisset simile preterito. Et tamen quousque vivimus?
Omnium rerum cognitione fruiti sumus. Scimus
a quibus principiis natura se attollat, quemadmodum ordi-
net mundum, per quas annum vices revocet, quemadmodum
omnia que usquam erant cluserit et se ipsam sui finem
fecerit. Scimus sidera impetu suo vadere,
preter terram nichil stare, cetera continua velocitate
decurrere. Scimus quemadmodum solem et luna preterat, quare
tardior velociorem post se relinquat, quomodo
lumen accipiat aut perdat, que causa inducat
noctem, que reducat diem. Illuc eundum est
ubi ista propius aspicias. Nec hac spe igitur
sapiens ille fortius exeo quod patere mihi ad
deos iter iudico. Meritum quidem admitti
etiam inter illos sui, atque illo meum mi-
si, et ad me illi suum miserint. Sed tolle me
de medio puta, et post mortem nichil ex homine
restare. Eque magnum habeo etiam si nusquam
transiturus accedo. Non tam multis vixit annis
quam potuit. Et paucorum versuum liber est et quidem
laudandus atque utilis. Annales Tanusii
scis quam ponderosi sint et quid vocentur. Hoc
est vita quorundam longa, et Tanusii sequitur anna-
les. Numquid feliciorem iudicas eum qui summo
die muneris quam eum qui medio occiditur? Numquid
aliquem tam cupidum esse vite putas ut iugulari
in spoliario quam in arena malit? Non maiore
spacio alter alterum precedimus. Mors per omnes it;
qui occidit consequitur occisum. Minimum est de quo
sollicitissime agitur. Quid autem ad rem pertinet
quamdiu vites quod evitare non possis? Vale.

Utrum pars philosophie preceptiva superfluat disputatio et solucio. Et de adiuvatione contra ma-

Eam partem philosophie que lu pstatis opinionis e. 9X.
dat proprie cuique persone precepta nec
in universum componit hominem sed marito suadet
quomodo se gerat adversus uxorem, patri quomodo
educet liberos, domino quomodo servos regat, quidam
solam receperunt. Tamquam qui possit de parte sua
dicere nisi qui summam prius totius vite complexus
est. Sed Aristo stoicus contrario hanc partem levem
existimat et que non descendat in pectus usque; at
illam habentem precepta plurimum ait proficere ipsa
decreta philosophie et constitutiones summi boni, quam
qui bene intellexit et didicit, quid in quaque
re faciendum sit sibi ipse precepit. Quemadmodum qui
iaculari discit destinatum locum captat
et manum format ad dirigenda que mittit,
cum hanc vim ex disciplina et exercitatione
percepit, quocumque vult illa utitur; didicit
enim non hoc aut illud ferire sed quodcumque voluerit,
sic qui se ad totam vitam instruxit non
desiderat particulatim admoneri, doctus in totum,
non enim quomodo cum uxore aut cum filio viveret
sed quomodo bene viveret. In hoc est et quomodo cum uxore
ac liberis vivat. Cleanthes utile quidem
iudicat et hanc partem, sed imbecillam nisi ab uni-
verso fluit, nisi decreta ipsa philosophie et capi-
ta cognovit. In duas ergo questiones locus iste
dividitur: utrum utilis an inutilis sit, et an
solus virum bonum possit efficere, id est utrum
supervacuus sit an omnes faciat supervacuos.
Qui hanc partem videri volunt supervacuam hoc
aiunt: si quid oculis oppositum moratur aciem,
removendum est. Illo quidem obiecto operam

perdidit qui precepit. Sic ambulabis, illo ma-
num porriges. Eodem modo ubi aliqua res ob-
scurat animum et ad officiorum dispiciendum ordinem
impedit, nil agit qui precipit: sic uiues cum patre,
sic cum uxore. Nichil enim proficient precepta quandiu
mentis error offusus est. Si ille discutitur,
apparebit quid cuique debeatur officio. Alioquin
doces illum quid sano faciendum sit, non effi-
cis sanum. Pauperi ut agat diuitem monstras: hoc
quo manente paupertate fieri potest? Ostendis
esurienti quid tamquam satur faciat: fixam potius
medullis famem detrahe. Id tibi de omnibus
uitiis dico. Ipsa remouenda sunt, non precipiendum
quod fieri illis manentibus non potest. Nisi opiniones
falsas quibus laboramus expuleris, nec auarus
quomodo pecunia utendum sit exaudiet, nec timidus
quomodo periculosa contemnat. Efficias oportet sciat
pecuniam nec bonum nec malum esse; ostendas illi
miserrimos diuites. Efficias oportet quicquid publice
expauimus sciat non esse tam timendum quam fama
circumfert, nec dolere quemquam nec mori: sepe
in morte quam pati lex est magnum esse solatium
quod ad neminem redit; in dolore pro remedio
futuram obstinationem animi, qui leuius sibi facit quicquid
contumaciter passus est. Optimam doloris esse
naturam, quod non potest nec qui extenditur magnus esse nec
qui est magnus extendi. Omnia fortiter excipienda que
nobis mundi necessitas imperat. His decretis
cum illum in conspectum sue conditionis adduxeris et
cognouerit beatam uitam esse non que secundum uoluptatem est,
sed secundum naturam, cum uirtutem unicum bonum hominis
adamauerit, turpitudinem solum malum fugerit,
reliqua omnia, diuitias, honores, bonam ualitudinem,
uires, imperia, scierit esse mediam partem nec bonis
annumeranda nec malis, monitorem non deside-
rabit ad singula qui dicat: sic incede, sic cena;
hoc uiro, hoc femine, hoc marito, hoc celibi conuenit.
Ista enim qui diligentissime monet ipsi facere non
possunt. Hec pedagogus puero, hec auia nepoti
precipit, et irascendum non esse magister iracundissi-
mus disputat. Si ludum litterarium intraueris,
scies ista que ingenti supercilio philosophi iactant
in puerili esse prescripto. Utrum deinde manifesta de-
inde an dubia precipies? Non desiderant
manifesta monitorem, precipienti dubia non cre-
ditur; superuacuum est ergo precipere. Id adeo sic
disce: si id mones quod obscurum est et ambigu-
um, probationibus adiuuandum erit; si proba-
turus es, illa per que probas plus ualent satis-
que per se sunt. Sic amico utere, sic ciue, sic
socio. Quare? Quia iustum est. Omnia ista mihi de
iusticia locus tradit. Illic inuenio equitatem

per se expetendam, nec metu nos ad illam cogi
nec mercede conduci; non esse iustum cui quicquam
in hac uirtute placet preter ipsam. Hoc persuasi
et perbibi. Quid ista precepta proficiunt que
eruditum docent? Precepta dare scienti super-
uacuum est, nescienti parum. Audire enim debet non
tantum quid sibi precipiatur sed etiam quare. Utrum, inquam, ue-
ras opiniones habenti de bonis malisque sunt
necessaria an non habenti? Qui non habet, nichil a te
adiuuabitur: aures enim contraria monitionibus tuis fa-
ma possedit. Qui habet exactum iudicium de fu-
giendis petendisque, scit sine te faciendum, scit etiam
te tacente. Tota ergo pars ista philosophie summoueri potest.
Duo sunt propter que delinquimus: aut inest animo
prauis opinionibus malicia contracta, aut
si non est falsis occupatus, ad falsa procliuis
est et cito specie quo non oportet trahente cor-
rumpitur. Itaque debemus aut percurare mentem e-
gram et uitiis liberare, aut uacantem quidem sed
ad peiora pronam preoccupare. Utrumque decreta
philosophie faciunt; ergo tale precipiendi genus
nil agit. Preterea si precepta singulis damus,
incomprehensibile opus est. Alia enim dare debemus
feneranti, alia colenti agrum, alia negotianti,
alia regum amicitias sequenti, alia pares, alia
inferiores amaturo. In matrimonio precipies
quomodo uiuat cum uxore aliquis quam uirginem
duxit, quomodo cum qua alicuius ante matrimonium experta est,
quemadmodum cum locuplete, quemadmodum cum indotata.
An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem
et fecundam, inter prouectiorem et puellam, inter
matrem et nouercam? Omnes species complecti non
possumus, atqui singule propria exigunt. Leges
autem philosophie breues sunt et omnia alligant. Adde
nunc quod sapientie precepta finita debent esse
et certa: si qua finiri non possunt, extra sapientiam
sunt. Sapientia rerum terminos nouit. Ergo ista pre-
ceptiua pars summouenda est, quia quod paucis
promittit prestare omnibus non potest; sapientia
autem omnes tenet. Inter insaniam publicam et
hanc que medicis traditur nichil interest nisi quod
hec morbo laborat, illa opinionibus falsis.
Altera causas furoris traxit ex ualitudine,
altera animi mala ualitudo est. Si quis furioso
precepta det quomodo loqui debeat, quomodo procedere, quo-
modo in publico se gerere, quomodo in priuato, erit ipso
qui monebitur insanior. Ei bilis nigra curan-
da est et ipsa furoris causa remouenda. Idem
in hoc alio animi furore faciendum est. Ipse discu-
ti debet; alioquin abibunt in uanum monentium uerba.
Hec ab Aristone dicuntur. Cui respondebimus ad
singula. Primum aduersus id quod ait: Si quid obsi-

oculo et impedit visum debet removeri. Ef-
fector huic non opus est preceptis ad videndum
sed remedio quo purgetur acies et efficientem
sui moram effugiat. Natura enim videmus cum usum
sui reddit qui removit obstantia. Quid autem
cuique debeatur officio natura non docet. Deinde
cuius curata suffusio est, is non protinus cum vi-
sum recepimus aliis quoque potest reddere. Malicia
liberat liberatum non opus est exhortari de-
consilio quidem ut colorum proprietates oculus
intelligat. a nigro album eciam nullo mo-
nente distinguat. Multis contra preceptis eget
animus ut videat quid agendum sit in vita. Quamquam
oculos quoque egros medicus non tantum curat sed eciam
monet. Non est inquit quod protinus inbecillam
aciem committas improbo lumini a tenebris primum
ad umbrosa procede. deinde plus aude et pau-
latim claram lucem assuesce. Non est quod post cibum
studeas, non est quod plenis oculis ac tumentibus
imperes. afflatum et vim frigoris in os occur-
rentis evita. alia eiusmodi que non minus quam
medicamenta proficiunt. Adicit remediis me-
dicina consilium. Error inquid est cum peccandi
sunt nobis precepta non detrahunt. non expu-
gnant opiniones de bonis ac malis falsas.
Concede per se efficaciam precepta non esse ever-
tenda pravam aut persuasionem. sed non ideo aliis
quidem adiecta proficiunt. primum memoriam reno-
vant. deinde que in universo confusius videbantur
in partes divisas diligentius considerantur. Aut in
isto modo licet et consolationes dicas supervacuas
et exhortationes. at qui non sunt supervacue. Ergo
ne monitiones quidem. Stultum est inquit facere
egro quid quam tamquam sanus debeat cum restituen-
da sanitas sit sine qua irrita sunt precepta.
Quid quod habent egri quidem sanique communia de quibus
admonendi sunt. tamquam ne avide cibos appetat
ut lassitudinem vitet. habent quedam precepta co-
munia pauper et dives. Sana inquit ava-
riciam et nichil habebis quod admoneas aut pau-
perem aut divitem si cupiditas utriusque desederit.
Quid quod aliud est non concupiscere pecuniam.
aliud uti pecunia scire. Cuius avari modum
ignorant, etiam non avari usum. Tolle igitur
errores supervacua precepta sunt. Falsum est.
puta enim avariciam relaxatam. puta astrictam
esse luxuriam. temeritati frenos iniectos
ignavie subditum calcar. eciam remotum
viciis quid et quemadmodum debeamus facere discen-
dum est. Nichil inquit efficient monitiones
admote gravibus viciis. ne medicina quidem
morbos insanabiles vincit, tamen adhibetur
aliis in remedium, aliis in levamentum. ne ipsa
quidem universe philosophie vis licet totas in hoc
vires suas advocet duram iam et veterem
animis extrahet pestem. sed non ideo nichil sanat quia
non omnia. Quid prodest inquit aperta monstrare?
plurimum. Interdum enim scimus nec attendimus.
Non docet admonitio sed advertit, sed excitat,
sed memoriam continet nec patitur elabi. Ple-
raque ante oculos posita transimus. Admonere
genus adhortandi est. Sepe animus eciam
aperta dissimulat. Ingerenda est itaque illi no-
ticia notissimarum rerum. Illa hoc loco in Vatinium
Calvi repetenda sententia est. factum esse ambi-
tus et hoc vos scire omnes sciunt. Scis amicicias
sancte colendas esse, sed non facis. Scis improbum
esse qui ab uxore pudiciciam exigit ipse
alienarum corruptor uxorum. Scis ut illi nil
cum adultero sic tibi nil esse debere cum pellice
et non facis. Itaque subinde reducendus es ad
memoriam. non enim illa reposita esse oportet
sed in promptu. Quecumque salutaria sunt sepe
agitari debent. sepe versari ut non tantum sint nota
nobis sed eciam parata. Adice nunc quod aperta
quoque apertiora fieri solent. Si dubia sunt inquit
que precipis probaciones adicere debebis. ergo illa
precepta proficient. quasi et sine probacionibus ipsa
monentis auctoritas prodest. sic quomodo iureccon-
sultorum valent precepta eciam si racio non redditur.
Preterea ipsa que precipiuntur per se multum habent ponderis
utique si aut carmini intexta sunt aut prosa oracione
in sentenciam coartata sicut illa Catoniana. Eme-
ris non quod opus est sed quod necesse est. quod non opus
est asse carum est. Qualia sunt illa aut reddita
oraculo aut similia. Tempori parce. te nosse. Numquid
racionem exiges cum tibi aliquis hos dixerit versus.
Iniuriarum remedium est oblivio. Audentes
fortuna iuvat. Piger ipse sibi obstat. Advo-
catum ista non querunt. affectus ipsos tangunt
et natura vim suam exercente proficiunt. Omnium
honestarum rerum semina animi gerunt que admo-
nitione excitantur. non aliter quam scintilla flatu
levi adiuta ignem suum explicat. Erigi-
tur virtus cum tacta est et impulsa. Preterea quedam
sunt quidem in animo sed parum prompta que incipiunt in
expedito esse cum dicta sunt. quedam diversis
locis iacent sparsa que contrahere inexercita-
ta mens non potest. Itaque in unum conferenda
sunt et iungenda ut plus valeant animumque
magis allevent. Aut si precepta nichil adiu-
vant omnis institutio tollenda est. Ipsa
natura contenti esse debemus. Hoc qui dicunt non
vident aliud ingenium hominis mobile et erecti

aliud tardi et hebetis. Utique alius alio in-
geniosior est. Ingenium illis preceptis alitur
et crescit, novasque persuasiones addicit in-
natis et depravata corrigit. Si quis inquit
non habet recta decreta, quid illum admoni-
tiones iuvabunt vitiis obligatum? Hoc scilicet ut
liberetur. Non enim extincta est in illo indoles
naturalis est, sed obscurata et oppressa. Sic quoque tem-
ptat resurgere et contra prava nititur. Nacta vero
presidium et adiuta preceptis convalescit, si tamen
illam diutina pestis non infecit nec enecavit.
Hanc enim ne disciplina quidem philosophie toto impetu
suo connixa restituet. Quid enim interest inter de-
creta philosophie et precepta, nisi quod illa generalia pre-
cepta sunt, hec specialia? Utraque res precipit, sed altera
in totum, particulatim altera. Si quis inquit recta
habet et honesta decreta, hic ex supervacuo mone-
tur. Minime. Nam hic quoque doctus quidem est facere que debet,
sed hec non satis perspicit. Non enim tantum affectibus
impeditur quominus probanda faciamus, sed imperitia
inveniendi quid quaeque res exigat. Habemus interdum
compositum animum, sed residem et inexercitatum ad in-
veniendam officiorum viam, quam admonitio de-
monstrat. Expelle inquit falsas opiniones de
bonis et malis, in locum autem earum veras repone,
et nichil habebit admonitio quod agat. Ordinatur
ista sine dubio ratione animus, sed non ista tantum. Nam
quamvis argumentis collectum sit que bona malaque
sint, nichilominus habent precepta partes suas. Et pru-
dentia et iustitia officiis constant, officia pre-
ceptis disponuntur. Preterea ipsum de malis bonisque
iudicium confirmatur officiorum executione, ad quam
precepta perducunt. Utraque enim inter se consentiunt,
nec illa possunt precedere ut non hec sequantur, et hec
ordinem sequuntur suum. Unde apparet illa pre-
cedere. Infinita inquit precepta sunt. Falsum est.
Nam de maximis ac necessariis non sunt infinita. Te-
nues autem differentias habent, quas exigunt tempora, lo-
ca, persone. Sed his quoque dantur precepta generalia.
Nemo inquit preceptis curat insaniam,
ergo ne malitiam quidem. Dissimile est. Nam si
insaniam sustuleris, sanitas reddita est. Si fal-
sas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispe-
ctus rerum agendarum. Ut sequatur, tamen admonitio cor-
roborabit rectam de bonis malisque sententiam.
Illud quoque falsum est, nichil apud insanos proficere
precepta. Nam quemadmodum sola non prosunt, sic cura-
tiones adiuvant, et denuntiatio et castigatio
insanos coercuit. De illis nunc insanis
loquor quibus mens mota est, non erepta. Le-
ges inquit ut faciamus quod oportet non efficiunt,
et quid aliud sunt quam minis mixta precepta? Primum

omnium ob hoc ille non persuadent, quia minantur; at hec
non cogunt sed exorant. Deinde leges a scelere de-
terrent, precepta in officium adhortantur. His adice
quod leges quoque proficiunt ad bonos mores, utique
si non tantum imperant sed docent. In hac re dissen-
tio a Possidonio, qui improbo inquit quod Platonis legibus
adiecta principia sunt. Legem enim brevem esse oportet velud
emissa divinitus vox sit, iubeat, non disputet.
Nichil videtur mihi frigidius, nichil ineptius quam lex
cum prologo. Mone, dic quid me velis fecisse;
non disco sed pareo. Proficiunt itaque: malis
moribus uti videbis civitates usas malis
legibus. At non apud omnes proficiunt. Ne philosophia
quidem, nec ideo inutilis et formandis animis inefficax
est. Quid autem? philosophia non vite lex est? Sed putemus
non proficere leges: non ideo sequitur ut ne moni-
tiones quidem proficiant. Aut sic et consolationes [...] et
laudationes. Omnia ista monitionum genera sunt;
quibus ad perfectum animi statum pervenitur. Nulla res
magis animis honesta induit dubiosque et in
pravum inclinabiles revocat ad rectum quam bo-
norum conversatio. Paulatim enim descendit in pecto-
ra, et vim preceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter au-
diri. Occursus mehercules ipse sapientium iuvat,
et est aliquid quod ex magno viro vel tacente proficias.
Nec tibi facile dixerim quemadmodum prosit, sicut illud intelli-
gam profuisse. Minuta quedam ut ait Fedron
animalia cum mordent non sentiuntur; adeo tenu-
is illis et fallens in periculis vis est. Tumor indi-
cat morsum, et in ipso tumore nullum vulnus
apparet. Idem in conversatione virorum sapientium
eveniet: non deprehendes quemadmodum aut quando tibi
profuit, profuisse deprehendes. Quorsus inquit hoc
pertinet? Eque precepta bona, si sepe tecum sint,
profutura quam bona exempla. Pythagoras ait a-
lium animum fieri intrantibus templum deorumque simu-
lacra ex vicino cernentibus et alicuius oraculi
operientibus vocem. Quis autem negavit feriri
quibusdam preceptis efficaciter etiam imperitissimos?
velud his brevissimis vocibus, sed multum habenti-
bus ponderis: Nichil nimis. Avarus animus nullo
satiatur lucro. Ab alio expectes alteri quod feceris.
Hec cum ictu quodam audimus, nec ulli licet dubi-
tare aut interrogare quare. Adeo ipsa veritas etiam
sine ratione ducit. Si reverentia frenat animos
vitia compescit, cur non admonitio idem possit?
Si imponit pudorem castigatio, cur admonitio
non faciat, etiam si nudis preceptis utitur? Illa ad-
monitio vero efficacior est et altius penetrat
que adiuvat ratione quod precipit, que addicit quare quidque
sit faciendum et quis facientem obedientemque pre-
ceptis fructus expectet. Si imperio et admonitio

perficiatur eque perficiatur imperio ergo etiam admonitione
In duas partes virtus dividitur in contem-
plationem veri et actionem. Contemplationem institu-
tio tradit. actionem admonitio. Virtutem et exercet
et ostendit recta actio. Acturo autem si prodest
qui suadet et qui monet proderit. Ergo si
recta actio virtuti necessaria est. rectas autem actiones
admonitio demonstrat et admonitio necessaria est. Duae
res plurimum roboris animo dant. fides
veri et fiducia. utramque admonitio facit. Nam et
creditur illi et cum creditum est magnos animos spes
concipit ac fiducia impletur. ergo admonitio non
est supervacua. Marcus Agrippa vir ingentis ani-
mi solus ex his quos civilia bella claros po-
tentesque fecerunt. felix in publicum fuit. dicere so-
lebat multum se huic debere sententie. Nam concor-
dia parve res crescunt discordia maxime di-
labuntur. Hac se dicebat et fratrem et amicum opti-
mum eiusmodi sententie familiaritate in animo recepte for-
mat cum cur non hec per philosophie que talibus sententiis
constat idem possit. Pars virtutis disciplina con-
stat. pars exercitatione. Et discas oportet et quod
didicisti agendo confirmes. Quod si est non tantum
scita sapientie sed etiam precepta que affectus nostros
velud edicto coherceat et ablegant. Philosophia
inquit dividitur in hec. scientiam et habitum animi. Nam qui
didicit et facienda ac vitanda percepit nondum
sapiens est nisi in ea que didicit animus eius transfi-
guratus est. Tertia pars ista precipiendi ex u-
troque est et ex decretis et ex habitu. Itaque supervacua
non est ad implendam virtutem cum duo illa suf-
ficiant. Isto ergo modo et consolatio supervacua est.
Nam hec quoque ex utroque est et adhortatio et suasio
et ipsa argumentatio. Nam et hec ab habitu animi composi-
ti validique proficiscitur. Sed quamvis ista ex habitu
animi veniant optimo animi habitus ex his est et ex
illis inde istud quod dicis iam perfecti viri
esse ac summam consecuti felicitatis humane. Ad
hec autem tarde pervenitur. Interim etiam imperfecto sed
proficienti demonstranda est etiam rebus agen-
dis via. hanc forsitan sibi et sine admonitione dabit
ipsa sibi sapientia que iam eo perduxit animum ut
moveri nequeat nisi in rectum. Imbecillioribus
quidem ingeniis necessarium est aliquem preire. hoc
vitabis hoc facies. Preterea si expectat tempus
quo per se sciat quid optimum factu sit. interim
errabit et errando impedietur quominus ad illud
perveniat quo possit se esse contentus. Regi ergo
debet. dum incipit posse se regere. Pueri ad prescriptum
discunt. digiti illorum tenentur et aliena ma-
nu per litterarum simulacra ducuntur. Deinde imi-
tari iubentur proposita et ad illa reformare chiro-
graphum. Sic animus noster dum eruditur ad pre-
scriptum iuvatur. Hec sunt per que probatur hanc philosophie
partem supervacuam non esse. Queritur deinde
an ad faciendum sapientem sola sufficiat.
Huic questioni suum diem dabimus. Interim omissis
argumentis nonne apparet nobis ad advo-
cato opus esse qui ipsi precepta precipiat. Illa ad au-
res nostras nos impune perferuntur. Nocent qui
optant. nocent qui execrantur. Nam et horum impre-
catio falsos nobis metus inserit et illorum
amor male docet bene optando. Mittit enim
nos ad longinqua bona et incerta et errantia cum
possimus felicitatem domo promere. Non licet inquam
ire recta via. trahunt in pravum parentes tra-
hunt servi. nemo errat uni sibi sed dementiam
spargit in proximos accipitque invicem. Et ideo in sin-
gulis vitia populorum sunt quia illa populus dedit. Dum
facit quisque peiorem factus est. Didicit de-
teriora deinde docuit effectaque est illa ingens
nequitia congesto in unum quod cuique pessimum
scitur. Sit ergo aliquis custos et aurem subinde
pervellat abigatque rumores et reclamet populis
laudantibus. Erras enim si existimas nobiscum vi-
tia nasci. supervenerunt. ingesta sunt. Itaque mo-
nitionibus crebris opiniones que nos circumso-
nant compescamus. Nulli nos vitio natura conciliat.
Illa integros ac liberos genuit. Nichil
quo avariciam nostram irritaret posuit in aperto.
Pedibus aurum et argentum subiecit. calcandumque
ac premendum dedit. et quicquid est propter quod calcamur
et premimur. Illa vultus nostros erexit ad celum
et quicquid magnificum mirumque fecerat videri a suspi-
cientibus voluit. ortus occasusque et properanti-
bus mundi volubilem cursum. interdiu
terrena aperientem noctu celestia. tardos si-
derum incessus. si compares concitatissimos autem si
cogites quanta spatia numquam intermissa ve-
locitate circueant. defectus solis ac lune
invicem obstantium. alia deinceps digna mirari
sive per ordinem subeunt sive subitis causis
mota prosiliunt ut nocturni ignium tractus sine
ullo ictu sonitu fulgoresque celi patescentes
columneque ac trabes et varia simulacra
flammarum. Hec supra nos natura disposuit aurum
quidem et argentum et propter ista numquam pacem agens
ferrum quasi male nobis committerentur abscondit.
Nos in lucem propter que pugnaremus extulimus. Nos et
causas periculorum nostrorum et instrumenta disiecto terrarum pondere
eruimus. Nos fortune mala nostra tradimus nec
erubescimus summa apud nos haberi que fuerant
ima terrarum. Vis scire quam falsus oculos tu-
os deceperit fulgor. Nichil est istis quidem mer-

sa et involuta genio suo iacent sedibus mersa obscuris quidem. Quae per longissimos cuniculos tenebras extrahunt. Nichil est istis dum fiunt et a facie sua separantur informius. Denique vides opifices, quorum manus sterile terre genus et infernum perpurgant, videbis quanta fuligine oblinantur. Atqui ista magis inquinant animos quam corpora, et in possessore eorum quam in artifice plus sordidum est. Necesse est itaque admoneri et habere aliquem advocatum bone mentis et in tanto fremitu tumultuque falsorum unam denique audire vocem. Quae erit illa vox? Ea scilicet que tibi tantis clamoribus ambitionis exsurdato salubria insusurret verba, quae dicat: non est quod invideas istis quos magnos felicesque populus vocat; non est quod tibi compositae mentis habitum et sanitatem plausus excutiat; non est quod tibi tranquillitatis tue fastidium faciat ille sub illis fascibus purpura cultus; non est quod feliciorem eum iudices cui summovetur quam te quem lictor semita deicit. Si vis exercere tibi utile, nulli autem grave imperium, summove vitia. Multi inveniuntur qui ignem inferant urbibus, qui inexpugnabilia seculis et per aliquot etates tuta prosternant, qui equum arcibus aggerem attollant et muros in miram altitudinem adductos arietibus ac machinis quassent. Multi sunt qui ante se agant agmina et tergis hostium graves instent et ad mare magnum perfusi cede gentium veniant; sed hii quoque ut vincerent hostes cupiditate victi sunt. Nemo illis venientibus restitit, sed nec ipsi ambitioni crudelitatique restiterant; tunc cum agere visi sunt alios agebantur. Agebat infelicem Alexandrum furor aliena vastandi et ad ignota mittebat. An tu putas sanum qui a Grecie primum cladibus in qua eruditus est incipit? qui quod cuique optimum est eripit, Lacedemonium servire iubet, Athenas tacere? Non contentus tot civitatum strage quas aut vicerat Philippus aut emerat, alias alio loco proicit et toto orbe arma circumfert; nec subsistit usquam lassa crudelitas inmanium ferarum modo que plus quam exigit fames mordent. Iam in unum regnum multa regna coniecit, iam Greci Perseque eundem timent, iam etiam a Dario liberae nationes iugum accipiunt: it tamen ultra oceanum solemque, indignatur ab Herculis Liberique vestigiis victoriam flectere, ipsi nature vim parat. Non ille ire vult sed non potest stare, non aliter quam in preceps deiecta pondera quibus eundi finis est iacuisse. Nec Gneo Pompeio externa bella aut domestica virtus

Fallax

aut ratio suadebat, sed insanus amor magnitudinis false. Modo in Hispaniam et Sertoriana arma, modo ad colligendos piratas ac maria pacanda vadebat: hec prerebat cause ad continuandam potentiam. Quid illum in Africam, quid in septentrionem, quid in Mitridatem et Armeniam et omnes Asie angulos traxit? Infinita scilicet cupido crescendi, cum sibi uni parum magnus videretur. Quid Gaium Cesarem in sua fata pariter ac publica inmisit? Gloria et ambitio et nullus supra ceteros eminendi modus. Unum ferre non potuit cum res publica supra se duos ferret. Quid tu Gaium Marium semel consulem (unum enim consulatum accepit, ceteros rapuit) cum Teutonos Cimbrosque concideret, cum Iugurtam per Africe deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse virtutis instinctu? Marium exercitus, Marium ambitio ducebat. Isti cum omnia concuterent, concutiebantur turbinum more qui rapta convolvunt. Et ob hoc maiore impetu incurrunt quod nullum illis sui regimen est. Ideoque cum multis fuerunt malo pestiferam illam vim qua plerisque nocuerunt ipsi quoque sentiunt. Non est quod credas quemquam fieri aliena infelicitate felicem. Omnia ista exempla que oculis atque auribus nostris ingeruntur retexenda sunt et plenum malis sermonibus pectus exhauriendum. Inducenda in occupatum locum virtus que mendacia et contra verum placentia exstirpet, que nos a populo cui nimis credimus separet ac sinceris opinionibus reddat. Hoc est enim sapientia, in naturam converti et eo restitui unde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est hortatores insanie reliquisse et ex isto coitu invicem noxio abiisse. Hoc ut esse verum scias, aspice quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi. Non est per se magistra innocentie solitudo nec frugalitatem docent rura, sed ubi testis ac spectator abcessit, vitia subsidunt quorum monstrari et conspici fructus est. Quis eam quam nulli ostenderet induit purpuram? Quis posuit secretam in auro dapem? Quis sub alicuius arboris rustice proiectus umbra luxurie sue pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est, ne paucorum quidem et familiarium, sed apparatum vitiorum suorum pro modo turbe spectantium expandit. Ita est: irritamentum est omnium in que insanimus admirator et conscius. Ne concupiscamus efficies si ne ostendamus effeceris. Ambitio et luxuria et inpotentia scenam desiderant: sanabis ista si absconderis. Itaque si in medio urbium fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor et

laudatores ingestum patrimoniorum laudet puo
diuitem et usu opes mentientem. Con illos q
gratiam ac potentiam attollunt. ocium ipse suscipi
at traditum literis. et animum ab externis ad
sua reuersum ostendat ex constitucione uolgi bea
tos in illo inuidioso fastigio suo. trementes
et attonitos. longe quam aliam de se opinionem
habentes quam ab aliis habentur. Nam que aliis uide
tur excelsa ipsis precipita sunt. Itaque exanim
nat et trepidat. quociens despexerit in illud
magnitudinis sue precipes. Cogitat enim uarios
casus et in sublimi maxime lubricos. Tunc
appetita formidat. et que illos grauiores a
liis reddit. grauior ipsis felicitas incubat.
Tunc alaudant hostium lene et sui iuris o
dio est fulgur. et fugam a rebus adhuc statibus
querunt. Tunc demum uideas philosophantes me
tus. et egre fortune sanam consilia. Nam quasi ista
contraria sunt inter se bona fortuna et mens bona.
ita melius in malis sapimus. secunda rectum au
ferunt. Vale. *Non esse petendum quod impetrare*
nolueris. de differentia inter decreta et precepta.
et quod ad consumandam sapientiam neutrum ualet sine
altero. et secundum Possidonium alia quedam ad id

Petis a me ut id quod in diem esse natiua re
sum dixeram debere differri repsentem. et
scribam tibi an hec pars philosophie quam greci pa
reneticen uocant. nos preceptiuam dicimus satis
sit ad consumandam sapientiam. scio te in bonam partem
accepturum si negauero. eo magis promitto et
uerbum publicum perire non patior. postea noli
rogare quod impetrare nolueris. Interdum enim obni
xe petimus id quod recusaremus si quis offerret.
Hec siue leuitas est siue uernilitas punienda
est promittendi facilitate multa uideri nolumus
uelle sed nolumus. Recitator historiam ingentem
attulit minutissime scriptam et magna parte plectam
desinam inquit si uultis ac clamat recitare.
Recita ab hiis qui illum obmutescere illic cupiunt.
Sepe aliud uolumus aliud optamus et uerum
ne diis quidem dicimus. sed dii aut non audiunt aut non
exaudiunt. Ergo me omissa misericordia uindi
cabo et tibi ingentem epistolam impingam quam tu
si inuitus leges dicito. Ergo mihi hoc contraxi. teque
inter illos numera. quos uxor magno ducta
ambitu torquet. quos diuicie per summum acquisite
sudorem male habent inter illos quos honores
nulla non arte atque opera petiti discruciant
et ceteros malos suorum compotes. sed ut omisso
principio rem ipsam aggrediar. Beata inquiunt
uita constat ex actionibus rectis. ad actiones
rectas precepta perducunt. Ergo ad beatam uitam
precepta sufficiunt. Non semper ad actiones rectas
precepta perducunt. sed cum obsequens ingenium est. ali
quando frustra admouentur. sed animum opiniones obsi
dent praue. deinde etiam si recte faciunt ne
sciunt facere se recte. Non potest enim quisquam nisi ab initio
formatus et tota ratione compositus omnes exequi numeros ut
sciat quando oporteat et in quantum et cum quo et quemadmodum
Quare non potest toto animo honesta conari ne con
stat quidem aut libenter sed respiciat sed hesitabit
Si honesta inquit actio ex preceptis uenit ad
beatam uitam precepta habunde sunt. atque illud quoque
hoc hiis respondemus actiones honestas et pre
ceptis fieri. non tamen preceptis Si alie inquit ar
tes contente sunt preceptis contenta erit et sapientia. Nam
et hec ars uite est. Atqui gubernatorem facit ille qui
precipit. Sic moue gubernaculum. sic uela sum
mitte sic secundo uento utere. sic aduerso resiste.
sic dubium communemque tibi uindica. alios quoque artifi
ces precepta confirmant. ergo in hoc idem poterunt
artificem uiuendi. Omnes iste artes circa instrumenta ui
te occupate sunt. non circa totam uitam. Itaque multa
illas inhibent extrinsecus et impediunt. spes cupi
ditas. timor. At hec que artem uite professa est
nulla re quominus se exerceat uetari potest. Discu
tit enim impedimenta et tractat obstantia. Vis scire quam
dissimilis sit aliarum artium condicio et huius? In illis
excusatio est uoluntate peccare quam casu. in hac
maxima culpa est sponte delinquere. Quod dico
tale est. Grammaticus non erubescet soloecismum
si sciens facit. Medicus si deficere egrum non in
telligit. quantum ad artem magis peccat. quam si
se intelligere dissimulat. At in hac arte uiuen
di turpior uolentium culpa est. Adice nunc quod
artes quoque pleraque immo ex omnibus liberalissime
habent decreta sua non tantum precepta sicut medicina
Itaque alia est Ippocratis secta alia Asclepiadis
alia Themisonis. Preterea nulla ars contemplatiua
sine decretis suis est que greci uocant dogmata.
nobis uel decreta licet appellare uel scita uel
placita. Que et in geometria et in astronomia
inuenies. philosophia autem et contemplatiua est et actiua. spe
ctat simulque agit. Erras enim si tibi illam pu
tas tantum terrestres operas promittere altius spirat.
totum inquit mundum scrutor [al. scrutor] nec me intra contuber
nium mortale contineo suadere nobis aut dis
suadere contenta. Magna me uocant supra-
que nos posita. Nam tibi de summa celi ratione deum-
que disserere incipiam et rerum primordia pan
dam. unde omnia natura creat res auctet [al. auget] alatque
que quoque eadem rursus natura perempta resoluat
ut ait Lucretius. Sequitur ergo ut cum contem
platiua sit habeat decreta sua quidem

lucr[etius]

facienda quam necesse erat obibit. Non is cui ratio
erat tradita, qua in quamque rem omnis officiorum
numeros exequi possit. Quos non servabit qui
in rem precepta accepit, non in omnem. Imbecilla sunt
per se et, ut ita dicam, sine radice que partibus
dantur. Decreta sunt que muniant, que securitatem
nostram tranquillitatemque tueantur, que totam vitam
totamque rerum naturam simul contineant. Hoc interest
inter decreta philosophie et precepta quod inter ele-
menta et membra. Hec ex illis dependent, illa et
horum causa sunt et omnium. Antiqua inquit sapientia
nichil aliud quam facienda ac vitanda precepit.
Et tunc longe meliores erant viri. Postquam docti
prodierunt, boni desunt. Simplex enim illa et
aperta virtus in obscuram et sollertem scientiam ver-
sa est, docemurque disputare, non vivere. Fuit
sine dubio, ut dicitis, vetus illa sapientia
cum maxime nascens rudis, non minus quam cetere
artes, quarum in processu subtilitas crevit. Sed
ne opus quidem adhuc erat remediis dili-
gentibus. Nondum in tantum nequitia surrexerat,
nec tam late se sparserat. Poterant vitiis sim-
plicibus obstare remedia simplicia. Nunc
necesse est tanto operosiora esse munimenta, quanto
vehementiora sunt quibus petimur. Medicina
quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus
sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent
paulatim. Deinde in hanc pervenit tam multi-
plicem varietatem. Nec est mirum tunc illam minus
negotii habuisse, firmis adhuc validisque
corporibus et facili cibo nec per artem voluptatemque
corrupto. Qui postquam cepit non ad tollen-
dam sed ad irritandam famem queri, et invente
sunt mille conditure quibus aviditas excitaretur,
que desiderantibus alimenta erant, honera sunt
plenis. Inde pallor et nervorum vino madentium
tremor et miserabilior ex cruditatibus
quam ex fame macies. Inde incerti labentium pe-
des et semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde
in totam cutem humor admissus distentusque ven-
ter, dum male assuescit plus capere quam po-
terat. Inde suffusio luridae bilis et decolor vultus
tabesque in se putrescentium et retorti digiti ar-
ticulis obrigescentibus nervorumque sine sensu
iacentium torpor aut palpitatio corporum
sine intermissione vibrantium. Quid capitis
vertigines dicam? Quid oculorum auriumque tor-
menta et cerebri exestuantis verminatio-
nes et omnia per que exoneramur internis ulce-
ribus affecta? Innumerabilia preterea febrium genera a-
liarum impetu sevientium, aliarum tenui peste
repentium, aliarum cum horrore et multa membrorum
quassatione venientium. Quid alios re-
feram innumerabiles morbos, supplicia luxurie?
Immunes erant ab istis malis qui nondum se de-
liciis solverant, qui sibi imperabant, sibi mini-
strabant. Corpora opere ac vero labore durabant,
aut cursu defatigati aut venatu aut tellurem ver-
santes. Excipiebat illos cibus qui nisi esurien-
tibus placere non posset. Itaque nichil opus erat
tam magna medicorum supellectile, nec tot
ferramentis atque pyxidibus. Simplex erat
ex causa simplici valitudo. Multos morbos
multa fercula fecerunt. Vide quantum rerum per unam
gulam transiturarum permisceat luxuria, terra-
rum marisque vastatrix. Necesse est itaque inter se tam
diversa dissideant et hausta male digerantur,
aliis alio nitentibus. Nec mirum quod inconstans
variusque ex discordi cibo morbus est, et
illa ex contrariis nature partibus in eundem com-
pulsa redundant. Inde tam multo egrotamus
genere quam vivimus. Maximus ille medicorum et huius
scientie conditor feminis nec capillos defluere dixit
nec pedes laborare. Atqui et capillis destituuntur
et pedibus egre sunt. Non mutata feminarum natura
sed victa est. Nam cum virorum licentiam equaverint,
non minus potant et oleo et mero viros provocant,
eque invitis ingesta visceribus per os reddunt
et vinum omne vomitu remetiuntur, eque nivem
rodunt, solatium stomachi estuantis. Libidine vero
ne maribus quidem cedunt, pati nate. Dii illas
deeque male perdant: adeo perversum commente ge-
nus impudicitie viros ineunt. Quid ergo mirandum est
maximum medicorum ac nature peritissimum in men-
dacio prendi, cum tot femine podagrice calve-
que sint? Beneficium sexus sui vitiis perdiderunt
et, quia feminam exuerant, damnate sunt morbis
virilibus. Antiqui medici nesciebant dare cibum
sepius et vino fulcire venas cadentes, ne-
sciebant sanguinem emittere et diutinam egrotationem
balneo sudoribusque laxare, nesciebant crurum
vinculo brachiorumque latentem vim et in medio
sedentem ad extrema revocare. Non erat necesse
circumspicere multa auxiliorum genera, cum essent peri-
culorum paucissima. Nunc vero quam longe processerunt
mala valitudinis! Has usuras et voluptatum
pendimus ultra modum fasque concupitarum. Innume-
rabiles esse morbos non miraberis: cocos
numera. Cessat omne studium et liberalia professi si-
ne ulla frequentia desertis angulis president, in
rhetorum ac philosophorum scolis solitudo est.
At quam celebres culine sunt, quanta circa nepotum
focos iuventus premitur. Transeo puerorum
infelicium greges, quos post transacta convivia

alie cubiculi contumelie expectant. Transeo agmi
na exoletorum per nationes coloresque descripta
ut eadem omnibus leuitas sit, eadem prima men
sura lanuginis, eadem species capillorum. Ne quis
cui rectior est coma crispulis misceatur. Transeo
pistorum turbam, transeo ministrorum per quos signo dato
ad inferendam cenam discurritur. Dii boni quantum hominum
unus uenter exercet. Quid tu illos boletos uo
luptarium uenenum nichil occulti operis iudicas
facere etsi presentanei non fuerant? Quid tu illam
estiuam niuem non putas callum iecoribus obdu
cere? Quid illa ostrea inertissimam carnem ceno
saginatam nichil existimas limose grauitatis inferre?
Quid illud sociorum garum, preciosam malorum piscium
saniem non credis urere salsa tabe precordia? Quid
illa purulenta et que tantum non ab ipso igne in os trans
feruntur iudicas sine noxa in ipsis uisceribus extin
gui? Quam fedi itaque pestilentesque ructus sunt,
quantum fastidium sui exalantibus crapulam ueterem.
Scias putrescere sumpta non concoqui. Memini fuisse quon
dam in sermone nobilem patinam in quam quicquid apud
lautos solet diem ducere properans in dampnum suum popi
na congesserat. Uenerie spondilique et ostrea eatenus
circumcisa qua eduntur interuenientibus distinguebantur e
chinis. Totam destructique sine ullis ossibus mulli
constrauerant. Piget esse iam singula; coguntur in unum
sapores. In cena fit quod fieri debebat satiato uentre. Expecto
iam ut manducata ponantur. Quantulo autem hoc minus
est testas excerpere atque ossa et dentium opera co
cum fungi? Graue est luxuriari per singula: omnia
semel et in eundem saporem uersa ponantur. Quare ego
ad unam rem manum porrigam? Plura ueniant simul,
multorum ferculorum ornamenta coeant et coherea
nt. Sciant protinus hii qui iactationem ex illis
peti et gloriam aiebant non ostendi ista sed conscientie
dari. Pariter sint sicut que disponi solent uno iure u
no perfusa. Nichil intersit. Ostrea, echinis, spon
duli, mullis perturbati concoctique ponantur. Non esset
confusior uomentium cibus. Quomodo ista perplexa
sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur
sed inexplicabiles, diuersi, multiformes, aduersus quos
et medicina armare se cepit multis generibus,
multis obseruationibus. Idem tibi de philosophia dico.
Fuit aliquando simplicior inter minora peccantes
et leui quoque cura remediabiles. Aduersus tantam mo
rum euersionem omnia conanda sunt. Et utinam sic denique
lues ista uinceretur. Non priuatim solum sed publice
furimus. Homicidia compescimus et singulas cedes:
quid bella et occisarum gentium gloriosum scelus? Non
auaritia, non crudelitas modum nouit. Et ista
quamdiu furtim et a singulis fiunt minus noxia minusque
monstruosa sunt. Ex senatus consultis plebisque scitis

seua exercentur et publice iubentur uetita pri
uatim. Que clam commissa capite luerent tunc
quia paulatim fecere laudamus. Non pudet homines
mitissimum genus gaudere sanguine alterno et bel
la gerere gerendaque liberis tradere, cum inter se
et mutis ac feris pax sit? Aduersus tam po
tentem explicitumque late furorem operosior philosophia
facta est et tantum sibi uirium sumpsit quantum hiis aduer
sus que parabatur accesserat. Expeditum erat ob
iurgare indulgentes mero et petentes de
licatiorem cibum. Non erat animus ad frugali
tatem magna ui reducendus a qua paulu
lum discesserat. Nunc manibus rapidis opus est,
nunc arte magistra. Uoluptas ex omni queritur. Nullum
intra se manet uitium. In auariciam luxuria
preceps est. Honestatis obliuio inuasit. Nichil
turpe est cuius placet precium. Homo sacra res homini
iam per lusum ac iocum occiditur, et quem erudiri
ad inferenda accipiendaque uulnera nefas
erat, is iam nudus inermisque producitur satisque
spectaculi ex homine mors est. In hac ergo morum
peruersitate desideratur solito uehementius aliquid
quod mala inueterata discutiat. Decretis agen
dum est ut reuellatur penitus falsorum recepta per
suasio. His si adiunxerimus precepta, consolatio
nes, adhortationes poterunt ualere; per se ineffi
caces sunt. Si uolumus habere obligatos et ma
lis quibus iam tenentur auellere, discant quid ma
lum, quid bonum sit; sciant omnia preter uirtutem mutare
nomen, modo mala fieri, modo bona. Quemadmodum primum
milicie uinculum est religio et signorum amor
et deserendi nefas, tunc demum facile cetera ex
iguntur mandataque iusiurandum adactis, ita
in hiis quos uelis ad beatam uitam perducere prima
fundamenta iacienda sunt et insinuanda uirtus.
Huius quadam superstitione teneantur, hanc ament,
cum hac uiuere uelint, sine hac nolint. Quid ergo?
Non quidam sine institutione subtili euasere probi
magnosque profectus assecuti sunt dum nudis
tantum preceptis obsequuntur? Fateor, sed felix illis
ingenium fuit et salutaria in transitu rapuit.
Nam ut dii immortales nullam didicere uirtutem,
cum omnibus editi et pars nature eorum est, ita quidam ex ho
minibus egregiam sortiti indolem in ea que tra
di solent perueniunt sine longo magisterio et
honesta complexa sunt cum primum audiere. Unde
ista tam rapacia uirtutis ingenia uel ex se
fertilia. Illis autem hebetibus et obtusis aut mala
consuetudine obsessis diu rubigo animorum effri
canda est. Ceterum ut illos in bonum pronos citi
us educit ad summa et hos imbecilliores ad
iuuabit malisque opinionibus extrahet quod ill

philosophie placida tradiderit. Vide quantum sint
vitia si licet videas. Credam insidet nobis
que nos ad alia pigros ad alia teme
rarios facit. nec sed audacia reprimi potest
nec illa inertia suscitari. nisi causas eorum extima
veris. falsa admiratio falsa formido. hec nos
quamdiu possidet dicas licet hoc patri prestari
debes hoc liberis hoc amicis hoc hospitibus
temptantem avaricia retinebit. sciet pro patria
pugnandum esse dissuadebit timor. sciet pro
amicis desudandum esse ad extremum usque su
dorem sed delicie vetabunt. sciet in uxore gra
vissimum genus esse iniurie pellicem sed illum libido
in contraria impinget. Nichil ergo proderit dare pre
cepta nisi prius amoveris obstatura preceptis
non magis quam proderit arma in conspectu po
suisse propiusque admovisse. nisi usure manus
expediuntur ut ad precepta que damus possit
animus solvendus ire. Putemus aliquem facere
quod oportet non faciet assidue non faciet equa
liter. nesciet enim quare faciat. aliqua vel casu vel exer
citatione exhibebit recta sed non erit in manu re
gula ad quam exigantur cui credat recta
esse que fecit. non promittet se talem in perpetuum qui
bonus casus est. deinde prestabunt tibi fortasse pre
cepta ut quod oportet facias. et si hoc non prestat
ad virtutem non perducunt. faciet quod oportet moni
tus. concedo sed id parum est. quoniam quidem non in
facto laus est sed in eo quemadmodum fiat. Quid est
cena flagiciosius et equestrem cenam consumen
te. Quid tam dignum censorio nota. si quis ut
ipsi ganeose loquuntur sibi hoc et genio suo p
restat. Et totiens tamen sestertio aditiales cene
frugalissimis viris constiterunt. Eadem res si
gule datur turpis est si honori reprehensionem
effugit. Non enim luxuria sed impensa solempnis est.
Mullum ingentis forme. quare autem non pondus
adicio et aliquorum gulam irrito. Quattuor pondo
et asse libra fuisse aiebat. Tiberius cesar (al' ipse tyberius)
missum sibi cum in macellum deferri et venire
iussisset. Amici inquit omnia me fallunt nisi istum
mullum aut Apicius emerit aut P. Octavius.
ultra spem illi coniectura processit. licitati sunt.
vicit Octavius et ingentem consecutus est inter
suos gloriam. Cum quinque sestertiis emisset piscem
quem cesar vendiderat. nec Apicius
quidem emerat. numerare tantum Octavio
fuit turpe. Nam ille qui emerat ut Tyberio
mitteret. quamquam et illum reprehenderim. admiratus est
rem quam putavit cesare dignam. Amico aliquis
egro assidet probamus. At hoc hereditatis
causa facit. similis est vulturi cadaver expectat.

Eadem aut turpia sunt aut honesta. Refert quid
aut quemadmodum fiant. Omnia autem honeste fient
si honeste nos addixerimus. idque unum in rebus
humanis bonum iudicaverimus quodque ex eo sim
Cetera in diem bona sunt. Ergo infigi debet persuasio
ad omnia expiantur honestus in servitute ca
sura quam pericula. Cunctam in illo vigoris ac spi
ritum in publica trepidatione fiducia est sent
se unum esse de cuius statu non agatur. Non enim querit
an liber Cato. sed an inter liberos sit. Inde
periculorum gladiatorumque contemptus. libet admirari
intuerique constantiam viri inter publicas rui
nas non labentis dicere. lucubratamque rhetori
cios simul peccatus. proderit non tamen quales esse sole
ant boni viri dicere. formamque eorum et linia
ta deducere. sed quales fuerint narrare et ex
ponere. Catonis illud ultimum ac fortissimum vul
nus per quod libertas animam emisit. Lelii sapientiam
et cum suo Scipione concordiam. alterius Catonis
domi forisque egregia facta. Tuberonis ligneos
lectos cum in publicum sternerent. edinasque pro
stragulis pelles et ante ipsius Iovis cellam
apposita conviviis vasa fictilia. Quid aliud
paupertatem in capitolio consecrare. Ut nullum
aliud factum eius habeam quo illum Catonibus
inseram. hoc parum credimus. censura fuit illa
non cena. O quam ignorant homines cupidi glorie
quid illa sit aut quemadmodum petenda. Illo die populus
Romanus multorum supellectilem spectavit unius miratus
est. Omnium illorum aurum argentumque fractum
et milies conflatum. At omnibus seculis Tube
ronis fictilia durabunt. Liber xviii^us. Epi

Tamen tuendi esse fatorum decretis

Tu indignaris aliquid aut quereris et non
intelligis nichil esse in istis mali
nisi hoc unum quod indignaris et quereris. Si me
interrogas nichil puto viro miserum nisi aliquid esse
in rerum natura quod putet miserum. Non feram me quo
die aliquid ferre non potero. Male valeo: pars
fati est. Familia decubuit fenus offendit. domus
crepuit. dampna vulnera labores metus incucur
rerunt. solet fieri. hoc parum est. debuit fieri. De
cernuntur ista non accidunt. Si quis credis mihi in ti
mos affectus meos tibi cum maxime detego. in
omnibus que adversa videntur et dura sic for
matus sum. Non pareo deo sed assentior.
Ex animo illum non quia necesse est sequor. Nichil
umquam mihi incidet quod tristis excipiam quod
malo vultu. Nullum tributum invitus conferam. Omnia
autem ad que gemimus que expavescimus tri
buta vite sunt. Horum mi Lucili nec speraveris
immunitatem nec petieris. Vesice te dolor inque

tavit. Ipse non erat par dulcis destincta
continua prius accedat de capite minuisti
aliud tu nesciebas hec te optare cum optares
senectutem. Omnia ista in longa vita sunt quomodo
in longa via et pulvis et lutum et pluvia. Sed vo-
lebas vivere carere tamen incommodis omnibus. Tam effe-
minata vox virum dedecet. Videris quemadmodum
hoc votum meum excipias. Ego illud magno animo
non tantum bono facio. Neque dii neque dee faciant
ut te fortuna in deliciis habeat. Ipse te interroga
si quis potestatem tibi deus faciat utrum velles
vivere in macello an in castris. Atqui vivere Lu-
cili militare est. Itaque hii qui iactantur et per ope-
rosa atque ardua sursum atque deorsum eunt
et expeditiones periculosissimas obeunt fortes viri
sunt primoresque castrorum. Isti quos putida quies aliis
laborantibus molliter habet turturille sunt tuti con-
tumelie causa. Vale. Vitia hominum esse non temporum. Et quod
prava consuetudo levitatem incautam indulsit
omnibus que secundum naturam consuete tuta esse non possunt.

Erras mi Lucili si existimas nostri seculi esse
vitium luxuriam et negligentiam boni
moris et alia que obiecit suis quisque temporibus.
Hominum sunt ista non temporum. Nulla etas vacavit a
culpa. Et si existimare licentiam cuiusque seculi incipi-
as pudet dicere numquam apertius quam coram Catone
peccatum est. Credat aliquis pecuniam esse versatam
in eo iudicio in quo reus erat Clodius ob id
adulterium quod cum Cesaris uxore in aperto commi-
serat violatis religionibus eius sacrificii quod pro
populo fieri dicitur sic summotis extra conspectum omnibus
viris ut picture quoque masculorum animalium conte-
gantur atque datos iudicibus nummos sunt et quod hac
etiam nuncupatione turpius est stupra insuper ma-
tronarum et adolescentulorum nobilium stillarii lo-
co exacta sunt. Minus crimine quam absolutione pec-
catum est. Adulterii reus adulteria divisit nec
ante fuit de salute securus quam similes sui iudi-
ces suos reddidit. Hec in eo iudicio facta sunt in quo
si nichil aliud Cato testimonium dixerat. Ipsa ponam
verba Ciceronis quia res fidem excedit. Arces-
sivit ad se promisit intercessit dedit. Iam vero
o dii boni rem perditam etiam noctes certarum mu-
lierum atque adolescentulorum nobilium introducti-
ones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo
fuerunt. Non vacat de pretio queri plus in ac-
cessionibus fuit. Vis severi illius uxorem dabo
illam. Vis divitis huius quam et prestabo concubitum. Ad-
ulterium nisi facias damna. Illa formosa quam de-
sideras veniat. Illius tibi noctem promitto nec
differo. Intra comperendinationem fides promissi me
extabit. Plus est distribuere adulteria quam facere
hec vero matribus familie denuntiare est.
Hii iudices Clodiani a senatu petierant
presidium quod non erat nisi damnaturis necessarium
et impetraverant. Itaque eleganter illis Catu-
lus absoluto reo. Quid vos inquit presidium
a nobis petebatis an ne nummi vobis eripe-
rentur. Inter hos tamen iocos impune tulit ante iudi-
cium adulter in iudicio leno qui damnationem
peius effugit quam meruit. Quicquam fuisse corruptius
illis moribus credis quibus libido non sacris
inhiberi non iudiciis poterat quibus in ea ipsa
questione que extra ordinem senatusconsulto exercebatur
plus quam querebatur admissum est. Querebatur an post
adulterium aliquis posset tutus esse. Apparuit sine
adulterio tutum esse non posse. Hec inter Pompeium
et Cesarem inter Ciceronemque commissa est Catonem
inter illum quo sedente populus negatur permisisse
sibi postulare Floralium iocos nudandarum meretricum.
Non credis spectasse tunc severius homines quam iu-
dicasse. Et fient ista et facta sunt et licentia urbium
aliquando disciplina metuque numquam sponte considet.
Non est itaque quod credas nos plurimum libidini per-
misisse legibus minimum. Longe enim frugalior hec
iuventus est quam illa. Cum reus adulterium a-
pud iudices negaret iudices apud eum con-
fiterentur cum stuprum committeretur rei iudicande causa
cum Clodius hiis de more gratiosus quibus nocens
galiaturas exerceret in ipsa causa e dicatore. Credat
hoc quisquam qui damnabat unum adulterio absolutus
est a multis. Omne tempus Clodios non Catones feret.
Ad deteriora faciles sumus quia nec dux potest nec
comes deesse et res ipsa etiam sine duce sine comi-
te procedit. Non pronum est tantum ad vitia sed preceps
et quod plerosque inemendabiles facit. Omnium aliarum
artium peccata artificibus pudori sunt offenduntque
errantem. Vite peccata delectant. Non gaudet
navigio gubernator everso. Non gaudet egro
medicus elato. Non gaudet orator si patroni
culpa reus cecidit. At contra omnibus crimen suum vo-
luptati est. Letatur ille adulterio in quod irritatus est
ipsa difficultate. Letatur ille circumscriptione furtoque
nec ante illi culpa quam culpe fortuna displicuit.
Id prava consuetudine evenit. Alioquin ut scias
subesse animis etiam in pessima abductis boni sensum
nec ignorari turpe sed negligi omnes peccata
dissimulant et quamvis feliciter cesserint fructu
illorum utuntur ipsa subducunt. At bona conscientia
prodire vult et conspici. Ipsas nequitia tenebras
timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum
puto. Potest nocenti contingere ut lateat latendi
fides non potest. Aut si hoc modo melius hunc ex-
plicari posse iudicas sensum ideo non prodest

quod assidente populo non poterit ut ad [illegible]

Epy.

latere peccantibus, quia latendi causa sit, fiduciam non habent. Ita est: tuta scelera esse possunt, secura non possunt. Hoc ergo repugnare secte nostre, si sic expediatur, non iudico. Quare? Quia prima illa et maxima peccantium pena est peccasse. Nullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, inpunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nichilominus hec et illa secunde pene premunt ac sequuntur: timere semper et expavescere et securitati diffidere. Quare ergo hoc supplicio nequitiam liberem? Quare non semper illam in suspenso relinquam? Illic dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit nichil iustum esse natura et crimina vitanda esse quia vitari metus non possit. Hic consentiamus: mala facinora conscientia flagellari et plurimum illis tormentorum esse eo quod perpetua illam sollicitudo urget ac verberat, quod sponsoribus securitatis sue non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum est, Epicure, natura nos a scelere abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est. Multos fortuna liberat pena, metu neminem. Quare? Quia infixa nobis eius rei aversatio est quam natura dampnavit. Ideo numquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit illos conscientia et ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem et vindicem effugiunt et scripta supplicia, nisi illa naturalia et gravia de presentibus solverent et in locum pacientie timor cederet. Vale.

e. 98

Qualiter adversus fortune duriciam opponendus animus R[ubrica]

Numquam credideris felicem quemquam ex felicitate suspensum. Fragilibus innititur qui adventicio letus est; exibit gaudium quod intravit. At illud ex se ortum fidele firmumque est et crescit et ad extremum usque prosequitur. Cetera quorum admiratio est vulgo in diem bona sunt. Quid ergo? Non usui ac voluptati esse possunt? Quis negat? Sed ita si illa ex nobis pendent, non ex illis nos. Omnia que fortuna intuetur ita fructifera ac iocunda fiunt, si qui habet illa se quoque habet nec in rerum suarum potestate est. Errant enim, Lucili, qui aut boni aliquid nobis aut mali iudicant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum et initia rerum apud nos in malum bonumve exiturarum. Valentior enim omni fortuna animus est et in utramque partem ipse res suas ducit beateque ac misere vite sibi causa est. Malus omnia in malum vertit, etiam que cum specie optimi venerant. Rectus atque integer corrigit prava fortune et dura atque aspera ferendi sciencia mollit, idemque et secunda grate excipit modesteque et adversa constanter ac fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat cuncta iudicio, licet nichil supra vires suas temptet, non continget illi bonum illud integrum et extra minas positum nisi certus adversus incerta est. Sive alios observare volueris (liberius enim inter aliena iudicium est) sive te ipsum favore seposito, et senties hoc et confiteberis, nichil ex his optabilibus et caris utile esse nisi te contra levitatem casus rerumque casum sequentium instruxeris, nisi illud frequenter et sine querela inter singula damna dixeris: dis aliter visum est. Immo mehercules, ut carmen fortius ac iustius petam quo animum tuum magis fulcias, hoc dicito quotiens aliquid aliter quam cogitabas evenerit: di melius. Sic composito nichil accidet. Sic autem componetur si quid humanarum rerum varietas possit cogitaverit antequam senserit, si et liberos et coniugem et patrimonium sic habuerit tamquam non utique semper habiturus et tamquam non futurus ob hoc miserior si habere desierit. Calamitosus est animus futuri anxius et ante miserias miser, qui sollicitus est ut ea quibus delectatur ad extremum usque permaneant; nullo enim tempore conquiescet et expectatione venturi presentia, quibus frui poterat, amittet. In equo est autem amisse rei et timor amittende. Nec ideo precipio tibi neglegentiam. Tu vero metuenda declina; quicquid consilio prospici potest prospice; quodcumque lesurum est multo ante quam accidat speculare et averte. In hoc ipsum tibi plurimum conferet fiducia et ad tolerandum omne obfirmata mens. Potest fortunam cavere qui potest ferre; certe in tranquillo non tumultuatur. Nichil est nec miserius nec stultius quam pretimere. Que ista dementia est malum suum antecedere? Denique ut breviter includam quod sentio et istos satagios ac sibi molestos describam: tam intemperantes in ipsis miseriis quam sunt ante illas. Plus dolet quam necesse est qui ante dolet quam necesse est; eadem enim infirmitate dolorem non estimat qua non expectat; eadem intemperantia fingit sibi perpetuam felicitatem suam, fingit crescere debere quecumque contigerunt, non tantum durare, et oblitus huius petauri quo humana iactantur, sibi uni fortuitorum constantiam spondet. Egregie itaque videtur michi Metrodorus dixisse in ea epistola qua sororem amisso optime indolis filio alloquitur: mortale est omne mortalium bonum. De his loquitur bonis ad que concurritur. Nam illud verum bonum non moritur, certum est sempiternumque, sapientia et virtus; hoc unum contingit immortale mortalibus. Ceterum tam improbi sunt tamque obliti quo eant, quo illos singuli dies trudant, ut mirentur aliquid ipsos amittere, amissuri uno die omnia. Quicquid est cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est. Nichil firmum infirmo, nichil fragili eternum et invictum est. Tam necesse est perire quam perdere. Quid ergo? adversus

has amissiones auxilii inveniemus. Sed ut memoria teneamus amissa, nec cum ipsis fructum excidere patiamur quem ex illis percepimus. Habere eripitur, habuisse numquam. Peringratus est qui cum amisit pro accepto nihil debet. Rem nobis eripit casus, usum fructumque apud nos relinquit, quem nos iniquitate desiderii perdidimus. Dic tibi ex istis quae terribilia videntur nihil est invictum. Singula vicere iam multi: ignem Mucius, crucem Regulus, venenum Socrates, exilium Rutilius, mortem ferro adactam Cato; et nos vincamus aliquid. Rursus ista quae ut speciosa et felicia trahunt vulgum a multis et saepe contempta sunt. Fabricius divitias imperator reiecit, censor notavit; Tubero paupertatem et se dignam et Capitolio iudicavit, cum fictilibus in publica cena usus ostendit debere iis hominem esse contentum quibus dii etiam nunc uterentur. Honores repulit pater Sextius, qui ita natus ut rem publicam deberet capessere, latum clavum divo Iulio dante non recepit; intellegebat enim quod dari posset et eripi posse. Nos quoque aliquid et ipsi faciamus animose; simus inter exempla. Quare defecimus? quare desperamus? Quicquid fieri potuit, potest; nos modo purgemus animum sequamurque naturam, a qua aberranti cupiendum timendumque est et fortuitis serviendum. Licet reverti in viam, licet in integrum restitui; restituamur, ut possimus dolores quocumque modo corpus invaserint perferre et fortunae dicere: cum viro tibi negotium est; quaere quem vincas. His sermonibus et his similibus lenitur illa vis ulceris, quam opto hercules mitigari et aut sanari aut stare et cum ipso senescere. Sed securus de illo sum; de nostro damno agitur, quibus senex egregius eripitur. Nam ipse vitae plenus est, cui dicat: Nihil desiderat sua causa sed eorum quibus utilis est. Liberaliter facit quod vivit. Alius iam cruciatus hos finisset; hic tam putat turpe mortem fugere quam ad mortem confugere. Quid ergo? non si suadebit res exibit? Quidni exeat, si nemo iam uti eo poterit, si nihil aliud quam dolori operam dabit? Hoc est, mi Lucili, philosophiam in opere discere et ad verum exerceri: videre quid homo prudens animi habeat contra mortem, contra dolorem, cum illa accedat, hic premat. Quid faciendum sit a faciente discendum est. Adhuc argumentis actum est an posset aliquis dolori resistere, an mors magnos quoque animos admota submittere. Quid opus est verbis? in rem praesentem eamus: nec mors illum contra dolorem facit fortiorem nec dolor contra mortem. Contra utrumque sibi fidit; nec spe mortis patienter dolet nec taedio doloris libenter moritur: hunc fert, illam expectat. Vale.

Consolatio amici ut filii mortem et quod luctus non voluptate sed ratione sanandus est.

Epistolam quam scripsi Marullo cum filium parvulum amisisset et diceretur molliter ferre, misi tibi, in qua non solitum morem secutus nec putavi leniter illum debere tractari, cum obiurgatione esset quam consolatione dignior. Afflicto enim et magnum vulnus male ferenti paulisper cedendum est; exsatiet se aut certe primum impetum effundat; hi qui sibi lugere sumpserunt protinus castigentur et discant quasdam etiam lacrimarum ineptias esse. Solacia expectas? convicia accipe. Molliter tu fers mortem filii: quid faceres si amicum perdidisses? Decessit filius incertae spei, parvulus; pusillum temporis periit. Causas doloris conquirimus et de fortuna etiam inique queri volumus, quasi non sit iustas querendi causas praebitura. At mehercules satis mihi iam videbaris animi habere etiam adversus solida mala, nedum ad istas umbras malorum quibus ingemiscunt homines amoris causa. Quod damnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses, danda opera erat ut magis gauderes quod habueras quam maereres quod amiseras. Sed plerique non computant quanta perceperint, quantum gavisi sint. Hoc habet inter reliqua mala dolor iste: non supervacuus tantum sed ingratus est. Ergo quod habuisti talem amicum periit opera? tot annis tanta coniunctione vitae, tam familiari studiorum societate nihil actum est? Cum amico efferes amicitiam? et quid doles amisisse, si habuisse non prodest? Mihi crede, magna pars ex iis quos amavimus, licet ipsos casus abstulerit, apud nos manet. Nostrum est quod praeteriit tempus, nec quicquam est loco tutiore quam quod fuit. Ingrati adversus percepta spe futuri sumus, quasi non quod futurum est, si modo successit nobis, cito in praeterita transiturum sit. Anguste fructus rerum determinat qui tantum praesentibus laetetur: et futura et praeterita delectant, haec expectatione, illa memoria; sed alterum pendet et non fieri potest, alterum non potest non fuisse. Quis ergo furor est certissimo excidere? Acquiescamus his quae iam hausimus, si modo non perforato animo hauriebamus et transmittente quicquid acceperat. Innumerabilia sunt exempla eorum qui liberos iuvenes sine lacrimis extulerunt, qui in senatum aut in aliquod publicum officium a rogo redierunt et statim aliud egerunt. Nec immerito; nam primum supervacuum est dolere si nihil dolendo proficias. Deinde iniquum est queri de eo quod uni accidit, omnibus restat. Deinde desiderii stulta conquestio est ubi minimum interest inter amissum et desiderantem. Eo itaque aequiore animo esse debemus quod quos amisimus sequimur. Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita brevitatem huius spatii per quod citatissimi currimus, observa hunc comitatum generis humani eodem tendentis minimis intervallis distinctum etiam ubi maxima videntur: quem putas perisse praemissus est. Quid autem dementius quam, cum idem tibi iter emetiendum sit, flere eum qui antecessit? Flet aliquis factum quod non ignoravit futurum? aut

mortem in homine non cogitavit sibi impositum
fleret eius factum quod aiebat non posse in se
commissis aliquid contingere hominem fuisse. Omnes eiusdem
conditionis dum vivit. Cum nasci contigit mori restat.
Intervallis distinguimur exitu equamur. Hoc quod
inter primum diem et ultimum iacet varium incer-
tumque est. Si molestias extimes etiam puero
longum, si velocitatem etiam seni angustum.
Nichil non lubricum et fallax et omni tempestate
mobilius iactantur cuncta et in contrarium transire
iubente fortuna et in tanta volutatione rerum hu-
manarum nichil nisi mors certum est. Tamen de eo que-
runtur homines in quo uno nemo decipitur. Sed
puer decessit. Nondum dico melius agi cum eo
qui vita defungitur. Ad eum transeamus qui conse-
nuit. Quantulo vincit infantem. Propone temporis pro-
fundi vastitatem et universum complectere. Deinde hoc
quod etatem vocamus humanam compara, iam vide-
bis quam exiguum sit quod optamus quod extendimus. Ex
hoc quantum lacrime quantum sollicitudines occupant, quantum
mors antequam veniat optata, quantum valitudo, quan-
tum timor. Quantum tenent aut rudes aut inutiles anni.
Dimidium ex hoc edormitur. Adice labores luctus
pericula et intelliges etiam in longissima vita minimum
esse quod vivitur. Sed quis tibi concedit non melius se
habere eum cui cito reverti licet, cui ante lassitudinem
peractum est iter. Vita nec bonum nec malum est; boni
ac mali locus est. Ita nichil perdidit ille nisi aleam
in damnum certiorem. Potuit evadere modestus
et prudens, potuit sub cura tua in meliora for-
mari, sed, quod iustius timetur, potuit fieri pluribus
similis. Aspice illos iuvenes quos ex nobilis-
simis domibus in arenam luxuria proicit. Aspice
illos qui suam aliorumque libidinem exercent mutu-
o impudici, quorum nullus sine ebrietate, nullus sine ali-
quo insigni flagitio dies exit. Plus timeri
quam sperari potuisse manifestum erit. Non debes
itaque causas doloris accersere nec levia incommo-
da indignando cumulare. Non hortor ut ni-
taris exurgas; non tamen male de te iudico
ut tibi adversus hec totam putem virtutem advo-
candam. Non est dolor iste sed morsus; tu illum
dolorem facis. Sine dubio multum philosophia profecerit
si puerum nutrici adhuc quam patri notiorem
animo forti desideras. Quid nunc ego duriti-
am suadeo et in funere ipso rigere vultum volo
et animum ne contrahi quidem patior? Minime. Inhu-
manitas est ista non virtus, funera suorum
hiisdem oculis quibus ipsos videre nec commoveri
ad primam familiarium divulsionem. Puta autem
me vetare: quedam sunt sui iuris. Excidunt
etiam retinentibus lacrime et animum profuse levant.

Quid ergo est? Permittamus illis cadere, non impe-
remus; fluat quantum affectus eiecerit, non quantum
poscet imitatio. Nichil vero merori adicia-
mus nec illum ad alienum augeamus exemplum.
Plus ostentatio doloris exigit quam dolor. Quo-
tusquisque sibi tristis est? Clarius cum audiun-
tur gemunt, et taciti quietique dum secretum est,
cum aliquos videre in fletus novos excitan-
tur. Tunc capiti suo manus ingerunt, quod pote-
rant facere nullo prohibente liberius; tunc mortem
comprecantur, tunc lectulo devolvuntur. Sine
spectatore cessat dolor. Sequitur nos ut in
aliis rebus ita in hac quoque hoc vitium ad plu-
rium exempla componi, nec quod oporteat sed quod so-
leat aspicere. A natura discedimus, populo nos da-
mus nullius rei bono auctori et in hac re ut
in aliis omnibus inconstantissimo. Videt aliquem fortem
in luctu suo, impium vocat et efferatum; videt
aliquem collabentem et corpori adfusum, effeminatum
ait et enervem. Omnia itaque ad rationem revocanda
sunt. Stultius vero nichil est quam famam captare tri-
sticie et lacrimas approbare, quas iudico sapi-
enti viro alias permissas cadere, alias vi
elatas. Dicam quid intersit. Cum primum no-
bis nuntius acerbi funeris perculit, cum tenemus
corpus e complexu nostro in ignem transiturum, lacrimas
naturalis necessitas exprimit, et spiritus ictu doloris
impulsus quemadmodum totum corpus quatit, ita o-
culos quibus adiacentem humorem premit et expel-
lit. Hee lacrime per elisionem cadunt nolentibus no-
bis; alie sunt quibus exitum damus, cum memoria eorum
quos amisimus retractatur, et inest quiddam dulce
tristicie, cum occurrunt sermones eorum iocundi, con-
versatio hilaris, officiosa pietas. Tunc oculi velut
in gaudio relaxantur. Hiis indulgemus, illis
vincimur. Non est itaque quod lacrimas propter circumstan-
tem assidentemque aut contineas aut exprimas; nec cessant
nec fluunt umquam tam turpiter quam finguntur. Eant
sua sponte. Ire autem possunt placidis atque com-
positis. Sepe salva sapientis auctoritate fluxerunt tanto
temperamento ut illis nec humanitas nec dignitas
deesset. Licet, inquam, nature obsequi gravitate servata.
Vidi ego in funere venerandos, in quorum ore amor emi-
nebat, remota omni lugentium scena; nichil
erat nisi quod veris dabatur affectibus. Est aliquis et
dolendi decor; hic sapienti servandus est, et quemadmodum
in ceteris rebus, ita etiam in lacrimis aliquid satis est.
Ut prudentium gaudia, sic dolores exun-
dant. Excipe animo equo necessaria. Quid incredibile,
quid novum evenit? Quam multis cum maxime funus
locatur, quam multis vitalia emuntur, quam multi post
luctum tuum lugent. Quotiens cogitaveris puerum fuisse

cogita et hominem cum mihi certum promitti quem fortuna
non usque perducit ad senectutem. ubi visum est
dimittit. Ceterum de illo frequenter loquere et memoriam
eius quantum potes celebra, que ad te sepius revertetur
si erit sine acerbitate ventura. Nemo enim libenter
cum tristi conversatur. nedum triste. Si quos sermones eius
quos quamvis parvuli iocos cum voluntate audie-
ras sepius repete. potuisse illum implere spes tu-
as quas paterna mente conceperas audacter affirma.
Oblivisci quidem suos ac memoriam cum corporibus efferre
effusissime flere meminisse parcissime inhuma-
ni est. Sic aves sic fere suos diligunt quarum conci-
tatus amor est et pene rabidus sed cum
amissis totus extinguitur. Hoc prudentem virum non
decet. meminisse perseveret lugere desinat. Illud nullo
modo probo quod ait Metrodorus esse aliquam cogna-
tam tristitie voluptatem. hanc esse captandam
eiusmodi tempore. Ipsa Metrodori verba subscripsi
HTPOΛOPO YE HIC TOΛA ΨHTPOIT HHΔA
EHHECTIH KAPTIO · C · HAOHH KYETH KA
TATOYTON KAT POH · de quibus non dubito quid
sis sensurus. Quid enim est turpius quam captare in
ipso luctu voluptatem. immo per luctum et inter
lacrimas quoque quod iuvet querere. Hii sunt qui nobis obi-
ciunt nimium rigorem et infamant precepta nostra
duritia quod dicamus dolorem aut admittendum in ani-
mo non esse aut cito expellendum. Utrum tandem est aut
incredibilius aut inhumanius non sentire amisso
amico dolorem. aucupari. Nos quod precipimus hone-
stum est cum aliquid lacrimarum affectus effuderit et
ut ita dicam dispumaverit non esse traden-
dum animum dolori. Quid tu dicis miscendam ipse
dolori voluptatem. Sic consolamur crustulo pueros
sic infantium fletum infuso lacte compescimus. Ne
illo quidem tempore quo filius ardet aut amicus expirat
cessare patieris voluptatem sed ipsum vis titil-
lare merorem. Utrum honestius dolor ab animo submo-
vetur an voluptas ad dolorem quoque admit-
titur. Dico captatur et quidem ex ipso. Est aliqua inquit
voluptas cognata tristitie. Istud nobis licet dicere
vobis quidem non licet. Unum bonum nostis volu-
ptatem. unum malum dolorem. Que potest inter bonum
et malum esse cognatio. Sed puta esse. Nunc potis-
simum eruitur et ipsum dolorem scrutamini ad hoc
iocundum circa se et voluptarium. Quedam re-
media aliis partibus corporis salutaria velut feda
et indecora adhiberi aliis nequeunt. et quod alibi
prodesset sine damno verecundie id fit inhonestum
loco vulneris. Non deputet luctum volupta-
te sanare. Severius ista plaga curanda est. Illud
potius admone nullum mali sensum ad eum qui
periit pervenire. Nam si pervenit non periit. Nulla

inquam res eum ledit qui nullus est. vivit si leditur.
Utrum putas illi male esse quod nullus est an quod est
adhuc aliquis. Atqui nec ex eo potest ei tormentum
esse quod non est. quis enim nullius sensus est. nec ex eo quod
est. effugit enim maximum mortis incommodum non esse.
Illud quoque dicamus ei qui defleat et desiderat in
etate prima raptum. omnes quantum ad brevitatem evi
si universo compares et iuvenes et senes in equo
sumus. minus enim ad nos ex etate omni venit quam quod
minimum esse quis dixerit. quoniam quidem minimum
aliqua pars est. hoc quod vivimus proximum nichil est et tamen
o dementiam nostram late disponimus. Hec tibi scripsi
non tamquam expectaturus esses remedium tam serum
liquet enim mihi te locutum tecum quicquid lecturus es.
sed ut castigarem exiguam illam moram qua te
recessisti et in modico adhortarer contra fortu-
nam tollere animos et omnia eius non tamquam posset ve-
nire sed tamquam utique esset ventura prospicere. Vale.

Quod ubi oratio magis debet esse simplex et plana

Fabianum Papirii quod sollicitata aut composita r. — e. 100. r. 7.
libros qui inscribuntur civilium legisse te
cupidissime scribis et respondisse expectationi
tue. deinde oblitus de philosopho agi compositionem
accusas. Puto esse quod dicis et effundi verba non
fingi primum. habet ista res suam gratiam et decor
ipsius orationis leniter lapse. Multum enim interesse ex-
istimo utrum exciderit an fluxerit. Ne quod
hoc quoque quod dicturus sum indiges dicam est. Fabi-
anus mihi non effundere videtur orationem sed fundere adeo
larga est et sine perturbatione non sine cursu tamen veni-
ens. Illud plane fatetur et prefert non esse tractatam
nec diu tortam. sed ita ut vis esse credamus. mores
ille non verba composuit et animis scripsit ista non au-
ribus. Preterea ipso dicente non vacasset tibi partes
intueri. adeo te summa rapuisset. Et fere que impetu
placent minus prestant ad manum relata. Sed illud
quoque multum est primo aspectu oculos occupasse et
si contemplatio diligens inventura est quod arguat.
Si me interrogas maior ille est qui iudicium abstu-
lit quam qui meruit. et scio hunc tutiorem esse. scio
audacius sibi de futuro promittere. Oratio sollicita phi-
losophum non decet. Ubi tandem erit fortis et con-
stans. ubi periculum sui faciet qui timet verbis. Fa-
bianus non erat negligens in oratione sed securus.
Itaque nichil invenies sordidum. electa verba sunt
non captata. nec huius seculi more contra naturam suam
posita et inversa. splendida tamen quamvis sumantur e
medio. Sensus honestos et magnificos habes non
coactos in sententiam sed latius dictos. videbimus quid
parum recisum sit. quid parum structum. quid huius
recentis politure. Cum circumspexeris omnia nullas
videbis angustias in animo desit sane ma-

rietus marmorum et concisura aquarum cubiculis interfluentium et pauperis cella et quicquid aliud luxuria non contenta decore simplici miscet; quod dici solet, domus recta est. Adice nunc quod de compositione non constat: quidam illam volunt esse ex horrido comptam, quidam usque eo aspera gaudent ut etiam que mollius casus explicavit ex industria dissipent et clausulas abrumpant ne ad expectatum respondeant. Lege Ciceronem: compositio eius una est, pedem curvat lenta et sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinii salebrosa et exiliens et ubi minime expectes relictura. Denique omnia apud Ciceronem desinunt, apud Pollionem cadunt, exceptis paucissimis que ad certum modum et ad unum exemplar astricta sunt. Humilia tibi preterea videri dicis omnia et parum erecta; quo vitio carere eum iudico. Non sunt enim tenorem quietum compositumque formata, nec depressa sed plana. Deest illis oratorius vigor stimulique quos queris et subiti ictus sententiarum; sed totum corpus videris quam sit comptum, honestum. Non habet oratio eius sed debet dignitatem. Affer quem Fabiano possis preponere. Dic Ciceronem, cuius libri ad philosophiam pertinentes pene totidem sunt quot Fabiani: cedam, sed non statim pusillum est si quid maximo minus est. Dic Asinium Pollionem: cedam, et respondeamus: in re tanta eminere est post duos esse. Nomina adhuc T. Livium; scripsit enim et dyalogos quos non magis philosophie annumerare possis quam historie, et ex professo philosophiam continentes libros: huic quoque dabo locum. Vide tamen quam multos antecedat qui a tribus vincitur et tribus eloquentissimis. Sed non prestat omnia: non est fortis oratio eius, quamvis elata sit; non est violenta nec torrens, quamvis effusa sit; non est perspicua sed pura. Desideres, inquis, contra vitia aliquid aspere dici, contra pericula animose, contra fortunam superbe, contra ambitionem contumeliose. Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi. Sit aliquid oratorie acre, tragice grande, comice exile. Vis illum assidere pusille rei, verbis? Ille rerum se magnitudini addixit, eloquentiam velud umbram non hoc agens trahit. Non erunt sine dubio singula circumspecta nec in se collecta, nec omne verbum excitabit ac punget, fateor; exibunt multa nec ferient, et interdum ociosa preterlabetur oratio, sed multum erit in omnibus lucis, sed ingens sine tedio spacium. Denique illud prestabit, ut liqueat tibi illum sensisse que scripsit. Intelliges hoc actum ut tu scires quid illi placeret, non ut ille placeret tibi. Ad profectum omnia tendunt, ad bonam mentem; non queritur plausus. Talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis reminiscor quam teneo, heretque michi color eorum non ex recenti conversatione familiari sed summatim, ut solet ex vetere noticia; cum audirem certe illum, talia michi videbantur, non solida sed plena, que adolescentem indolis bone attollerent et ad imitationem sui evocarent sine desperatione vincendi, que michi adhortatio videtur efficacissima. Deterret enim qui imitandi cupiditatem fecit, spem abstulit. Ceterum verbis habundabat sine commendatione partium singularum, in universum magnificus. Vale.

De inopinato fati tr[...] ubi notat eos qui longiorem vitam supplic[...] turpitudine paciscuntur. l. ci.

Omnis dies, omnis hora quam nichil simus ostendit et aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitos, tum eterna meditatos respicere cogit ad mortem. Quid sibi istud principium velit queris? Senecionem Cornelium equitem Romanum splendidum et officiosum noveras; ex tenui principio se ipse promoverat et iam illi declivis erat cursus ad cetera; facilius enim crescit dignitas quam incipit. Pecunia quoque circa paupertatem plurimum more habet, dum ex illa ereptat. Heret iam Senecio divitiis imminebat, ad quas illum due res ducebant efficacissime, et querendi et custodiendi scientia, quarum vel altera locupletem facere potuisset. Hic homo summe frugalitatis, non minus patrimonii quam corporis diligens, cum me ex consuetudine mane vidisset, cum per totum diem amico graviter affecto et sine spe iacenti usque in noctem assedisset, cum hilaris cenasset, genere valitudinis precipiti arreptus, angustia vix compressum artatis faucibus spiritum traxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas quam omnibus erat sani ac valentis officiis functus decessit. Ille qui mari et terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque nullum relinquens inexpertum genus questus accesserat, in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurrentis pecunie impetu raptus est. Insere nunc, Melibee, piros, pone ordine vites. Quam stultum est etatem disponere ne crastini quidem dominum! O quanta dementia est spes longas inchoantium: emam, edificabo, credam, exigam, honores geram, tum deinde lassam et plenam senectutem in otium referam. Omnia, michi crede, etiam felicibus dubia sunt. Nichil sibi quisquam de futuro debet promittere; id quoque quod tenetur per manus exit, et ipsam quam premimus horam casus incidit. Volvitur tempus rata quidem lege sed per obscurum. Quid autem ad me an nature certum sit quod michi incertum est? Navigationes longas et pererratis litoribus alienis seros in patriam reditus proponimus, militiam et castrensium laborum tarda manu pretia, procurationes officiorumque per officia processus, cum interim ad latus mors est; que quoniam numquam cogitatur nisi aliena, subinde nobis ingeruntur

mortalitatis exempla. Non divitiis quas diu miratur habitura. Quid autem stultius quam mirari id ullo die factum quod omni die fieri potest? Stat quidem terminus nobis ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit, sed nemo scit nostrum quam prope versetur terminus. Sic itaque formemus animum tamquam ad extrema ventum sit. Nihil differamus; cotidie cum vita paria faciamus. Maximum vitae vitium est quod imperfecta semper est, quod in aliquid ex illa differtur. Qui cotidie vitae suae summam manum imposuit non indiget tempore; ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri exedens animum. Nihil est miserius dubitatione venientium quorsus evadant. Quantum sit illud quod restat aut quale collecta mens inexplicabili formidine agitatur. Quo effugiemus hanc volutationem? Uno: si vita nostra non prominebit, si in se colligitur. Ille enim ex futuro suspenditur cui irritum est praesens. Ubi vero quicquid mihi debui redditum est, ubi stabilita mens scit nihil interesse inter diem et saeculum, quicquid deinceps dierum rerumque venturum est ex alto prospicit et cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enim varietas mobilitasque casuum perturbabit, si certus sis adversus incerta? Ideo, Lucili mi, propera vivere et singulos dies singulas vitas puta. Qui hoc modo se aptavit, cui vita sua cotidie fuit tota, securus est; in spe viventibus proximum quodque tempus elabitur subitque aviditas et miserrimus ac miserrima omnia efficiens metus mortis. Inde illud Maecenatis turpissimum votum quo et debilitatem non recusat et deformitatem et novissime acutam crucem, dummodo inter haec mala spiritus prorogetur: Debilem facito manu, debilem pede cum eo, tuber adstrue gibberum, lubricos quate dentes: vita dum superest bene est; hanc mihi, vel acuta si sedeam cruce, sustine. Quod miserrimum erat si incidisset optatur, et tamquam vita petitur supplicii mora. Contemptissimum putarem si vivere vellet usque ad crucem. Tu vero inquit me debilites licet, dum spiritus in corpore fracto et inutili maneat; depraves licet, dum monstroso et distorto temporis aliquid accedat; suffigas licet et acutam sessuro crucem subdas. Est tanti vulnus suum premere et patibulo pendere districtum, dum differat id quod est in malis optimum, supplicii finem? Est tanti habere animam ut agam? Quid huic optes nisi deos faciles? Quid sibi vult ista carminis effeminati turpitudo? Quid timoris dementissimi pactio? Quid tam foeda vitae mendicatio? Huic putes umquam recitasse Virgilium: Usque adeone mori miserum est? Optat ultima malorum et quae pati gravissimum est extendi ac sustineri cupit. Qua mercede? Scilicet vitae longioris. Quod autem huius vivere est? Diu mori. Invenitur aliquis qui velit inter supplicia tabescere et perire membratim et totiens per stillicidia emittere animam quam semel exhalare? Invenitur qui velit adactus ad illud infelix lignum, iam debilis, iam pravus et in foedum scapularum ac pectoris tuber elisus, cui multae moriendi causae et iam citra crucem fuerant, trahere animam tot tormenta tracturam? Nega nunc magnum beneficium esse naturae quod necesse est mori. Multi peiora adhuc pacisci parati sunt, et amicum prodere ut diutius vivant et liberos ad stuprum manu sua tradere ut contingat lucem videre tot conscia scelerum. Excutienda vitae cupido est discendumque nihil interesse quando patiaris quod quandoque patiendum est. Quam bene vivas refert, non quam diu; saepe autem in hoc est bene, ne diu.

Cavillatoriam ponit de claritate post mortem disputationem; deinde philosophiae de eadem diffinit claritatem.

Quomodo molestus est qui iucundum somnium videntem excitat — aufert enim voluptatem etiam si falsam, effectum tamen verae habentem — sic epistola tua mihi fecit iniuriam. Revocavit enim me cogitationi aptae traditum et iturum si licuisset ulterius. Iuvabat de aeternitate animarum quaerere, immo mehercules credere. Credebam enim me facile opinionibus magnorum virorum rem gratissimam promittentium magis quam probantium. Dabam me spei tantae; iam eram fastidio mihi, iam reliquias aetatis infractae contemnebam, in immensum illud tempus et in possessionem omnis aevi transiturus, cum subito experrectus sum epistola tua accepta et tam bellum somnium perdidi. Quod repetam, si te dimisero, et redimam. Negas me epistola prima totam quaestionem explicuisse, in qua probare conabaris quod nostris placet, claritatem quae post mortem contingit bonum esse. Id enim me non solvisse quod opponitur nobis: nullum inquiunt bonum ex distantibus; hoc autem ex distantibus constat. Quod interrogas, mi Lucili, eiusdem quaestionis est loci alterius, et ideo non hoc tantum sed alia quoque eodem pertinentia distuleram; quaedam enim, ut scis, moralibus rationalia immixta sunt. Itaque illam partem rectam et ad mores pertinentem tractavi, numquid stultum sit ac supervacuum ultra extremum diem curas transmittere, an cadant bona nostra nobiscum nihilque sit eius qui nullus est, an ex eo quod, cum erit, sensuri non sumus, antequam sit aliquis fructus percipi aut peti possit. Haec omnia ad mores spectant; itaque suo loco posita sunt. At quae a dialecticis contra hanc opinionem dicuntur segreganda fuerunt et ideo seposita sunt. Nunc quia omnia exigis, omnia quae dicunt persequar, deinde singulis occurram. Nisi aliquid praedixero, intelligi non poterunt quae refellentur. Quid est quod praedicere velim? Quaedam continua corpora esse, ut hominem; quaedam esse co-

Ieronimus epistola ad Damasum I

e. 102.

c. 2.

posita ut navis, domus, omnia denique quorum diverse partes iunctura in unum coacte sunt. quedam ex distantibus constant, adhuc membris separata sunt, tamquam exercitus, populus, senatus. illi enim per quos ista corpora efficiuntur iure aut officio coherent, natura diducti et singuli sunt. quid est quod etiam nunc percipere velimus? nullum bonum putamus esse quod ex distantibus constat. uno enim spiritu unum bonum, bonum principale. hoc si quando desideraveris per se probat. Inter ea porrecta sunt que in nostra tela mittuntur. Dicitis inquit nullum bonum ex distantibus esse. claritas autem ista bonorum virorum secunda opinio est. nam quomodo fama non est unius sermo, nec infamia unius mala existimatio, sic nec claritas uni bono placuisse. consentire in hoc plures insignes et spectabiles viri debent, ut claritas sit. hec autem ex iudiciis plurium efficitur, id est distantium. ergo non est bonum. Claritas inquit laus est a bonis bono reddita. oratio vox est aliquid significans. vox est autem licet virorum sit bonorum, non est bonum. nec enim quicquid vir bonus facit bonum est. nam et plaudit et sibilat. sed nec plausum quisquam nec sibilum, licet omnia eius admiretur et laudet, bonum dicit, non magis quam sternumentum aut tussim. ergo claritas bonum non est.

Ad summam dicite nobis utrum laudantis an laudati bonum sit. si laudati bonum esse dicitis, tam ridiculam rem facitis quam si affirmetis meum esse quod alius bene valeat. sed laudare dignos honesta res. laudantis bonum est cuius actio est, non nostrum qui laudamur. atqui hoc querebamus. Respondebo nunc singulis cursim. primum an sit aliquod ex distantibus bonum, etiam nunc queritur, et pars utrimque sententias habet. deinde claritas desiderat multa suffragia? potest et unius boni viri iudicio esse contenta. nos bonus bonos iudicat. Quid ergo inquit et fama erit unius hominis existimatio et infamia unius malignus sermo? gloriam quoque inquit latius fusam intellego. consensum enim multorum exigit. diversa horum condicio est et illius. quare? quia si de me vir bonus sentit, eodem loco sum quo si omnes boni idem sentirent. omnes enim si me cognoverint idem sentient. par illis idemque iudicium est. non enim inficere dissidere non possunt. ita pro eo est ac si omnes idem sentiant, quia aliud sentire non possunt. ad gloriam et famam non est satis unius opinio. illic idem potest una sententia quod omnium, quia omnium si perrogetur una erit. hic diversa similium iudicia sunt. difficiles affectus, dubia omnia, levia, suspecta. putas tu posse unam omnium esse sententiam? non est unius una sententia. illi placet veritas: veritatis una facies est. apud hos falsa sunt quibus assentiuntur. numquam autem falsis constantia est. variantur et dissident. Sed laus inquit nichil

[margin:] no(ta) de fama et infamia et gloria

aliud quam vox est. vox autem bonum non est. Cum dicant claritatem esse laudem bonorum a bonis redditam, non ad vocem referunt sed ad sententiam. licet enim vir bonus taceat, sed aliquem iudicet dignum laude, laudatus est. preterea aliud est laus et aliud laudatio. hec et vocem exigit. itaque nemo dicit laudem funebrem sed laudationem, cuius officium oratione constat. cum dicimus aliquem laude non verba benigna hominum sed iudicia promittimus. ergo laus etiam taciti est bene sentientis ac bonum apud se laudantis. deinde ut dixi ad animum refertur laus, non ad verba, que conceptam laudem egerunt et in notitiam plurium emittunt. laudat qui laudandum esse iudicat. cum tragicus ille apud nos ait magnificum esse laudari a laudato viro, laude digno ait. et cum eque antiquus poeta ait laus alit artes, non laudationem dicit que corrumpit artes. nichil enim eque et eloquentiam et omne aliud studium auribus deditum vitiavit quam popularis assensio. fama vocem utique desiderat, claritas potest citra vocem contingere, contenta iudicio. plena est non tantum inter tacentes sed et inter reclamantes. Quid intersit inter claritatem et gloriam dicam. gloria multorum iudiciis constat, claritas bonorum. cuius inquit est claritas, id est a bono a bonis reddita laus, laudati an laudantis? utriusque. meum quod laudor. quare? natura me amantem omnium genuit, et fecisse gaudeo et gratos invenisse virtutum interpretes letor. sed plurium bonum est quod grati, sed et meum. ita enim animo compositus sum ut aliorum bonum meum iudicem, utique eorum quibus ipse sum boni causa. est istud laudantium bonum: virtute ingeritur. omnis virtutis actio bonum est. meum laudari tamen mehercules quam bene iudicasset iudicantis bonum est et eius similiter quam iudicatum. numquid dubitas quin iustitia et habentis bonum sit et an bonum sit eius cui debitum solvit? merentem laudare iustitia est. ergo utriusque iustitia est. Cavillatoribus istis abunde respondimus. sed non debent hec nobis esse propositum arguta disserere et philosophiam in has angustias ex sua maiestate detrahere. Quanto satius est ire aperta via et recta quam sibi ipsi flexus disponere quos cum magna molestia debeas relegere. neque enim quicquam aliud iste disputationes sunt quam inter se perite captantium lusus. Dic potius quam naturale est in immensum mentem suam extendere. magna et generosa res est humanus animus. nullos sibi poni nisi communes et cum deo terminos patitur. primum humilem non accipit patriam, Ephesum aut Alexandriam, aut si quod est etiam nunc frequentius accolis letius vestis solum. patria est illi quodcumque

spma z imuisa circuitu suo cingit· hr ex
ietu· intrat quod iacet maria· cu tris· ita
aer hiams dinia sedeves· ia cingit i qd
ssposita cot immia i act suos exercebant
cm acta etate ho dari no sinit· os mqt an
ne st· nllm seculu magis ingeniis clusu e
llm n cogitacoi puiu tps· cu venerit dies
le q imixtu hr divini humaniqz secernat tps
ubi inuenit linqua· ipe me dici reddam
fuo sn ill sum· s gravi terreno qp detineor
has mortalis eui moras· illi melior vite
ngiori qz pludit· qmad i utre mesibz tenz
os matrus uterus z pparat no sibi Et
li loco mq videmr emitti iaz ydonei spm
rahe z i apto durare· sup hr spaciu qd ab i
ntia patet i senectute· i aliu maite sum
catu· alia origo nos expectat· alius re statu
n no du celu nisi ex intervallo pati possumus
quid intrepid hora illaz decretoriaz pspice
o e aio supma· s corpi qstq erit te iacet
ecu· tanq hospitalis loci sarcinas spectat
caspinus e· exeunti redeuntez na· sicut itaqz
o licz pcius efferre· qp intuleras· pmo eciam ex
o qd ad uita attulisti ps mag pona e· de
trahet tibi h circuiecta nouissimu uelamentu
m cutis detrahet caro· z suffusus sanguis
discurrens· qp p totu detrahet· ossa neruiqz
firmamenta fluidor ac labetiu dies iste qm
tanq extremu reformidas etni natalis e·
depone hon qp luctaris tanq no prius eqz
relicto i quo latebas corpe exieris heres
reluctari tu cz magno nisu matris expul
sus es· gemis ploras· z hc ipm flere nascentis
est· s tunc debebat ignosci rudis z ipicius
om venerat ex maternor uiscerum calido
molli qz fomito emissu afflauit aura libe
rior· deinde offendit duri manus tactus tene
q adhuc z nullius rei ignarus obstupuisti it
ignota· nunc ei no e novum separi ab eo cu
ius an ps fueris· Eq aio mebra ia super
uacua dimitte· z istud corpus inhabitatu
diu pone· scindet· obruet· abolebit· qd con
stas· ita solet fieri· pereunt sepe uelamenta na
scentium· Quid ista sic diligis qi tua· istis
opertus es· ueniet qui te reuelet dies z ex
contubernio fedi atqz olidi ventris educat·
huic nunc qz tu quantu potes subuolcau que n
qn nisi necc cohebit· alienus eris· hic altius ad
sublimioraqz meditare· aliqn nature t archa
na retegentur· dissuetur ista caligo z lux
undiqz clara pcutiet· ymaginare tecum
quantus ille sit fulgor· tot sideribus me se lux

miscentibus· nulla serenu umbra turbabit· eq
liter splendebit ex celi latus dies z nox
alternis infimi uices st· tunc in tenebris uixis
se te dices· cu totaz luce z totus aspexeris
quam nunc p angustissimas oculor vias obscure
intueris z tn admiraris illaz iaz procul ead
t videbit diuina lux cu illa suo loco videris
h cogitac nichil sordidu aio subsidere sinit· nil
humile nichil crudele· deus rerum om esse teste
dicit· illi nos approbari illius in futurum pari nos
z eternitate ppone quam q mente concepit· nullos
horret exercitus no terretur tuba· nullis ad ti
more minis agit· Quid nz no timeat qui
mori sperat· Sic cz animus qui diu indicat
mane qmdiu retinetur corpis vinclo· solutu
statim spargit· id agit ut eciam post mortem
utilis esse possit· Nimius ei ipe exeptus
sit oculis· tn nulla viri uirtus cui cz iniuriz
recusat· Catonis honos cogita· quarum nobis
exempla bona psint· sicut magnor virorum no
minus presentiaz e utile qm memoriaz Vale· De

pnicie insidiarum q sunt ex homine· et de cius of
ficio· Et quomodo phia utendum sit· R

e· 103·
c· 3·

Quid ista circumspicis que t pnt fortas
se evenire· s possunt z no evenire· in
cendium dico ruinaz· alia nobis incidunt·
no insidiantur· illa potius vide· illa vita q
nos obseruat q captat· pares sunt casus
z si graues naufragium facere vehiculo euti
ab homine hoi cotidianu pctm adusus te expe
di· lz incertus oculus intuere· nllm e malu
frequencius nllm pertinacius· nllm blandius· Ac te
pestas minatur· antequam surgit crepant edificia
antequam corruant· pnunciat fumus incendium
subita e ex homine pnicies· z eo diligencius te
gitur quo proprius accedit· Erras si istorum t q oc
currit uultibus credis· hom effigies habet·
alios feras· nisi qp illarum pnicosior e primus
incursus· quos transire non querunt· Numquam enim
illas ad nocendu n necessitas impellit· h at
fame aut timore coguntur ad pugnaz· homini
pdere hominez libet· tu tn ita cogita qp ex homine
periculum sit ut cogites qd sit hominis offi
ciu· z alium intuere ne ledaris· alium ne
ledas· comodis om leteris· moueris in
comodis· z memineris que pstare debeas
que cauere· sic uiuendo qp consequeris· no te
ne noceant s ne fallant· Quantum potes
aut in phiam secede· illa te sinu suo proteget·
i huius sacrario eris aut tutus aut tucior
no arietant inter se nisi in eadem ambulan
tes· Sed aut ipsaz phiaz no debebis in

ctare. multis fuit periculis ea non solent tractata et conturbata tibi uicia detrahat. non aliis exprobret. non abhorreat a publicis moribus nec hoc agat ut quicquid non facit dampnare uideatur. licet sapere sine pompa sine inuidia. Vale.

Qualis secessio in otium ut peregrinatio non prosit sed noceat sine emendacione animi. de magnitudine et excellencia humani spiritus. qui non debet laborem ut mortem timere exemplo socratis et catonis ostendit.

e. 104.

In nomentanum meum fugi. quid putas? an urbem? immo febrem et quidem subrepentem. iam manum in me iniecerat. protinus itaque parari uehiculum iussi paulina mea retinente. medicus inicia esse dicebat mortis uenis commotis incertis et naturalem turbantibus modum. exire perseueraui. Illud mihi in ore erat domini mei gallionis qui cum in achaia febrem habere cepisset protinus nauem ascendit clamitans non corporis sed loci morbum. Hoc ego pauline mee dixi. que mihi ualitudinem meam commendat. Nam cum sciam spiritum illius in meo uerti incipio ut illi consulam mihi consulere. et cum me fortiorem senectus ad multa reddiderit. hoc beneficium etatis amitto. uenit enim mihi in mentem in hoc sene et adolescentem esse cui parcitur. itaque quoniam ego ab illa non impetro ut me forcius amet. impetrat illa ut me diligencius amem. Indulgendum est enim honestis affectibus. et interdum et iam si premunt causae spiritus in honorem suorum uel cum tormento reuocandus et in ipso ore retinendus est. Cum bono uiro uiuendum sit non quamdiu iuuat. sed quamdiu oportet. Ille qui non uxorem non amicum tanti putat ut diucius in uita commoretur. qui perseuerabit mori delicatus est. hoc quoque imperet sibi animus ubi utilitas suorum exigit. nec tantum si uult mori sed si cepit intermittat et suis commodet. ingentis animi est aliena causa ad uitam reuerti. quod magni uiri sepe fecerunt. Sed hoc quoque summe humanitatis existimo senectutem suam cuius maximus fructus est securior sui tutela. et uite usus animosior. attencius si scias alicui tuorum esse dulce utile optabile. habet preterea ipse non mediocre ista res gaudium et mercedem. Quid enim iocundius quam uxori tam carum esse ut propter hoc tibi carior fias. potest itaque paulina mea non tantum suum mihi timorem imputare sed et meum. Quero ergo quomodo mihi consilium profectionis cesserit. ut primum grauitatem urbis excessi et illum odorem culinarum fumantium que mote quicquid pestiferi uaporis obruente cum puluere effundunt. protinus mutatam ualitudinem sensi. Quantum deinde adiectum putas uiribus postquam uineas attigi? in pastum emissus cibum meum inuasi. repente igitur iam me non persequitur maceor ille cor

poris dubii et male cogitantis. Incipio toto animo studere. non multum ad hoc locus confert. nisi sibi prestat animus qui secretum in occupacionibus mediis si uolet habebit. At ille qui regiones eligit et ocium captat. ubique quo distringatur inueniet. Nam Socratem querenti cuidam quod nichil sibi peregrinaciones profuissent respondisse ferunt. non immerito hoc tibi euenit. tecum enim peregrinabaris. O quam bene cum quibusdam ageretur si a se aberrarent. nunc primum se ipsos sollicitant corrumpunt terrent. Quid prodest mare traicere et urbes mutare? si uis ista quibus urgueris effugere. non aliubi sis oportet sed alius. puta uenisse te athenas puta rodon. elige arbitrio tuo ciuitatem. Quid ad rem pertinet quos illa mores habeat? tuos afferes. diuicias iudicabis bonum. torquebit te paupertas quod est miserrimum falsa. Quamuis enim multa possideas tamen quia alius plus habet tanto tibi uideris defici quanto uinceris. honores iudicas bonum. male te habebit ille consul factus ille et refectus. inuidebis quociens aliquem in fastis sepius legeris. tantus erit ambicionis furor ut nemo tibi post te uideatur si aliquis ante te fuerit. pessimum malum iudicabis mortem cum in ea nichil sit mali nisi quod ante ipsam est timeri. exterrebunt te non tantum pericula sed suspiciones. uanis semper agitaberis. Quid enim proderit euasisse tot urbes argolicas medios quoque fugam tenuisse per hostes. ipsa pax timorem suministrabit. ne tutis quidem habebis fidem consternata semel mente. quam ubi consuetudinem pauoris improuidi fecit etiam ad tutelam salutis tue inhabilis est. non enim uitat sed fugit. magis autem periculis leuiter aduersi. grauissimum iudicabis malum. aliquem ex his quos amabis amittere. cum interim hoc tam ineptum erit quam flere quod arboribus amenis et domum tuam ornantibus decidant folia. Quecumque te delectant eque uide. ut uides dum uirent. utrum alium alio die casus excuciet. sed quemadmodum frondium iactura facilis est. quia renascuntur. sic istorum quos amas. quosque oblectamenta uite putas esse dampnum. quia reparantur. etiam si non renascuntur. sed non erunt idem. ne tu quidem idem eris. Omnis dies omnis hora te mutat. sed in aliis rapina facilius apparet. hic latet quia non ex aperto fiet. alios auferunt. at ipsi nobis furto subducimur. Horum nichil cogitabis. ab his nec remedia uulneribus opponens. sed ipse tibi seres sollicitudinum causas. alia sperando alia desperando. si satis alterum alteri misceres. nec sperantes sine spe. Quid per se peregrinacio prodesse cuiquam potuit? non uoluptates illa temperauit. non cupiditates refrenauit. non iras repressit. non indomitos amoris impetus fregit. nulla denique animo mala

ducit. non iudicium dedit non excussit errorem
ut puer ignota mirantem ad breve tempus
rerum aliqua novitate detinuit. Ceterum inconstantiam
mentis que maxime egra est lacessit mobiliorem
leviorem que reddit ipsa tractatio. itaque que petierat
erat cupidissime loca cupidius deserit.
avium modo transvolat citiusque quam venerat ab-
it. Peregrinatio noticiam dabit gentium. no-
vas tibi montium formas ostendet. invisitata
spacia camporum et irriguas perhennibus aquis valles.
alicuius fluminis sub observatione naturam. sive ut Ni-
lus estivo incremento tumet. sive ut tigris eri-
pitur ex oculis et acto per occulta cursu integre
magnitudini redditur. sive ut meander poe-
tarum omnium exercitatio et ludus implicatur cre-
bris anfractibus et sepe in vicinum alveo suo ad-
motus antequam sibi influat flectitur. Ceterum neque
meliorem faciet neque saniorem. Inter studia
versandum est et inter auctores sapientie ut que sunt di-
scamus nondum inventa queramus. sic eximendus animus
ex miserrima servitute in libertatem asseritur. quam-
diu quidem nescieris quid fugiendum quid petendum quid neces-
sarium quid supervacuum quid iustum quid honestum sit non
erit peregrinari sed errare. Nullam tibi opem feret
iste discursus. peregrinaris enim cum affectibus tuis
et mala tua te sequuntur. Utinam quidem sequerentur
longius abessent. nunc fers illa non ducis.
itaque ubique te premunt et paribus incommodis urunt.
Medicina egro non regio querenda est. Fregit aliquis
crus aut extorsit articulum. non vehiculum navemque
conscendit sed advocat medicum ut fracta pars iun-
gatur ut luxata in locum reponatur. Quid ergo animum
tot locis fractum et extortum credis locorum muta-
tione posse sanari. Maius est istud malum quam ut
gestatione curetur. peregrinatio non facit medicum non
oratorem. nulla ars loco discitur. Quid ergo sapientia
res omnium maxima in itinere colligitur. Nullum enim
mihi crede iter quod te extra cupiditates extra iras extra
metus sistat. aut si quod usquam esset agmine facto gens
illuc humana pergeret. tamdiu ista urgebunt ma-
la macerabuntque per terras ac maria vagum
quamdiu malorum gestamus causas. Fugam tibi non pro-
desse miraris. tecum sunt que fugis. Te igitur emen-
da. honera tibi detrahe et emendanda desideria
intra salutem modum contine. omnem ex animo erade
nequitiam. si vis peregrinationes habere iocundas co-
mitem tuum sana. Herebit tibi avaricia quamdiu
avaro sordidoque convixeris. Herebit tumor quamdiu
superbo conversaberis. numquam sevitiam in tortoris
contubernio pones. incendent libidines tuas adul-
terorum sodalicia. si velis vitiis exui longe
a vitiorum exemplis recedendum est. Avarum corru-
ptor sevus fraudulentus multum nocitura si pro-
pe a te fuissent intra te sunt. Ad meliores
transi. cum catonibus vive cum lelio cum tu-
berone. quod si convivere etiam grecis iuvat. cum
socrate cum zenone versare. Alter te docebit
mori si necesse erit. alter antequam necesse erit vivere.
cum crisippo cum possidonio. hii tibi tradent
humanorum divinorumque noticiam. hii iubebunt
in opere esse nec tantum scite loqui et in oblectationem
audientium verba iactare. sed animum indurare et
adversus minas erigere. Unus enim huius vite
fluctuantis et turbide portus est eventura contem-
pnere stare fidenter ad portum tela fortune
adverso pectore excipere. non latitantem nec tergiver-
santem. magnanimes nos natura produxit et ut
quibusdam animalibus ferum dedit. quibusdam subdo-
lum quibusdam pavidum. ita nobis gloriosum et ex-
celsum spiritum querentem ubi honestissime non
ubi tutissime vivat. simillimum mundo quem quantum
mortalium passus licet sequitur emulaturque. profert
se laudari et aspici credit. Omnium est super omnia
est. Itaque nulli se rei summittat. nichil illi vide-
atur grave nichil virum incurvet. Terribiles
visu forme letumque laborque. minime quidem
si quid rectis oculis intueri illa possit et te-
nebras perrumpere. multa per noctem habita terro-
ri dies vertit ad risum. Terribiles visu
forme letumque laborque egregie Virgilius
noster in re dixit. terribiles esse sed visu idem
videri non posse. Quid? quia istis tam formi-
dabile quam fama vulgavit. Quid est obsecro
te lucili cur timeat laborem vir mortem
homo. totiens mihi occurrunt isti qui non putant fieri
posse quicquid facere non possunt et aiunt nos loqui
maiora quam que humana natura sustineat. At
quanto ego melius de illis existimo. ipsi quoque hec
possunt facere si velint. Denique quibusnam ista
desunt temptantibus. cui non faciliora apparuere
in actu. non quia difficilia sunt. Si tamen exemplum desi-
deratis accipe socratem perpessicium senem per
omnia aspera iactatum invictum tamen et paupertate
quam graviorem illi domestica honera fa-
ciebant et labores quos militares quoque pertulit. qui-
bus ille domi exercitus. sive uxorem eius
moribus feram lingua petulantem. sive liberos
indociles et matri quam patri similiores. sive aut
in bello fuit aut in tyrannide aut in libertate
bellis ac tyrannis seviore. viginti et septem
annis pugnatum est. post finita arma .xxx.
tyrannis noxe dedita est civitas. ex quibus plerique
inimici erant. Novissima damnatio est sub gra-
vissimis nominibus impleta. obiecta et religi-

ver.

Socrates

omni uiolatio et iniectitie exempla quod im-
mittere in deos in patres in rem p. dictus est postea
carcer et iuctum ... usque eo animi sortitus non
moueatur. ut nec uultum quidem mouerit illa
mirabilem laudem et singularem usque ad ex-
tremum. nec hylariorem quisquam nec tristiorem se-
cumque uidit quali fuit in tanta inequalitate fortune.
Vis alterum exemplum accipe hunc M. catonem
censorem cum quo et infestius fortuna egit
et primatum cum eo omnibus locis obstinatissime
et in morte ostendit. tum uirum forte posse
uicta fortuna nunc uicta mori / tota illa
etas que in armis est exacta ciuilibus que intra
eam concupierit iam ciuile bellum et hunc licet dicas
non minus quam socratem invenisse dixisse non forte
eum pompeium et cesarem et crassum pociores
libertatis socios fuisse. Nemo mirabitur cato-
nem totiens mutatam rem p. uidit eundem se in
omni statu prestitit in pretura in repulsa in
accusatione in prouincia in contione in exercitu
in morte. Denique illa rei p. trepidatione cum
illinc cesar cum decem legionibus pugnaturus
submissus totis exterarum gentium presidiis hic
cum pompeius satis unus aduersus omnia. tum alii
ad cesarem inclinarent. alii ad pompeium. solus
cato fecit aliquas et rei p. partes si animo complecti
uolueris illius ymaginem temporis uidebis
illic plebem et omnem erectum ad res nouas uul-
gum hinc optimates et equestrem ordinem
quicquid erat in ciuitate sancti et electi duos
in medio relictos rem p. et catonem mirabere
... ... Videbis priamumque et
ferum ambobus achillem. utrumque ei improbat
utrumque exarmat. hanc fert de utroque sententiam
Aut se si cesar uicerit moriturum si pompeius
exulaturum. Quid habebat quod timeret. quod sibi
et uicto et uictori constituerat. quam constituta ex
ab hostibus iratissimis poterat. periit itaque ex
decreto suo. uides posse homines labores pati
medias africe solitudines pedes exercitum.
Vides posse tolerare sitim et in collibus are-
ntibus sub nullis impedimentis uicti exercitus
reliquias ... inopia humoris locuturus tu-
lit et quamuis aque fuerat occasio nouissimus
bibit. Vides honorem et notam posse contemni
eodemque repulsus est die in comitio pila lusit.
Vides posse non timeri potentiam superiorem
et pompeium et cesarem quorum neuter alterum offendere
audebat. nisi ut alterum demereretur simul prouocat.
Vides tamen mortem posse contemni quam exilium
et exilium sibi indixit et mortem et ... bellum.
Possum itaque adiungere ista tamen hec ... liberat me

subducere iugo collum. In primis autem restitu-
uoluptates eneruant et effeminant et mul-
petit. nullum autem ad fortunam petendum est
spernendas opes auctoramenta sunt seruitutis. dui-
et argentum et quicquid aliud felices domos homi-
relinquatur. Non potest gratis constare libertas
si magno extimas omnia paruo extimanda sunt

Ratio. De que homines in primatem hominis in-gat. eius modo singularem uitam incommoditatem quam magis prius seruitutem est michi iniq-

Que obseruanda tibi sint ut tu secu-
tior uiuas. dicam. tu tamen sic audi-
tor ... ista precepta quomodo si tibi preperam
quam tue bona ualitudo mandat ...
toris consideras. que sint que homines i-
ciem hominis instigent inuenies. spem inui-
diam. odium. motum contemptum. ex omnibus istis
leuissimum est contemptus. ut multi in eo teme-
re delinquerunt quam quis contemnit uincet. sed dum
se trusit. Nec homini contempto primatem nec
ligent nocere. etiam in acie iacens precibus ...
stante pugnat. Spem ... uitabis si ni-
hil habueris quod cupiditatem alienam et improbam ...
tet. si nichil insigne possederis. Concupiscitur ...
etiam si parum ignota sunt. sic raro in mundum
effigies si te non ingesseris oculis si bona tu-
a non iactaueris sciens in sinum gaudere ...
ut ex offensa sed uitabis. neminem lacessendo
... gratuitum a quo te sensus communis tuebatur
sed multis periculosum ... odium huius nec ...
... illud ne timearis prestabit tibi et fortune
mediocritas et ingenii lenitas cum ... te ho-
mines sciant quem offendere sine periculo possit ...
... tua et facilis sit et certa. timeri au-
tem domi molestum est quam foris. tamen a seruis
quam a liberis. Nulli non ad nocendum satis uiri-
um. Adice nunc quod qui timetur timet. nemo potuit
terribilis esse secure contempto. superest cuius m...
in sua potestate habet. quantum ... aduixit quos contemnit
quod noluit non quod debuit. huius incommodi et ...
bone distituit. et amicicie eorum quam aput aliquem
potentem potentes sunt. quibus applicari expediet non
implicari. ne plus remedium quam periculum constet. Ni-
chil tamen eque proderit quam consuescere et minimum cum a-
liis ... plurimum secum. est quidam dulcedo sermonis que ir-
repit et blanditur. et non aliter quam ebrietas aut amor se-
creta producat. Nec quod audierit tacebit. Nemo
quantum audierit loquitur. qui rem non tacuit nec
tacebit auctorem. Sed unus quisque aliquem cui tan-
tum credit quantum ipsi creditum est. ut garrulitatem suam
custodiat et contentus sit unius auribus populum fa-
ciet. sic quod modo secretum erat. rumor est.

magna portio mihi inique facte confusa uita
et turbata impotentes agunt. tantum metuunt
quantum nocent. nec ullo tempore uacant. trepidant enim
cum fecerunt. heserunt conscientia. aliud agere non patitur
ac subinde respondere ad se cogit. dat penas quisquis
expectat. quisquis autem meruit expectat. tuti aliquis
tis in mala conscientia prestat. nulla securitas. putant
enim se etiam si non deprehendit posse deprehendi. et inter
somnos mouentur. et quotiens alicuius scelus locuti sunt de
suo cogitant. non satis illis obliteratum uidetur
non satis tectum. nocentes habuit aliquando latendi fortuna
numquam fiduciam. Vale. Si affectus an sint
corpora captiose disputat. quam disputationem
Tardius rescribo ad euestigio dampnat.
Epistolas tuas. non quia destrictus occupatione
sum. hanc excusationem caue audias
et omnes uacant qui uolunt. Neminem res
sequuntur. ipsi illas amplexantur et argumentum esse
felicitatis occupationem putant. Quid ergo fuit
quod non protinus rescriberem ei de quo querebas. Veniebat
in contextum operis mei. scis enim me moralem
philosophiam uelle complecti et omnes ad eam pertinentes questiones
explicare. Itaque dubitaui utrum differrem
te donec suus isti ueniret locus. an ius tibi extra
ordinem dicerem. humanius uisum est tam longe uenientem
non detinere. Itaque et hoc ex illa serie rerum coherentium
excerpam. et si qua erunt huius non querenti tibi
ultro mittam. Que sint hec interrogas que
scire magis iuuat quam prodest. sicut hoc de quo queris
bonum an corpus sit bonum prodest. facile enim quod
facit corpus est. bonum agitat animum et quodam modo
format et continet. Que ergo propria sunt corporis et corporis bona sunt.
Corpora ergo sunt. et que animi sunt. Nam et hoc
corpus est. bonum hominis necesse est corpus sit cum
ipse sit corporalis. mentior nisi et que alunt eum
et que ualitudinem eius uel custodiunt uel restituunt
corpora sunt. ergo et corporis est bonum eius. Non puto te
dubitaturum an affectus corpora sint. ut aliud quoque
de quo non queris infulciam. tamquam ira. amor. tristitia.
si dubitas an uultum nobis mutent. an frontem
constringant an faciem diffundant. an ruborem euocent.
an fugiendi sanguinem. Quid ergo tam manifestas
notas corpus credis imprimere nisi a
corpore. si affectus corpora sunt et morbi animorum tamquam
auaritia crudelitas indurata uitia et in statum
inemendabilem adducta ergo et malitia et species
eius omnes malignitas. inuidia. superbia. Ergo et
bona primum quia contraria istis sunt. deinde quia eadem
tibi indicia prestabunt. An non uides quantum
oculis det uigorem fortitudo quantam intentionem
prudentia. quantam modestiam et quietem
reuerentia. quantam serenitatem leticia. quantum ri-
gorem seueritas. quantam remissionem ueritas.
Corpora ergo sunt que colorem habitumque corporum mutant.
que in illis regnum suum exercent. Omnes
autem quas rettuli uirtutes bona sunt. et quicquid ex illis.
Numquid est dubium an id quo quid tangi potest
corpus sit. Tangere enim et tangi nisi corpus nulla
potest res. ut ait lucretius. Omnia autem ista que dixi
non mutarent corpus nisi tangerent. ergo corpora sunt.
Etiam nunc cui tanta uis est ut impellat et cogat
et retineat et iubeat corpus est. Quid ergo non timor
retinet. non audacia impellit. non fortitudo
immittit et impetum dat. non moderatio
refrenat ac reuocat. non gaudium extollit.
non tristicia adducit. Denique quicquid facimus aut
malicie aut uirtutis gerimus imperio. quod imperat
corpori corpus sit. quod uim corpori affert
corpus. Bonum corporis corporale. bonum hominis
et corporis bonum est. itaque corporale est. Cum ut uoluisti
morem gessi tibi. nunc ipse dicam mihi quod
dicturum esse te uideo. latrunculis ludimus. in
superuacuis subtilitas teritur. non faciunt bonos
ista sed doctos. apertior res est sapere immo
simplicior. Paucis est ad mentem bonam uti
literis. sed nos et cetera in superuacuum diffundimus
ita philosophiam quoque ipsam. sic literarum quoque
intemperantia laboramus. non uite sed scole
discimus. Vale. Que patienda sunt ambulanti
per huius uite uiam. et quod premeditatio leuissima
facit etiam grauiora. et qualis tamen
tas mortalitatis et fatum equaliter ferenda sunt.

Ubi illa prudentia tua. ubi in dispiciendis
rebus subtilitas. ubi magnitudo iam pusilla tangit. serui occupationes
tuas occasionem fuge putauerunt. si
amici deciperent. habeant enim sane nomen quod
illis noster Epicurus imposuit et uocentur quos turpius
non sint omnibus rebus tuis. Desunt illi
qui et opera tua onerabat et te aliis molestum esse
credebat. Nihil horum insolitum nihil inexpectatum
est. Offendi rebus istis tam ridiculum est
quam queri quod spargaris in publico aut inquineris
in luto. Eadem uite conditio est que balnei turbe
itineris quedam immittentur. quedam incident.
Non est delicata res uiuere. longam uiam ingressus
es. et labaris oportet et arietes et cadas
et lasseris et exclames O mors. id est mentiaris
alio loco comitem relinques. alio efferes. alio
timebis. Per huiusmodi offensas emetiendum est
confragosum hoc iter. Mori uult. preparetur animus
quod omnia sciat se uenisse ubi tonat
fulmen. sciat se uenisse ubi luctus et ultrices
posuere cubilia cure. pallentes quoque habitant

Ep[istola] XX. e 10 ...

at cure

morbi tristis q senectus. In h^c otubernio uita degenda est. effugere ista no potes. contemnere potes. contemnes aut si sepe cogitaueris et futura presumpseris. Nemo no fortius ad id cui se diu oposuerat accessit. et durius q3 si premeditata erat ostitit. At contra ipatus etiaz leuissima expauit. Id agendum e ne q nobis inopinatu sit. Et q omia nouitate grauiora st. h cogitatio assidua prestabit. ut nulli sis malo tiro. Serui mei reliquerunt. alii compilauerit. alium accusauerit. alium occiderunt. alium prodiderunt. alium calcauerunt. alium ueneno alium criminatione petierunt. Quicquid dixeris multis accidit. Deinceps q multa et uaria st in nos diriguntur. quedam in nos fixa st. quedam uibrant et cu maxime ueniunt. quedam in alios per uentura nos stringunt. Nichil miremur eorum ad que nati sumus q eo nulli querenda q patria st omnibus paria dico patria st. non etiam qd effugit aliquis pati potuit. Equum aut ius e no q omnes st usi. s qd omnibus latum est. Imperetur equitas animo et sine querela mortalitati tributa pendamus. Hyems frigora adducit. algendum e. Estas calores refert. estuandum est. Intemperies celi ualitudinem temptat. egrotandum e. et fera nobis aliquo loco occurret et homo perniciosior feris omnibus. Aliud aqua aliud ignis eripiet. hanc rerum odicionem mutare no possumus. id possumus. magnum sumere animum. Et ut bono digmum quo fortiter fortuitam patiamur et nature consentiamus. Natura aut h^c qd uides regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt. turbantur maria cum quieuerunt. Flant inuicem uenti. noctem dies sequitur. Pars celi consurgit pars mergitur. Contrariis rerum eternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus e. hanc sequatur. huic pareat. et quecumque fiunt debuisse fieri putet. nec uelit obiurgare naturam. Optimum e pati qd emendare no possis. et deum quo auctore cuncta proueniunt sine murmuratione comitari. Malus miles e q imperatorem gemens sequitur. Quare impigri atque alacres excipiamus imperia. nec deseramus hunc operis pulcerrimi cursum cui quicquid patiamur intextum est. et sic alloquamur iouem cuius gubernaculo moles ista dirigitur. q cleantes noster uersibus disertissimis alloquitur. quos mihi in nostrum sermonem mutare permittitur. Ciceronis disertissimi uiri exemplo. Si placuerint boni consules. Si displicuerint scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum. Duc o parens celsique dominator poli. quocumque placuit. nulla parendi mora est. assum impiger. fac nolle comitabor gemens. malusque patiar qd licuit bono. Ducunt uolentem fata nolentem

trahunt. Sic uiuamus. sic loquamur. paratos nos inueniat atque impigros fatum. Hic e magnus animus qui se ei tradidit. At contra ille pusillus et degener qui obluctatur et de ordine mundi male existimat. et emendare mauult deos q se. Vale. De moderata cupiditate discendi et quantum profectus sit sapientem adire. et quod maiori impetu ad philosophiam iuuenes q senes accedimus. Ubi notat eos qui prohibere docent.

Id de quo queris ex eis est que scire tantum eo ut scias pertinet. inchoamus q perire pereat. Nec uis expectare libros quos cum maxime ordino continentes totam moralem philosophie partem statim expediam illud tamen prius scribam. quemadmodum tibi ista cupiditas discendi qua flagrare te uideo digerenda sit. ne ipsa se impediat. nec passim carpenda sunt. nec auide inuadenda uniuersa. per partes peruenietur ad totum. aptari honus uiribus debet. nec plus occupari q cui sufficere possimus. Non quantum uis s quantum capis hauriendum est. bonum tantum habe animum. capies quantum uoles. Quo plus recipit animus h^c se magis laxat. Hoc nobis precipere Attalum memini. cum scolam eius obsideremus et primi ueniremus et nouissimi exiremus. Ambulantem quoque illum ad aliquas disputationes euocaremus non tantum paratum discentibus s obuium. Idem magister et docenti et discenti debet esse propositum. Ille prodesse uelit. hic proficere. Qui ad philosophum cotidie uenit aliquid boni ferat. Aut sanior domum redeat. aut sanabilior redibit. At philosophie uis est ut non studentes s etiam conuersantes iuuet. Qui in solem uenit. licet non in h^c uenerit colorabitur. Qui in unguentaria taberna resederit et paulo diutius commoratus odorem secum loci fert. Et qui ad philosophum fuerit traxerit aliquid. necesse e quod prodesset et negligentibus. Attende quid dicam. negligentibus non repugnantibus. Quid ergo. non nouimus quosdam q multis apud philosophum annis persederint et ne colorem quidem duxerint. Quid ni nouerim. pertinacissimos quidem et assiduos quos ego non discipulos philosophorum s inquilinos uoco. Quidam ueniunt ut audiant. non ut discant. sic ad theatrum uoluptatis causa ad delectandas aures oratione uel uoce uel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem uidebis cui philosophi scola diuersorium sit. Non id agunt ut aliqua illo uitia deponant. ut aliquam legem uite accipiant. qua mores suos exigant. s ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen et cum pugillaribus ueniunt. non ut res excipiant s ut uerba. que ta

profectu alieno disputat quam sibi suo audiat
Quidam ad magnificas voces excitantur et trans-
eunt in affectum dicentium alacres vultu et
animo, nec aliter concitantur quam solent Phrygii tibici-
nis sono semiviri et ex imperio fugientes.
Rapit illos instigatque rerum plenitudo, non
verborum inanium sonitus. Si quid acriter contra
mortem dictum est, si quid contra fortunam contumaciter,
iuvat protinus quae audias facere. Afficiuntur illi et
sunt quales iubentur, si illa animo forma permane-
at, si non impetum insignem protinus populus honesti
dissuasor excipiat. Pauci illam quam con-
ceperant mentem domum perferre potuerunt. Facile
est auditorem concitare ad cupiditatem recti. Omni-
bus enim natura fundamenta dedit semenque virtutum.
Omnes ad omnia ista nati sumus. Cum irritator
accessit, tunc illa animi bona veluti sopita excitan-
tur. Non vides quemadmodum theatra consonent quotiens ali-
qua dicta sunt quae publice agnoscimus et consensu vera esse
testamur? Desunt inopiae multa, avaritiae omnia. In
nullum avarus bonus est, in se pessimus. Ad hos versus
ille sordidissimus plaudit et vitiis suis fieri convici-
um gaudet. Quanto magis hoc iudicas evenire
cum a philosopho ista dicuntur, cum salutaribus praecep-
tis versus inseruntur, efficacius eadem illa dimissuri
in animos imperitorum. Nam ut dicebat Cleanthes,
quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit cum illum
tuba per longi canalis angustias tractum paten-
tiore novissime exitu effudit, sic sensus nostros
clariores carminis arta necessitas efficit. Eadem
neglegentius audiuntur minusque percutiunt quamdiu so-
luta oratione dicuntur. Ubi accessere numeri et egregium
sensum astrinxere certi pedes, eadem illa sententia ve-
lut lacerto excussiore torquetur. De contemptu pecuniae
multa dicuntur et longissimis orationibus hoc praecipitur,
ut homines in animo, non in patrimonio putent esse divitias,
eum esse locupletem qui paupertati suae aptatus
est et parvo se divitem facit. Magis tamen feriuntur ani-
mi cum carmina eiusmodi dicta sunt: Is minimo eget
mortalis qui minimum cupit. Quod vult habet qui
velle quod satis est potest. Cum haec atque eiusmodi audimus,
ad confessionem veritatis adducimur. Illi enim quibus nil
satis est admirantur, acclamant, hodie pecuniae
indicunt. Hunc illorum affectum videris, urge,
hoc preme, hoc onera, relictis ambiguitatibus
et syllogismis et cavillationibus et ceteris acumi-
nis irriti ludicris. Dic in avaritiam, dic in
luxuriam. Cum profecisse te videris et animos au-
dientium affeceris, insta vehementius. Verisimile
non est quantum proficiat talis oratio remedio intenta
et tota in bonum audientium versa. Facillime enim tenera
conciliantur ingenia ad honesti rectique amo-
rem; adhuc docilibus leviterque corruptis inicit ma-
num veritas si advocatum idoneum nacta est. Ego
certe cum Attalum audirem in vitia, in errores, in
mala vitae perorantem, saepe misertus sum generis
humani et illum sublimem altioremque humano fasti-
gio credidi. Ipse regem se esse dicebat, sed plus
quam regere mihi videbatur cui liceret censuram agere re-
gnantium. Cum vero commendare paupertatem coeperat
et ostendere quam quidquid usum excederet pondus esset
supervacuum et grave ferenti, saepe exire e scho-
la pauperi libuit. Cum coeperat voluptates no-
stras traducere, laudare castum corpus, sobriam
mensam, puram mentem non tantum ab illicitis volu-
ptatibus sed etiam supervacuis, libebat circumscribere
gulam ac ventrem. Inde mihi quaedam permansere,
Lucili. Magno enim in omnia impetu veneram. De-
inde ad civitatis vitam reductus ex bene coe-
ptis pauca servavi. Inde ostreis boletisque
in omnem vitam renuntiatum est. Hec enim cibi sed oblectamenta
sunt ad edendum saturos cogentia, quod gratissi-
mum est edacibus et se ultra quam capiunt farcientibus, fa-
cile descensura, facile reditura. Inde in omnem
vitam unguento abstinemus, quoniam optimus
odor in corpore est nullus. Inde vino carens
stomachus. Inde in omnem vitam balneum fugimus.
Decoquere corpus atque exinanire sudoribus
inutile simul delicatumque credidimus. Cetera proiecta
redierunt, ita tamen ut quorum abstinentiam interru-
pi modum servem et quidem abstinentiae proximiorem, ne-
scio an difficiliorem, quoniam quaedam absciduntur fa-
cilius animo quam temperantur. Quoniam coepi tibi exponere
quanto maiore impetu ad philosophiam iuvenis ac-
cesserim quam senex pergam, non pudebit fateri
quem mihi amorem Pythagoras iniecerit. At Solon
dicebat quare ille animalibus abstinuisset, quare
postea Sextius. Dissimilis utrique causa erat, sed
utrique magnifica. Hic homini satis alimentorum
citra sanguinem esse credebat et crudelitatis consue-
tudinem fieri ubi in voluptatem esset adducta
laceratio. Adiciebat contrahendam materiam esse luxuriae.
Colligebat bonae valitudini contraria esse alimenta va-
ria et nostris aliena corporibus. At Pythagoras
omnium inter omnia cognationem esse dicebat et animorum com-
mercium in alias atque alias formas transeuntium.
Nulla, si illi credas, anima interit, nec cessat quidem
nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur.
Videbimus per quas temporum vices et quando pererratis pluribus
domiciliis in hominem revertatur. Interim sceleris hominibus
ac parricidii metum fecit, cum possent in parentis
animam inscii incidere et ferro morsuve violare,
si in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur.
Haec cum exposuisset Sotion et implesset argumentis

so.

pyt.

ever

suis. Non credis inesse animas in alia corpora atque alia describi et migrationem esse quod dicimus mortem. Non credis in his pecudibus ferisve aut aqua mersis illum quondam hominis animum morari. Non credis nil perire in hoc mundo sed mutare regionem nec tantum celestia per certos circuitus verti sed animalia quoque per vices ire et animos per orbem agi. Magni ista crediderunt viri. Itaque iudicium quidem tuum sustine, ceterum omnia tibi in integro serva. Si vera sunt ista, abstinuisse animalibus innocentia est; si falsa, frugalitas. Quod istic credulitatis tue damnum est? Alimenta tibi leonum et vulturum eripio. His ergo instinctus abstinere animalibus cepi, et anno peracto non tantum facilis erat michi consuetudo sed dulcis. Agitatiorem michi animum esse credebam, nec tibi hodie affirmaverim an fuerit. Queris quomodo desierim? In Tiberii Cesaris principatum iuventutis tempus inciderat. Alienigena tunc sacra movebantur, sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animalium abstinentia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat sed philosophiam oderat, ad pristinam consuetudinem redii; nec difficulter michi ut inciperem melius cenare persuasit. Laudare solebat Attalus culcitam que resisteret corpori: tali utor etiam senex, in qua vestigium apparere non possit. Hec retuli ut probarem tibi quam vehementes haberent tirunculi impetus primos ad optima quoque, si quis exhortaretur illos, si quis impelleret. Sed aliquid preceptorum vitio peccatur, qui nos docent disputare, non vivere; aliquid discentium, qui propositum afferunt ad preceptores suos non animum excolendi sed ingenium. Itaque que philosophia fuit facta philologia est. Multum autem ad rem pertinet quo proposito ad quamque rem accedas. Qui grammaticus futurus Virgilium scrutatur, non hoc animo legit illud egregium: fugit irreparabile tempus. Vigilandum est; nisi properamus, relinquemur; agit nos agiturque velox dies; inscii rapimur; omnia in futurum disponimus et inter precipitia lenti sumus. Sed ut observet quotiens Virgilius de celeritate temporum dicit, hoc uti verbo illum: fugit. Optima queque dies miseris mortalibus evi prima fugit; subeunt morbi tristisque senectus et labor, et dure rapit inclementia mortis. Ille qui ad philosophiam spectat hec eadem quo debet adducit. Numquam Virgilius, inquit, dies dicit ire sed fugere, quod currendi genus concitatissimum est, et optimos quosque primos rapit. Quid ergo cessamus nos ipsi concitare ut velocitatem rapidissime rei possimus equare? Meliora pretervolant, deteriora succedunt. Quemadmodum ex amphora primum quod est sincerissimum effluit, gravissimum quodque turbidumque subsidit, sic in etate nostra quod est optimum in primo est. Id exhauriri in aliis potius patimur ut nobis fecem reservemus? Inhereat istud animo et tamquam missum oraculo placeat: Optima queque dies miseris mortalibus evi prima fugit. Quare optima? Quia quod restat incertum. Quare optima? Quia iuvenes possumus discere, possumus facilem animum et adhuc tractabilem ad meliora convertere; quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingeniis et exercendis per opera corporibus. Quod superest segnius et languidius et propius a fine. Itaque toto hoc agamus animo et omissis que devertunt in rem unam laboremus, ne hanc temporis pernicissimi celeritatem, quam retinere non possumus, relicti demum intelligamus. Primus quisque tamquam optimus dies placeat et redigatur in nostrum. Quod fugit occupandum est. Hec non cogitat ille qui grammatici oculis carmen istud legit: ideo optimum quemque primum esse diem quia subeunt morbi, quia senectus premit et adhuc adolescentiam cogitantibus supra caput est; sed ait Virgilium semper una ponere morbos et senectutem. Non mehercules immerito: senectus enim insanabilis morbus est. Preterea, inquit, hoc senectuti cognomen imposuit: tristem illam vocat: subeunt morbi tristisque senectus. Alio loco dicit: pallentesque habitant morbi tristisque senectus. Non est quod mireris ex eadem materia suis quemque studiis apta colligere. In eodem prato bos herbam querit, canis leporem, ciconia lacertam. Cum Ciceronis librum de republica prendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophie deditus, alius alio curam suam mittit. Philosophus admiratur contra iustitiam dici tam multa potuisse. Cum ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat: duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Servii matre dubitatur; Anci pater nullus, Nume nepos dicitur. Preterea notat eum quem nos dictatorem dicimus et in hystoriis legimus ita nominari, apud antiquos magistrum populi vocatum. Hodieque id extat in auguralibus libris, et testimonium est quod qui ab illo nominatur magister equitum est. Eque notat Romulum perisse solis defectione; provocationem ad populum etiam a regibus fuisse; id ita in pontificalibus libris aliqui putant et Fenestella. Eosdem libros cum grammaticus explicuit, primum verba expressa a Cicerone, id est reapse, in commentarium refert, nec minus sepse, id est se ipse. Deinde transit ad ea que consuetudo seculi mutavit, tamquam ait Cicero: quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione revocati. Hanc quam nunc in circo cretam vocamus calcem antiqui dicebant. Deinde Ennianos colligit versus, in primis illos de Affricano scriptos: cui nemo civis neque hostis quivit pro factis reddere opis pretium. Ex eo se ait intelligere apud antiquos non tantum auxilium significasse sed operam.

nota [illegible] Virgilii de morte

opa eius ei in mentem potuisse scipione nisi
iuez nec hostem delere ope patri. felicem
enim se putauit qui inuenerit unde uisu sit
virgilio dicere Que sup ingens porta tonat
celi. Ennius hoc ait. homero se subripuisse
ennio vigilium. Esse ei aput ciceronem i hijs i
ipse de re p. hoc epygrama est. si fas cuiquam sedere ad pla
gas celestium ascendere cuiqz est. Studiis soli re
materia pita patet si ne z ipse diu aliud
ago. i philologum aut gramaticum delabar. Il
lud admoneo audiendi phos lectionisqz ad pro
positum beate uite trahendam. non ut uerba prisca aut
facta captemus z translationes improbas figurasqz
dicendi. sed ut pfutura precepta z magnificas
uoces z animosas que mox in rem transferantur. sic
ista discamus ut que fuerint uerba sint opera.
Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus
iudico quam qui phiam uelud aliquod artificium
uenale didicerunt. qui aliter uiuunt quam uiuendum esse
precipiunt. Exempla ei semetipsos inutiles discipline cir
cumferunt. Illi non uicio quod insequuntur obno
xii. Non magis michi potest iste pdesse preceptor
quam gubernator i tempestate nausiabundus. Tenen
dum rapiente fluctu gubernaculum. luctandum
cum ipso mari eripienda sunt uento uela. Quid
me potest adiuuare rector nauigij attonitus
z uomitans. Quanto maiore putas uitam tempe
state iactari quam ullam ratem. Non est loquendum sed
gubernandum. Omnia que dicunt. que turba audiente
iactant aliena sunt. Dixit illa plato. dixit zenon.
dixit crisippus z possidonius z ingens agmen.
Non tantum ac talium. quo probare possit sua esse
mostrabo. faciant que dixerint. quoniam que uo
luerunt ad te pferre iam dixi. Nunc desiderio
tuo satisfaciam z in alteram epistolam integrum quod
exigeras transferam. Ne ad rem spinosam z au
ribus erectis curiosisqz audiendam lassus
accedas. Vale. Multis argumentis ostendit

An sapiens sit sapientem sapienti pdesse.

Sapienti psit scire desideras. dicimus ple
num omni bono esse sapientem z summa adeptum. Que
modo pdesse aliquis possit summum bonum habenti
querer. psunt inter se boni. exercent ei uirtutes z sa
pientiam i suo statu continent. desiderat uterqz aliquem
cum quo conferat cum quo querat. Peritos luctandi usus
exercet. musicum qui paria didicit mouet. Opus
est z sapienti agitatione uirtutum. Ita quemadmodum
ipse se mouet sic mouetur ab illo sapiente.
Quid sapiens sapienti pderit. Impetum illi da
bit occasiones actionum honestarum commostrabit.
Preter hoc aliquas cogitationes suas exprimet. docebit
que inuenerit. semper ei etiam a sapiente restabit
quod inueniat. z quo animus eius excurrat. Malus
malo nocet. facitqz peiorem iram metus
incitando tristicie assentiendo uoluptates
laudando. Et tunc maxime laborant mali ubi
plurimum uicia miscuere z in unum collata ne
quicia est. Ergo ex contrario bonus bono prodest.
Quomodo. Gaudium illi afferet fiduciam con
firmabit ex conspectu mutue tranquillitatis
crescet utriusqz leticia. preterea quarundam illi re
rum scienciam tradet. Non ei omnia sapiens scit z
si sciret breuiores uias rerum aliquis excogita
re posset z has indicare per quas facilius totum
opus circumfertur. Proderit sapienti sapiens.
non solum tantum suis uiribus sed ipsius quem ad
iuuat. Potest quidem ille etiam relictus sibi ex
plicare partes suas. utetur propria uelocitate sed nichil
hominus adiuuat etiam currentem hortator. Non
prodest sapienti sapiens sed sibi ipsi hoc scias.
Detrahe illi uim propriam z ille nichil aget. Isto
modo dicas licet non esse i melle dulcedinem.
Nam ipse ille qui esse debeat ita aptatus
lingua palatoqz est ad huiusmodi gustum ut ille
talis sapor capiat offendantur. Sunt enim
quidam quibus morbi uicio mel amarum uide
atur. Oportet utrumqz ualere ut z ille pdesse
possit. z hinc psuturus materia sit idonea. In
summum inquit pductum calorem calefieri superua
cuum est. z in summum pducto bonum superuacu
um est quod psit. Numquid instructus omnibus
rebus agricola ab alio instrui querit. Numquid
armatus miles quantum in aciem exituro satis est
uti amplius arma desiderat. Ergo nec sapi
ens. satis enim ad uitam instructus satis armatus est.
Ad hoc respondeo et in summum motus est calore ad
iecto ut summum teneat sed ipse se inquit calor con
tinet. Primum multum inter est inter ista que comparas.
Calor enim unus est. prodesse uarium est. Deinde
calor non adiuuatur adiectione caloris ut
caleat. sapiens non potest i habitu mentis sue
stare nisi amicos aliquos similes sui admiserit
cum quibus uirtutes suas communicet. Adice nunc quod
inter se uirtutes amicicia est. Itaqz prodest qui
uirtutes alicuius paris sui amat amandasqz
inuicem prestat. Similia delectant utique si hone
sta sunt z probare ac probari sciunt. Etiam nunc sa
pientis animum perite mouere nemo alius potest nisi sa
piens quomodo ad rationem mouendam ratio opus est sic
ut moueatur ratione perfecta opus est ratione perfecta. pro
desse dicuntur et qui media nobis largiuntur
pecuniam gratiam incolumitatem. alia in usus uite
cara aut necessaria. In his dicetur etiam stultus
sapienti prodesse. Prodesse autem est animum secundum naturam

moue[tur] uirtute sua ut eius quem mouebit sed non sine ipsius quoque qui proderit bono fiet. Necesse est enim alienam uirtutem exercendo exerceat et suam. Sed ut remoueas ista que ad summa bona sunt cum summos efficientibus nichilominus prodesse inter se sapientes possunt. Inuenire enim sapientem sapienti per se res expetenda est. quia natura bonum omne carum est bono et sic quisque conciliatur bono quemadmodum sibi. Necesse est ex hac questione argumentum in alteram transeam. Queritur enim an deliberaturus sit sapiens. an in consilium aliquem aduocaturus. Quod facere illi necessarium est cum ad hec ciuilia et domestica uenitur et ut ita dicam mortalia. In hiis sic illi opus est consilio alieno quomodo medico quomodo gubernatori quomodo aduocato et litis ordinatori. Proderit ergo sapiens aliquando sapienti suadebit enim sed illis quoque magnis ac diuinis ut diximus communiter honesta tractando et animos cogitationesque miscendo utilis erit. Preterea secundum naturam est et amicos complecti et amicorum actu suo proprioque letari. Nam nisi hoc fecerimus ne uirtus quidem nobis permanebit que exercendo sensu ualet. Virtus autem suadet presentia bene collocari in futurum consulere deliberare et intendere animum. facilius intendet explicabitque qui aliquem sibi assumpserit. Queret itaque aut perfectum uirum aut proficientem uicinumque perfecto. Proderit autem ille perfectus si consilium communi prudentia iuuerit. Aiunt homines plus in alieno negotio uidere quam in suo. Hoc illis euenit quos amor sui excecat quibusque despectum utilitatis timor in periculis excutit. Incipiet sapere securior et extra metum positus sed nichilominus quedam sunt que etiam sapientes in alio quam in se diligentius uident. Preterea illud dulcissimum et honestissimum idem uelle atque idem nolle sapiens sapienti prestabit. Egregium opus pari iugo ducet. Persolui quod exegeras quamquam in ordine rerum erat quas morales philosophie uoluminibus complectimur. Cogita quod soleo frequenter tibi dicere in istis nos nichil aliud quam acumen exercere. totiens enim illo reuertor. Quid ista res me iuuat. fortiorem fac me iustiorem temperatiorem. Nondum exercere uacat. Adhuc medico michi opus est. Quid me poscis scientiam inutilem. magna promisisti. Exige uide. Dicebas intrepidum fore etiam si circa me gladii micarent et si mucro tangeret iugulum. Dicebas securum fore etiam si circa me flagrarent incendia etiam si subitus turbo toto nauem meam mari raperet. hanc michi prestarius uoluptatem ut gloriam contempnam postea docebis implicita soluere ambigua distinguere obscura perspicere. Nunc doce quod necesse est. Vale. Ep[istola] l xxi. No[n] optandum

deos infestos esse uel si malis. Et quod preter causatum sepius philosophia notitia boni et mali ... et supplicium ... Et quod turpe est causa ...

Ex Nom[en] ... policitu reponere bonum ...

Ex Nomentano meo te saluto et iubeo habere mentem bonam. hoc est propicios deos omnes quos habet placatos et fauentes quisquis sibi se propiciauit. Sepone in presentia que quibusdam placent. unicuique nostrum pedagogum dari deum non quidem ordinarium sed hunc inferioris note ex eorum numero quos Ouidius ait de plebe deos. Ita tamen hoc seponas uolo ut memineris maiores nostros qui crediderunt stoicos fuisse. singulis enim et genium et iunonem dederunt. Postea uidebimus an tantum diis uacet ut priuatorum negotia procurent. Interim illud scito siue assignati sumus siue neglecti et fortune dati nulli te posse imprecari quicquam grauius quam si imprecatus fueris ut se habeat iratum. Sed non est quare cuiquam quem pena putaueris dignum optes ut infestos deos habeat. habet inquam etiam si uidetur eorum fauore produci. Adhibe diligentiam tuam et intuere quid sint res nostre non quid uocentur et sciens plura mala contingere nobis quam accidere. Quotiens enim felicitatis et causa et initium fuit quod calamitas uocabatur. Quotiens magna gratulatione excepta res gradum sibi struxit in preceps et aliquem iam eminentem alleuauit etiamnunc tamquam adhuc ibi staret unde tuto cadunt. Sed ipsum illud cadere non habet in se mali quicquam si exitum spectes ultra quem natura neminem deiecit. Prope est rerum omnium terminus. prope est inquam et illud unde felix eicitur et illud unde infelix emittitur. Nos utraque extendimus et longa spe ac metu facimus. Sed si sapis omnia humana condicione metire simul et quod gaudes et quod times contrahe. Est autem tanti nichil diu gaudere ne quid diu timeas. Sed quare istuc malum astringo. Non est quod quicquam timendum putes. Vana sunt ista que nos mouent que attonitos habent. Nemo nostrum quid ueri esset excussit sed metum alter alteri tradidit. Nemo ausus est ad id quo perturbabatur accedere et naturam ac bonum timoris sui nosse. Itaque res falsa et inanis habet adhuc fidem quia non coarguitur. Tanti putemus oculos intendere. iam apparebit quam breuia quam incerta quam tuta timeantur. Talis animorum nostrorum est confusio qualis Lucretio uisa est. Nam ueluti pueri trepidant atque omnia cecis in tenebris metuunt ita nos in luce timemus. Sed falsum est Lucreti non timemus in luce. Omnia nobis fecimus tenebras. Nichil uidemus nec quid noceat nec quid expediat. Tota uita incursitamus nec ob hoc resistimus aut circumspectius pedem ponimus. Vides autem quam sit furiosa res in tenebris impetus. At mehercules id agimus ut longius

revocandi sumus et cum ignoremus quo feramur
velocitate in illo quo tendimus perseveramus. sed
vertere si velimus potest. Uno autem modo potest si quis
humanorum divinorumque notitiam scientia acce-
perit. si illa se non perfuderit sed infecerit sed
eadem quamvis sciat retractaverit et ad se saepe
rettulerit. si quaesierit quid sit bonum quid mala
cui hoc falso sit nomen ascriptum. si quaesierit
de honestis et turpibus de providentia. Nec
humani ingenii sagacitas sistitur. prospicere
et ultra mundum libet quo feratur unde surre-
xerit in quem exitum tanta rerum velocitas properet.
Ab hac divina contemplatione abductum animum in sor-
dida et humilia pertraximus ut avaritie servi-
ret ut relicto terminis mundo et eius et dominis
cuncta circumeuntibus terram scrutaretur et quereret quid ex
illa mali effoderet non contentus oblatis. Quicquid
nobis bono futurum erat deus et parens noster in pro-
ximo posuit. Non expectavit inquisitionem nos-
tram et ultro dedit. nocitura altissime pressit.
Nichil nisi de nobis queri possumus. Ea quibus
periremus nolente rerum natura et abscondente protulimus.
Addiximus animum voluptati cui indulgere initium
omnium malorum est. Tradidimus ambitioni et fame
ceteris eque vanis et inanibus. Quid ergo nunc te
hortor ut facias. nichil novi. nec enim novis ma-
lis remedia queruntur. sed hoc primum ut tecum ipse de-
spicias quid sit necessarium quid supervacuum. Ne-
cessaria tibi occurrent. supervacua et semper toto animo
querenda sunt. Non est autem quod te nimis laudes si con-
tempseris auratos lectos et gemmeam supellecti-
lem. Que est enim virtus supervacua contempnere. Tunc
te admirare cum contempseris necessaria. Non magnam
rem facis quod vivere sine regio apparatu potes.
quod non desideras miliarios apros nec lingua
phenicopterorum et alia portenta luxurie iam
tota animalia fastidientis et certa membra ex si-
gulis eligentis. tunc te admirabor si non contem-
pseris etiam sordidum panem. si tibi persuaseris
herbas ubi necesse est non pecori tantum sed homini
nasci. si scieris cacumina arborum explementum
esse ventris in quem sic preciosa congerimus tamquam
recepta servaturi. sine fastidio impleatur. Quid
enim ad rem pertinet quid accipiat perditurus
quicquid acceperit. Delectat te disposita que terra
marique capiuntur. Alia ergo gratiora sed recen-
tia perferuntur ad mensam. Alia si diu pa-
sta et coacta pinguescere fluunt ac vix sagi-
nam continent suam. Delectat te nitor horum
arte quesitus. At me hercules ista sollicite scru-
tata varietate condita cum subierit ventrem una
atque eadem feditas occupavit. Vis ciborum

voluptatem contempnere. Ex inde spectata. Attalum
memini cum magna admiratione omnium hec dicere.
Diu mihi inquit imposuere divitie. stupebam ubi
aliquid ex illis alio atque alio loco fulserat.
Existimabam similia esse que laterent hiis que
ostenderentur. Sed in quodam apparatu vidi totas
opes urbis celatas et auro et argento et hiis
que pretium auri argentique vicerunt. exquisitos colo-
res et vestes ultra non tantum nostrum sed ultra finem ho-
stium advectas. hinc puerorum perspicuos cultu
atque forma greges hinc feminarum et alia que res
suas recognoscens summi imperii fortuna protulerat.
Quid hoc est inquam aliud quam irritare cupiditates ho-
minum per se incitatas. Quid sibi vult ista pecu-
nie pompa. Ad discendam avariciam convenimus.
At me hercules minus cupiditatis istinc effe-
ro quam attuleram. Contempsi divicias non quia
supervacue sed quia pusille sunt. Vidisti ne quam intra
paucas horas ille ordo quamvis lentus dis-
positusque transierit. Hoc totam vitam nostram occupa-
bit quod totum diem occupare non potuit. Accessit
illud quoque tam supervacue mihi vise sunt habentibus quam
fuerunt spectantibus. Hoc itaque ipse mihi dico quotiens ta-
le aliquid perstrinxerit oculos meos quotiens occur-
rit domus splendida cohors culta servorum lectica
formosis imposita calonibus. quid miraris quid
stupes. pompa est. ostenduntur iste res non pos-
sidentur et dum placent transeunt. Ad veras
potius te converte divitias. Disce parvo esse con-
tentus et illam vocem magnus atque animosus excla-
ma. habeamus aquam habeamus polentam. Iovi
ipsi controversiam de felicitate faciamus. Faciamus
oro te et si ista defuerint. turpe est beatam vitam
in auro et argento reponere. eque turpe est in aqua
et polenta. Quid ergo faciam si ista non fuerint. Queris
quod sit remedium inopie. Famem fames finit.
alioquin quid interest magna sit an exigua
que servire te cogunt. Quid refert quantum sit
quod tibi possit negare fortuna. Hec ipsa aqua
et polenta in alienum arbitrium cadit. liber est
autem non in quem parum licet fortune sed in quem nichil.
Ita est nichil desideres oportet si vis Iovem provoca-
re nichil desiderantem. Hec nobis Attalus dixit
omnibus. Que si voles frequenter cogitare id ages
ut sis felix non ut videaris et ut tibi vide-
aris non aliis. Vale.

De vera philosophi magnitudine quam zophizmata vel cavillationes praestare non possunt.

c. III.
c. 2.

Quid vocentur latine
zophizmata quesisti a me multi
temptaverunt illis nomen imponere nullum hesit
videlicet quia res ipsa non recipiebatur a nobis
nec in usu erat. nomini quoque repugnatum est. Aptissimum

niunt: Bonum est quod invitat animos, quod ad se
vocat. Huic statim opponitur: quid si invitat

quid bonum

quidez s3 in pruritem· scis q̄ multa mala bla
da sint· Vez 7 veri simile int' se differut.
Jtaq3 qd' bonu ē ueco iungit'· No est eni bo
n̄ uerū ē· at qd' inuitat ad se 7 alliceat sat'
veri sile ē· subripit· sollicitat· attrahit· Q
dā ita finierut· Bonu ē qd' ad petitōez
sui mouet· ul qd' impetu ai tendētis ad
se mouet· Et huic idez opp°· Multa eni impetu
ai mouet· que petant' petētuz malo· Me
lius eni illi qui ita finierut Bonu qd' ad se
impetu ai scdm nāz mouet· 7 ita demum
petēdu ē cu cepit ee expetendu Jaz 7 hoc
stu est· hr' eni pfcte ē petend· locus ipse me
admonet· ut quid intsit int' bonu hoestuq3
dicaz· aliq̄ int' se mixtu3 hnt 7 insepabile· N
pt bonu ee n̄ cui ad honesti est· 7 hone
stu utiq3 bonu ē· Qd go int' duo int' est·
honestu est pfectu bonu quo bta vita
complet'· cuius ɔtactu alia q3 bona fiut Qd
dico tale ē· sut qda neq3 bo neq3 mala· tanq̄
milicia legatio iurisdictio· h ai honeste ini
strata sut bona ee incipiut 7 ex dubio in
bonu trāseut· Bonu societ' honesta fit· hoe
stu pse bonu ē· bonu ex honesto fluit· ho
nestu ex se ē· Qd .p. in bonu ē malu ee po
tuit· qd' honestu ē nisi bonu ee no potuit·
Hac quidaz finitōz reddiderut· Bonu ē qd'
scdm natuz est· Attende quid dicaz· qd' bo
ē scdm natuz· No ptin° qd' scdm nāz ē
7 bonu est· Multa quidez nā ɔsentiut sed
taz pusilla sut ut no ɔueniat illis bon
nome· leuia eni sut ɔtemneda· nllu ē mi
nimu ɔtemnedu3 bonu· Na q̄diu exiguu
est bonu no est· cu bonu ee cepit no est
exiguu· vn adeo cognoscit' bonu si pfectū
scdm nāz est s3 bona no ee· Quo g° illud
bonu ē cu h no sint· Quo ad aliaz ꝓpetāz
pueniat cu utriq3 pncipiu illud cōe sit scdm
nāz ee· ipaz s3 magtudiez· Nec hr' nouu ē
quedaz crescendo mutari· Infans fuit factus
est pubes· alia eius ꝓpetas sit· Jlle eni irro
nabilis ē· hr' ronabilis· Quedaz in crēmeto no
tm in maius exeut s3 in aliud· No fit aliud
aliud qd' maius sit· Vtru lagenā an do
liu impleas vino nich refert· i utroq3 ꝓpetās
uini est· Et exiguu mellis pond° ex magno
sapore non differt· diusa pois exempla
In istis eni eadē qualitas est· Quius au
geat' manet queda amplificata in suo
gnē 7 i sua ꝓpetate pdurant· Quedaz p°
multa incrementa ultima demu uertut ad
uertio 7 noua illis aliaq3 q̄ in q̄ fuerat

ɔdicioz imprimit· vn° lapis facit fornam
ille qui latera inclinata cuneauit· 7 illu
tu suo uinxit· summa adiectio q̄r plurimu
fat· ut exigua· q̄ no auget sed implet· Q
daz pressum pcre exeunt forma 7 inoua
transeunt· vbi animus aliquid diu protulit
7 i magtudiez ei° ꝓspiciendo lassatus ē· Infini
tu cepit uocari qd' loge aliud factu est
q̄ fuit cu magnu uidet' s3 finitu· eode
aliq̄ difficili' secari cogitauim· nouissime
crescente ad difficiltā3 insecabile inuentu est
sit ab eodez iure 7 ægre mouebat pressimus
ad imobile· Eodez 7 ē aliq̄ scdm nāz fuit
hr' i aliaz ꝓpetatez magtudo sua transtulit
7 bonu fecit· Vale· **Ad parsimoniā uictus
7 tormēto insedias luxurie· Et q̄ mich pa**

Quotiens aliq̄ t' scribo **est qd' satis ē**
qno experto donec dicas· in cōe ipe
in dicas· quid sit quid inueneri· Cras· sim
lapsa meru lucru est· docebo quo si diu
celeberrime possis· q̄ ualde cupis audire
nc' limito ad maxias te diuicias ɔpendiaria
ducat· Opus erit tn̄ tibi creditore ut nego
ari possis es alienu facies· opz· s3 nolo p
intercessore mutueris nolo pseuerer no° tu
iacet patu tibi creditorez dabo· catonian
illu a te mutu sumes· Quantulucuq3 ē sat
erit si quicq̄ deerit id a uob peticris N
eni in lualē int' est· utru no desiderēs an habe
summa res i utroq3 eadez ē· No torquebis· N
illud pcipio ut ad nē neges· Cotumax ē
no pt uincta sui possit· s3 ut quiq̄ nā exerc
sciās no natu3 parcū esse· Esurio· edend
vtru hic panis sit plebeius an siligineus
ad nām nichil ptinet· Jlla uentrē no del
ctari vult s3 impleri· Sitio· utrū h aqua sit
ex lacu prio excepto an ea qua multa ni
ue clusero· ut rigore refrigeret' alieno· ad n
turā mich ptinz· Jlla hoc unu iubet· siti ext
gui· vtru sit aureu poculu· an cristallinu
an mirreu· an tiburtin° calix an manus
ɔcaua nichil refert· finez oim reru specta
7 sup uacua dimittes· fames me appellat·
ad prta queq3 extendat man°· Jpa in ɔme
daint quodcuq3 ɔphendero· Nichil ɔtemnit
esuriens· Qd' sit g° qd' me delectauit· qr
uidet' m egregie dictu· sapiens diuiciar
naturalium ē quesitor acerrimus· Jn aīa mqsl ian
te mus· Qd ē istud iane· Ergo paucitate
fistos circumspiciebaz· miq̄t me mare nego
ciaturus immittez q̄ publicu agitarez
q̄s arcesserez merces· Decipe ē istud· dvn

paupertatem cum divicias perveneris. Ita tamen pauperem indicas cui nichil deest. Quo ipse et patientie sue beneficio non fortune. Ideo ergo illum non indicas divitem quia divicie eius desinere non possunt. Utrum magis habere multum an satis. Qui multum habet plus cupit. Sed est argumentum nondum illum satis habere quod satis habet. Consecutus est quod numquam divitiis contingit finem. An has ideo non putas esse divicias quia propter illas nemo proscriptus est. Quia propter illos nulli venenum filius nulli uxor opposuit. Dispone an parum habet qui tantum non alget. non esurit. non sitit. plus Jupiter non habet. Numquam parum est quod satis est. Numquam satis non est quod multum est. Post darium et indos pauper est allexander macedo. Querit quod suum faciat. Scrutatur maria ignota. in occeanum classes mittit novas. et ita ut dicam mundi claustra perrumpit. Quod nature satis est homini non est. Inventus est qui concupisceret aliquid post omnia. tanta est cecitas mentium et tanta initiorum suorum unicuique cum processit oblivio. Ille modo ignobilis anguli non sine controversia dominus tacto fine terrarum per suum rediturus orbem tristis est. Neminem pecunia divitem fecit immo contra nulli non maiorem sui cupiditatem incussit. Queris quis sit huius rei causa. plus incipit habere posse qui plus habet. Ad summam quem voles mihi ex hiis quorum nomina cum creso licinioque numerantur in medium licet protrahas. afferat censum et quicquid habet et quicquid sperat simul computet. Iste mihi credere pauper est si tibi potest esse. At hic qui se ad quod exigit natura composuit. non tantum extra sensum est paupertatis sed extra metum. Sed ut scias quam difficile sit res suas ad naturalem modum coartare. hic ipse quem tu naturam(?) circumscribimus quem tu vocas pauperem habet aliquid et supervacui. At excecat populum et in se convertunt opes si numerati multum ex aliqua domo effertur. si multum auri tecto quoque eius illinitur. si familia aut corporibus electa aut spectabilis cultu est. Omnium istorum felicitas in publicum spectat. Ille quem nos et populo et fortune subduximus beatus introrsum est. Nam quod ad illos pertinet apud quos falso diviciarum nomen invasit occupata paupertas. sic divicias habent quomodo habere dicimur febrem cum illa nos habeat. E contrario dicere solemus febris illum tenet. eodem modo dicendum est divicie illum tenent. Nichil ergo maluisse te malim quam hoc quod nemo monetur satis. Ut omnia naturalibus desideriis metiaris. quibus aut gratis satis fiat aut parvo. tantum miscere vitia desideriis noli. Queris quali mensa quali argento quam paribus ministeriis et levibus afferatur cibus. nichil preter cibum natura desiderat. Num tibi cum fauces urit sitis aureas queris pocula. num esuriens fastidis omnia preter pavonem rombumque. Ambitiosa non est fames. contenta desinere est. quo desinat non nimis curat. Infelicis luxurie ista tormenta sunt. Querit quemadmodum post saturitatem quoque esuriat. quemadmodum non impleat ventrem sed farciat. quemadmodum sitim prima potione sedatam revocet. Egregie itaque Oracius negat ad sitim pertinere quo poculo aqua aut quam eleganti manu ministretur. Nam si pertinere ad te iudicas quam crinitus puer et quam perlucidum tibi poculum porrigat non sitis. Inter reliqua hoc nobis natura prestitit precipuum quod necessitati fastidium excussit. Recipiunt supervacua dilectum. hoc parum decens. illud laudatum. oculos meos ledit. Id actum est ab illo mundi conditore qui nobis vivendi iura descripsit ut salvi essemus non ut delicati. ad salutem omnia parata sunt et in promptu. deliciis omnia misere ac sollicite comparantur. Utamur ergo hoc nature beneficio inter magna numerando et cogitemus nullo nomine melius illam meruisse de nobis quam quia quicquid ex necessitate desideratur sine fastidio sumitur. Vale.

Quomodo ad nos prima pervenerit boni honestique noticia. Ubi not

Epistola tua per plures questiunculas vagata est sed in una constitit et hanc expediri desiderat. quomodo ad nos boni honestique noticia pervenerit. Hec duo apud alios diversa sunt apud nos tamen divisa. Quid sit hoc dicam. Bonum putant esse aliqui id quod utile est. Itaque hoc et divitiis et equo et vino et calceo nomen imponunt. tanta fit apud illos boni vilitas et adeo usque in sordida descendit. Honestum putant cui ratio recti officii constat. tamquam pie curatam patris senectutem. adiutam amici paupertatem. fortem expeditionem. prudentem moderatamque sententiam. Ista duo quidem facimus sed ex uno. Nichil est bonum nisi quod honestum est. quod honestum est utique bonum. Supervacuum iudico addicere quid inter ista discriminis sit cum sepe dixerim. Hoc unum dicam nichil nobis videri bonum quo quis et male uti potest. Vides autem divitiis nobilitate viribus quam multi male utantur. Nunc ergo ad id revertor de quo desideras dici. quomodo ad nos prima boni honestique noticia pervenerit. Hoc nos natura docere non potuit. semina nobis sciencie dedit. Quidam aiunt nos in noticiam incidisse quod est incredibile virtutis alicui speciem casu occurrisse. Nobis videtur observatio collegisse et rerum sepe factarum inter se collatio. per analogiam nostri intellectum et honestum et bonum iudicant. Hoc verbum cum latini grammatici civitate donaverint. ego damnandum non puto. puto in civitatem suam redigendum. Utar ergo illo

e. 120.
c. 3.

non tamen tamquam recepto sed tamquam usitato. Ex-
sit hec analogia dicitur. Noveramus corporis ex-
his collegimus esse et animi robur aliquid. Benigna
facta aliqua, humana, aliqua fortia nos obstu-
pefecerant. Hec cepimus tamquam perfecta mirari.
Suberant illis multa vitia, que species conspicui
in aliquo facti fulgorque celabat. Hec dissimula-
vimus. Natura iubet augere laudanda; nemo non gloriam
ultra verum tulit. Ex hiis ergo speciem ingentis
boni traximus. Fabricius Pirrhi regis aurum
repulit maiusque regno iudicavit regias
opes contempnere. Idem medico Pirrhi promittente
venenum se regi daturum monuit Pirrhum ca-
veret insidias eiusdem animi fuit auro non vinci,
veneno non vincere. Admirati sumus inge-
tem virum quem non regis, non contra regem promissa fle-
xissent, boni exempli tenacem, quod difficilli-
mum est, in bello innocentem, qui aliquid esse crede-
ret et in hostes nefas, qui in summa paupertate quam
sibi decus fecerat non aliter refugit divicias
quam venenum. Vive, inquit, beneficio meo
Pirrhe, et gaude quod adhuc dolebas Fabri-
cium non posse corrumpi. Horacius Cocles
solus implevit pontis angustias adimi-
que a tergo sibi reditum dum ... hosti iter iussit
(et restituit) etiam diu restitit prementibus, donec revul-
sa ingenti ruina tigna sonuerunt. Postquam
respexit et extra periculum esse patriam periculo suo
sensit: Veniat, si quis vult, inquit, sic euntem sequi.
Iecitque se in preceps et non minus sollicitus in
illo rapido alveo fluminis ut armatus quam ut
salvus exiret, retento armorum victricium
decore tam tutus redit quam si ponte venisset.
Hec et eiusmodi facta imaginem nobis ostendere
virtutis. Adiciam quod mirum fortasse videatur:
Mala interdum speciem honesti obtulere et optimum ex
contrario enituit. Sunt enim, ut scis, virtutibus vicia
confinia, et perditis quoque ac turpibus recti similitudo
est. Sic mentitur prodigus liberalem, cum plurimum
intersit utrum quis dare sciat an servare nesciat.
Multi, inquam, sunt, Lucili, qui non donant sed proici-
unt. Non voco ego liberalem pecunie sue iratum.
Imitatur neglegentia facilitatem, temeritas for-
titudinem. Hec nos similitudo coegit atten-
dere et distinguere specie quidem vicina, re autem
plurimum inter se dissidentia. Dum observamus
eos quos insignes egregium opus fecerat,
cepimus annotare quis rem aliquam generoso
animo fecisset et magno impetu, sed semel. Hunc
vidimus in bello fortem, in foro timidum,
animose paupertatem ferentem, humiliter infamiam;
factum laudavimus, contempsimus virum. Alium

vidimus adversus amicos benignum, adversus
inimicos temperatum, et publica ac privata sancte
ac religiose administrantem. Non deesse et in hiis
que toleranda erant patientiam, in hiis que agenda
prudentiam vidimus; ubi tribuendum esset, ple-
nam manu dantem; ubi laborandum, pertinacem et
obnixum et lassitudinem corporis animo sublevantem.
Preterea idem erat semper et in omni actu par sibi, iam
non consilio bonus sed more eo perductus ut
non tantum recte facere posset, sed nisi recte facere non posset.
Intelleximus in illo perfectam esse virtutem. Hanc in
partes divisimus. Oportebat cupiditates refre-
nari, metus opprimi, facienda provideri, reddenda di-
stribui. Comprehendimus temperantiam, fortitudinem, pru-
dentiam, iusticiam, et suum cuique dedimus officium.
Ex quo ergo virtutem intelleximus? Ostendit illam
nobis ordo eius et decor et constancia et om-
nium inter se actionum concordia et magnitudo super
omnia efferens sese. Hinc intellecta est illa be-
ata vita secundo defluens cursu, arbitrii sui
tota. Quomodo ergo hoc ipsum nobis apparuit? Dicam.
Numquam vir ille perfectus adeptusque virtutem
fortune maledixit. Numquam accidencia tristis ex-
cepit. Quia esse se universi et militem credens
labores veluti imperatos subiit. Quicquid incide-
rat non tamquam malum aspernatus est et in se
casum delatum, sed quasi delegatum sibi. Hoc quic-
quid est, inquit, meum est. Asperum est, durum est;
in hoc ipso navemus operam. Necessario itaque magnus
apparuit qui numquam malis ingemuit, numquam
de fato suo questus est. Fecit multis intellectum
sui et non aliter quam in tenebris lumen effulsit.
Advertitque in se omnium animos cum esset placidus et le-
nis, humanis divinisque rebus pariter equus. Habe-
bat perfectum animum et ad summam sui adductum, supra
quam nichil est nisi mens dei. Ex quo pars et
hoc pectus mortale defluxit. Quod numquam
magis divinum est quam ubi mortalitatem suam co-
gitat et scit in hoc natum hominem ut vita defun-
geretur, nec domum esse hoc corpus sed hospicium,
et quidem breve hospicium quod relinquendum est ubi te
gravem esse hospiti videas. Maximum inquam, mi
Lucili, argumentum est animi ab altiore sede venientis
si hec in quibus versatur humilia iudicat et an-
gusta, sed exire non metuit. Scit enim quo ex-
iturus sit qui unde venerit meminit. Non
videamus quam multa nos incommoda exagi-
tent, quam male nobis conveniat hoc corpus. Nunc
de capite, nunc de ventre, nunc de pectore
ac faucibus querimur. Alias nervi nos, a-
lias pedes vexant, nunc deiectio, nunc
distillatio. Aliquando superest sanguis, aliquando deest.

hic atque illic reptamus et expellimur. hoc evenire
solet in alieno habitantibus. At nos corpus
tam turpe sortiti nichilominus eterna proponimus
et in quantum potest humana etas protendi, tantum spe
occupamus. nulla contenti pecunia, nulla potentia.
Quid hac re fieri impudentius, quid stultius potest?
nichil satis est morituris, immo morientibus.
cotidie enim propius ab ultimo stamus, et illo unde
nobis cadendum est hora nos omnis impellit.
Vide in quanta cecitate mens nostra sit. hoc quod fu-
turum dico cum maxime fit, et pars eius magna
iam facta est. Nam quod viximus tempus eo loco
erat quo erat antequam viximus. Erramus autem
qui ultimum diem timeamus, cum tantundem in mortem
singuli conferant. Non ille gradus lassitudinem
facit in quo deficimus, sed ille profitetur. ad mortem
dies extremus pervenit, accedit omnis. carpit nos
illa, non corripit. Ideo magnus animus conscius sibi
melioris nature dat quidem operam ut in hac sta-
tione qua positus est honeste se atque industrie
gerat. ceterum nichil horum que circa sunt suum iudi-
cat, sed ut commodatis utitur, peregrinus et properans.
Cum aliquem videremus huius constantie, quidni
subiret nos species non usitate indolis? utique
si hanc ut dixi magnitudinem veram esse ostende-
bat equalitas. vero tenor permanet, falsa non du-
rant. Quidam alternis uaticinium, alternis cato-
nes sunt. et modo parum illis severus est curius, parum
pauper fabricius, parum frugi et contentus vilibus
tubero, modo licinum divitiis, apicium cenis,
mecenatem deliciis provocant. Maximum indi-
cium male mentis fluctuatio, et inter simulationem
virtutis amorem que viciorum assidua iactatio. Ha-
bebat sepe ducentos, sepe decem servos. modo
reges atque tetrarchas omnia magna loquens. modo
sit mihi mensa tripes et concha salis puri, toga que
defenderet frigus quamvis crassa queat. Decies
centena dedisses huic parco paucisque conten-
to, quinque diebus nichil erat. Homines isti tales sunt
quales hunc describit Oratius Flaccus, numquam
eundem nec similem quidem sibi, adeo in diversum
aberrat. Multos dixi? prope est ut omnes sint. nemo
non cotidie et consilium mutat et votum. Modo
uxorem vult habere, modo amicam, modo regnare vult,
modo id agit ne quis sit officiosior servus.
Modo dilatat se usque ad invidiam, modo subsidit
et contrahitur infra humilitatem vere iacentium. nunc
pecuniam spargit, nunc rapit. sic maxime co-
arguitur animus imprudens. alios prodit atque
alios, et quo turpius nichil iudico, impar
sibi est. Magnam rem puta unum hominem agere.
preter sapientem autem nemo unum agit. ceteri multi-
formes sumus. modo frugi tibi videbimur et gra-
ves, modo prodigi et vani. mutamus subinde
personam et contrariam ei sumimus quam exuimus. hoc er-
go a te exige, ut qualem institueris prestare
te, talem usque ad exitum serves. Effice ut pos-
sis laudari, si minus, ut agnosci. De aliquo
quem heri vidisti merito dici potest: hic quis est?
tanta mutatio est. Vale.

Quod omnibus ani-
malibus sit constitutionis sue tempus. Et quod omnibus
constitutionibus suus sensus est. Et quod sit consti-

Litigabis ego video cum tibi ho- tutio.
diernam questiunculam in qua satis diu he-
simus exposuero. Iterum enim exclamabis: hoc
quid ad mores? sed exclamanti tibi primum
alios opponam cum quibus litiges, Possidonium
et Archidemum. hii iudicium accipient. Deinde
dicam: non quicquid morale est bonos mores facit.
aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exer-
cendum, aliud ad vestiendum, aliud ad docendum,
aliud ad delectandum. omnia tamen ad hominem pertinent
etiam si non omnia meliorem eum faciunt. Mores
alii aliter attingunt. quedam illos corrigunt et ordi-
nant, quedam naturam eorum et originem scrutantur. Cum que-
ro quare hominem natura produxerit, quare pretulerit animalibus
ceteris, longe me iudicas mores reliquisse?
falsum est. Quomodo enim scies qui habendi sint, nisi quid
homini sit optimum inveneris, nisi naturam eius inspe-
xeris? tunc demum intelliges quid faciendum est,
quid vitandum sit, cum didiceris quid nature tue de-
beas. Ego inquis volo discere quomodo minus cu-
piam, minus timeam. superstitionem mihi excute. doce
leve esse vanumque hoc quod felicitas dicitur. unam
illi sillabam facillime accedere. Desiderio tuo sa-
tisfaciam. et virtutes exhortabor et vicia
converberabo. licet aliquis nimium immoderatumque
in hac parte me iudicet, non desistam persequi
nequitiam et affectus efferatissimos inhibere
et voluptates ituras in dolorem compescere
et votis obstrepere. Quidni? cum maxima ma-
lorum optaverimus et ex gratulatione natum sit
quicquid alloquimur. Interim permitte mihi ea que pau-
lo remotiora videntur excutere. Querebamus an es-
set omnibus animalibus constitutionis sue sensus. Esse
autem ex eo maxime apparet quod membra
apte et expedite movent non aliter quam in hoc
erudita. nulli non partium suarum agilitas est.
Artifex instrumenta sua tractat ex facili, rector
navis scite gubernaculum flectit. Pictor colo-
res quos ad reddendam similitudinem multos
variosque ante se posuit celerrime deno-
tat, et inter ceram opusque facili vultu ac
manu commeat. sic animali nomine usum sui

e. 121.
c. e.

mobilitatem imitari solemus. Mirantur peritos qui in omnem significationem rerum et affectuum parata illorum est manus et verborum facilitatem gestus assequuntur. Quod illis ars prestat, his natura. Nemo moliter egre artus suos, nemo in usu suo hesitat. Ad hoc edita protinus faciunt. Hac scientia prodeunt, instituta nascuntur. Ideo inquit partes suas animalia apte movebant quia si aliter moverint dolorem sensura sunt. Ita ut vos dicitis coguntur, metusque illa in rectum non voluntas movet. Quod est falsum. Tarda enim sunt que necessitate impelluntur. Agilitas sponte motis est. Adeo autem non adigit illa ad hoc doloris timor ut in naturalem motum etiam dolore prohibente nitantur. Sic infans qui stare meditatur et ferre se assuescit, simul temptare vires suas cepit, cadit et cum fletu totiens resurgit donec se per dolorem ad id quod natura posceret exercuit. Animalia quedam tergi duri versa inversum tam diu se torquent ac pedes exerit et obliquat donec ad locum reponantur. Nullum tormentum sentit supina testudo, inquieta est tamen desiderio naturalis status nec ante desinit niti quatere se quam in pedes constitit. Ergo omnibus constitutionis sue sensus est et inde membrorum tam expedita tractatio. Nec ullum maius indicium habemus cum hac illa ad vivendum venire noticia, quam quod nullum animal ad usum sui rude est. Constitutio inquit est ut vos dicitis principale animi quodammodo se habens erga corpus. Hoc tam perplexum et subtile et vobis quoque vix enarrabile quomodo infans intelligat? Omnia animalia dialectica nasci oportet, ut istam finitionem magne parti hominum togatorum obscuram intelligant. Verum erat quod opponis si ego ab animalibus constitutionis finitionem intelligi dicerem, non ipsam constitutionem. Facilius natura intelligitur quam enarratur. Itaque infans ille quid sit constitutio non novit, constitutionem suam novit, et quid sit animal nescit, animal se esse sentit. Preterea ipsam constitutionem suam crasse intelligit et summatim et obscure. Nos quoque animum habere nos scimus, quid sit animus, ubi sit, qualis sit aut unde nescimus. Qualis ad nos pervenit animi nostri sensus quamvis naturam eius ignoremus ac sedem, talis ad omnia alia constitutionis sue sensus est. Necesse est enim id sentiant per quod alia quoque sentiunt, necesse est eius sensum habeant cui pareant, a quo reguntur. Nemo non ex nobis intelligit esse aliquid quod impetus suos moveat; quid sit illud ignorat. Et quod natum sibi esse scit, quid sit aut unde sit nescit. Sic infantibus quoque animalibusque principalis partis sue sensus est non satis dilucidus nec expressus. Dicitis inquit omne animal primum constitutioni sue conciliari, hominis autem sibi non tamquam animali sed tamquam rationali. Ea enim parte carus est homo qua homo est. Quomodo ergo infans conciliari rationali potest cum rationalis nondum sit? Unicuique etati sua constitutio est. Alia infanti, alia puero, alia seni. Omnes constitutioni conciliantur in qua sunt. Infans sine dentibus est, huic constitutioni sue conciliatur. Enati sunt dentes, huic constitutioni conciliatur. Nam et illa herba que in segetem frugem ventura est aliam constitutionem habet tenera et vix eminens sulco, aliam cum convaluit et molli quidem culmo secundum quod ferat onus suum constitit, aliam cum flavescit et ad aream spectat et spica eius induruit. In quamcumque constitutionem venerit, eam tuetur, in eam componitur. Alia est etas infantis, pueri, adolescentis, senis. Ego tamen idem sum qui et infans fui et puer et adolescens. Sic quamvis alia atque alia cuique constitutio sit, conciliatio constitutionis sue eadem est. Non enim puerum mihi aut iuvenem aut senem, sed me natura commendat. Ergo infans ei constitutioni sue conciliatur que tunc infanti est, non que futura iuveni est. Neque enim si aliquid illi maius in quod transeat restat, non hoc quoque in quo nascitur secundum naturam est. Primum sibi ipsi conciliatur animal; debet enim aliquid esse ad quod alia referantur. Voluptatem peto. Cui? mihi. Ergo mei curam ago. Dolorem refugio. Pro quo? pro me. Ergo mei curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est mei cura. Hec animalibus inest cunctis nec inseritur nec innascitur. Producit fetus suos non abicit, et quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisque commissus est. Itaque ut prioribus epistolis dixi, tenera quoque animalia et materno utero vel quoquo modo effusa quid sit infestum ipsa protinus norunt et mortifera devitant. Umbram quoque transvolantium reformidant obnoxia avibus rapto viventibus. Nullum animal ad vitam prodit sine metu mortis. Quemadmodum inquit editum animal intellectum habere vel salutaris aut mortifere potest? Primum queritur an intelligat, non quemadmodum intelligat. Esse autem illis intellectum ex eo apparet quod nichil amplius si intellexerint facient. Quid est quare pavonem, quare anserem gallina refugiat, an tanto minorem et ne notum quidem sibi accipitrem? Quare pulli felem (al. catum) timeant, canem non timeant? Apparet illis inesse scientiam nocituri non experimento collectam, nam antequam possint experiri, cavent. Deinde ne hoc casu existimes fieri, nec metuunt alia quam debent nec umquam obliviscuntur huius tutele et diligentie. Equalis est illis a pernicioso fuga. Preterea ni

sunt timidiora vivendo. Ex quo quidem apparet non usu illa ad hoc pervenire sed naturali amore salutis sue. Et tardius et varium quod usus docet; quicquid natura tradit et equale omnibus est et statim. Si tamen exigis, dicam quomodo omne animal perniciosa intelligere conetur. Sentit se carne constare, itaque sentit quid sit quo secari caro, quo uri, quo obteri possit. Que sunt animalia armata ad nocendum, horum speciem trahit inimicam et hostilem. Inter se ista coniuncta sunt; simul enim conciliatur saluti sue quodque et iuvat illa petit, lesura formidat. Naturales a contrariis aspernationes sunt sine ulla cogitatione que hoc dictet; sine consilio fit quicquid natura precepit. Non vides quanta sit subtilitas apibus ad fingenda domicilia, quanta dividui laboris obeundi undique concordia? Non vides quam nulli mortalium imitabilis sit illa aranee textura, quanti operis sit fila disponere, alia in rectum immissa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex denso rara, quibus minora animalia in quorum perniciem illa tenduntur velud retibus implicata teneantur? Nascitur ars ista, non discitur. Itaque nullum est animal altero doctius. Videbis araneas pares telas, par in favis angulorum omnium foramen. Incertum est et inequale quicquid ars tradit; ex equo venit quod natura distribuit. Hec nichil magis quam tutelam sui et eius peritiam tradidit, ideoque etiam simul incipiunt et discere et vivere. Nec est mirum cum eo nasci illa sine quibus frustra nascerentur. Primum hoc instrumentum illa natura contulit ad permanendum, conciliationem et caritatem sui. Non poterant salva esse nisi vellent. Nec hoc per se profuturum erat, sed sine hoc nulla res profuisset. Sed in nullo deprehendes vilitatem sui, ne negligentiam quidem. Tacitis quoque et brutis, quamvis in cetera torpeant, ad vivendum sollertia est. Videbis que aliis inutilia sunt sibi ipsa non deesse. Vale.

De hiis qui officia lucis noctisque pervertunt. Et quod natura sequentibus omnia facilia et expedita sunt.

Detrimentum iam dies sensit, resiluit aliquantulum, ita tamen ut liberale adhuc spatium sit si quis cum ipso ut ita dicam die surgat. Officiosior meliorque si quis illum expectat et lucem primam excipit; turpis qui alto sole semisomnis iacet, cuius vigilia in medio die incipit, et adhuc multis hoc antelucanum est. Sunt qui officia lucis noctisque perverterunt nec ante deducunt oculos hesterna graves crapula quam apparere nox cepit. Qualis illorum conditio dicitur quos natura ut ait Virgilius sedibus nostris subditos e contrario posuit: Nosque ubi primus equis Oriens afflavit anhelis, illis sera rubens accendit lumina Vesper, talis horum contraria omnibus non regio sed vita est. Sunt quidam in eadem urbe antipodes qui ut M. Cato ait nec orientem umquam solem viderunt nec occidentem. Hos tu existimas scire quemadmodum vivendum sit, qui nesciunt quando? Et hii mortem timent in quam se vivi condiderunt? Tam infausti homines quam nocturne aves sunt. Licet in vino unguentoque tenebras suas exigant, licet epulis et in multa fercula discoctis totum perverse vigilie tempus educant, non conviviantur sed iusta sibi faciunt. Mortuis certe interdiu parentatur. At mehercules nullus agenti dies longus est. Extendamus vitam; huius et officium et argumentum actus est. Circumscribatur nox et aliquid ex illa in diem transferatur. Aves que conviviis comparantur, ut inmote facile pinguescant, in obscuro continentur; ita sine ulla exercitatione iacentibus tumor pigrum corpus invadit et superba umbra iners sagina subcrescit. At istorum corpora qui se tenebris dicaverunt feda visuntur. Quippe suspectior illis quam morbo pallentibus color est. Hoc tamen minimum in illis malorum dixerim; quanto plus tenebrarum in animo est! Ille in se stupet, ille caligat, invidet cecis. Quis umquam oculos tenebrarum causa habuit? Interrogas quomodo hec animo pravitas fiat aversandi diem et totam vitam in noctem transferendi? Omnia vitia contra naturam pugnant, omnia debitum ordinem deserunt. Hoc est luxurie propositum, gaudere perversis nec tantum discedere a recto sed quam longissime abire, deinde etiam e contrario stare. Non videntur tibi contra naturam vivere qui ieiuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis et ad cibum ebrii transeunt? Atqui frequens hoc adolescentium vitium est, qui vires excolunt, ut in ipso pene balnei limine inter nudos bibant, immo potent, et sudorem quem moverunt potionibus crebris ac ferventibus subinde distringant. Post prandium aut cenam bibere vulgare est; hoc patres familias rustici faciunt et vere voluptatis ignari. Merum illud delectat quod non innatat cibo, quod libere penetrat ad nervos; illa ebrietas iuvat que in vacuum venit. Non videntur tibi contra naturam vivere qui commutant cum feminis vestem? Non vivunt contra naturam qui spectant ut pueritia splendeat tempore alieno? Quid fieri crudelius vel miserius potest? Numquam vir erit ut diu virum pati possit? Et cum illum contumelie sexus eripuisse debuerat, non eripiet ne etas quidem? Non vivunt contra naturam qui hieme concupiscunt rosam, fomentoque aquarum calentium et calorum apta mutatione bruma lilium, florem vernum, exprimunt? Non

vivunt contra naturam qui pomaria in summis turribus serunt. quorum silve in tectis domuum ac fastigiis nutant. inde ortis radicibus quo ipso cacumine egessisset. Non vivunt contra naturam qui fundamenta thermarum in mari iaciunt et delicate natare ipsi sibi videntur nisi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur. cum instituerunt omnia contra nature consuetudinem velle. novissime in totum ab illa desistunt. lucet. somni tempus est. quies est. nunc exerceamur. nunc gestemur. nunc prandeamus. Iam lux propius accedit. tempus est cene. Non oportet id facere quod populus. Res sordida est trita ac vulgari via vivere. dies publicus relinquatur. proprium nobis ac peculiare mane fiat. Isti vero mihi defunctorum loco sunt. Quantum enim a funere absunt. et quidem acerbo. qui ad faces et cereos vivunt. Hanc vitam agere eodem tempore multos meminimus. inter quos et Acilium Butam pretorium. cuius post patrimonium ingens consumptum Tiberius paupertatem confitenti. Sero inquit experrectus es. Recitabat Montanus Iulius carmen tolerabilis poete et amicitia Tiberii notus et frigore. Ortus et occasus libentissime inserebat. Itaque cum indignaretur quidam illum toto die recitasse. et negaret accedendum ad recitationes eius. Natta Pinarius ait. Numquid liberalius possum agere? paratus sum illum audire ab ortu ad occasum. Cum hos versus recitasset. Incipit ardentes Phebus producere flammas. spargere rubicundam dies. iam tristis hirundo argutis reditura cibos immittere nidis. Incipit et molli partitos ore ministrat. Varus eques romanus M. Vinicii comes cenarum bonarum assectator quas improbitate lingue merebatur exclamavit. Incipit Buta dormire. Deinde cum subinde recitasset. Iam sua pastores stabulis armenta locarunt. Iam dare sopitis nox pigra silentia terris incipit. idem Varus inquit. Quid dicit? Iam nox est. ibo et Butam salutabo. Nichil erat notius hac eius vita in contrarium circumacta quam ut dixi multi eodem tempore egerunt. Causa autem est ita vivendi quibusdam. non quia aliquid existimant noctem ipsam habere iocundius sed quia nichil iuvat obvium. et gravis male conscientie lux est. et omnia concupiscentibus aut contemnentibus prout magno aut parvo empta sunt. fastidio est lumen gratuitum. Preterea luxuriosi vitam suam esse in sermonibus dum vivunt volunt. Nam si tacent perdere se putant operam. Itaque aliquotiens faciunt quod excitet famam. Multi bona comedunt. multi amicas habent. Ut inter istos nomen invenias. opus est non tantum luxuriosam rem sed notabilem facere. in tam occupata civitate fabulas vulgares nequitia non invenit. Pedonem Albinovanum narrantem audieramus. Erat autem fabulator elegantissimus. habitasse se supra domum S-…-inis. erat ex hac turba lucifugarum. Audio inquit circa horam tertiam noctis flagellorum sonum. Quero quid faciat. dicitur rationes accipere. Audio circa horam sextam noctis clamorem concitatum. Quero quid sit. dicitur vocem exercere. Quero circa octavam horam quid sibi ille sonus rotarum vellet. gestari dicitur. Circa lucem discurritur. pueri vocantur. cellarii coqui tumultuantur. Quero quid dicitur. mulsum et alicam poposcisse a balneo exisse. Excedebat inquit huius diem cena. minime. valde enim frugaliter vivebat. nichil consumebat nisi noctem. Itaque credo dicentibus illum quibusdam avarum et sordidum. Vos inquit illum et lichnobium dicetis. Non debes admirari si tantas invenis vitiorum proprietates. varia sunt. innumerabiles habent facies. comprehendi eorum genera non possunt. simplex recti cura est. multiplex pravi. et quantum vis novas declinationes capit. Idem moribus evenit. Naturam sequentium faciles sunt. soluti sunt. exiguas differentias habent. hiis distorti plurimum et omnibus et inter se dissident. Causa tamen precipua mihi videtur huius morbi vite communis fastidium. Quomodo cultu se a ceteris distinguunt. quomodo elegantia cenarum. munditiis vehiculorum. sic volunt separare etiam temporum dispositione. nolunt solita peccare quibus peccandi premium infamia est. Hanc petunt omnes isti qui ita dicam retro vivunt. Ideo Lucili tenenda nobis via est quam natura prescripsit. nec ab illa declinandum. Illam sequentibus omnia facilia expedita sunt. Contra illam nitentibus non alia vita est quam contra aquam remigantibus. Vale.

De abstinentia et temperantia esus. De adulatione vitanda. Et duobus rerum generibus que nos aut invitant aut fugant.

Itinere confectus incommodo magis quam longo in Albanum meum multa nocte perveni. Nichil habeo parati nisi me. Itaque in lecto lassitudinem pono. hanc coci et pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor. quam nichil sit grave quod leviter excipias. quod indignandum michi ipse indignando adstruas. Non habet panem meus pistor. sed habet vilicus. sed habet atriensis. sed habet colonus. Malum panem inquis. Expecta. bonus fiet. Etiam illum tenerum tibi et siligineum fames reddet. Ideo non est ante edendum quam illa imperat. Expectabo ergo nec ante edam quam aut bonum panem habere cepero aut malum fastidire desiero. Necessarium est parvo assuescere. Multe difficultates locorum multe temporum etiam locupletibus et instructis a duobus optatum prohibent et occurrent. Nam vult hic nec potest. Illud potest nolle quod non habet. rebus oblatis hilariter uti. magna pars libertatis est bene moratus vent-

et quidem patiens existimari non potest. Contraxi
voluptatem capiam. Ecce quam latitudo mea sibi
ipsa assuescat. Non unctiones, non balneum,
non ullum aliud remedium quam temporis quero. Non
quod labor contraxit quies extollitur. Sed qualiscumque
cena adiali iocundior erit. aliquid enim experi
mentum cum supposui subito. hoc enim est simplicius et verius.
Nam ubi se preparavit et dixit se paciam non
eque apparet quantum sit vere firmitatis. Illa
sunt certissima argumenta que ex tempore dedit. Si non tan
tum iniquis modestia sed placidus aspexit. Si non ex
candescit non litigavit. Si quod dari debebat
ipse sibi non desiderando supplevit et cogitavit
aliquid consuetudini sua sibi nichil de se. Multa quam
supervacua essent non intelleximus nisi deesse cepere.
Utebamur enim illis non quia debebamus sed quia habeba
mus. Quam multa autem paramus quia alii paraverunt. quia a
pud plerosque sunt. Inter causas malorum nostrorum est
quod vivimus ad exempla. nec ratione componimur sed
consuetudine abducimur. Quod si pauci facerent nol
lemus imitari. cum plures facere ceperunt quasi ho
nestius sit quia frequentius sequimur. et recti apud nos
locum tenet error. ubi publicus factus est. Omnes
iam sic peregrinantur ut illos Numidarum precurrat
equitatus. ut agmen cursorum antecedat. Turpe
est nullos esse qui occurrentes via deiciant. ut
qui honestum hominem venire magno pulvere
ostendat. Omnes iam mulos habent qui cristallina
et murrina et celata magnorum artificium
manu portent. Turpe est videri eas te habere
sarcinas totas que tuto concuti possint. Omnium peda
gogi oblita facie vehuntur. ne sol neve fri
gus teneram cutem ledat. Turpe est neminem
esse in comitatu tuo puerorum cuius sana facies
medicamentum desideret. Horum omnium sermo vitan
dus est. hii sunt qui vicia tradent et alio aliunde
transferunt. Pessimum genus hominum videbatur
qui verba gestarent. sunt quidam qui vicia gestant.
Horum sermo multum nocet. Nam etiam si non statim
profecit semina in animo relinquit. sequiturque nos
etiam cum ab illis discessimus resurrecturum postea
malum. Quemadmodum qui audierunt symphoniam
ferunt secum in auribus modulationem illam ac dul
cedinem cantuumque cogitationes impedit nec ad
seria patitur intendi. sic adulatorum et prava lau
dantium sermo diucius heret quam auditur. Nec
facile est animo dulcem sonum excutere. prosequitur et
durat et ex intervallo recurrit. Ideo cludende sunt
aures malis vocibus et quidem primis. Nam cum
inicium fecerunt admisseque sunt plus audent.
Inde ad hec pervenitur verba. Virtus et philosophia et
iusticia verborum inanium crepitus est. Una felici

tas facilis est. bone vite esse. libere de patrimo
nio tuo frui. hoc est vivere. hoc est se mortalem esse
meminisse. Fluunt dies et irreparabilis vita decurrit.
Dubitamus quam iuvat sapere et voluptati non
semper voluptates deceptione. Interim dum possit
ingere frugalitatem eo ut mortem pervenire et
quicquid illi ablatura est iam sibi ingerere. Non
amicam habes non puerum qui amice moveat
ac invidiam. Cotidie sobrius prodis. sic ce
nas tamquam ephemeridem patri approbaturus est.
Non est istud vivere sed aliene vite interesse.
Quanta dementia est heredis sui res procurare et
negare omnia ut tibi ex amico inimicum ma
gna faciat hereditas. plus enim gaudebit tui
amore quo plus acceperit. Istos tristes et supercili
osos alienos vite censores. sibi non hostes publicos.
pedagogos asses ne feceris nec dubitaveris
bonam vitam quam opinionem bonam malle. Hee vo
ces non aliter fugiende sunt quam ille quas Ulixes nisi
alligatus pretervehi noluit. Idem possunt. ab
ducunt a patria a parentibus ab amicis a
virtutibus et in spem vitam miseram nisi turpis
illuduntur. Quanto sanctius est rectum sequi limi
tem et eo se perducere ut ea demum sint tibi iocun
da que honesta. Quod assequi poterimus si sci
erimus duo esse genera rerum que nos aut invitent
aut fugent. Invitent ut divicie voluptates
forma ambitio cetera blanda et arridentia.
Fugat labor mors dolor ignominia victus
astrictior. Debemus itaque exerceri ne hec
timeamus nec illa cupiamus. In contrarium pugne
mus et ab invitantibus recedamus. adversus
potentiam concitemur. Non vides quam diversus sit
descendentium habitus et ascendentium. Qui per
pronum eunt resupinant corpora. qui in arduum in
cumbunt. Nam si descendas pondus suum in priorem
partem dare. si ascendas retro abducere. cum vi
cio sualium consensus est. In voluptates descen
ditur. quo in aspera et dura subeundum est. hic impella
mus et corpora illis refrenemus. Sed nunc me exi
stimas dicere eos tantum perniciosos esse auribus
nostris qui voluptatem laudant qui dolores metus
per se formidabiles res incutiunt. Illos quoque nocere
nobis existimo qui nos sub specie stoyce secte hor
tantur ad vicia. Hoc enim iactant solum sapientem
et doctum esse amatorem. solus aptus ad hanc
artem et bibendi et convivendi sapiens est peritissimus.
Queramus ad quam usque etatem iuvenes aman
di sunt. Hec greca consuetudini data sint. nos
ad illa pocius aures dirigamus. Nemo est ca
su bonus. discenda virtus est. voluptas humi
lis res et pusilla est et in nullo habenda precio. Com

cum mutis animalibus ad quam minima quem-
ptissima advolat. Levia ianua et volatile
quoddam est avaricia mobilius. Paupertas nulli
malum est nisi repugnanti. Mors malum non est.
Quid queris? sola ius equum est generis humani. Su-
perstitio error insanus est: amandos timet, quos
colit violat. Quid enim interest utrum deos
neges an infames? Hec discenda, immo edi-
scenda sunt. Non debes excusatores vicio phi-
lozophie suggerere. Nulla spe salutis eger quem
ad intemperantiam medicus hortatur. Vale. Quod

bonum non sensu sed intellectu comprehenditur. Et quod
bonum in nullo est nisi in quo ratio est.

e. 12e
c. 1

Possum multa
tibi veterum precepta referre, ni refugis
tenuesque piget cognoscere curas. Non refugis
autem, nec ulla te subtilitas abigit. Non est
elegancie tue tantum magna sectari. Sicut illud probo
quod omnia ad aliquem profectum redigis et tunc tantum
offenderis ubi summa subtilitate nichil agitur,
quod ne nunc quidem laborabo. Queritur utrum sensu
comprehendatur an intellectu bonum. Huic adiunctum est
in mutis animalibus et infantibus non esse. Quicumque volu-
ptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum.
Nos contra intelligibile, qui illud animo damus. Si de
bono sensus iudicaret, nullam voluptatem
reiceremus. Nulla enim non invitat, nulla non de-
lectat. Et e contrario nullum dolorem volentes subire-
mus. Nullus enim non offendit sensum. Preterea non
essent digni reprehensione quibus nimium voluptas
placet, quibus summus est doloris timor. Atqui
improbamus gule ac libidini addictos et con-
temnimus illos qui nichil viriliter ausuri sunt dolo-
ris metu. Quid autem peccant si sensibus, id est
iudicibus boni ac mali, parent? His enim
tradidistis appetitionis et fuge arbitrium. Sed
videlicet ratio isti rei preposita est. Illa quemadmodum
debeat debita, quemadmodum de virtute, de honesto, sic
et de bono maloque constituit. Nam apud istos
vilissime parti datur de meliore sententia, ut de
bono pronunciet sensus, obtusa res et hebes
et in homine quam in aliis animalibus tardior. Quid si quis
vellet non oculis sed tactu minuta discernere?
Subtilior ad hoc nulla acies quam oculorum et inten-
tior daret bonum malumque dignoscere. Vides
in quanta ignorantia veritatis versetur et quam humi
sublimia ac divina proiecerit, apud quem de sum-
mo bono maloque iudicat tactus. Quemadmodum,
inquit, omnis scientia atque ars aliquid debet habere manifestum
sensuque comprehensum ex quo oriatur et crescat, sic
beata vita fundamentum et initium a mani-
festis ducat et eo quod sub sensum cadat. Nempe
vos a manifestis beatam vitam initium sui ca-
pere dicitis. Dicimus beata esse que secundum naturam sint.
Quod contigit protinus nato non dico bonum, sed initium
boni. Tu summum bonum, voluptatem, infantie donas,
ut inde incipiat nascens quo consummatus homo pervenit.
Cacumina radicis loco ponis. Si quis diceret illum
in materno utero latentem, sexus quoque incerti, tenerum
et imperfectum et informem iam in aliquo bono esse, a-
perte videretur errare. Atqui quantulum interest inter
eum qui cum maxime vitam accipit et illum qui ma-
ternorum viscerum latens onus est? Uterque quantum ad
intellectum boni ac mali equo maturus est, et non
magis infans adhuc boni capax est quam arbor
aut mutum aliquod animal. Quare autem bonum in arbore
animalique muto non est? Quia nec ratio. Ob hoc in infante
quoque non est. Nam et huic deest. Tunc ad bonum pervi-
niet cum ad rationem pervenerit. Est aliquod irrationale animal, est
aliquod nondum rationale, est rationale sed imperfectum. In
nullo horum bonum; ratio illud secum affert. Quid ergo inter
ista que retuli distat? In eo quod erat bonum. In eo
quod irrationale est, tunc esse bonum non potest; sed imperfectum
iam potest bonum, sed non est. Ita dico, lunare bonum
non in quolibet corpore, non in qualibet etate invenitur,
et tantum abest ab infantia quantum a primo ulti-
mum, quantum ab initio perfectum. Ergo nec in tenero, modo co-
alescente corpusculo est. Quidni non sit, magis
quam in semine? Hoc si dicas, aliquod arboris ac sati
bonum novimus; hoc non est in prima fronde, que emis-
sa cum maxime solum rumpit. Est aliquod bonum tri-
tici: hoc nondum est in herba lactente, nec cum folli-
culos exerit spica mollis, sed cum frumentum e-
stas et debita maturitas coxit. Quemadmodum omnis natura
bonum suum nisi consummata non profert, ita hominis bonum
non est in homine nisi cum illi ratio perfecta est. Quod autem hoc bonum?
Dicam: liber animus ac rectus, alia subiciens sibi,
se nulli. Hoc bonum adeo non recipit infantia ut pu-
ericia non speret, adolescentia improbe speret. Bene
agitur cum senectute, si illud longo studio intentoque
pervenit. Si hoc bonum et intelligibile est. Dixisti igitur
aliquod bonum esse arboris, aliquod herbe. Potest ergo
aliquod esse et infantis. Verum bonum nec in arbori-
bus nec in mutis animalibus est. Hoc quod in illis bonum est
precario bonum dicitur. Quid est? inquis. Hoc quod secundum naturam
cuiusque est. Bonum quidem cadere in mutum animal nullo pacto
felicioris meliorisque nature est; nisi ubi rationi lo-
cus est, bonum non est. Quattuor hec nature sunt: arboris,
animalis, hominis, dei. Hec duo, que rationalia sunt, eandem
naturam habent. Illa diversa sunt quod alterum immortale,
alterum mortale hominis est. Ceterarum tantum in sua natura perfecta sunt, non
vere perfecta, a quibus abest ratio. Hoc enim demum perfectum
quod secundum universam naturam perfectum est. Universa autem
natura rationalis est. Cetera possunt in suo genere perfecta
esse. In quo non potest beata vita esse, nec id potest quo

ta uita efficiat(ur). b(ea)ta at uita effici(tur) bone
In muto aiali no(n) e(st) b(ea)ta uita effici(tur) i(n) muto
ali bonu(m) no(n) est. Mutu(m) aial sensu (com)phed(it)
(pre)ntia. p(re)terito(rum) reminisc(itur). cu(m) id incidit (quo) s(ensu)s s(uu)s
amonet(ur). tamq(uam) eq(uu)s reminiscit(ur) R(e)missa(m) uiam
ad initiu(m) ei(us) admotu(s) e(st). In stabulo q(ui)d(em) illi
uia est. (quam)uis sepe calcate memoria e(st). Ter-
tiu(m) u(er)o tempus idest futuru(m) ad muta no(n) p(er)tinet.
Quo(modo) ergo p(otes)t eo(rum) uideri p(er)fecta na(tura). q(ui)b(us) usus
(per)fecti temp(or)is no(n) est. Tempus e(ni)m trib(us) p(ar)tib(us) co(n)-
stat. p(re)terito. p(rese)nte. futuro. Aialib(us) tm q(uo)d bre-
uissimu(m) e(st) i(n) t(ra)nsitu datu(m) p(rese)ns. p(re)teriti ra-
ra memoria e(st). n(ec) u(m)q(uam) reuocat(ur). n(is)i p(rese)ntiu(m)
occursu. No(n) p(otes)t ergo p(er)fecte na(tur)e bonu(m) i(n) (im)p(er)fecta e(ss)e
na(tur)a. a(ut) si natura h(ec) h(abet) h(oc). h(abe)nt (et) sata. Ne(c) d(ico)
nego ad ea q(ue) uident(ur) s(ecundu)m na(tur)am. magn(os)
e(ss)e mutis aialib(us) impet(us) (et) (con)citatos. s(ed) inordi-
natos ac turbidos. Nu(m)q(uam) aut(em) a(ut) inordinatu(m)
e(st) bonu(m) a(ut) turbidu(m). Q(u)id ergo (in)q(ui)s. muta
alia p(er)turbate (et) indisposite mouent(ur). Dixe-
re(m) illa p(er)turbate (et) indisposite moue(ri) (si) nat(ur)a
illo(rum) ordine(m) capet. nu(n)c mouent(ur) s(ecundu)m na(tur)am
sua(m). p(er)turbatu(m) e(ni)m idest q(uo)d e(ss)e aliq(ua)n(do) (et) n(on) p(er)turba-
tu(m) potest. Sollicitu(m) e(st) q(uo)d p(otes)t e(ss)e securu(m). Nulli
uitiu(m) e(st) n(is)i cui uirtus p(otes)t e(ss)e. Mutis aialib(us) tal(is)
ex sua na(tur)a mot(us) e(st). Sed ne te diu teneam. erit
aliq(uo)d bonu(m) i(n) muto aiali. erit aliqua uirtus. erit
aliq(ui)d (per)fectu(m). s(ed) n(ec) bonu(m) absolute n(ec) u(ir)t(us)
n(ec) p(er)fectu(m). H(ec) e(ni)m r(ati)onalib(us) solis (con)tingu(n)t q(ui)b(us)
datu(m) e(st) scire. q(ua)re. q(ua)ten(us). q(ue)ad(mod)u(m). Ita bonu(m)
i(n) nullo e(st) n(is)i i(n) quo r(ati)o. Q(uo) nu(n)c p(er)tineat ista
disputatio q(ue)ris. (et) quid a(n)i(m)o tuo p(ro)futura sit
dico. Et exercz illu(m) (et) acuit (et) utiq(ue) aliq(ui)d
actiu(m) occupatiue honesta tenet. Prodest at(ur)
etia(m) (quo)d morat(ur) ad praua p(ro)perante(m). S(ed) illu(m)
dico. nullo m(od)o p(ro)desse posse. magis q(ua)m si tibi bonu(m)
tuu(m) ostendo. si te a mutis aialib(us) separo. si
cu(m) deo pono. Q(ui)d m(ihi) uires corp(or)is alis et
exerces. Pecudib(us) ista maiore(s) ferisq(ue) na(tur)a
concessit. Q(ui)d excolis forma(m) cu(m) o(mn)ia feceris
a mutis alibus decore uinceris. Q(ui)d ca-
pillu(m) ingenti diligentia comis. Cu(m) illu(m) u(e)l ef-
funderis more parthor(um) u(e)l germanor(um) mo-
re uicceris uelud s(c)ithe solent sparseris. i(n) q(ua)li(bet)
eq(u)o densio iactabit(ur) iuba horrebit i(n) leonu(m)
ceruice formosior. Cu(m) te ad uelocitatem parau(er)is
par lepusculo no(n) eris. Vis tu relictis
i(n) q(ui)b(us) uinci te necesse e(st). du(m) in aliena niter-
(is) ad bonu(m) redire tuu(m). Q(ui)d h(oc) e(st). a(n)i(m)us s(cilicet) emenda-
tus ac purus. emulator dei. sup(er) h(uma)na
se extolles. Nichil ext(ra) se sui pones. R(ati)ona-
lis aialis. Q(ui)d ergo i(n) te bonu(m) e(st). p(er)fecta

r(ati)o. hac tu ad sum(m)um fine(m) euoca. i(n) q(ua)ntu(m)
p(otes)t plurimu(m) crescere. Tu(n)c beatu(m) e(ss)e te iudi-
ca. du(m) tibi gaudiu(m) ex nasc(itu)r. cu(m) uisis q(ue)
ho(m)i(n)es eripiunt. optant. custodiunt. nichil in-
ueneris. no(n) dico malis. s(ed) q(uo)d uelis. Bre-
qui debz. Sz cū sit i h9 crime. q2 nc ꝯfessi
one ꝙdē grati sūt ī nobis q3 ē. Ualtos exp̄i
mur ingratos. plures facim9 q2 alias gra
ues exploratores exactoresq3 sum9 alias
leues. & q̄s paulo p9 muneris sui peniteat.
alias q̄ruli & inīma momēta calumniān
tes. grām omēz corrumpim9. nō tm̄ p9 q̄m
dedim9 beneficia. s3 cū dam9. Quis nr̄m ꝯ
tentꝯ fuit a' leuit' rogari a' semel. Quis nō
cū aliquid a se suspicatꝯ ē frontē adduxit.
uultū auertit. occupationes simulauit longis
sermonib9. d' industria nō inuenientib9 exi
tū occasionē petendi abstulit & uariis arti
bus necessitates properātes elusit. In augusto
uō ꝯp̄ssus a' distulit. i. timide negat' aut
p̄misit. s3 difficile. s3 subductis superciliis. s3
malignis & uix exeuntib9 uerbis. Nemo a' liber'
reddē debz q' nō accepit. s3 extorsit. Gratus aduersus
eū eē q̄s̄ꝙ̄ nō pt qui beneficiū aut superbe
abiecit a' iratus impegit. a' fatigatꝯ ut mo
lestia careret dedit. O errat si q̄s sperat re
sponsurū ē quē dilatione lassauit expecta
tione torsit. Eodē aīo beneficiū debet' quo
dat' & io negligent' nō ē dandū. Sibi enī q̄s̄ꝙ̄
debz q' a nesciente accepit. Nec tarde
quidē. q2 cū om̄i officio magni existimet'
dantis uoluntas. Qui tarde fecit. diu noluit.
ꝯtumeliose. Nam cū ita nā co
patū sit. ut altiꝰ inīme q̄ uīta ascēdūt
& illa cito defluāt. hāc tenax memoria cu
stodiāt. q̄d expectat. ꝙ offēdit dū obligat.
Gratus aduersus illū gratꝯ ē si q̄s benefi' ei9
ignoscat. Nō ē aūt q' tardiores faciat ad bn̄
merēdū turba ingratoꝝ. Nā p̄mū ut dixi
nos illā augem9. deī nec dōs q̄dē inmor
tales ab hac tā̄ effusa nature sacrilegi
negligentesq3 eoꝝ deterrent. Utūt' nā suā
& cunctāne' q̄dē illa ipōs munerā sucē ma
los interp̄tes iuuāt. hos sequm̄ duces. q̄n
tā humana imbecillitas patit'. dem9 bn̄fi'a.
nō fenerēm. dignꝰ ē decipi q' de recipiēdo
cogitat' cū daret. at male cesserit. & libi
& ꝯiuges spē fefellerūt. tn̄ & educam9 et
ducim9. a dōq3 aduersus experimēta p̄tinaces
sum9 ut bella uicti & naufragi maria re
petam9. Quanto magis p̄manē ī dandis
beneficiis decet ꝙ si q̄s nō dat q2 nō recepit
dedit ut reciperet bonāq3 ingratoꝝ facit
causā. q̄bus turpe ē nō reddē si licet. q̄
multi indigni luce sūt. tn̄ dies orit'. q̄ multi
ꝙ nati sunt q̄runt'. tn̄ nā̄ sobolē nouā
gignit. ipōsq3 ꝙ nō fuisse mallet. ēē patit'.
hoc & magni aī & boni p̄priū ē nō fructū
beneficioꝝ seq̄ s3 ipa. & p9 malos q3 bonū
querere. Quid magnifici erit multis p̄dēe si ne
mo deceperit. Nunc ē uirtus dare beneficia nō
utiq3 reditura. q̄ꝝ a uiro egregio statī fru
ctus perceptus ē. Adeo enī ista res fugare nō
& pigriores ad re pulcerrimā facere nō debz
ut si spes in p̄cidat' gratū hoīē reperiendi
mali nō recipe bn̄ficia. q̄ nō dare. q2 qui
non dat uiciū ingrati antecedit. Dicam
q' sentio. Qui beneficiū nō reddidit. mag'
peccat. q̄ ꝙ nō dat cito. beneficia ī uulgꝯ
cū largiri institueris. p̄denda sc' multa ut
semel ponas bene. In priore uersu utrūq3
reprehendas. al' dāz Nā nc ī uulgꝯ effundenda sūt. &
nullius rei minime beneficioꝝ honesta lar
gitio est. Quibus si detraxeris iudiciū desi
nūt esse bn̄ficia. In aliud quodlibz incidē
nomē. Sequēs sensus mirificꝯ est. ꝙ uno bn̄
posito bn̄ficio multoꝝ amissoꝝ damna so
lat'. Uide oro te ne h' uerius sit. s3 & mag
tudini beneficientis aptiꝰ ut illū hortē
ad danda. eciā si nullū bn̄ positurꝯ est.
Illud enī falsū ē p̄denda sūt multa. nullū
perit. q2 qui p̄dit ꝯputauerat. Beneficioꝝ
simplex rō est. tm̄ erogat. Si reddet aliq'
lucrū ē. si non reddet dampnū nō est. q'
illud dedi ut darē. Nemo beneficia ī kalē
dario scribit. nc auarꝯ exactor ad horā & di
em appellat. Nunq̄ illa uir bonꝯ cogitat nisi
amonitꝯ a reddente. alio q̄n in formā credi
ti transeunt. Turpis feneratio est. bn̄ficiū
expensū ferre. Qualiacūq3 priores euentꝯ
p̄senta in alios ꝯferre melius ap' ingratos
iacebūt q̄s a' pudor a' occasio a' imitatio
aliq̄ gratos poterit efficē. Necessariꝯ oportet tuū
page & partes boni uiri exequere. Aliud re
aliud fide aliud grā aliud ꝯsilio. aliud pre
ptis salubrib9 adiuua. Officia eciā fere sen
tiūt. nc ullū tā imansuetū aīal q' nō cura
mitiget & ī amore sui uertat. Leonū ora a
magistris impune tractant'. Elephātoꝝ feritatē
usq3 ī seruile officiū demeret' abus. Adeo & ꝙ
ꝙ ex intellectu atq3 extimacōē bn̄ficii posi
ta sc'. Assiduitas tn̄ multi p̄tinacis euincit.
Ingratus ē aduersus unū bn̄ficiū. aduersus

alium non erit. Quorum colum est. Tercium et eos
qui exciderit memoriam reducet. Is perdet bene
ficium qui cito se perdidisse credit. At qui instat
et honerat priorum serie sequentibus et ex duro et inme
mori pectore gratiam extrudit. Non audebit
adversus multa oculos attollere. Quocumque se con
verterit memoriam suam fugiens. Ibi te videat
beneficiis tuis illum cinge. Quorum quis que
potestas sit dicam si prius illa que ad rem non pertinent
transiliero in primis. Quare tres gratie et quare soro
res sint. et quare manibus implexis et quare ridentes
et virgines. solutaque ac perlucida veste. Alii quidem
videri volunt unam esse que det beneficium al
teram que accipiat. Tertiam que reddat. Alii be
neficiorum tria genera proponunt sunt accipien
tium. reddentiumque sed utrumlibet ex istis iudica
veris. Quid ista nos iuvat scientia. Quid ille con
sertis manibus in se redeuntium chorus. Ob hoc
quia ordo beneficii per manus transeuntis. nichi
lominus ad dantem revertitur. et totius speciem perdit
si usquam interruptus est. Pulcerrimus si coheserit et
vices servat. Ideoque est aliqua tamen maioris digni
tatis. sicut promerentium vultus hilares sunt. quales
solent esse qui dant vel accipiunt beneficia. Iu
venes quia non debet beneficiorum memoria senescere.
Virgines quia incorrupta sunt et sincera et omnibus
sancta. In quibus nichil esse alligati decet vel a
stricti. Solutis itaque tunicis utuntur. Perlucid
ac quia beneficia conspici volunt. Sit aliquis usque eo
grecis emancipatus ut hec dicat necessaria. Nemo tamen
erit qui et illud ad rem iudicet pertinere que nomina illis
Esiodus imposuit. Aglaien maximam natu ap
pellavit. mediam Eufrosinen. tertiam Thaliam.
Horum nominum interpretationem prout cuique visum est
deflectit et ad rationem aliquam conatur perducere
cum Hesiodus puellis suis quod voluit nomen in
posuerit. Itaque Homerus unum mutavit Pa
sitheamque appellavit et in matrimonium produxit.
ut scias illas vestales non esse virgines. Inve
niam alium poetam apud quem precingantur et
spissis aut phrygianis prodeant. Ergo et Mercurius
una stat. non quia beneficia ratio commendat vel
oratio sed quia pictori ita visum est. Crisippus quoque
penes quem subtile illud acumen est et in
imam penetrans veritatem. qui rei agende
causa loquitur. et verbis non ultra quam ad intellectum
satis est utitur. totum librum suum hiis ineptiis
replet. ita ut de ipso beneficio dandi acci
piendi. reddendique admodum pauca dicat
Nec hiis fabulas sed hec fabulis inserit. Nam
preter ista que Ecaton scribit tres Crisippus gratias
ait Iovis et Eurinomes filias esse. etate

autem minores quam Horas. sed melius [al. cibba] facie
et ideo Veneri datas comites. Matris quoque
nomen ad rem iudicat pertinere. Eurinomen enim
dictam quia late patentis matrimonii sit beneficia
dividere. tamquam matri post filias soleat nomen impo
ni. aut poete vera nomina reddant. Quemadmodum nomen
clatori memorie loco audacia est. Et cuicumque
nomen non potest reddere imponit. Ita poete non
putant ad rem pertinere verum dicere sed aut necessitate
coacti aut decore corrupti. id quoque vocari iu
bent quod belle faciat ad versum. Nec illis fraus
est si aliquid in censum detulerunt. Primus enim
poeta suum illas ferre nomen iubet. Hoc ut
scias ita esse. ecce Thalia de qua cum maxime
agitur apud Esiodum charis est. apud Home
rum musa. Sed ne faciam quod reprehendo
omnia ista que ita extra rem sunt ut nec circa
rem quidem relinquam. Tu modo nos tuere. si quis
michi obiciet quod Crisippum in ordinem coegerim
magnum mehercule virum sed tamen grecum. cuius
acumen nimis tenue retunditur. et in se sepe
replicatur. et cum agere aliquid videtur pungit non
perforat. Hic vero quod acumen est. De benefi
ciis dicendum est et ordinanda res que maxime hu
manam societatem alligat. danda lex vite.
ne sub specie benignitatis inconsulta facilitas
placeat. Ne liberalitatem quam nec deesse
oportet nec superfluere. hec ipsa observatio restrin
gat dum temperat. Docendi sunt libenter dare
libenter accipere. libenter reddere et magnum ipsis
certamen proponere. eos quibus obligati sunt re animoque
non tantum equare sed vincere. quia qui referre gratiam
debet. numquam consequitur nisi precessit. Hii docendi sunt
nichil imputare illi plus debere. Ad hanc honestis
simam contentionem beneficiis beneficia vincendi.
sic nos adhortatur Crisippus ut dicat verendum
esse ne quia Charites Iovis filie sunt. parum grate
gerere sacrilegium sit et tam bellis puellis fiat
iniuria. Tu me aliquid eorum doce per que benefi
centior. gratiorque adversus bene merentes fiam.
per que obligantium obligatorumque animi certent. et qui
prestiterunt obliviscantur pertinax sit memoria
debentium. Iste vero ineptie poetis relinquantur
quibus aures oblectare propositum est et dulcem fa
bulam nectere. At qui ingenia sanare et fidem
in rebus humanis retinere. memoriam officiorum
ingerere animis volunt. serio loquantur et magnis
viribus agant. Nisi forte existimas levi ac fa
buloso sermone et anilibus argumentis
prohiberi posse rem perniciosissimam beneficiorum
novas tabulas. Sed quemadmodum supervacua
transcurram. ita exponam necesse est.

Hoc primum nobis est discendum quod accepto pro
beneficio debeamus. Debere enim se putat alius
pecuniam quam accepit, alius consulatum, ali-
us sacerdotium, alius provinciam. Ista autem sunt
meritorum signa, non merita. Non potest benefici-
um manu tangi, sed animo geritur. Multum interest
inter materiam beneficii et beneficium. Itaque nec
aurum nec argentum nec quicquam eorum que a proximis
accipiuntur beneficium est, sed ipsa tribuentis vo-
luntas. Imperiti autem id quod oculis occurrit et quod
traditur considerant solum, notant cum contra id
quod in re carum atque preciosum est. Hec que tenemus, que
aspicimus, in quibus cupiditas nostra heret, cadu-
ca sunt; dum auferre nobis ea et fortuna et in-
iuria potest. Beneficium vero etiam amisso eo per quod
datum est durat. Est enim recte factum quod irritum
nulla vis efficit. Amicum a piratis redemi,
hunc alius hostis excepit et in carcerem condidit:
non beneficium sed usum beneficii mei subsu-
lit. Ex naufragio alicui raptos vel ex in-
cendio liberos reddidi; hos vel morbus vel
aliqua fortuita iniuria eripuit: manet etiam
sine illis quod in illis datum est. Omnia itaque que
falsum beneficii nomen usurpant ministeria
sunt, per que se voluntas amica explicat. Hoc in ali-
is quoque rebus evenit, ut alicubi sit species rei,
alicubi ipsa res. Imperator aliquem torquibus,
murali et civica donat. Quid habet per se co-
rona preciosum? Quid pretexta? Quid fasces? Quid
tribunal et currus? Nichil horum honor est, sed
honoris insigne. Sic non est beneficium id
quod sub oculos venit, sed beneficii vestigi-
um et nota. Quid est ergo beneficium? Benivo-
la actio tribuens gaudium capiensque tribuen-
do, in id quod facit prona et sponte sua parata.
Itaque non quid fiat aut quid detur refert, sed qua
mente, quia beneficium non in eo quod fit aut datur con-
sistit, sed in ipso dantis aut facientis animo. Ma-
gnum autem esse inter ista discrimen vel ex hoc intelli-
gas licet, quod beneficium utique bonum est; id autem
quod fit aut datur nec bonum nec malum est. Animus
est qui parva extollit, sordida illustrat, ma-
gna et in precio habita dehonestat. Ipsa quoque que
appetuntur neutram naturam habent, nec boni nec
mali. Refert quo illa rector impellat, a
quo forma rebus datur. Non est beneficium ipsum
quod numeratur aut traditur, sicut nec in victimis quidem,
licet optime sint auroque prefulgeant, deorum est
honor, sed pia et recta voluntate venerantium.
Itaque boni etiam farre ac fitilla religiosi sunt;
mali rursus non effugiunt impietatem quamvis
aras sanguine multo cruentaverint. Si beneficia

Nota quid est beneficium

in rebus, non ipsa benefaciendi voluntate consi-
steret, eo maiora essent quo maiora sunt que
accipimus. Id autem falsum est. Nonnumquam enim magis
nos obligat qui dedit parva magnifice,
qui regum equavit opes animo, qui exiguum tri-
buit sed libenter, qui paupertatis sue oblitus est dum
meam respicit, qui non voluntatem habuit iuva-
ndi tantum sed cupiditatem, qui accipere se putavit benefi-
cium cum daret, qui dedit tamquam non recepturus,
recepit tamquam non dedisset, qui occasionem qua prodesset
occupavit et quesivit. Contra ingrata sunt
ut dixi licet re aut specie magna videantur, que
danti aut extorquentur aut excidunt, multoque gratius venit
quod facili quam quod plena et difficili manu datur.
Exiguum est quod in me contulit, sed distulit; sed cum da-
ret gemuit; sed superbe dedit; sed circumtulit; et
placere non ei cui prestabat voluit: ambitioni
dedit, non michi. Socrati cum multa pro suis quisque
facultatibus offerret, Eschines pauper auditor:
Nichil inquit dignum te quod dare possim invenio
et hoc uno modo pauperem esse me sentio. Itaque
dono tibi quod unum habeo, me ipsum. Hoc munus
rogo qualecumque est boni consulas cogitesque ali-
os cum multa tibi darent plus sibi reliquisse. Cui
Socrates: Quidni inquit tu michi magnum munus
mihi dederis, nisi forte te parvo existimas? Habeo
itaque cure ut te meliorem tibi reddam quam acce-
pi. Vicit Eschines hoc munere Alcibiadis pa-
rem divitiis animum et omnem iuvenum opulentorum
munificentiam. Vides quomodo animus inveniat li-
beralitatis materiam etiam in angustiis. Videtur
michi dixisse: Nichil egisti fortuna quod me pau-
perem esse voluisti. Expediam nichilominus dignum
huic viro munus, et quia de tuo non possum, de
meo dabo. Neque est quod existimes illum vilem sibi
fuisse: precium se sui fecit. Ingeniosus adole-
scens invenit quemadmodum Socratem sibi daret.
Non quanta queque sint, sed a quali proficiscantur. Callidus
non difficilem aditum prebuit immodica cupientibus
spesque improbas nichil re adiuturus verbis fo-
vet. At peior opinio si lingua asper, vul-
tu gravis cum invidia fortunam suam explicavit.
Colunt enim detestanturque felicem et si potuerint e-
adem facturi oderunt facientem. Coniugibus
alienis ne clam quidem sed aperte ludibrio ad-
itis suas aliis permisere. Rusticus inhumanus
ac mali moris et inter matronas abhominanda
condicio est. Si quis coniugem suam in sella prostare
vetuit et vulgo admissis inspectoribus vehi
perspicuam undique. Si quis nulla se amica fecit
insignem nec aliene uxori annuum prestat,
hunc matrone humilem et sordide libidinis

ancillariolum notat. Inde certissimum sponsaliorum genus est adulterium, et in consensu vidui celibatus, quoniam nemo uxorem duxit nisi qui adduxit. Iam rapta spargere, sparsa et acri avaricia recolligere certant. Nichil pensi habere, paupertatem alienam contempnere, suam quam nullum aliud vereri malum, pacem iniuriis perturbare, imbecilliores vi ac metu premere. Nam provincias spoliari et nummarium tribunal audita utrimque licitatione alteri addici non mirum, quoniam quod emeris vendere gentium ius est. Sed longius nos impetus evehit provocante materia. Itaque sic finiamus ut in nostro seculo culpa subsidat. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur: eversos mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas et honestas labi. At ista eodem stant loco stabuntque paululum dumtaxat ultra aut citra mota, ut fluctus quos estus accedens longius extulit, recedens interiore littorum vestigio tenuit. Nunc in adulteria magis quam in alia peccabitur, abrumpetque frenos pudicicia. Nunc conviviorum vigebit furor et fedissimum patrimoniorum exitium culina. Nunc cultus corporum nimius et forme cura prius se ferens animi deformitatem. Nunc in petulantiam et audaciam erupit male dispensata libertas. Nunc in crudelitatem privatam ac publicam ibit bellorumque civilium insaniam qua omne sanctum ac sacrum profanatur. Habebitur aliquando ebrietati honor, plurimum meri cepisse virtus erit. Non expectant uno loco vicia sed mobilia et inter se dissidencia tumultuantur, pellunt invicem fugantque. Ceterum idem semper de nobis pronunciare debebimus: malos esse nos, malos fuisse, invitus adiciam et futuros esse. Erunt homicide, tyranni, fures, adulteri, raptores, sacrilegi, proditores. Infra omnia ista ingratus est, nisi quod omnia ista ab ingrato sunt, sine quo vix ullum magnum facinus accrevit. Hoc tu cave tamquam maximum crimen ne admittas; ignosce tamquam levissimo si admissum est. Hec est enim iniurie summa: beneficium perdidisti. Salvum est tibi ex illo quod est optimum: dedisti. Quemadmodum autem est ut in eos potissimum beneficia conferamus qui grati responsuri erunt, ita quedam et si male de illis sperabitur faciemus tribuemusque, non solum si iudicabimus ingratos fore sed si sciemus fuisse. Tamquam si filios alicui restituere potero magno periculo liberatos sine ullo meo, non dubitabo. Dignum et impendio sanguinis mei tuebor et in partes discrimen veniam. Indignum si eripere latronibus potero clamore sublato, salutarem vocem homini non pigebit emittere.

¶ Sequitur ut dicamus que beneficia danda sint et quemadmodum. Primo demus necessaria, deinde utilia, deinde iocunda, utique mansura. Incipiendum est autem a necessariis. Aliter enim ad animum pervenit quod vitam continet, aliter quod exornat aut instruit. Potest in eo aliquis fastidiosus esse estimator quod facile cariturus est, de quo dicere licet: recipe, non desidero, meo contentus sum. Interim non reddere tantum libet quod acceperis sed abicere. Ex his que necessaria sunt quedam primum obtinent locum sine quibus non possumus vivere, quedam secundum sine quibus non debemus, quedam tercium sine quibus nolumus. Prima huius note sunt: hostium manibus eripi et tyrannice ire et proscriptionibus et aliis periculis que varia et incerta humanam vitam obsident. Quicquid horum discusserimus, quo maius ac terribilius erit, hoc maiorem inibimus graciam. Subit enim cogitatio quantis sit liberatus malis, et lenocinium est muneris antecedens metus. Nec tamen debemus tardius quemquam servare quam possimus ut muneri nostro timor imponat pondus. Proxima ab hiis sunt sine quibus possumus quidem vivere sed ut mors potior sit, tamquam libertas et pudicicia et mens bona. Post hec habebimus coniunctos ac sanguine usuque et consuetudine longa caros, ut liberos, coniuges, penates, ceteraque que usque eo animus sibi applicuit ut ab illis quam a vita divelli gravius existimet. Subsequuntur utilia quorum varia et lata materia est. Hic erit pecunia non superfluens sed ad sanum modum habendi parata; hic erit honor et processus ad altiora tendentium. Nec enim utilius quicquam est quam sibi utilem fieri. Iam cetera ex habundantia veniunt delicatos factura. In his sequimur ut opportunitate grata sint, ut non vulgaria, que aut pauca [habuerint] aut hac etate aut hoc modo que etiam si natura preciosa non sunt tempore aut loco fiant.

¶ Videamus quid oblatum maxime voluptati futurum sit, quid frequenter occursurum ut totiens nobiscum quotiens cum illo sit. Utique cavebimus ne munera supervacua mittamus, ut femine aut seni arma venatoria, aut rustico libros, aut studiis ac litteris dedito retia. Eque ex contrario circumspiciemus ne, dum grata mittere volumus, suum cuique morbum exprobratura mittamus, sicut ebrioso vina et valitudinario medicamenta. Maledictum enim incipit esse munus in quo vicium accipientis agnoscitur. Si arbitrium dandi penes nos est, precipue mansura querimus, ut quam minime mortale munus sit. Pauci enim sunt tam grati ut quid acceperint

et si non videret cogitent. Ingratos quoque memoria cum ipso munere incurrit, ubi ante oculos est et oblivisci sui non sinit sed auctorem suum ingerit et inculcat. Eo quidem magis duratura quaeramus, quia numquam admonere debemus. Ipsa res evanescentem memoriam excitet. Libentius donabo argentum factum quam signatum, libentius statuas quam vestem et quod usus brevis deterat. Apud paucos post rem manet gratia; plures sunt apud quos non diutius in animo sunt donata quam in usu. Ergo si fieri potest, consumi munus meum nolo; extet, haereat amico meo, convivat. Nemo tam stultus est ut monendus sit, ne cui gladiatores aut venationem iam munere edito mittat et vestimenta aestiva bruma, hiberna solstitio. Sit in beneficio sensus communis; tempus, locum observet, personas, quia momentis quaedam grata et ingrata sunt. Quanto acceptius est, si id damus quod quis non habet, quam cuius copia abundat? Quod diu quaerit nec invenit, quam quod ubique visurus est? Munera non tam pretiosa quam rara et exquisita sint, quae etiam apud divitem sui locum faciant. Sicut gregalia quoque poma et post paucos dies itura in fastidium delectant, si provenere maturius. Illa quoque non erunt sine honore, quae aut nemo illis alius dedit aut nos nulli alii. Alexandro Macedoni cum victor orientis animos supra humana tolleret, Corinthii per legatos gratulati sunt et civitate illum sua donaverunt. Cum risisset Alexander hoc officii genus, unus ex legatis: nulli, inquit, civitatem umquam dedimus alii quam tibi et Herculi. Libens accepit delatum honorem et legatos invitatione aliaque humanitate prosecutus cogitavit, non qui sibi civitatem darent, sed cui dedissent. Et homo gloriae deditus, cuius nec naturam nec modum noverat, Herculis Liberique vestigia sequens ac ne ibi quidem resistens, ubi illa defecerant, ad socium honoris sui respexit a dantibus, tamquam caelum, quod mente vanissima complectebatur, teneret, quia Herculi aequabatur. Quid enim ille simile habebat vesanus adulescens, cui pro virtute erat felix temeritas? Hercules nihil sibi vicit; orbem terrarum transivit non concupiscendo, sed iudicando. Quid vinceret, malorum hostis, bonorum vindex, terrarum marisque pacator? At hic a pueritia latro gentiumque vastator, tam hostium pernicies quam amicorum, qui summum bonum duceret terrori esse cunctis mortalibus, oblitus non ferocissima tantum, sed ignavissima quoque animalia timeri ob virus malum. Illud prosit nunc reddamus: beneficium quibuslibet datum

nulli gratum est. Nemo se stabularii aut cauponis hospitem iudicat nec convivam dantis epulum, ubi dici potest: Quid enim in me contulit? Nempe hoc quod in illum et vix bene notum sibi et in illum etiam inimicum ac turpissimum hominem. Numquid enim me dignum iudicavit? Morbo suo morem gessit. Quod voles gratum esse, rarum effice; quis patitur sibi imputari? Nemo haec ita interpretetur, tamquam reducam liberalitatem et frenis artioribus reprimam; illa vero in quantum libet exeat; sed eat, non exerret. Licet ita largiri, ut unusquisque, etiam si cum multis accepit, in populo se esse non putet. Nemo non habeat familiaritatis aliquam notam, per quam speret se propius admissum. Dicat: accepi idem quod ille, sed ultro; accepi quod ille, sed ego intra breve tempus, cum ille diu meruisset. Sunt qui idem habent, non eisdem verbis datum, non eadem comitate tribuentis. Ille accepit, cum rogasset; ego, cum non rogarem. Ille accepit, sed facile redditurus, sed cuius senectus et libera orbitas magna promittebat; mihi plus dedit, quamvis idem dedit, quia sine spe recipiendi dedit. Quemadmodum meretrix ita inter multos se dividet, ut nemo non aliquod signum familiaris animi ferat, ita qui beneficia amabilia vult esse, excogitet, quomodo multi obligentur et tamen singuli habeant aliquid, quo ceteris se praeferant. Ego vero beneficiis non obicio moras; quo plura maioraque fuerint, plus afferunt laudis. Adsit iudicium; neque enim cordi esse cuiquam possunt forte ac temere data. Quare si quis existimat nos, cum ista praecipimus, benignitatis fines introrsus referre et illi minus laxum limitem aperire, ne perperam monitiones nostras exaudiat. Quam enim virtutem magis veneramur? Cui magis stimulos addimus? Quibusve tam convenit haec exhortatio quam nobis societatem humani generis sancientibus? Quid ergo est? Cum sit nulla honesta vis animi, etiam si a recta voluntate incepit, nisi quam virtutem modus fecit, veto liberalitatem nepotari. Tunc iuvat accepisse beneficium et supinis quidem manibus, ubi illud ratio ad dignos perducit, non quolibet casus et consilii indigens impetus defert, quod ostentare libet et inscribere sibi. Beneficia tu vocas, quorum auctorem fateri pudet? At illa quanto gratiora sunt, quanto in partem interiorem animi numquam exitura descendunt, cum delectant cogitationem magis a quo quam quid acceperis! Crispus Passienus solebat dicere quorundam se iudicium malle quam beneficium, quorundam beneficium malle quam iudicium, et subnectebat exempla: Malo

iciebat divi augusti iudicium quam beneficium
malo claudii beneficium quam iudicium. Ego vero
nullius puto expetendum beneficium cuius vile
iudicium est. Quid ergo non erat accipiendum
a claudio quod dabatur? Erat, sed sicut a fortuna
quam scires statim posse fieri malam. Quid ista
inter se inmixta dividimus? Non est beneficium
cui deest pars optima datum esse iudicio. Alioquin
pecunia ingens, si non ratione nec recta voluntate
donata est, non magis beneficium quam thesaurus. Mul-
ta sunt autem quae oportet accipere nec debere. Explicit
liber primus de beneficiis. Incipit secundus liber.

Inspiciamus liberalis virorum optime id quod
ex priore parte adhuc superest, quemadmodum da-
ndum sit beneficium, cuius rei expeditissimam vide-
or monstraturus viam. Sic demus quomodo vellemus
accipere. Ante omnia libenter, cito, sine ulla dubitatione.
Ingratum est beneficium quod diu inter manus dantis
haesit, quod quis aegre dimittere visus est et sic da-
re tamquam sibi eriperet. Et si quid mora intervenit,
evitemus omni modo ne deliberasse videamur. Proximus
est a negante qui dubitavit, nullamque init gratiam.
Nam cum beneficio iocunda sit tribuentis volu-
ntas, qui nolentem se tribuisse ipsa cunctatione
testatus est non dedit, sed adversus ducentem male
retinuit. Multi autem sunt quos liberales facit frontis
infirmitas. Gratissima sunt beneficia parata,
facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit nisi in
accipientis verecundia. Optimum est antecedere desi-
derium cuiusque, proximum sequi. Illud melius occu-
pare antequam rogemur, quia cum homini probo ad roga-
ndum os concurrat et suffundatur rubor, qui hoc tor-
mentum remittit multiplicat munus suum.
Non tulit gratis qui cum rogasset accepit. Quoniam quidem
ut maioribus nostris gravissimis viris visum
est, nulla res constat carius quam quae precibus empta
est. Vota homines parcius facerent si palam facienda
essent. Adeo et deos quibus honestissime suppli-
camus tacite malumus et intra nosmet ipsos
precari. Molestum verbum est et onerosum demis-
so vultu dicendum: rogo. Facienda gratia est ami-
co et cuicumque quem amicum scis promerendo
facturus. Properet licet, sero beneficium dedit.
Ideo divinanda cuiusque voluntas et cum intellecta
est, necessitate gravissima rogandi liberanda.
Illud beneficium iocundum victurumque in animo
scias quod obviam venit. Si non contigit prae-
venire, plura rogantis verba intercidamus, ne ro-
gati videamur, sed certiores facti statim promitta-
mus facturosque nos etiam antequam interpellemur
ipsa festinatione approbemus. Quemadmodum in egris
opportunitas cibi salutaris est et aqua tem-

pestive data remedii locum obtinuit, itaque
quamvis leve et vulgare beneficium sit, si presto
fuit, si proximam quamque horam non perdidit,
multum sibi adicit gratiaeque pretiosi sed lenti et diu
cogitati muneris vincit. Qui tam parate facit
non est dubium quin libenter faciat. Itaque letus
facit et induit sibi animi sui vultum. Ingentia quorun-
dam beneficia silentium aut loquendi tarditas imi-
tata gravitatem et tristitiam corrupit cum promit-
terent vultu negantium. Quanto melius adi-
cere bona verba rebus bonis et predicatione humana
benignaque commendare quae prestes. Ut ille se
castiget quod tardior in rogando fuit, adi-
cias licet familiarem querelam: Irascor tibi
quod cum aliquid desiderasses non olim scire me
voluisti, quod tam diligenter rogasti, quod quemquam ad-
hibuisti. Ego vero gratulabor mihi quod experiri
animum meum libuit. Postea quicquid desiderabis
tuo iure exiges. Semel rusticitati ignoscitur.
Sic efficies ut animum tuum pluris existimet quam
illud quicquid est ad quod petendum venerat.
Tunc est summa virtus tribuentis, tunc benignitas,
ubi ille qui discessit dicet sibi: magnum lucrum
hodie feci. Malo quod illum talem inveni quam si
multiplicatum hoc ad me de alio loco alia via
pervenisset. Huic eius animo numquam parem referam
gratiam. At plerique sunt qui beneficia asperitate ver-
borum et supercilio in odium adducunt, eo ser-
mone usi, ea superbia ut impetrasse peni-
teat. Aliae deinde post rem promissam sequuntur
more. Nihil autem est acerbius quam ubi quod impe-
trasti rogandum est. Repraesentanda sunt beneficia
quae a quibusdam accipere difficilius est quam impetrare.
Hic rogandus est ut admoneat, ille ut consu-
mat. Sic unum munus per multorum teritur manus,
ex quo gratie minimum apud promittentem re-
maneat, quia auctori detrahit quisquis post
illum rogandus est. Hoc itaque cure habebis, si
existimari grate quae prestabis voles, ut be-
neficia tua illibata, ut integra ad eos qui-
bus promissa sunt perveniant, sine ulla quod aiunt
deductione. Nemo illa intercipiat, nemo
detineat. Nemo in eo quod daturus est gratiam suam
facere potest ut non tuam minuat. Nihil eque
amarum quam diu pendere. Equiore quidam animo
ferunt precidi spem suam quam protrahi. Plerisque
autem hoc vitium est ambitione prava diffe-
rendi promissa, ne minor sit rogantium turba,
quales regie potentie ministri sunt, quos delectat
potentie sue longum spectaculum, minusque se iu-
dicant posse nisi diu multumque singulis quid
possit ostenderit. Nihil confestim, nihil semel

faciut. Iniurie illos papiues. lenta bene
ficia sr. Quare verissimi extima dy ille
Cornificus dixit. Sed tu no intelligis tm gre
deme. q̄ntu more adycis. Ind ille uoces
q̄s ille ingemmus dolor exprimit. fac si
quid facis 2 mich e tuti. Malo ei iaz ne
ges. In tediu adductus anim9 incipit
beneficiu odisse. du expectat pr ob id
gratus ee. Que ad acerbissima crudeli
tas e q trahit penaz. 2 inie genus est
ato ocide. q tormtiz ultimiz fine su
ceaz affert q attendit tps maria ue
turi supplicy pars e. ita maior est mu
neris gra q mi9 diu pependit. Est 2 ei i
bonariz reru sollicitis expectatio gius.
2 cu plura beneficia remediu alicui9
rei afferant. ut diz q diu9 torqueri
patit. que ptin9 pt liberare. a tardi9
gaude beneficio suo man9 offert. Qis
benignitas properat. 2 ppum e liber faciet
ato fac. Qi tarde 2 diez de die extrahes
psuit no ex aio fecit. Ita 2 duas res ma
ximas pdidit 2 tpus 2 argumtuz ami
ce uoluntatis. Tarde uelle nolentis est.
In oi negotio liberalis no minima portio
est. quo quidq q dicat. q fiat. Multu ce
leritas facit. Multu abstulit mora. Sic
in tel. eadez ferri uis est. Sz i infinitum
interest. utz excusso lacerto torqueat. an
remissa manu fluat. Gladius idez 2 strin
git 2 transforat. Nam pssso articlo uenit re
fert. Idez e qd dat s interest quo det. Q
dulce q preciosum est si gras s agi no
est passus qui dedit. si se dedisse du dat
oblitus est. Naz corripe eum cui cu inqtre
aliquid psteos. demetia e 2 imisce crudeli
a mentis. Itaq no st exasperanda bn
ficia. nc q illis triste inserend. 2 sic
erit d q uelis amone. aliud tps eligi
to. Fauntius uerrucosus bnficiuz ab hoie
duro aspe datu. pane lapidosuz uoca
bat. quez esurienti accipe necc̄e sit ex
acerbuz. Tiberius cesar rogatus a nepo
te. M. elio prorio ut eri eius succuret. e
dere s illu noia creditoruz iussit. h no e
donare sz creditores conuocare. cu edita es
sent scripsit nepoti iussisse se pecunia
solui. adiecta contumeliosa amonitione
effecit ut nepos nc es alienu habet
nc beneficiu. liberauit illu a creditori
bus. sibi no obligauit. Aliqd tiberius secu
tus est. puto noluit plures ee qui idez

I Ch Tiberi Cesar

rogaturi occurrerent. Ista fortasse efficax
ratio fuit ad om ipobas cupiditates
pudore reprimedas. Beneficiu uo danti
tota alia sequenda e uia. Om gne q dec
q sit acceptatio adornand est. hoc uo no
est bnficiuz dare reprehede e. Et ut i ins
titu de hac q parte dicaz quid sentiam
nc principi quid satis decor e donare g
nimie cu. Cy mgt effuge. tiberi9 ne hoc
quid mo q uitabat potuit. Naz aliquot
p ea qdez rogare inuenti sunt. quos oms
iussit reddere i senatu eris alienm cas. 2 ita
illis certas sumas dedit. No est illud libe
ralitas. Censura e auxiliu e. principale tri
butu e. beneficiu no e. Cui sine rubore me
minisse no possim. ad iudicez missus sum ut
impetrarez. Causaz dixi. Precipiunt itaq oes
auctores sapie. quedaz beneficia palaz da
da. qdaz secreto. palaz dada st que conse
glosium ut militaria dona. ut honores et
quicq aliud noticia pulcrius sit. Rursus
q no pducunt nec honestiorez faciunt. sz suc
currit infirmitati. egestati. ignominie. tacite
danda st. ut nota sit solis qb9 psunt. Interd
eciā ille q iuuat fallendus e. ut hēat. nc a
quo accepit sciat. Arthesilaz aiut. amico
paupi 2 paupertatez suaz dissimulanti egro
tat. 2 ne hoc quidez confitenti deesse sibi i sumptu
ad necessarios usus. cu diz succurrendu iudicasset
puluino eius ignorant sacculu subiecit ut
ho inutilr uerecundus quod desiderabat inue
niret. potius q acciperet. Quid g. ille nesciet
a q acceperit. Primu nesciat si ipm bnficiuz
ps e. deinde multa alia faciaz. multa tribua
p q intelligat 2 illius auctorez. Denique ille
nesciet accepisse se. ego sciaz me dedisse. pa
ru e inqs. Paru si fenerare cogitas. sz si
dare quo gnē accipienti maxime futuru erit.
contetus eris te teste. Alioqn no benefacere de
lectat si uideri bnfecisse. uolo utiq sciat.
debitorez quis. uolo utiq sciat. quid si illi
utilius nescire. si honestius. si gratius. No in
alia aliena partez habebis. Volo sciat.
Ita tu homine no seruabis in tenebris. Non
nego quociens patitur respiciend gaudiu ex
accipientis uoluntate. Si adiuuare illuz
oportz. 2 pudet si quod prestamus offendit.
si abscondit beneficiu in acta si mitte.
Quidm illi ergo sit indicaturus me dedisse
cu int prima precepta ac maxime necessaria sit.
ne umq exprobrez. immo ne amoneam
qdez. h ei beneficii int duos lex e. Alter

oblivisci statim debes dati. Hec accepi michi
faceret alium et premit frequens militum convicio
Liber exclamare. Cum ille triumvirali proscriptione
servatus a quodam Cesaris amico exclamavit,
cum superbiam eius ferre non posset: Redde me
Cesari. Quousque dices: ego te servavi, ego
eripui morti? Istud si meo arbitrio memini
vita est, si tuo mors est. Nichil tibi debeo si me
servasti ut haberes quem ostenderes. Quousque me
circumducis? quousque oblivisci fortune mee non
sinis? Semel in triumpho ductus essem. Non est dicendum
quid tribuerimus. Qui admonet repetit. Non est
instandum, non est memoria renovanda nisi ut ali-
ud dando prioris admoneas. Ne aliis quidem
narrare debemus. Qui dedit beneficium ta-
ceat, narret qui accepit. Dicetur enim illi ubique
iactanti beneficium suum: Non negabis inquit
te recepisse; et cum respondisset quando? Sepe quidem inquit
et multis locis, id est quotiens et ubicumque narrasti. Quid
opus est eloqui, quid alienum occupare officium? Est
qui istud facere honestius possit, quo narrante et hoc
laudabitur quod ipse non narras. Ingratum me iu-
dicas si istud te tacente nemo sciturus est. Quod adeo
non est committendum ut et si quis coram nobis narrabit
respondendum sit: Dignissimus quidem ille est maiori-
bus beneficiis, sed et ego magis velle me scio
omnia illi prestare quam adhuc prestitisse. Et hec ipsa
non inutiliter ea figura qua quidam retinent (al. regnant)
que magis ad se volunt attrahere. Deinde adi-
cienda omnibus humanitas. Perdet agricola quod
sparsit si labores suos destituit (al. deserit) in semine. Mul-
ta cura sata perducuntur ad segetem. Nichil in fru-
ctum pervenit quod non a primo usque ad extremum
equalis cultura prosequitur. Eadem beneficiorum condicio
est. Numquid ulla maiora sunt esse quam que in libe-
ros patres conferunt. Hec tamen irrita sunt si in infantia
deserantur, nisi longa pietas munus suum nutrit.
Eadem ceterorum beneficiorum condicio est. Nisi illa adiu-
vis perdes. Parum est dedisse, fovenda sunt. Si gra-
tos vis habere quos obligas, non tantum des oportet bene-
ficia sed ames. Precipue ut dixi parcamus au-
ribus. Admonitio tedium facit, exprobatio odium.
Nichil eque in beneficio vitandum est quam superbia.
Quid opus arrogantia vultus, quid timore (al. tumore) verbo-
rum? Ipsa res extollit. Detrahenda est inanis iac-
tatio. Res loquentur nobis tacentibus. Non tantum ingra-
tum sed invisum est beneficium superbe datum.
C. Cesar dedit vitam Pompeio Peno, si dat
qui non aufert. Deinde absoluto et agenti gratias
porrexit osculandum sinistrum pedem. Qui excu-
sant et negant id insolentie causa factum, aiunt ut cal-
ceum auratum immo aureum margaritis disti-
ctum ostendere eum voluisse. Ita prorsus quid hic
contumeliosum est si vir consularis aurum et mar-
garitas osculatus est? Et aliquin (al. alioqui) nulla parte
corporis eius electurus quam purius oscularetur? Ho-
natus in hoc ut mores libere civitatis persica
servitute mutaret. Parum iudicavit si senator
senex summissus honoribus in conspectu prin-
cipum supplex sibi eo more iacuisset quo
hostes victi hostibus iacuere. Invenit aliquid
infra genua quo libertatem detruderet. Non hoc
est rem publicam calcare? Et quidem licet aliquis non pu-
tet ad rem pertinere sinistro pede. Parum enim fede fu-
riosequeque insolens fuerat qui de capite consula-
ris viri soccatum (al. soccatus) audiebat, nisi in os senatoris in-
gessisset imperator (al. pigneos) pigros suos. O superbia ma-
gne fortune! O stultissimum malum! Ut a te
nichil accipere iuvat. Ut omne beneficium in iniuri-
as vertis, ut te omnia dedecent, quo altius te sub-
levasti, hoc depressior es, ostendisque tibi non
agnoscere ista bona quibus tantum inflas (al. inflaris). Quecumque
das corrumpis. Libet itaque interrogare quid se
tanto opere resupinet, quid vultum habitumque oris
pervertat ut malit habere personam quam faciem. Io-
cunda sunt que humana fronte, certe leni placida-
que tribuuntur, que cum daret mihi superior non ex-
ultavit super me, sed quantum potuit benignissimus
fuit descenditque in equum et detraxit mu-
neri suo pompam, si observavit idoneum
tempus ut in occasione potius quam in necessitate subve-
niret. Uno modo istis persuadebimus ne be-
neficia sua insolentia perdant, si ostenderi-
mus non ideo videri maiora quod tumultuosius
data sunt, ne ipsos quidem ob id cuiquam posse
maiores videri. Vana est superbie magni-
tudo et que in odium etiam amanda perducat. Sunt
quedam nocitura impetrantibus que non dare sed
negare beneficium est. Extimabimus itaque utili-
tatem potius quam voluntatem petentium. Sepe enim
noxia nec despicere quam perniciosa sint licet, quia
iudicium interpellat affectus. Sed cum subsedit
cupiditas, cum impetus ille flagrantis ani-
mi, qui consilium fugat, cecidit, detestamur perniciosos
malorum munerum auctores. Ut frigidam egris
negamus et lugentibus ac sibi iratis ferrum,
ut amantibus quicquid contra se usurus ardor
petit, sic omnino que nocitura sunt impense ac sub-
misse non numquam inmiserabiliter perseverabimus
non dare. Cum initia beneficiorum spectare
tum et exitus decet et ea dare que non tantum
accipere sed et accepisse delectet. Multi sunt
qui dicant: Scio hoc illi non profuturum. Sed quid
faciam? Rogat, resistere precibus eius non possum.

Vidit de se non de me querere. Falsum est: immo de te
et inimico quid enim ad meritum bona redierit
cum accessio illa que animum inflamabat
se remiserit. Quid mihi cum odierit a quo
in dampnum et periculum suum adiutus est. Ero-
gari in perniciem rogantium seva bonitas est.
Quemadmodum pulcerrimum opus est et invitos
nolentesque servare, ita rogantibus pestife-
ra largiri blandum et affabile odium est.
Beneficium demus quod in usu magis ac
magis placeat, quod numquam in malum vertatur.
Pecuniam non dabo quam numeraturus adulte-
re sciam, ne in societate turpis facti aut consilii
inveniar. Si potero revocabo. Si minus non
adiuvabo scelus. Sive illum ira quo non debe-
at impellit, sive ambitionis calor abducit
a tutis. Si nullum malum vires a semet
ipso patiar, nec committam ut possit quandoque dicere
amando me occidit. Sepe nichil interest inter
amicorum munera et hostium vota. Quicquid
illi accipere optant, in id hostes intempestiva indul-
gentia impellit atque instruit. Quid autem turpius
quam quod evenit frequentissime ut nichil intersit inter
odium et beneficium. Numquam in turpitudinem meam
reditum tribuamus. Cum summa amicitie sit
amicum sibi equare, utrique simul consulendum est.
Dabo egenti, sed ut ipse non egeam. Succurram
perituro, sed ut ipse non peream, nisi si futurus ero
magni hominis aut magne rei merces. Nul-
lum beneficium dabo quod turpiter peterem,
ne exiguum dilatabo neque magnum pro parvis
accipi patiar. Nam qui quod dat imputat
gratiam destruit, ita qui quantum det ostendit
munus suum commendat non exprobrat. Re-
spiciende sunt cuique facultates sue viresque
ne aut plus prestemus quam possumus aut minus.
Estimanda est eius persona cui damus. Qui-
dam enim minora sunt quam ut exire a magnis viris
debeant. Quedam accipiente minora sunt.
Utriusque itaque personam confer et ipsum inter
illas personas quod donabis examina. Nun-
quid aut danti sit grave aut parum?
Numquid rursus qui accepturus est aut
fastidiat aut non capiat? Urbem cuidam
Alexander donabat vesanus et qui nichil
animo nisi grande conciperet. Cum ille cui dona-
batur se ipse mensus tanti muneris invidiam
refugisset, dicens non convenire fortune sue,
Non quero, inquit, quid te accipere deceat, sed quid
me dare. Animosa vox videtur et regia, sed est
tamen stultissima. Nichil enim per se quemquam decet. Re-
fert quid cui quando quare ubi et cetera sine quibus

q[ue]re Alex.

facti ratio non constabit. Tumidissimum animal
si nullum acciperet hoc non deceret nec te dare.
Habetur personarum ac dignitatum portio. Et cum
sit ubique virtutis modus, eque peccat quod
excedit quam quod deficit. Liceat istud sane et
te tantum fortuna sustulerit ut congiaria tua ur-
bes sint, quarum melius erat non capere quam
spargere. Est tamen aliquis minor quam in sinu eius conden-
da est civitas. Ab Antigono rege Cinicus
petit talentum. Respondit rex plus esse quam quod Ci-
nicus petere deberet. Repulsus petit dena-
rium. Respondit rex minus esse quam quod regem deceret
dare. Turpissima huiusmodi cavillatio est. Invenit
rex quomodo neutrum daret. In denario regem,
in talento Cinicum respexit, cum posset et denarium
tamquam Cinico dare et talentum tamquam rex. Ut
si aliquid maius quam quod Cinicus accipiat, nichil
tamen tam exiguum est quod non honeste regis humani-
tas tribuat. Si me interrogas probo. Est
enim intollerabilis res poscere nummos et contemnere.
Indixisti pecunie odium. Hoc professus es, hanc
personam induisti, agenda est. Iniquissimum est
sub gloria egestatis acquirere. Aspicienda ergo non
minus sua cuique persona est quam eius de quo iuvan-
do quis cogitat. Volo Crispini uti similitudine
de pile lusu, quam cadere non est dubium aut mitten-
tis vitio aut excipientis. Tum cursum suum
servat ubi inter manus apte ab utroque et ac-
ceptata et excepta versatur. Necesse est autem lusor
bonus aliter illam collusori longo, aliter brevi mittat.
Eadem beneficii ratio est. Nisi utrique persone
dantis et accipientis aptatur, nec ab hoc exibit
nec ad illum perveniet ut debet. Si cum
exercitato et docto negotium est, audacius
pilam mittemus, utcumque enim venerit manus
illam expedita et agilis repercutiet. Si cum ti-
rone et indocto, non tam rigide nec tam excusse
sed languidius et in ipsam eius dirigentes manum
remisse occurremus. Idem faciendum est in beneficiis.
Quosdam doceamus et satis iudicemus si conen-
tur, si audent, si volunt. Facimus autem plerumque ingra-
tos et ut sint favemus, tamquam ita demum ma-
gna sint beneficia nostra si gratiam illis referre
non potuit, ut malignis lusoribus propositum
est collusorem traducere, cum scilicet ipsius lusus qui
non potest nisi consentiatur extendi. Multi sunt tam
prave nature ut malint perdere que prestiterunt quam
videri recepisse, superbi et imputatores. Quanto
melius quantoque humanius id agere ut illis quoque par-
tes sue constent et favere ut gratia sibi referri possit,
benigne omnia interpretari, gratias agentem non aliter
quam si referat audire, prebere se facilem ad hoc.

ut que obligauit etiam exsolui uelit. Male
audire solet fenerator si acerbe exigit.
eque si in recipiendo tardus ac difficilis
moras querit. beneficium tam recipiendum est quam
non exigendum. Optimus ille qui dedit facile nun-
quam exigit. Reddi uero gauisus est bona fide quod
prestitisset oblitus, quam accipientis animo recepit. Quidam
non tantum dant beneficia superbe sed etiam accipiunt
quod non est committendum. Iam enim transeamus
ad alteram partem tractaturi quo se homines
gerere in accipiendis beneficiis debeant. Quodcumque
ex duobus constat officium tantundem ab utroque exigit.
Qualis pater esse debeat cum inspexeris scies non
minus operis illi superesse ut dispicias qualem
esse oporteat filium. Sunt aliquae partes mariti
sed non minores uxoris inuicem est. Ista quantum
exigunt prestant et parem desiderant regulam
que ut ait Hecaton difficilis est. Omne enim hone-
stum in arduo est et quod uicinum est honesto. Non
enim tantum fieri debet sed ratione fieri. Hac duce per totam ui-
tam eundum est. minima maximaque ex huius consilio
gerenda. quo hec suaserit dandum. Hec autem primum hoc cen-
sebit ne ab omnibus accipiendum. A quibus ergo accipi-
emus? Ut breuiter tibi respondeam ab hiis quibus
dedisse uellemus. Nam et maiore delectu querendus
est cui debeamus quam cui prestemus. Nam ut non sequan-
tur illa incommoda sequuntur autem plurima. Graue tamen
tormentum est debere cui nolis. Contra iocundis-
simum ab eo accepisse beneficium quem amare
etiam post iniurias possis. ubi amicicia alioqui
iocunda causa fecit et iustam. Illud uero homini uerecundo
et probo miserrimum est. si eum amare oportet quem
non iuuat. Totiens admoneam necesse est non loqui de
sapientibus me quos quicquid oportet et iuuat. quem animo in
potestate habent et legem sibi quam uolunt dicunt quam
conscripserunt seruant. Sed de imperfectis hominibus hone-
sta imitari sequi uolentibus quorum affectus sepe contu-
maciter parent. Itaque eligendus est a quo beneficium
accipiam. et quidem diligentius querendus beneficii
quam pecunie creditor. huic enim reddendum est quantum
accepi et si reddidi solutus sum ac liber. At
illi plus soluendum est. et nichilominus et relata gratia
coheremus. debeo enim cum reddidi rursus incipere.
maneatque amicicia non recipere indignum. Sic me-
in beneficiorum quidem sacratissimum ius ex quo ami-
cicia oritur. Non semper mihi licet dicere nolo. Ali-
beneficium accipiendum est et ab inuito. Dat tyran-
nus crudelis et iracundus qui munus suum fastidire
te iniuriam iudicaturus est. Non accipiam? eodem loco
latronem pone piratam. Regem animum latronis
ac pirate habentem. Quid faciam? parum dignus est
cui debeam. Cum eligendum dico cui debeas uim

maiorem et metum excipio quibus adhibitis
electio perit. Si liberum est tibi si arbitrii
tui est utrum uelis an non id apud te ipsum per-
pendes. Si necessitas tollit arbitrium scies te
non accipere sed parere. Nemo in id accipiendo ob-
ligatur quod illi repudiare non licuit. Si uis sci-
re an uelim effice ut possim nolle. Uitam tamen
tibi dedit. Non refert quid sit quod datur nisi a uo-
lente uolenti datur. Si seruasti me non ideo serua-
tor es. Uenenum aliquando pro remedio fuit. Non ideo
numeratur inter salubria. Quedam prosunt nec obli-
gant. Tuber quidam tyranni gladio diuisit
qui ad occidendum eum uenerat. Non ideo
tirannus gratias egit quod rem quam medicorum
manus reformidauit nocendo sanauit. Ui-
des non esse magnum in ipsa re momentum quoniam
non uidetur dedisse beneficium quod malo animo profuit
casus enim beneficium est hominis iniuria. Leonem in
amphitheatro spectauimus qui unum ex bestia-
riis agnitum cum quondam eius fuisset magister
protexit ab impetu bestiarum. Num ergo beneficium
est fere auxilium? Minime quia nec uoluit facere
nec faciendi animo fecit. Quo loco feram posui ty-
rannum pone et hic uitam dedit et illa. Nec hic nec illa
beneficium. quia non est beneficium accipere cogi. Non
est beneficium debere cui nolis. Ante des oportet
mihi arbitrium mei deinde beneficium. Disputari
de marco bruto solet an debuit accipere a diuo
Iulio uitam cum eum occidendum iudicaret. Quam
rationem in occidendo secutus sit alias tractabimus.
Michi enim cum uir magnus fuit in aliis in hoc ui-
detur uehementer errasse nec institutione stoica se
egisse. qui aut regis nomen extimuit cum optimus
status ciuitatis sub rege iusto sit. aut ibi
sperauit libertatem futuram ubi tam magnum
premium erat et imperandi et seruiendi. Aut exis-
timauit ciuitatem in priorem formam posse reuo-
cari amissis priscis moribus. futuramque ibi
equalitatem ciuilis iuris et staturas loco suo
leges. ubi uideat tot milia hominum pugnantia
non an seruiret sed utri. Quanta uero illum aut
rerum natura aut urbis sue tenuit obliuio qui uno
interempto defuturum credidit alium qui idem
uellet cum tarquinius esset inuentus post tot reges
ferro ac fulminibus occisos. Sed uitam accipere
debuit. ob hoc tamen habere illum parentis loco quia
iniuria dandi beneficium in iniuriam uenerat. Non enim
seruat is qui non interficit nec beneficium dedit
sed missionem. Illud magis uenire in dispu-
tationem potest aliquando quid faciendum sit captiuo
cui redemptionis pretium homo prostituta corporis
infamis ore promittit. Patiar me ab in-

puto servari. Servatus deinde quam illi gratiam referam? vivam cum obsceno. Nunc minima tum redemptore. Aliud quod placeat dicam. Et ab aliquo accipiam pecuniam quam pro capite dependam. accipiam autem tamquam creditum, non tamquam beneficium. Solvam illi pecuniam et si occasio fuerit servandi periclitantem servabo. In amiciciam que similes iungit descendam nec servatoris loco illum numerabo sed feneratoris cui sciam reddendum quod accepi. Est aliquis dignus a quo beneficium accipiam sed danti nociturum est. ideo non accipiam quia ille paratus est in meum incommodo vel periculo suo prodesse. Defensurus est me reum sed illo patrocinio regem sibi facturus est inimicum. Inimicus sum si cum ille periclitari velit. ego quod facilius est non facio ut sine illo periclitor. Ineptum et frivolum hoc Hecaton ponit exemplum Archesilai, qui a filio aut familie allatam pecuniam non accepisse ne ille patrem sordidum offenderet. Quid fecit laude dignum quod furtum non recepit, quod maluit non accipere quam reddere? Que est enim aliena rem non accipere moderatio? Si exemplo magni animi opus est utamur Grecini Julii viri egregii quem C. Cesar occidit ob hoc unum quod melior vir erat quam esse quemquam tyranno expedit. Is cum ab amicis conferentibus ad impensam ludorum pecunias acciperet magnam pecuniam a Fabio Persico missam non accepit et obiurgantibus hiis qui non extimabant mittentes sed missa quod repudiasset: ego inquit ab eo beneficium accipiam a quo propinationem accepturus non sum. Cum illi Rebilus consularis homo eiusdem infamie maiorem summam misisset instaretque ut accipi iuberet, Rogo inquit ignoscas et a Persico non accepi. Utrum hoc munera accipere est an senatum legere? Cum accipiendum iudicaverimus hilares accipiamus profitentes gaudium et id danti manifestum sit ut fructum presentem capiat. Iusta enim causa letitie est letum amicum videre, iustior fecisse. quam grate ad nos pervenisse indicemus effusis affectibus. quod non ipso tantum audiente sed ubique testemur. Qui grate beneficium accipit primam eius pensionem solvit. Sunt quidam qui nolunt nisi secreto accipere. testem beneficii et conscium vitant. quos scias licet male cogitare. Quomodo danti in tantum producenda notitia est muneris sui in quantum delectatura est cui datur, ita accipienti adhibenda certior est. Quod pudet debere ne acciperis. Quidam furtive agunt gratias et in angulo et ad aurem. Non est ista verecundia sed inficiandi genus. Ingratus est qui remotis arbitris agit

hec

[al. volunt] gratias. Quidam volunt nomina secum fieri nec interpo- [al. vel aliquos] parios nec signatores advocari dare. Id faciunt qui dant operam ut beneficium in ipsos collatum quam ignotissimum sit. Verentur palam ferre ut sua potius virtute quam alieno adiutorio consecuti dicantur. Rariores in eorum officiis sunt quibus vitam aut dignitatem debent. Et dum opinionem clientium timent graviorem subeunt ingratorum. Alii pessime loquuntur de optime meritis. Tutius est quosdam offendere quam demeruisse. Argumentum enim nichil debentium odio querunt. at quam nichil magis prestandum est quam ut memoria nobis meritorum hereat. Que subinde reficienda est, quia nec referre potest gratiam nisi qui meminit eam refert. Nec delicate accipiendum est nec summisse et humiliter. Nam qui negligens est in accipiendo cum omne beneficium recedet paret, quid faciet cum prima eius voluntas refrixit? Alius accipit fastidiose tamquam qui dicat: Non quidem mihi opus est sed quia tam valde vis, faciam tibi mei potestatem. Alius supine ut dubium prestanti relinquat an senserit. Alius vix labra deducit et ingratior quam si tacuisset fuit. loquendum est magnitudine rei impensius et illa adiicienda: Pluris quam putas obligasti. Nemo enim non gaudet beneficium suum latius patere. Nescis quid in me contuleris sed scire te oportet quanto plus sit quam existimas. Statim gratus est qui se honerat. Numquam tibi gratiam referre potero. Illud certe non desinam ubique confiteri me referre non posse. Nullo magis Cesarem Augustum demeruit et ad alia impetranda facilem sibi reddidit Furnius quam quod cum patri Antonianas partes secuto veniam impetrasset dixit: Hanc unam Cesar habeo iniuriam tuam. Effecisti ut viverem et morerer ingratus. Quid est tam grati animi quam nullo modo sibi satisfacere quam ne ad spem quidem exequendi umquam beneficii accedere? His atque huiusmodi vocibus id agamus ut voluntas nostra non lateat sed aperiatur et luceat. Verba cessent licet. tamen si quemadmodum debemus affecti sumus conscientia eminebit in vultu. Qui gratus futurus est statim dum accipit de reddendo cogitet. Crisippus quidem illum velud certamini cursus compositum et carceribus inclusum oppor- tere tempus suum ad quod velud dato signo prosiliat. Et quidem magna illi celeritate opus magna contentione ut consequatur antecedentem.

Videndum est nunc quid maxime faciat ingratos. Aut nimius sui suspectus esse et insitum mortalibus vicium se suaque mirandi aut aviditas aut invidia. Incipiamus a primo. Nemo non benignus est sui iudex. Inde est ut omnia meruisse

se extimet et insolutum accipiet. non satis suo
precio se estimatum putet. hec michi dedit. sed quantum
sero. sed postquam est laboratis. quanto consequi pluris po-
tuisse. si illum an illum. ceterum me colere maluissem.
Non hoc speraveram in turbam coniectus sum. tam
exiguo dignum me indicavit. honestius preteriri
fuit. Gn. lentulus augur. divitiarum maximum
exemplum. antequam illum libertini facerent pauperem. hic qui
miles sestertium suum vidit. proprie dixi michi enim
voluit amplius quam vidit. Ingenium fuit sterilis
tam pusilli quam animi. cum esset avarissimus nummos
citius emittebat quam verba. tanta illi inopia erat
sermonis. hic cum omnia incrementa sua divo augusto
deberet. ad quem attulerat paupertatem sub honore
nobilitatis laborantem. princeps iam civitatis et pe-
cunia et gratia sub inde augusto solebat queri
dicens a studiis sese abductum. michi enim in se con-
gestum esse. quantum perdidisset relicta eloquentia. At il-
li inter alia hoc etiam divus augustus prestiterat quod
illum de risu et labore irrito liberaverat. Non
patitur aviditas quemquam esse gratum. Numquam enim
improbe spei quod datur satis est. Et maiora cupi-
mus quo maiora venerunt. multoque concitatior
est avaricia in magnarum opum congestu collata.
ut flamme infinite acrior vis est. quo ex maiore
incendio emicuit. eque ambitio non patitur quem-
quam in ea mensura honorum conquiescere. que quondam
eius fuit impudens votum. Nemo agit de tribu-
natu gratias. sed queritur quod non est ad preturam usque
productus. Nec hec grata est. si deest consulatus.
nec hic quidem satiat si unus est. Ultra se cupi-
ditas porrigit et felicitatem suam non intelligit.
quia non unde venerit respicit. sed quo tendat.
Omnibus hiis vehementius et importunius est
malum invidia. que nos inquietat dum comparat.
hec michi prestitit. sed illi plus. sed illi maturius. et deinde
nullius causam agit. contra omnes sibi favet. Quanto
est simplicius. quanto prudentius beneficium acceptum
augere. scire neminem tanti ab alio quanti a
se ipso estimari. plus accipere debui. sed illi facile
non fuit plus dare. In multos dividenda
liberalitas erat. hoc initium est bonum consulamus.
et animum eius grate excipiendo evocemus. Parum
fecit sed sepius faciet. Illum michi pretulit. et me
multis. Ille michi non est par virtutibus. nec offi-
ciis. sed habuit suam venerem. Querendo non efficiam
ut maioribus dignus sim. sed ut datis indignus.
Plura illis hominibus turpissimis data sunt. Quid
ad rem. quam raro fortuna iudicat. Cotidie queri-
mus malos esse felices. Sepe quos agellos pessi-
mi cuiusque transierat optimorum virorum segetem gran-
do percussit. fert sortem suam quisque ut in ceteris

rebus ita in amicitiis. Nulla est tam plenum
beneficium quod non vellicare malignitas possit.
Nullum tam angustum quod non bonus interpres exte-
dat. Numquam deerunt cause querendi. si bene-
ficia a deteriore parte spectaveris. Vide
quam iniqui sunt divinorum munerum estimatores. et
quidem professi sapientiam querunt. quod non magnitudine
corporum equemus elephantos. velocitate cervos.
levitate aves. impetu thauros. quod solida sit
cutis beluis. decentior damis. densior ursis.
mollior fibris. quod sagacitate narium canes
vincant. quod acie luminum aquile. spacio etatis
corvi. multa sunt animalia nandi facilitate. Et cum
quedam ne coire quidem in idem natura patiatur ut velo-
citatem corporum et vires ex diversis ac dissi-
dentibus bonis hominem non esse compositum iniuri-
am vocant et negligentes nostri deos. quod non bo-
na valitudo etiam mentis inexpugnabilis
data sit. quod non futuri scientia nix vero reparant quod
eo usque impudentia provehantur. ut naturam oderint
quod infra deos sumus. quod non in equo illis ste-
timus. Quanto satius est ad contemplationem tot tan-
torumque beneficiorum reverti et agere gratias quod non
in hoc pulcerrimo domicilio voluerunt secunda
sortiri. quod terrenis prefecerunt. Aliquis cum alia
comparat nobis quorum potestas apud nos est. Ali-
quid nobis negatum est dari non potuit. Quomodo
quisquis es iniquus estimator sortis humane.
cogita quanta nobis tribuerit parens noster. quanto
valenciora alia sub iugum miserimus. quanto ve-
lociora consequamur. quod nichil sit mortale non
subiectum nostro positum. Tot virtutes accepimus.
tot artes. animum denique cui nichil non eodem quo
intendit momento pervium est. sideribus veloci-
or est. quorum post multa secula futuros cursus
antecedit. Tantum deinde frugum tantum opu-
tantum rerum alienarum super alias acervatarum
Circuitas licet cuncta. et quia nichil totum invenies
quod esse te malles. ex omnibus singula excerpas.
que tibi dari velles. bene estimata nature in-
dulgentia confitearis necesse est in deliciis te illi
fuisse. Ita est. Carissimos nos habuerunt dii
inmortales. habentque et quis maximus tribui honos
potuit ab ipsis proximos collocaverunt. Magna
accepimus maiora non cepimus. Hec michi
liberalis materia reddidi. et quia loquendum aliquid
de magnis beneficiis erat. et cum de minu-
tis loquerer. et quia inde manat et in cetera
huius detestabilis vicii audacia. Cui enim
respondebit grate. quod munus estimabit ma-
gnum aut reddendum. qui summa beneficia spernit.
Cui salutem. cui spiritum debebit qui vitam

accepisse se a diis negauit quam contidie ab illis petit. Ceterum ergo gratos esse deo et homini tam agit et deos quibus nullius rei indigentibus positis esse desiderium referen(di) in eo omnius gratiam possimus. non est quod quisque excusatione mentis ingrate ab infirmitate atque inopia petat et dicat. Quid enim faciam et quo et quando superioribus dominisque rerum omnium gratiam referam. Referre facile est si auarus es sine impendio in opera. Eodem quidem momento quo obligatus es si uis cum quolibet paria fecisti. quoniam qui libenter beneficium accipit reddidit. Hoc ex paradoxis stoice secte minime mirabile. ut mea fert opinio aut incredibile est. eum qui libenter beneficium accipit reddidisse. Nam cum omnia ad animum referamus fecit quisque quantum uoluit. et cum pietas fides iusticia. omnisque denique uirtus in se perfecta sit. et si illi exercere manum non licuit. gratus quoque hic esse potest uoluntate. Quotiens quod posuit consequitur consequitur capit operis sui fructum. Qui beneficium dat. quid proponit. gratum? prodesse ei cui dat. et uoluntati sibi esse. si quod uoluit efficit. Peruenitque ad me animus eius. ac mutuo gaudio adfecit. Tulit quod petiit. Non enim sibi inuicem aliquid reddi uoluit. aut non fuit beneficium sed negociatio. Bene nauigauit per quem destinauit portum tenuit. Tali iactu certe manus peregit officium si petita percussit. Beneficium qui dat uult excipi grate. habet quod uoluit si bene acceptum est. Sed sperauit emolimenta aliquid. non fuit hoc beneficium cuius proprium nichil est de reddendo cogitare. Quod accipiebam eo animo accepi quo dabatur reddidi. Alioquin pessima optime rei condicio est. ut gratus sim ad fortunam mittor. Si illa inuicem respondere non possim. sufficit animus animo. Quid ergo non quicquid potuero et faciam et reddam. in tempore rerumque occasionem sequar et implere eius sinum cupiam a quo aliquid accepi. Sed malo loco beneficium est. nisi et excussis manibus esse gratos liceat. Qui accepit inquit beneficium licet animo benignissimo acceperit. non consummauit officium suum. Restat enim pars sua reddendi. sicut in lusu est aliquid pilam bene ac diligenter excipere. sicut non dicitur bonus lusor nisi qui apte et expedite remisit. quam acceperat. Exemplum hoc dissimile est. Quare quia huius rei laus in corporis motu est et in agilitate non in animo. Explicari itaque totum debet de quo oculis iudicatur. Nec tamen ideo non bonum lusorem dicam. qui pilam ut oportebat excepit. si per ipsum mora quominus remitteretur non fuit. Sed quamuis ingenti arti ludentis nichil desit. quoniam partem fecit quidem sed partem quam non fecit potuit facere. lusus ipse imperfectus est qui non constat nisi uicibus mittendi ac remittendi. Nolo diutius hoc refellere. Existimemus ita esse. desit aliquid lusui non lusori. Sic et hoc de quo disputamus deest aliquid rei date. cui pars alia debetur non animo. Qui animum parem sibi nactus est quantum in illo est. quod uoluit efficit. Beneficium mihi dedit. accepi non aliter quam ipse accipi uoluit. Iam habet quod petiit et quod unum petiit. Ergo gratus sum. Post hoc usus mei restat et aliquod ex homine grato commodum. hoc non imperfecti officii pars est. sed perfecti accessio. Facit Phidias statuam. Alius est fructus artis. alius artificis. Artis est fecisse quod uoluit. artificis fecisse cum fructu. Perfecit opus suum Phidias et si non uendidit. Triplex illi fructus operis sui. unus conscientie. hunc absoluto opere percepit. Alter fame. tercius utilitatis. quam allatura est. aut gratia aut uenditio aut aliqua commoditas. Sic beneficii fructus primus ille est conscientie. hunc percipit qui quo uoluit munus suum pertulit. Secundus est et fame et eorum que prestare inuicem possunt. Itaque cum benigne acceptum est beneficium. qui dedit gratiam quidem iam recepit. mercedem non dum. Debeo itaque quod extra beneficium est. Ipsum quidem bene accipiendo persolui. Quid ergo retulit gratiam qui nichil fecit? Primum fecit bono animo. bonum obtulit et quod est amicicie ex equo. Post deinde aliter beneficium aliter creditum soluitur. Non est quod expectes ut solutionem tibi ostendam. Res inter animos geritur. Quod dico non uidebitur uerum contrarium primo contra opinionem pugnet tuam. Si te commodaueris mihi et cogitaueris plures esse res quam uerba. Ingens copia est rerum sine nomine. quas non propriis appellationibus uocamus sed alienis commodatisque. Pedem et nostrum dicimus et lecti et ueli et carminis. Canem et uenaticum et marinum et sidus. Quia non sufficimus ut singulis singula assignemus. quotiens opus est mutuamur. Fortitudo est uirtus pericula iusta contemnens. aut sciencia periculorum repellendorum excipiendorum prouocandorum. Dicimus tamen et gladiatorem fortem uirum et seruum nequam quem in contemptum mortis temeritas impulit. Parsimonia est sciencia uitandi sumptus superuacuos. aut ars re familiari temperate utendi. Parcissimum tamen hominem uocamus pusilli animi et contracti. cum infinitum intersit inter modum et angustias. Sed alia sunt natura. sed efficit inopia sermonis ut et hunc et illum parcum uocemus. et ille fortis

dicatur cum re fortuita desciverunt. Sic in rerum
inparila dissimilitudine. Sic beneficium est et actio
ut diximus beneficium et ipsum quod datur per illam actio-
nem ut pecunia, domus, praetexta. Unum utriusque
nomen est; vis quidem ac potestas longe alia. Itaque
attende, iam intelliges nihil me quod opinio tua
refugiat dicere. Illi beneficio quod actio perficit re-
lata gratia est si illud benivole excepimus. Illud
autem quod re continetur nondum reddidimus sed volumus
reddere. Voluntati voluntate satisfecimus; rei rem debe-
mus. Itaque quamvis retulisse illum gratiam dicamus
qui beneficium libenter accepit, iubebimus aliquid tamen
simile quod accepit reddere. A consuetudine quaedam
quae dicimus abhorrent, deinde alia via ad con-
suetudinem redeunt. Negamus iniuriam accipere
sapientem; tamen qui illum pugno percusserit iniuriarum
damnabitur. Negamus stulti aliquid esse; et tamen
eum qui rem aliquam stulto subripuit furti conde-
mnabimus. Insanire omnes dicimus; non tamen omnes
curamus elleboro; his ipsis quos vocamus insanos
et suffragium et iurisdictionem committimus. Sic dicimus
eum qui beneficium bono animo accepit gratiam retu-
lisse; nihilominus eum in aere alieno relinquimus,
gratiam relaturum etiam cum retulit. Exhortatio est illa,
non inficiatio beneficii. Timeamus ne ut intol-
lerabili sarcina depressi deficiamus. Animo bono in-
donata sunt et famae defensa, detractae sordes,
redditus spiritus et libertas potior spiritu. Et quo
gratiam referre potero? Sed ille veniet dies quo
illi animum meum ostendam. Hic ille est quo ipse suum
ostendit: excipe beneficium, amplexare, gaude
non quod accipias sed quod reddas debiturusque sis.
Non adibis tam magnae rei periculum ut casus in-
gratum facere te possit. Nullas tibi proponam difficul-
tates, ne despondeas animo, ne laborem ac longae
servitutis expectatione deficias. Non differo te;
de praesentibus fiat. Numquam eris gratus nisi statim es.
Quid ergo facies? Non arma sumenda sunt; et for-
tasse erunt. Non maria metienda; fortasse et
ventis minantibus solves. Vis reddere beneficium?
benigne accipe. Retulisti gratiam, non ut solvisse
te putes, sed ut securior debeas. Explicit liber II.

Non referre beneficiis. Incipit tertius.
et est turpe et apud omnes habetur, Ebuti
Liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati
queruntur, cum interim hoc omnibus haereat quod om-
nibus displicet, adeoque in contrarium itur ut quosdam ha-
beamus infestissimos non post beneficia tantum sed et
propter beneficia. Hoc pravitate naturae accidere
quibusdam non negaverim; pluribus quia memo-
riam tempus interpositum subducit. Nam quae recentia
apud illos viguerunt ea interiecto spatio
obsolescunt. De quibus fuisse mihi tecum disputa-
tionem scio, cum tu illos non ingratos voca-
res sed oblitos, tamquam ea res ingratum excuset
quae facit ut (al. aut) cui hoc accidit aliquid non sit
ingratus, cum hoc non accidat nisi ingrato. Multa
sunt genera ingratorum ut furum, homicidarum, quorum
una culpa est, ceterum in partibus varietas ma-
gna. Ingratus est qui accepisse beneficium se
negat quod accepit. Ingratus est qui dissimulat.
Ingratus est qui non reddidit. Ingratissimus omnium
qui oblitus est. Illi enim si non solverunt tamen de-
bent; exstat apud illos vestigium certe meritorum
intra malam conscientiam inclusorum. Aliquando ad re-
ferendam gratiam convertuntur ex aliqua causa, si illos
pudor admonuit, si subita honestae rei cupidi-
tas, qualis solet ad tempus et in malis pectoribus
exsurgere, si invitavit facilis occasio. Hic fieri
numquam gratus potest apud quem beneficium to-
tum elapsum est. Et utrum turpiorem vocas quem
apud quem gratia beneficii intercidit, an apud
quem et memoria? Vitiosi oculi sunt qui lucem re-
formidant, caeci qui non vident. Et parentes su-
os non amare impietas est, non agnoscere insania.
Quis tam ingratus est quam qui quod in prima parte animi positum
esse debuit et semper occurrere ita seposuit et ab-
iecit ut in ignorantiam verteret? Apparet illum
non saepe de reddendo cogitasse cui obrepsit
oblivio. Denique ad reddendam gratiam et virtute
opus est et tempore et facultate et adspirante
fortuna. Qui meminit sine impendio gratus est.
Hic qui non operam exigit, non opes, non facultates (al. felicitatem),
qui non praestat nihil habet quo lateat patro-
cinium. Numquam enim voluit gratus esse qui be-
neficium tam longe proiecit ut extra conspectum
suum poneret. Videas quae in usu sunt et manum
cotidie tactumque patiuntur numquam periculum
situs adire; illa vero quae ad oculos non revocantur
sed extra conversationem ut supervacua iacuerunt
sordes ipsa colligunt vetustate. Itaque quicquid
frequens cogitatio exercet ac renovat memoriae
numquam subducitur, quae nihil perdit nisi ad quod non saepe
respexit. Praeter hanc causam aliae quoque sunt quae nobis
merita non numquam maxima vellant. Prima omnium
ac potentissima est quod novis semper cupiditatibus
occupati non quid habeamus sed quid petamus inten-
dimus, in id quod appetitur intenti; quicquid domi
(al. vilescit) vile est. Sequitur autem ut ubi quod acceperis leve
novorum cupiditas fecit, auctor quoque eorum non sit
in pretio. Amavimus aliquem et suspeximus
et fundatum ab illo statum nostrum professi sumus
quamdiu nobis placebant ea quae consecuti sumus; deinde
irrumpit animum aliorum admiratio et ad ea

inpetus factus est uti mortalibus mos est
ex magnis maiora cupiendi. Primus
excidit. quicquid autem apud nos beneficium uoca
batur. nec ea intuemur que nos aliis preposuere
sed ea sola que fortuna preteriens ostendeat (al. ostentat)
Non potest autem quisquam et inuidere et gratias agere.
quia inuidere querentis et mesti est. gratias agere
gaudentis. Deinde quia nemo nostrum nouit nisi ad
tempus quod cum maxime transit. ad preterita rari
animum torquent. Sic fit ut preceptores eorum
que beneficia intercidant quia pueritiam relinquimus.
Sic fit ut in adolescentiam nostram collata
pereant quia ipsa nunquam retractatur. Nemo quod
fuit tanquam in preterito sed tanquam in perdito ponit.
ideoque caduca est memoria futuro imminentium.
Hoc loco reddendum est Epycuro testimonium
qui assidue queritur quod aduersus preterita simus in
grati. quod quecunque percepimus bona non reducamus
nec inter uoluptates numeremus. cum certior nulla
sit uoluptas quam que iam eripi non potest. Pre
sentia bona nondum tota in solido sunt. potest illa
casus aliquis incidere. futura pendent et incerta
sunt. quod preterit inter tuta sepositum. Quomodo gratus
esse quisquam aduersus beneficia esse potest qui omnem
uitam suam transilit. presentium totus ac
futurorum. Memoria gratos facit. memorie mi
nimum tribuit quisquis spei plurimum. Quemad
modum liberalis quedam res semel percepte herent
quedam ut scias non esse satis didicisse. In
tercidit enim eorum scientia nisi continuetur. geometriam
dico et sublimium cursum et si qua alia propter
subtilitatem lubrica sunt. Ita beneficiorum quorundam
magnitudo non patitur excidere. quorundam minora sed
numero plurima et temporibus diuersa effluunt. quia ut
dixi non statim illa tractamus. nec libenter quid
cuique debeamus recognoscimus. Audi uoces
petentium. Nemo non uicturam semper memoriam
in animo suo dixit. nemo non deditum se et deuotum
professus est. Et si quod aliud humilius uerbum quo
se oppignoraret inuenit post exiguum tempus et idem
illi priora uerba quasi sordida et parum libera eui
tant. peruenit deinde eo quo ut ego estimo
pessimus quisque atque ingratissimus peruenit ut ob
liuiscatur. adeo enim ingratus est qui oblitus est
ut ingratus sit cui beneficium in mente uenit.
Hoc tamen inuisum uitium an impunitum esse
debeat. queritur. an haec lex que in scolis exercetur
etiam in ciuitate ponenda sit. qua ingrati
datur actio que uidetur equa omnibus. Quid enim?
cum urbes que urbibus prestitere exprobent et ma
iores collata a posteris exigant. Verum maio
res nostri scilicet uiri ab hostibus tamen expete

erant beneficia magno animo dabant mag
no perdebant. excepta macedonum gente non est
in ulla data aduersus ingratum actio. Mag
numque argumentum est dandum non fuisse. quia
aduersus maleficium omnes consensimus. et homicidii
et ueneficii. parricidii uiolatarum religionum
alibi atque alibi diuersa pena est. sed ubique ali
qua. hoc frequentissimum crimen. nusquam punitur
ubique improbatur. Neque absoluimus illud. sed cum
difficilis esset incerte rei estimatio. tantum odio
damnauimus. et cum relinquimus quod ad iudices
deos mittimus. Rationes autem multe mihi oc
currunt propter quas crimen hoc in legem cadere non debeat.
Primum omnium pars optima beneficii periit si actio
sicut certe pecunie aut ex conducto et locato da
tur. hoc enim in illo speciosissimum est. quod dedimus uel
perdituri. quod totum permisimus accipientium ar
bitrio. Si appellem. si ad iudicem uoco incipit
beneficium non esse sed creditum. Deinde cum res
honestissima sit referre gratiam. desinit esse hone
sta si necessaria est. non magis laudauit quisquam gratum
hominem quam eum qui depositum reddidit aut quod
debebat citra iudicem soluit. Ita duas res
quibus in uita humana nichil pulcrius est corrum
pimus. Gratum hominem et beneficium. Quid enim aut
in hoc magnificum est si beneficium non dat sed commo
dat. aut in illo qui reddidit non quia uult sed quia ne
cesse est. Non est gloriosa res gratum esse nisi tutum
est ingratum fuisse. Adice nunc quod huic uni
legi omnia fora uix sufficient. Quis erit qui
non agat. quis cum quo non agatur. Omnes sua extol
lunt. omnes et minima que in alios contulere dilatant.
Preterea quecunque in cognitionem cadunt comprehendi possunt
et non dare infinitam licentiam iudici. Ideo melior
uidetur conditio cause bone si ad iudicem quam si
ad arbitrum mittitur. quia illum formula includit
et certos quos non excedat terminos ponit. huius libera
et nullis astricta uinculis religio. et detrahere
aliquid potest et adicere. et sententiam suam non prout
lex aut iusticia suadet. sed prout humanitas aut
misericordia impulit regere. Ingrati actio non erat
iudicem alligatura sed regno liberrimo positura.
Quid sit enim beneficium non constat. Deinde quantum
sit refert. quam benigne illud interpretetur iudex.
Quid sit ingratus nulla lex monstrat. Sepe
et qui reddidit quod accepit ingratus est et qui
non reddidit gratus. De quibusdam et imperitus iu
dex dimittere tabellam potest ubi fecisse aut non
fecisse pronunciandum est. ubi prolatis cautionibus
controuersia tollitur. ubi inter disputantes ratio ius
dicit. ubi non animi coniectura capienda est. ubi
id de quo sola sapientia decernit in controuersiam in-

dic. Non potest ad hec sumi iudex ex turba
selectorum quem census in album et equestris hedi
tas misit. Itaque non sed par ydonea res ui
sa est que duceretur ad iudicem sed neo huic
rei satis ydoneus iudex inuentus est. Et non
admirabilis si exussis quod huiusmodi fuit diffi
cultatis quod ... extitit. Donat
aliquis magnam pecuniam sed diues sed non sensurus im
pendium. Donauit alius sed toto patrimonio
cessurus. Summa eadem est beneficium idem non est.
Etiam nunc adice: hic eam pecuniam pro addicto
dependit sed cum illam domo protulisset. Ille dedit
eandem sed mutuam sumpsit aut rogatur et se obliga
ri ingenti merito passus est. Eodem estimas loco
esse illum qui beneficium ex facili largitus est et hunc
qui accepit non daret. Tempore quedam magis sunt
non summa. Beneficium est donata possessio cuius
fertilitas laxare possit annonam. Beneficium
est unus in fame panis. Beneficium est donare
regiones per quas magna flumina et nauigabilia
decurrant. Beneficium est arentibus siti et uix spiri
tum per siccas fauces ducentibus monstrare fontem.
Quis inter se ista comparabit? quis expendet? Dif
ficilis est sententia que non rem sed uim rei querit.
Eadem licet sint aliter data non idem pendent. De
dit hic mihi beneficium sed non libenter sed dedisse con
questus est sed superbius me quam solebat aspexit
sed tam tarde dedit ut plus prestaturus fuerit si ci
to negasset. Horum quo iudex inibit estimacionem
cum sermo et dubitatio et uultus meriti gratiam
destruat. Quid quod quedam beneficia uocantur quia
nimis concupiscuntur. Quedam non sunt ex hac
uulgari nota sed maiora etsi minus apparent.
Beneficium uocas dedisse potentis populi ciuitatem
in concordiam deduxisse et defendisse capitis reum
Quid utilia suasisse et retinuisse ne in scelus ru
eret et gladium extorsisse morituro. Et effi
cacibus remediis lugentem et quos desiderabat uolen
tem se sequi ad uite consilium reduxisse. Et assedisse
egro cum ualitudo eius ac salus momentis
constaret occupisse ydonea cibo tempora et cadentes
uenas uino refecisse et medicum adduxisse
morienti. Hec quis estimabit. Quis dissimilibus benefi
ciis iubebit beneficia pensari. Donauit tibi
domum sed ego tuam supra te ruere predixi. De
dit tibi patrimonium sed ego naufrago tabu
lam. Pugnauit pro te et uulnera excepit. At
ego tibi uitam silentio dedi. Cum aliter beneficium
detur aliter reddatur paria facere difficile est.
Dies preterea beneficio reddendo non dicitur sicut
pecunie credite. Itaque potest qui non reddidit red
dere. Dic enim intra quod tempus deprehendatur ingratus.

Maxima beneficia probacionem non habent. Sepe
intra tacitam duorum latent conscientiam. An hoc
inducamus ut non demus beneficia sine teste.
Quam deinde penam ingratis constituimus
unam omnibus cum disparia sint. An inequ
alem et pro cuiusque beneficio maiorem an mi
norem. Age intra pecuniam uersabitur taxatio.
Quid quod quedam uite beneficia sunt et maio
ra uita. His quam pronunciabitur penam minor bene
ficio in quo est pars et capitalis. Sed induamus
quod excuentur ex beneficiorum exitus. Quedam
iniquissime priuilegia parentibus data sunt. Quomodo horum
extra ordinem habita racio est sic aliorum quoque
beneficiorum haberi debet. Parentum condicionem sacra
uimus quia expediebat liberos tolli. Sollicitan
di ad hunc laborem erant. Incertam adituri
fortunam non poterat illis dici: quia beneficia da
tibus dicitur: Cui des elige ipse tecum. Si dece
ptus es de te querere. Dignum adiuua. In li
beris tollendis nichil iudicio tollentium licet,
tota res uoti est. Itaque ut equiori animo
adirent aleam danda illis aliqua potestas fuit.
Deinde alia condicio est parentum qui beneficia quibus
dederunt dant nichilominus daturi sunt. Nec est
periculum ne dedisse illis mentiantur. In ceteris
queri debet non tantum an receperit sed an dederit.
Horum in confessione merita sunt et quia utile est
iuuentuti regi imposuimus illi quasi domesticos
magistratus sub quorum custodia detineretur.
Deinde omnium parentum unum erat beneficium
Itaque estimari semel potuit. Alia diuersa sunt
dissimilia inter se interuallis distancia. Itaque
sub ulla regula eadem poterunt cum equius esset
omnia relinqui quam omnia equari. Quedam magno
dantibus constant. Quedam accipientibus magna
sunt sed gratuita tribuentibus. Quedam amicis
data sunt quedam ignotis. Plus est quamuis
idem detur si ei datur quem nosse a beneficio tuo
incipis. Hic auxilia tribuit ille ornamenta
ille solacia. Inuenies qui nichil putet esse iocun
dius nichil maius quam habere in quo calamitas acqui
escat. Inuenies rursus qui dignitati sue quam secu
ritati consuli malit et qui plus ei debere se iu
dicet per quem tucior est quam ei per quem honesti
or. Proinde ista maiora aut minora erunt prout
fuerit iudex ad hec aut illa inclinatus animo.
Preterea creditorem mihi ipse eligo. Beneficium sepe
accipio ab eo a quo nolo et aliquando ignorans
obligor. Quid facies? Ingratum uocabis
eum cui beneficium inscio et si scisset non acceptu
rum impositum est. Non uocabis eum qui utcunque
acceptum non reddidit. Aliquis mihi dedit. sed

ideo p'xa fecit iniuriaz. Vtu uno mune
ad paciaz iniurias om astringor ac p̄m
erit ac si graz retulerim quam beneficium
sum ipse insequti iniuria resondit. Quo
dem estimabis utrum plus sit qd accepit
a' i quo lesus est. Ouis me deficeret
oms difficultates psequi temptantez. Tar
diores insequit ad beneficia danda facimus
no iudicando data nec tanciatores eos af
ficiendo pena. s; illud quoque tibi e contrario occurrat
multo tardiores futuros ad accipienda bene
ficia si pitim cause dicende adituri erunt et
innocentiaz solerciore habitura loco dem e
rimus ipsi quoque ad danda tardiores. Nec n
libent' dat innitis sed quocunque ad benefaciend
invitatus e et ipsa pulcritudine rei libentius
dabit nichil debituris n quod uolit. Comminu
tur em gloria eius officiorum cui diliget' cau
tum e. Dem pauciora erunt beneficia sed
breviora. Quid aut mali e inhibera benefi
temeritatez. hoc eni ipm secuta sunt q nullaz lege
huic ostituerit ut circumspectius donaremus et
circumspectius diligeremus eos i ceteros mita teferu
et adhuc cui des considera. Nulla actio erit nul
la repeticio. Erras si estimas succursum tibi iudicem
nulla lex te i integrum restituet sola accipientis
fidez spectaret. hoc modo beneficia auctoritatem suam
tenent et magnifica sunt. polluces illa si materiaz
litium feceris. Equissima vox e et ius gencium p
se ferens redde quod debes. h turpissima e
i beneficio redde. Quid reddet. Vitaz quia dz
dignitatez securitatez sanitatez. Reddi maxima
quoque non pnt aut p hiis inquit aliquid qd
tanti sit. hoc e quod dicebaz inrecitura tale rei
dignitatez si beneficium mercez facimus. No e
irritandus aius ad avariciaz ad querelam
ad discordiaz. Sua sponte i ista fertur. quantum
possimus resistamus et querenti occasiones am
putemus. Vtinam quidem psuadere possimus ut
pecunias pacto quoque creditas tantum a uo
lentibus acciperent. Vtinam nulla stipulatio em
ptorez uenditori obligaret. ut pacta conventaque
impressis signis custodirentur. fides potius illa
servaret et equum colens aius si nulla optimis
pertulerint et coge fidez quam spectare malunt
adhibent' ab utraque parte testes. Ille per ta
bulas plurium noia impositis parari fecit
Ille non e interrogatione contentus. ni reum ma
nu sua tenuit. Ob turpez humani generis et
fraudis ac nequicie publice confessiones. Anu
lis nris plus quam animis credit. Inquit isti
uiri ornati adhibiti sunt. Inquit impmat

signa. Neue ne ille neget accepisse se qd
accepit. hos incorruptos uiros et uindices u
eritatis estimas. at hiis ipsis no aliter statim
pecunie omittitur. Ita no honestius erat a qui
busdaz fidez falli quam ab hominibus pfidiaz ti
mi. hoc vnu deest avaricie ut beneficia sine
sponsore no demus. Generosi aii e et magnifici iu
uare prodesse. Qui dat beneficia deos imitatur
Qui repetit feneratores. Quid ut illos du ui
dicamus i turba sordidissimaz redigimus. Plu
res inquis ingrati erunt si nulla adversus ingratum
datur actio. Immo pauciores quia maiore delectu
dabuntur beneficia. Dem no expedit notum oi
bus fieri quam multi ingrati sint. Pudorez enim
rei tollet multitudo peccantium et desinet esse
probri loco. coe maledictum. Sunc qd iaz ulla
repudio erubescit. Postquam illustres quedaz ac
nobiles femine. No consulum numero sed maritorum
annos computant et exeunt matrimonii causa nubunt
repudii. Taz diu istud timebat quamdiu rarum
erat. quia nulla sine divortio acta sunt. Quod sepe
audiebant facere didicerunt. Nunquid iaz ullus
adulterii pudor e. Postquam eo uentum e ut nul
la uirum habeat n ut adulterium uitet. Argumentum
e deformitatis pudicicia. Quam inuenies tam
miseram taz sordidaz ut illi satis sit unum
adulterorum par n singulis divisit horas et
no sufficit dies omnibus n apud alium gestata
est apud alium mansit. Infrunita e et antiqua
que nesciat matrimonium uocari unum adul
terium quemadmodum horum delictorum iaz evanuit pu
dor. postquam res latius evagata e. Ita ingratos
plures efficies et auctores si numerari se ce
perit. Sed quid impunitus erit ingratus. Quid quod
impunitus erit impius. Quid malignus. qd avarus
quod impotens. qd crudelis. Impunita tu credis
esse que inuisa sunt aut ullum supplicium gravius
estimas publico odio. Pena est quod n audet
ab ullo beneficium accipere. quod n audet ulli da
re. qd om designatur oculis aut designari se
iudicat. quod intellectum optime rei ac dulcissime
amisit. An tu infelicem uocas qui caruit acie
oculorum cuius aures morbus obstruxit. No
uocas miserum eum qui sensum beneficiorum a
misit. testes ingratos om deos metuitur
Vrit illum et angit intercepti beneficii conscientia
Denique satis habet ipsa pena magna e quod
rei ut dicebaz iocundissime fructum no percipit
at quem iuvat accepisse equali perpetuaque
uoluptate fruitur et animum eius a quo accepit no
rem intuens. gaudet. gratum homiez semper
beneficium delectat. Ingratum semel. Comparari at pt

utrumque intra cum alter tristis et sollicitus alius ut infitiator ac fraudulentus solet apud quem non parentum quidem honor est, non educatoris, non preceptorum. Alter letus hilaris occasionem referende gratie expectans et ex hoc ipso affectu gaudium grande percipiens. Nec querens quomodo detorqueat (al. detorqueatur) sed quemadmodum plenius uberiusque respondeat non solum parentibus et amicis sed humilioribus quoque personis. Nec etiam si a servo suo beneficium accepit estimat non a quo sed quid acceperit (al. a quibusdam). Quamquam queritur a quibusdam sicut ab Hecatone an et beneficium dare servus domino possit. Sunt enim qui ita distinguant quedam beneficia esse quedam officia quedam ministeria. Beneficium esse quod alienus det. Alienus est qui potuit sine reprehensione (al. reprehensore) cessare. Officium esse filii uxoris earum personarum quas necessitudo suscitat et ferre opem iubet. Ministerium esse servi quem condicio sua eo loco posuit ut nihil eorum que prestet imputet superiori. Preterea servus qui negat dare domino suo beneficium ignarus est iuris humani. Refert enim cuius animi sit qui prestat non cuius status. Nulli preclusa virtus est, omnibus patet, omnes admittit, omnes invitat, ingenuos libertinos servos reges et exules. Non eligit domum nec censum, nudo homine contenta est. Quid enim erat tuti adversus repentina, quid animus magnum promitteret sibi si certam virtutem fortuna mutaret. Si non dat beneficium servus domino nec regi quisquam suo nec duci suo miles. Quid enim interest quali quis teneatur imperio si summo tenetur. Nam si servo quominus in nomen meriti perveniat necessitas obstat et patiendi ultima timor, idem istuc obstabit et ei qui regem habet et ei qui ducem quoniam sub dispari titulo paria in illos licent. At qui dant regibus suis dant imperatoribus beneficia, ergo et dominis possunt. Servus et iustus potest, fortis potest, magni animi, ergo et beneficium dare potest. Nam et hoc virtutis est. Adeo quidem domini servi beneficia possunt dare ut ipsos sepe beneficii sui fecerint. Non est dubium quin servus dare beneficium possit cuilibet; quare ergo non et domino suo possit? Quia non potest inquit creditor domini sui fieri si pecuniam sibi dederit. Alioquin dominum suum obligat. Peregrinantem sequitur, egrum ministerio et cum labore summo colit. Omnia tamen ista que alio prestante beneficia dicerentur prestante servo ministeria sunt. Beneficium enim id est quod quis dedit cui illi licuit et non dare. Servus autem non habet negandi potestatem. Itaque non prestat sed paret. Nec id se fecisse iactat quod non facere non potuit. Iam sub ista lege vincam et eo servum perducam ut in multa liber sit. Interim dic mihi si tibi ostendero aliquem servum pro salute domini sui sine respectu sui dimicantem et confossum vulneribus reliquias tamen sanguinis ab ipsis visceribus fundentem et ut ille effugiendi tempus habeat moram sua morte querentem, hunc tu negabis beneficium dedisse quia servus est? Si tibi ostendero aliquem ut secreta domini proderet nulla tyranni pollicitatione corruptum, nullis territum minis, nullis cruciatibus victum avertisse quantum potuerit suspiciones querentis et impendisse spiritum fidei, hunc tu negabis beneficium dedisse quia servus est? Vide ne eo maius sit quo rarius exemplum virtutis in servis, eoque gratius quod cum fere invisa sit imperia et omnis necessitas gravis, commune servitutis odium in aliquo domini caritas vicit. Ita non ideo beneficium non est quia a servo profectum (al. perfectum) est sed ideo maius quia deterrere (al. deterrere) ab illo ne servitus quidem potuit. Errat si quis estimat servitutem in totum hominem descendere. Pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt et adscripta dominis, mens quidem sui iuris, que adeo libera et vaga est ut ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est teneri queat quominus impetu suo utatur et ingentia agat et in infinitum comes celestibus exeat. Corpus itaque est quod domino fortuna tradidit; hoc emit, hoc vendit. Interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quicquid liberum est. Nec enim aut nos omnia iubere possumus aut in omnia servi parere coguntur. Contra rem publicam imperata non facient, nulli sceleri manus commodabunt. Quedam sunt que leges nec iubent nec vetant facere. In his servus materiam beneficii habet. Quamdiu prestatur quod a servo exigi solet ministerium est. Ubi plus quam quod servo necesse est beneficium est. Ubi in affectum amici transit desinit vocari ministerium. Est aliquid quod dominus prestare debeat servo ut cibaria, ut vestiarium. Nemo hoc dixit beneficium. At indulsit, liberalius educavit, artes quibus eruduntur ingenui tradidit: beneficium est. Idem e contrario fit in persona servi. Quicquid est quod servilis officii formulam excedit, quod non ex imperio sed ex voluntate prestatur beneficium est, si modo tantum est ut hoc vocari potuerit quolibet alio prestante. Servus ut placet Crisippo perpetuus mercenarius est. Quemadmodum ille beneficium dat ubi plus prestat quam in quod operas locavit, sic servus ubi benivolentia erga dominum fortune sue modum transit et altius aliquid ausus quod etiam felicius natis decori esset, spem domini antecessit, beneficium est intra domum inventum. An equum tibi videtur si eis (al. quibus) quibus minus debito faciant irascamur, non eis

eras.

habere gratiam si plus solito fecerit. Vis scire quando est beneficium? ubi dici potest. Quid si nollet? ubi non id prestitit quod nolle licuit, voluisse laudandum est. Inter se contraria sunt beneficium et iniuria. Potest dare beneficium domino si a domino iniuriam accipere. At quidem iniurias dominorum in servos qui audiat positus est, qui et sevitiam et libidinem et in prebendis adiunctum necessariis avariciam compescat. Quid ergo? beneficium dominus a servo accipit? immo homo ab homine. Denique quod in illius potestate fuit fecit: beneficium domino dedit; ne a servo acceperis in tua potestate est. Quis autem tantus est quem non fortuna indigere etiam infirmis cogat? Multa iam beneficiorum genera referam et dissimilia et quedam inter se contraria. Dedit aliquis domino suo vitam, dedit mortem, servavit periturum, et hoc si parum est, pereundo servavit. Alius mortem domini adiuvit, alius decepit. Claudius Quadrigarius in duodevicesimo annalium tradit, cum obsideretur Grumentum et ad summam desperationem ventum esset, duos servos ad hostem transfugisse et operae pretium fecisse. Deinde urbe capta, passim discurrente victore, illos per nota itinera ad domum in qua servierant precurrisse et dominam suam ante se egisse; querentibus quenam esset, dominam quidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci professos esse. Eductam deinde extra muros summa cura celasse donec hostilis ira consideret. Deinde ut satiatus miles cito ad romanos mores rediit, illos quoque ad suos redisse et dominam ipsos sibi dedisse. Manumisit utrumque e vestigio illa, nec indignata est ab his se vitam accepisse in quos vite necisque potestatem habuisset. Potuit sibi hoc vel magis gratulari. Aliter enim servata munus note vulgaris clementie habuisset; sic probata nobilis fabula et exemplum duarum urbium fuit. In tanta confusione capte civitatis cum sibi quisque consuleret, omnes ab illa preter transfugas fugerunt. At hii ut ostenderent quo animo facta esset prior illa transitio, a victoribus ad captivam transfugerunt, personam parricidarum ferentes. Quod in illo beneficium maximum fuit, tanti iudicaverunt ne domina occideretur videri dominam occidisse. Non est, mihi crede, non dico servilis animi, egregium factum fama sceleris emisse. Vettius, pretor Marsorum, ducebatur ad romanum imperatorem. Servus eius gladium militi ipsi a quo trahebatur eduxit et primum occidit dominum. Deinde tempus est, inquit, me et mihi consulere; iam dominum manumisi. Atque ita se uno ictu transiecit. Da mihi quemquam qui magnificentius dominum servaverit. Corfinium

cesar obsidebat; tenebatur inclusus Domitius. Imperavit medico eidemque servo suo ut sibi venenum daret. Cum tergiversantem videret, quid cunctaris, inquit, quasi tamen in tua potestate totum istud sit? mortem rogo armatus. Tunc ille promisit et medicamentum innoxium bibendum illi dedit. Quod cum sopitus esset, accessit ad filium eius: Iube me, inquit, asservari dum ex eventu intelligis an venenum patri tuo dederim. Vixit Domitius et servatus est a cesare; prior tamen illum servus servaverat. Bello civili proscriptum dominum servus abscondit; et cum anulos eius sibi aptasset ac vestem induisset, speculatoribus occurrit nichilque se deprecari quominus imperata peragerent dixit, et deinde cervicem porrexit. Quanti viri est pro domino eo tempore mori velle quo erat rara fides dominum mori nolle! In publica crudelitate mitem inveniri, in publica perfidia fidelem; cum premia proditionis ingentia ostendantur, premium mortem maluit concupiscere. Nostri seculi exempla non preteribo. Sub Tiberio cesare fuit accusandi frequens et pene publica rabies, que omni civili bello gravius togatam civitatem confecit. Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantium. Nichil erat tutum; omnis seviendi placebat occasio, nec iam reorum expectabatur eventus, cum esset unus. Cenabat Paulus pretorius in convivio quodam, imaginem Tiberii cesaris habens ectypam et eminentem gemma. Rem ineptissimam fecero si nunc verba quesiero quemadmodum dicam illum matellam sumpsisse. Quod factum simul et Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notavit, et servus eius cui nectebantur insidie ei ebrio anulum extraxit. Et cum Maro convivas testaretur admotam esse imaginem obscenis et iam subscriptionem componeret, ostendit in manu servus anulum. Si quis hunc servum vocat, et illum convivam vocabit. Sub divo Augusto nondum hominibus verba sua periculosa erant, iam molesta. Rufus, vir ordinis senatorii, inter cenam optaverat ne cesar salvus rediret ex ea peregrinatione quam parabat, et adiecerat idem omnes tauros et vitulos optare. Fuerunt qui illa diligenter audirent. Ut primum diluxit, servus qui cenanti ad pedes steterat narrat que inter cenam ebrius dixisset, et hortatur ut cesarem occuparet atque ipse se deferret. Usus consilio descendenti cesari occurrit, et cum malam mentem habuisse se pridie iurasset, id ut in se et in filios suos recideret optavit, et cesarem ut ignosceret sibi rediretque in gratiam secum rogavit. Cum dixisset se cesar facere, Nemo, inquit, credet te mecum in gratiam redisse nisi aliquid mihi donaveris. Petiitque non fastidiendam

q Hic servi q dominam servaverunt

q Hic servus q dominum occidendo servavit

in publico sumam et impetrauit. Cesar ait Mea
causa dabo operam ne umquam tibi irascar. Ho
neste fecit cesar quod ignouit quod libertatem
clementie adiecit. Quamuis hoc audierit
exemplum necesse est cesarem laudet sed cum sum
me laudauit non expectas ut tibi narrem
manumissum qui hoc fecerat. nec tamen grati
pecuniam pro libertate eius cesar numerauerat.
Post tot exempla non dubium est quin beneficium
aliquando a seruo dominus accipiat. Quare potius
persona rem minuat quam persona res ipsa co
honestet. Eadem omnibus principia eademque
origo. Nemo altero nobilior nisi cui rectius
ingenium et artibus bonis aptius. Qui ymagines
in atrio exponunt et nomina familie longo
ordine ac stegmatum multis illigata flexu
ris in parte prima edium collocant non noti ma
gis quam nobiles sunt. Unus omnium parens
mundus est siue per splendidos siue per sor
didos gradus ad hunc prima cuiusque origo per
ducitur. Non est quod te isti decipiant. Qui cum maio
res suos recensent ubicumque nomen illustre
defecit illo deum fugiunt. Neminem despexeris
etsi circa illum obsoleta sunt nomina et parum indulgente
adiuta fortuna. Siue libertini ante uos habentur
siue serui siue exterarum gentium homines. erigi
te audacter animos et quicquid in medio sordidi ia
cet transilite. expectat uos in summo magna
nobilitas. Quid superbia in tantam uanita
tem attollimur ut beneficia a seruis indigne
mur accipere et sortem expectemus eorum obliti meri
torum. Seruum tu quemquam uocas libidinis et
gule seruus et adultere immo adulterarum com
mune mancipium. Seruum uocas quemquam tu. Quo
tandem ab istis gerulis raperis cubile istud tuum
circumferentibus. Quo te penulati in militum
quidem non uulgarem cultum subornati. Quo inquam
te isti efferunt. ad hostium alicuius hostiarii
ad ortos alicuius ne ordinarium quidem habentis
officium. et deinde negas tibi a seruo tuo be
neficium dari posse cuius osculum alieni serui
beneficium est. Que est tanta animi discordia. Eodem
tempore seruos despicis et colis. Imperiosus intra
limen atque impotens. humilis foris et tam con
temptus quam contemnens. Neque enim ulli magis
abiciunt animos paratiores quam qui contumelias
facere accipiendo didicerunt. Dicenda hec fuerunt
ad contundendam insolentiam hominum ex fortuna
pendentium uindicandumque ius beneficii dandi
seruis ut a filiis quoque uindicaretur. Queri
tur an aliquando liberi maiora beneficia
dare parentibus suis possint quam acceperint.

Illud conceditur multos filios maiores pote
tiores extitisse quam parentes. Sed illud cre
ditur meliores fuisse. Quod si constat pot
fieri ut meliora tribuerit cum et fortuna ill
melior esset et melior uoluntas. Quicquid
inquit est quod dat patri filius utique minus est.
quia hanc ipsam dandi facultatem patri debet. Ita nu
quam beneficio uincitur cuius beneficium est ip
sum quod uincit. Primum quedam initium ab aliis
trahunt et tamen initiis suis maiora sunt. nec
ideo aliquid non est maius eo quod accepit. quia
non in tantum potuisset procedere nisi cepisset. Nulla
res non principia sua magno gradu transit.
Semina omnium rerum cause sunt et tamen minime par
tes sunt eorum que gignunt. Aspice renum
aspice eufratem. omnes denique inclitos a
mnes. Quid sunt si eos unde effluunt esti
mes. quicquid est quo timentur quo nominantur
in processu pauerunt. tolle radices nemora
non surget nec tanti montes uestientur. A
spice trabes siue proceritates extantes altissimas
siue crassitudinem spatiumque ramorum latis
sime fusas. quantulum est hiis comparatum illud
quod radix tenui fibra complectitur. Innituntur
fundamentis suis templa et illa urbis me
nia. tamen que in firmamentum totius operis iacta sunt
latent. Idem in ceteris euenit. principia sua
semper sequens magnitudo obruit. Non potuissem
quicquam nisi parentis beneficium antecessisset.
Sed non ideo quicquid consecutus sum minus est eo sine
quo consecutus non essem. nisi me nutrix alu
isset infantem nichil eorum que consilio ac
manu gero facere potuissem. nec in hanc emer
gere nominis claritatem quam ciuili ac mili
tari industria merui. Numquid tamen ideo maximis
operibus preferes nutricis officium. At quicquid
interest cum eque sine patris beneficio quam sine
nutricis non potuit ad ulteriora procedere.
Quod si initio meo quicquid iam possum habeo
cogita non esse initium tamen patrem. ne auum
quidem. Semper enim erit ulterius aliquid ex quo ori
ginis proxime origo descendat. atqui nemo
dicat me plus debere ignotis et ultra me
moriam positis maioribus quam patri. plus autem
debeo si hoc quod genuit me pater meus
maioribus debet. Quicquid prestiti patri. etsi ma
gnum est infra estimationem paterni muneris
est. quia non essem si non genuisset. Isto mo
do et si quis patrem meum egrum ac moriturum
sanauit nichil prestare ei potero quod non benefi
cio eius minus sit. Non enim genuisset me pater
nisi beneficio eius sanatus esset. Sed uide ne

istud vilius sit existimari an id quod potuit
et id quod fecit [al. minus] [al. minimum] initium sit [al. maximum] meum initium me-
e voluntatis. Illud quod natus sum per se intue-
re quale sit. Animadvertes exiguum et incertum et boni
malique communem materiam, sine dubio primum ad omnia
gradum, sed non ideo maius omnibus quia primum est.
Servavi patrem meum et ad summam provexi
dignitatem et principem urbis sue feci. Ut taceam
rebus a me gestis nobilitavi, sed ipsi quoque ge-
rendarum ingentem ac facilem ut tutam minus
quam gloriosam dedi materiam. Honores, opes,
quicquid humanos ad se animos rapit, congessi,
et cum supra omnes starem, infra illum steti. Dic
nunc hoc ipsum quod esse potuisti patri [al. patris munus] munus
est. Respondebo tibi: est prorsus, si ad ista facienda
nasci satis est. Sed si bene vivendi minima
portio est vivere et id tribuisti quod cum
feris mihi et aliquibus quibusdam minimis, qui-
busdam etiam fedissimis commune est, noli tibi
asserere quod non ex tuis beneficiis, etsi non sine
tuis oritur. Puta me vitam pro vita reddidis-
se: sic quoque munus tuum vicerim, cum ego dederim
sentienti, sentiens me tibi vitam dare, non voluptatis
mee causa aut certe per voluptatem [al. per voluptatem] dederim: cum tan-
to maius sit retinere spiritum quam accipere, quanto levius
mori ante mortis metum. Ego vitam dedi
statim illa usuro, tu nescituro an viveret.
Ego vitam tibi dedi consummatam, perfectam; tu
me expertem rationis genuisti, onus alienum.
Vis scire quam non sit magnum beneficium vitam
sic dare? Exposuisse est; nempe iniuria erat
genuisse. Quibus colligo minimum esse benefi-
cium patris matrisque concubitum, nisi accesserint
alia que prosequerentur hoc initium muneris et ali-
is officiis ratum facerent. Non est bonum vive-
re, sed bene vivere. At bene vivo. Sed potui et male; ita
hoc tantum est tuum quod vivo. Si vitam imputas mihi per
se nudam, egentem consilii, et id ut magnum bonum
iactas, cogita te mihi imputare muscarum ac
vermium bonum. Deinde ut nihil aliud dicam quam
bonis artibus me studuisse, ut cursum ad
ad rectum iter vite dirigerem, in ipso beneficio tuo
maius quam quod dederas recepisti. Tu enim me in
rudem, imperitum dedisti; ego tibi filium qualem
genuisse gaudes. Alium me pater, si modo presto,
plus reddo, quia non tantum aluisse se a filio ali
gaudet, et maiorem ex animo meo quam ex ipsa re
percipit voluptatem. Illius alimenta ad corpus
tantum meum pervenerunt. Quid si quis in tantum pro-
fecit ut aut eloquentia per gentes notesceret aut iusti-
cia aut bellicis rebus et patri quoque ingentem cir-
cumfunderet famam tenebrasque natalium suorum

clara luce discuteret, non inestimabile in parentes
suos beneficium contulit? An quisquam Aristonem
et Gryllum nisi propter Xenofontem ac Platonem filios
nossent? Sophroniscum Socrates expirare non
patitur. Ceteros enumerare longum est, qui dura-
re ob nullam aliam causam quam quia illos liberorum eximia
virtus tradidit posteris. Utrum maius be-
neficium dedit M. Agrippe pater ne post Agrippam
quidem notus, an patri dedit Agrippa navali co-
rona insignis, unicum adeptus inter dona mi-
litaria decus, qui tot in urbe maxima opera
excitavit, que et priorem magnificentiam vincerent et nulla
[al. postea] postea vincerentur? Utrum Octavianus maius i-
llum beneficium dedit filio an patri divus Au-
gustus, quamvis illum umbra adoptivi patris abscon-
dit? Quantam cepisset voluptatem, si illum post
debellata arma civilia vidisset securae paci
presidentem, non agnoscens bonum suum, non satis cre-
dens, quotiens respexisset ad se, potuisse virum
illum in domo sua nasci. Quid nunc ceteros
persequar, quos iam consumpsisset oblivio, nisi illos filio-
rum gloria e tenebris eruisset et adhuc in luce reti-
neret? Deinde cum queramus, non quis filius patri
maiora reddiderit, et iam si quis retuli exempla non-
dum satisfaciunt ut beneficia parentum suorum
[al. superaverint] superaverint, capit tamen hoc natura quod nondum ulla
etas tulit. Si singula priorum meritorum magni-
tudine exsuperare non possent, plura in unum congesta
superabunt. Servavit in prelio patrem Scipio et
pretextatus in hostes equum [al. concitavit] concitat. Parum est quod ut
perveniret ad patrem tot pericula maximos duces
tunc maxime premencia contempsit, tot opposuit diffi-
cultates, quod ad primam pugnam exiturus tiro
per veteranos corpora cucurrit, quod annos suos transsili-
vit. Adice ut idem patrem reum defendat et con-
spiratione inimicorum potentium eripiat, ut alterum
alteri consulatum accumulet aliosque honores
etiam consularibus concupiscendos congerat, ut
pauperi raptas belli iure opes tradat et, quod
est militaribus viris speciosissimum, divitem il-
lum spoliis et hostilibus faciat. Si adhuc
parum est, adice ut provincias et extraordinaria
imperia continuet. Adice ut dirutis maximis
urbibus Romani imperii sine emulo ad ortus
occasusque veterum defensor et conditor maio-
rem nobilitatem nobili viro adiciat. Hic Sci-
pionis patrem dubium est quin generandi vulgare
beneficium vicerat eximia pietas et virtus ipsi
urbi nescio utrum maius presidium afferens
an decus. Deinde si sibi parum est, finge aliquem
tormenta patris discussisse, finge in se transtu-
lisse. Licet tibi in quantum vis extendere beneficia filii

u primum munus et simplex sit et facile sed
tam voluntarium quod nacte e. ille et mitius
dedit etiam dedisse quibus se nesciat. In quo conder
rebus in quo spectat lege patriam patrum p
ma domus ac familie perpetuitatem. Omnia po
ius quam ei tamen dabat. Quid si quis sapiam quem
uo hanc patri tradidit et nunc disputabimus
an maius aliquid dedit quam accepit. cum ui
tam beatam patri reddiderit. accepit tamen uitam
et prius nisi beneficium est. quicquid facis esse
quid illi praestare potes. Et propterea quidem mei
instituis liberalibus preceptis. Ipsos tamen qui tra
diderunt illa te transcendimus. nisi eos quod prima
elementa docuerit. Et quamuis sine illis nec quisquam
assequi posset non tamen quicumque quis assecutus est infra
illos est. Multum interest inter prima ac maxima. nec est
nec id prima maiorum instar sunt. quod sine primis
maxima esse non possunt. Nam beneficium dedit
quo est aliquid melius potest uinci. Pater dedit filio
uitam. Est autem aliquid uita melius. ita pater
uinci potest. quia dedit beneficium. quo est aliquid me
lius. Etiam nunc dedit alicui uitam si semel
et iterum liberatus est mortis periculo. maius acce
pit beneficium quam dedit. Pater autem uitam dedit.
Potest ergo si sepius periculo mortis liberatus a
filio fuit. maius beneficium accipere quam dedit.
Qui beneficium accipit maius accipit quo ma
gis eo indiget. Magis autem indiget uita quam
uiuit quam qui natus non est. ut qui ne indi
gere quidem omnino possit. Maius ergo beneficium
accipit pater si uitam a filio accipit quam filius
a patre quod natus est. Patris beneficia uinci a filii be
neficiis non possunt. Quare. quia uitam accepit a patre
quam nisi accepisset nulla dare beneficia potuisset.
Hoc commune est patri cum omnibus. qui uitam alicui
dederunt. non potuissent enim referre gratiam nisi ui
tam accepissent. Ergo nec medico immoderate
gratia referri potest. Solet enim medicus uitam
dare. nec naute si naufragum sustulit. At
qui et horum et aliorum quique aliquo modo nobis uitam
dederunt. beneficia uinci possunt. ergo et patrum
possunt. Si quis beneficium mihi dedit quod multorum
beneficiis adiuuandum est. ego autem illi bene
ficium dedi id quod nullius indiget adiuto
rio. maius dedi quam accepi. Pater filio uitam
dedit perituram nisi multa accessissent quae illam
tuerentur. Filius patri si dedit uitam. dedit
eam que nullius desideraret auxilium in hoc ut per
maneret. Ergo maius beneficium accepit a fi
lio pater qui uitam accepit. quam ipse illi dedit.
Hec non destruunt parentum uenerationem ut
deteriores illis liberos faciant. immo et

meliores. Natura enim gloriosa uirtus est et anteire
priores cupit. alacrior erit pietas si ad
reddenda beneficia cum uincendi uenit. et
ipsis patribus id uolentibus letis que continget. quoniam
plerumque sunt in quibus nostro bono uincamur. Un
de tam certamen tam optabile unde tantam felicitatem
parentibus ut fateantur ipsos liberorum beneficiis
impares. Nisi hoc ita iudicamus excusationem
damus liberis et illos segniores ad defen
dam gratiam facimus quibus stimulos addere debe
mus et dicere. hoc agite optimi iuuenes pro
posita est inter parentes ac liberos honesta
contentio. dederint maiora an receperint. Non
ideo uicerunt quia occupauerunt. Sumite modo
animum qualem decet et deficere nolite ut uincatis
optantes. Nec desunt tam pulchro certamini
duces qui ad similia nos cohortentur ac per
uestigia sua ire ad uictoriam sepe iam parta
tam ex parentibus iubeant. Uicit Eneas
patrem ipse eius infantia leue tutumque ge
stamen. graue senio per media hostium agmi
na et per cadentis circa se urbis ruinas fe
rens. cum complexus sacra ac penates deos reli
giosus senex non simplici uadentem sarcina
premeret. tulit illum per ignes et quid non pie
tas potest. pertulit colendumque inter conditores
romani imperii posuit. Uicere Siculi iuue
nes cum Ethna maiore ui peruicta in urbes
in agros in magnam insule partem ef
fudisset incendium uexerunt parentes suos
discessisse creditum est ignes et utrimque fla
ma recedente limitem ad aptum per quem trans
currerent iuuenes dignissimi qui magna tu
to auderent. Uicit Antigonus qui cum ingen
ti prelio superasset hostem premium belli ad pa
trem transtulit et imperium illi cipro tradidit. hoc
est regium nolle regnare cum possis. Uicit
patrem imperiosum quidem Manlius qui cum
ante ad tempus relegatus esset a patre ob ado
lescentiam brutam et hebetem. ad tribunum plebis qui
patri suo diem dixerat uenit. petitoque tempore
quod ille dederat speratus fore proditorem
parentis inuisi et bene meruisse se de iuue
ne credebat. cuius exilium pro grauissimo cri
mine inter alia in tribulo obiciebat. Na
ctus adolescens secretum stringit occultatum
sinu ferrum. Et nisi iurasseris inquit te diem patri
remissurum. hoc te gladio transfodiam. in tua
potestate est utrum pater meus accusatorem non
habeat. Iurauit tribunus nec fefellit.
et causam actionis remisse contioni reddidit.
Nulli alii licuit tam impune tribunum in ordi

nem redigere. Alia ex aliis exempla sunt eorum qui parentes suos periculis eripuerunt, qui ex infimo ad summa protulerunt, et e plebe acervoque ignobili numquam tacendos sceleris dederunt. Nulla vi verborum, nulla ingenii facultate exprimi potest quantum opus sit, quam laudabile, quamque numquam a memoria hominum exiturum posse hoc dicere: Parentibus meis parui, cessi imperio eorum, sive equum sive iniquum fuit ac durum. Obsequentem summissumque me prebui; ad hoc unum contumax fui, ne beneficiis vincerer. Certate, obsecro vos, et fessi quoque restituite aciem. Felices qui vicerint, felices qui vincentur. Quid eo fortunatius sene qui omnibus ubique predicabit a filio suo se beneficiis victum? Quid autem est felicius quam ibi cedere?

Explicit liber iii. de Beneficiis. Incipit quartus.

Ex omnibus que tractavimus, Ebuti Liberalis, nullum potest videri tam necessarium aut magis, ut ait Sallustius, cum cura dicendum quod in manibus est: an beneficium dare et invicem gratiam referre per se res expetende sint. Inveniuntur qui honesta in mercedem colant quibusque non placeat virtus gratuita, que nihil habet in se magnificum si quid venale. Quid enim est turpius quam aliquem computare quanti vir bonus sit, cum virtutem nec lucrum inveniat nec abstineat [absterreat] damnum, adeoque neminem spe ac pollicitatione corrumpat, ut contra impendere in se iubeat, et sepius in ultro tributis sit. Calcatis utilitatibus ad eam virtutem eundum est: quocumque vocavit, quocumque misit, sine respectu rei familiaris, interdum et sine ulla sanguinis sui parsimonia vadendum est, nec umquam imperium eius detrectandum. Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc grate fecero? Quod feceris; nichil tibi extra promittitur. Si quid forte obvenerit commodi, inter accessiones numerabis. Rerum honestarum pretium in ipsis est. Si honestum per se expetendum est, beneficium autem honestum est, non potest alia eius condicio esse, cum eadem natura sit. Per se autem expetendum esse honestum sepe et habunde probatum est. Cum Epicureis, delicata et umbratica turba, in convivio suo philosophantium, aput quos virtus voluptatum ministra est, illis paret, illis deservit, illas supra se videt. Non est, inquis, voluptas sine virtute. Sed quare ante virtutem est? De ordine disputas: disputatio ex de re tota et de potestate eius ambigitur. Non est virtus si sequi potest; prime partes eius sunt; ducere debet, imperare, summo loco stare: tu illam iubes signum petere. Quid

interest tua refert. Et ego sine virtutibus nego beatam vitam posse constare. Ipsam voluptatem quam sequor, cui me emancipavi, remotam illam improbo et damno. De hoc uno disputatur, utrum virtus summi boni causa sit an ipsa bonum summum. Ut hoc unum queratur, ordinis tum estimas mutationem? Ista vero confusio est et manifesta cecitas: primis postrema preferre. Non indignor quod post voluptatem ponitur virtus, sed quod omnino cum voluptate confertur. Contemptrix eius et hostis et longissime ab illa resiliens, labori ac dolori familiarior, virilibus incommodis quam isti effeminato bono inserenda. Sunt, mi Liberalis, fuerunt quia beneficium de quo nunc agitur dare virtutis est, et turpissimum id causa ullius alterius rei dare quam ut datum sit. Nam si recipiendi spe tribueremus, locupletissimo cuique non dignissimo daremus; nunc vero diviti importuno pauperem preferamus. Non est beneficium quod ad fortunam spectat. Preterea si ut prodessemus sola nos invitaret utilitas, minime beneficia distribuere deberent qui facillime possent, locupletes et potentes et reges aliena ope non indigentes. Dii vero tot munera que sine intermissione diebus ac noctibus fundunt non darent; in omnia enim illis natura sua sufficit, plenosque et tutos et inviolabiles prestat: nulli ergo beneficium dabunt, si una causa est se intueri ac suum commodum. Istud non beneficium sed fenus est: circumspicere non ubi optime ponas, sed ubi questuosissime habeas, unde facillime tollas. Quod cum longe a diis remotum sit, sequitur ut illiberales sint. Nam si una beneficii dandi sit causa utilitas, nulla autem ex nobis utilitas deo speranda est, nulla deo dandi beneficii causa est. Scio quid hoc loco respondeatur: Itaque non dat deus beneficia, sed securus et neglegens nostri, aversus a mundo aliud agit. Aut que maxima Epicuro felicitas debetur. Nichil agit, nec magis illum beneficia quam iniurie tangunt. Hoc qui dicit non exaudit precantium voces et undique sublatis in celum manibus vota facientium privata ac publica. Quod profecto non fieret, nec in hunc furorem omnes profecto mortales consensissent alloquendi surda numina et inefficaces deos, nisi nossemus illorum beneficia nunc oblata ultro, nunc orantibus data, magna, tempestiva, ingentes minas interventu suo solventia. Quis est autem tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato et in penam genitus, ut non tantam deorum munificentiam senserit? Illos ipsos complorantes sortem suam et querulos circumspice: invenies non ex toto beneficiorum

celestium expertes. Neminem ex eo a quo nihil gratis
prodit ex illo benignissimo fonte manaverit.
Natum est id quod nascentibus ex equo distribuitur
et que sequuntur inequali dispensata mensura
transeamus. Parum dedit natura cui se dedit. Non
dat deus beneficia. Unde ergo ista que possides,
que das, que negas, que servas, que rapis? Unde
hec innumerabilia oculos aures animum mulcentia?
Unde quoque illa luxuriam instruens copia? Neque enim
necessitatibus nostris tantummodo provisum est; usque in delicias
amamur. Tot arbusta non uno modo fru-
gifera, tot herbe salutares, tot varietates
ciborum per totum annum digeste, ut inertia quoque for-
tuita terre alimenta preberent. Iam animalia omnis
generis, alia in sicco solidoque, alia in humido na-
scentia, alia per sublime demissa, ut omnis rerum
nature pars tributum aliquod nobis conferret. Flumina
hec amenissimis flexibus campos cingentia,
illa prebitura commercia, vasto et naviga-
bili cursu vadentia; ex quibus quedam estatis die-
bus mirabile incrementum trahunt, ut arida
et ferventi subiecta celo loca subita vis esti-
vi torrentis irriget. Quid medicatorum tor-
rentium vene? quid in ipsis litoribus aquarum calen-
tium exundatio? tela orbi maxime, terras flucti-
bus et fremitu cingens, beneficio marino. Quid si
paucula quis tibi donasset iugera, accepisse te di-
ceres beneficium. Si pecuniam tibi aliquis donavit
et archam tuam, quod tibi id magnum videtur, im-
plevit, beneficium vocabis. Tot metalla defo-
dis, tot fulva flumina, erat superque decurrunt
sola aurum vehentia, argenti eris ferri immane
pondus omnibus locis obrutum, cuius investiga-
di tibi facultatem dedit ac latentium divitiarum
in summa terra signa disposuit, negas te beneficium
accepisse? Si domus tibi donetur in qua aliquid
marmoris resplenderet et tectum nitidius auro
aut coloribus sparsum, non mediocre munus vo-
cabis. Ingens tibi domicilium sine ullo incendii aut
ruine metu struxit, in quo vides non tenu-
es crustas et ipsa qua secantur lamina graciliores,
sed integras lapidis preciosissimi moles, sed
totas varie distinctasque materie, cuius tu par-
vula frusta miraris; tectum vero aliud nocte a-
liud interdiu fulgens; negas te ullum munus
accepisse? et cum ista que habes magno estimes,
quod est ingrati hominis, nulli debere te iudicas?
Unde tibi istum quem trahis spiritum? unde istam per
quam actus vite tue disponis atque ordinas
lucem? unde sanguinem cuius cursu vitalis conti-
netur calor? unde ista palatum tuum saporibus
[illegible]

exquisitis ultra satietatem lacessentia?
unde hec irritamenta iam lasse voluptatis? Unde
ista quies in qua putrescis ac marcescis?
Nonne si gratus es dices: Deus nobis hec
ocia fecit. Namque erit ille mihi semper deus, illius aram
sepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum ludere
que vellem calamo permisit agresti. Ille
deus est non qui paucas boves, sed qui per totum
orbem armenta dimisit, qui gregibus ubique
passim vagantibus pabulum prestat, qui pa-
scua et hibernis estiva substituit; qui non
calamo tantum cantare et agreste atque modicum
carmen ad aliquam tamen observationem modu-
lari docuit, sed tot artes, tot vocum varie-
tates, tot sonos alios spiritu nostro, alios ex-
terno cantus edituros commentus est. Neque
enim nostra ista que invenimus dixeris, non magis
quam quod crescimus, quam quod ad constitutum tempus sua
corpori officia respondeant. Nunc puerilium
dentium lapsus, nunc ad surgentem iam etatem
et in robustiorem gradum transeuntem pubertas
et ultimum ille dens surgenti iuvente terminum
ponens. Insita nobis semina omnium etatum omniumque
artium scientia, magisterque ex occulto deus producit
ingenia. Natura, inquit, hec michi prestat. Non in-
telligis te cum hoc dicis mutare nomen deo?
Quid enim aliud est natura quam deus et divina ratio
toti mundo partibusque eius inserta? Quotiens
voles licet tibi aliter hunc auctorem rerum nostrarum
compellare; et Iovem illum optimum ac maximum
rite dices, et tonantem et statorem, qui non ut
historici tradiderunt, ex eo quod post votum suscep-
tum acies Romanorum fugientium stetit, sed
quod stant beneficio eius omnia, stator stabili-
torque est. Hunc eundem et fatum si dixeris non
mentieris. Cum enim fatum nichil aliud sit quam se-
ries implexa causarum, ille est prima omnium cau-
sa ex qua cetere pendent. Quecunque voles illi
nomina proprie aptabis vim aliquam effectumque ce-
lestium rerum continentia. Tot appellationes eius
possunt esse quot et munera. Hunc et Liberum patrem
quia omnium parens sit, quo primum inventa semi-
nis est consultura per voluptatem. Herculem
quod vis eius invicta sit, quandoque lassata fuerit o-
peribus editis, in ignem recessura. Mercurius
quia non penes illum est ratio numerusque et ordo et scientia.
Quocunque te flexeris ibi illum videbis occurren-
tem tibi. Nichil ab illo vacat, opus suum ipse
implet. Ergo nichil agis ingratissime mor-
talium qui te negas deo debere sed nature. Quia
nec natura sine deo est, nec deus sine natura, sed idem

e utrumq; nec distat officio. Si quod a seneca accepisses amico te debere diceres l lucio Non creditorem mutaras sed nomen. Cum sy pnomen eius siue nomen dixisses siue cognomen. idem tamen ille esset. Sic nunc naturam uoca fatum. fortunam. omnia eiusdem dei nomina sunt. uarie utentis sua potestate. Et iusticia. probitas. prudencia fortitudo. frugalitas unius animi bona sunt. Quicquid horum tibi placuit animus placet. Sed ne aliam disputationem ex obliquo habeam plurima beneficia ac maxima in nos deus refert non spe recipiendi. quoniam nec ille collato eget nec nos ei quicquam conferre possumus. Ergo beneficium per se expetenda res est. Una expectatur in eo accipientis utilitas. ad hanc accedamus sepositis comodis nostris. Dicitis inquit diligenter eligendos quibus beneficia debeamus quia nec agricole quidem semina arenis committant. Quod si uerum est nostram utilitatem in beneficiis dandis sequimur. quemadmodum in arando serendoque. Nec enim serere per se res expetenda est. Preterea beneficium queritis quod non esset faciendum si per se beneficium dare expetenda res esset. Nam cuicumque loco et quomodocumque daretur beneficium erat. honestum propter nullam aliam causam quam propter ipsum sequimur. tamen etiam si michi aliud sequendum est. Querimus quid faciamus et quando et quemadmodum per hec enim constat. Itaque cum eligo cui dem beneficium id ago ut quandoque beneficium sit quia si turpi datur nec honestum potest esse nec beneficium. Depositum reddere per se res expetenda est. Non tamen semper reddam nec quolibet loco nec quolibet tempore. Aliquando nichil interest utrum infitier an palam reddam. Intuebor utilitatem eius cui redditurus sum et nociturum illi depositum negabo. Idem in beneficio faciam. Uidebo quando dem. cui dem. quemadmodum. qua. michi enim sine racione faciendum est. Non est autem beneficium quod non racione datur. quoniam racio omnis honesti est comes. Quam sepe hominum donationem suam inconsultam obiurgantium hanc exaudimus uocem maluissem perdidisse quam illi dedisse. Turpissimum genus dampni est inconsulta donatio. Multoque grauius male dedisse beneficium quam non recepisse. Aliena enim culpa est quod non recepimus quod cui daremus non eligimus nostra. In electione nichil minus quam hoc quod tu existimas spectabo a quo recepturus sim. Eligo enim eum qui gratus non qui redditurus sit. Sepe autem et non redditurus gratus et ingratus qui reddidit. Ad animum tendit estimatio mea. Non locupletem sed indigentem preteribo. Pauperi uiro bono dabo. Erit enim in summa inopia gratus et tamen omnia illi deerunt superest animus. Non lucrum e beneficio capto non uoluptatem non gloriam. Uni placere contentus in hoc dabo ut quod oportet faciam. Quod oportet autem non est sine electione. Que qualis futura sit interrogas. Eligam integrum simplicem. memorem gratum. alieni abstinentem. sui non auare tenacem. beniuolum. Hunc ego cum elegero licet nichil illi fortuna tribuat. ex quo referre gratiam possit ex sentencia res gesta erit. Si utilitas me et sordida computatio liberalem facit. si nulli prosum nisi ut inuicem ille michi prosit. non dabo beneficium proficiscenti in diuersas longinquasque regiones absenti semper. Non dabo ita affecto ut spes ei nulla sit conualescendi. non dabo ipse deficiens non enim habeo tempus recipiendi. Atqui ut scias rem per se expetendam esse bene facere. aduenis modo in nostrum delatis portum et statim abituris succurrimus. Ignoto naufrago nauem qua reuehatur et damus et struimus. Discedit ille uix satis noto salutis auctore et numquam amplius in conspectu meum reuersurus debitores nobis deos delegat. precaturque ut illi pro se gratiam reddant. Interim nos iuuat sterilis beneficii consciencia. Quid cum in ipso uite fine constitutimus cum testamentum ordinamus non beneficia nichil nobis profutura diuidimus. Quantum temporis consumitur quamdiu secreto agitamus et quibus debemus. Quid enim interest quibus demus a nullo recepturi. Atqui numquam diligencius damus. quam ubi remotis utilitatibus solum ante oculos honestum stetit. Tamdiu officiorum mali iudices quamdiu illa deprauant spes ac metus et inertissimum uicium uoluptas. Ubi mors interclusit omnia et ad ferendam sentenciam incorruptum iudicem misit. Querimus dignissimos quibus nostra tradamus. Nec quicquam cum sanctiore cura componimus quam quod ad nos non pertinet. At me hercle tunc magna uoluptas subit cogitantem huic ego locupletiorem faciam et huius dignitati adiectis opibus aliquid splendoris affundam. Si non damus beneficia nisi recepturi intestato moriendum sit. Dicitis inquit beneficium creditum insolubile esse. Creditum autem non est res per se expetenda. Cum creditum dicimus ymagine et translacione utimur. Sic enim et legem dicimus iusti iniustique regulam esse. et regula non est res per se expetenda. ad has uoces demonstrande rei causa descendimus. Cum dico creditum intellige tamquam creditum. Uis scire. adicio insolubile. cum creditum nullum non solui aut possit aut debeat. Adeo beneficium utilitatis causa dandum non est. ut sepe quemadmodum dixi cum damno ac periculo dandum sit. Sic latronibus circumuentum defendo ut tuto transire permittatur. reum gratia laborantem tueor et hominum potentium

faciotz i me q̄uto · qs illi subtrayeo sordes
sub acu sectoribus idez fortasse supticus · tu
abire i partez alteraz possim z securus spe
ctare aliena certamina · spondd p iudicato
z suspensis amici bonis · libellu denario cre
ditoribus me obligatius · Ut possim sunde
pscriptu i se pscriptionis piclm cado · Neo
tusculanu atz tiburtinu pato salubritatis ca
z estiui secessus · quoto anno emptur sit dispu
tat cu erit tuendu e · Eadez i beneficio rotz
laz tuz interrogatius quid reddat · respondebo
bonaz sciaz · Quid reddat iusticia · q̄ ino
cencia · q̄d magnitudo ai · q̄d pudicicia · q̄ tepan
cia · quam ptr ipas · no petis mq̄t · Quid
inquid incessu absoluit · mq̄t sol diez extendit
z 9trahit · Oia ista beneficia sūt · fiut n · nb
psuta · Quo mundi offiau est circuiage ordi
nez rerz · quo solis loca mutare ex q̄bus
oriat · i que cedat · z h salutaria nobis face
sine pmio · Ita uiri offiau e inter alia z bene
ficiu dare · Quare g̃o dat · ne uedat · ne oc
casionez bn̄faciendi pdat · Nobis uoluptas
e inertis ocii face corpusculu z securitatez so
pitis simillaz appete z sub densa umbra lati
tare · tenerissimisq; cogitacoibus q̄s tranq̄llitate
uocatis ai marcetis oblectare torpore et
tibis potionibus q; inter ortos latebraz · corpa
ignauia pallencia saginare · Nobis uoluptas
est dare beneficia · ut laboriosa du alios la
bores leuet · ut pidosa du alios piclis extrahat
ut rones meas aggrauatura du alios neccēs
z angustias laxent · quid mea intest an
recipiaz beneficia · Etiaz cu al' recepto dada sit
beneficiu eius 9modiz expectat cu pstat · no
rerum · alioqn nos illud damus · Itaq; multa
q sumaz utilitatz alijs afferut · pcio gratiam
pdut · Mercator urbibus pdest · medicus egis
al' mangō
mago uenalibus · Sz oms isti q ad alienu
9modu psuo ueniut · no obligat eos q̄bus
prosūt · No e beneficiu quod in questu mit
titur · h dabo · z h recipiaz · auctio e · No di
caz pudicam q ut amatorez incedet · repulit ·
q aut lege a' uir timuit · ut ait Ouidius
que q̃ no licuit · no dedit · illa dedit · No i
merito i mg pcantiu refert q pudiciciaz
timori pstitit no sibi · Eodez mo qui bnficiuz
ut reciperet dedit · Ergo z nos beneficiu dam
aialibus · que aut usui a' alimento futu mi
trimus · beneficiu damus arbustis q colim
ne siccitate a' imoti z neglecta soli duricia
laboret · Nemo ad agru cole du ex eq̄ z bono
uenit nec ad ulla rez e q̄ ipaz fructus e

Ad bnficiu dandu no adducit cogitatio
auara nec sordida · sz huana z liberal · cu
piens dare z cu dederit · z augē noue
ac ueteribus uetera · no huc pposito q̄to
ei cui pstat bono futuru sit · Alioqn huile z
sn laude · sn gla pdee q̄ expedit · Quid ma
gnifica e se amare s' parce · sibi acqre ab
omnibus isc̄s · Uera beneficiu dadi cupido
auocat · Ad detrimentuz ueniat manu tra
hit · z utilitates relinquit · ipso bnfaciendi
al' letissima
ope beatissima · Nunquid dubiu est qn 9tia
sit beneficio iniuria · Quo iniuriaz face p
se uitanda ac fugienda res e · Sic bnficiuz
dare p se expetenda · Illic turpitudo 9 oia
pmia in scelus hortantia ualz · ad h iuitat
honesti · pse efficacissima spes · No mentiar si di
xero neminez no amare bnficia sua · Neiez
no ita opositu aio ut libencius eu uideat
i quez multa 9gessit · cui no cu sit iterum dan
di bnficiu semel dedisse · Quod no accideret
n ipa nos delectaret beneficia · Quam sepe
dicentez audias no sustineo illu deserere ·
cui dedi uitaz · que e pido eripui · rogat
me ut causaz suaz q homines gratiosos agaz ·
nolo · sz q̄d faciaz · Jaz illi semel iterumq;
adfui · Non uides inesse isti rei ppriaz quādā
uim · q nos dare beneficia cogit · pmu q
opz deinde q dedimus · cui inicio rō no fuisset
prestandi aliquid ei · pstamus ob h q pstiti
mus · adeoq; q ad beneficia nos impellit
utilitas · ut inutilia tueri ac fouere pseue
remus · sola beneficiu caritate · cui etiaz infe
liciter dato indulgere taz natale e · q liberis prius ·
Isti idez graz referre ipos fatent · nec q ho
nestu est sz q utile · q no esse ita minore
opa pbandu est · Quia q̄bus argumētis colle
gimus beneficiu dare p se rez expetendaz esse
hisdez etiaz h collegimus · sum esse illud a
quo i cetra pbones nre exeut · honestum
ob nullaz causaz · q q honestu sit coli · Quis
g̃o 9trouersiaz face audebit · an gratu esse
honestuz sit coli · Quis no ingratuz deteste
tur hoiez sibi ipi inutilez · Quis aut cu tibi nar
ratur aduersus sūma bnficia amici sui in
gratus est · Quo id fecerit · utrum tanq̄ rez
turpez fecerit · an tanq̄ rez utilez s' z psutuz
omiserit puto neq; hoiez estimas · cui pena
non cui curatore opus sit · Quod no acci
deret n gratu esse p se expetendu honestuq; esset ·
alia fortasse minus dignitatez sua pferut
z an sit honestu inspecte egent · hoc exposi
tu est · pulcriusq; q ut splendor eius dubie

ac parum lucrat. Quid tam laudabile quod
tam equaliter in omnium animos receptum quam re
ferre bene meritis gratiam. Ad hoc dicit in que
tam nos producat lucrum. Quod qui non redde
rimit ingratus est. Ambitio. Et que ia
ctatio est soluisse quod debeas. Metus. nullus
ingrato. huic enim uni rei non possumus lege
tamquam que satis natura cavisset. Quid nulla lex a
mare parentes indulgere liberis iubet. Sup
vacuum est enim in quod imus impelli quemadmodum
nemo in amorem sui cohortandus est quem
nascitur trahit. Ita ne ad hoc ut honesta per se
petat. placet suapte natura. adeoque gratiosa
uirtus est ut insitum sit et malis probare me
liora. Quis est qui non beneficus uelit uideri
inter scelera et iniurias opinionem bonitatis
affectet. qui non ipsis que impotentissime fecit speciem
aliquam induat recti. uelit quoque hiis et uideri
beneficium dedisse quos lesit. Gratias itaque a
gi sibi ab hiis quos afflixere patiuntur. bonosque
se ac liberales fingere quia prestare non possunt.
Quod non facerent nisi illos honesti et per se expetendi
amor cogeret moribus suis opinionem con
trariam querere et nequitiam abdere. Cuius fructus
concupiscitur. ipsa uero odio pudorique est. Nemo quis
que tamen a nature lege descivit et hominem exuit
ut animi causa malus sit. Dic enim cuilibet ex istis
qui rapto uiuunt. an ad illa que latrociniis
et furtis consequuntur malit ratione bona peruenire
optabit ille cui grassari et transeuntes per
cutere questus est. potius illa inuenire quam eripe
re. Neminem reperies qui non nequitie premiis sine
nequitia frui malit. Maximum hoc habemus na
ture meritum quod uirtus in omnium animos lumen suum permittit.
Gratiam qui insequuntur illam uidet. ut scias per se
expetendam esse grati animi affectum per se fugienda
res est ingratum esse. quoniam nichil eque concordiam huma
ni generis dissociat ac distrahit quam hoc uitium. Na
quo alio tuti sumus quam quod mutuis iuua
mur officiis. hoc uno instructior uita contra
que incursiones subitas munitior est bene
ficiorum commercio. Fac nos singulos quid
sumus preda animalium et uictime. delectabilis
ac bellissimus et facillimus sanguis. Quoniam ce
teris animalibus in tutelam sui satis uirium est
quecumque uaga nascebantur et actura uitam
segreges armata sunt. hominem imbecillia cingit
non unguium uis non dentium terribilem
ceteris fecit. nudum et infirmum societas mu
nit. Duas res dedit que illum obnoxio
ualidissimum facerent. Rationem et societatem.
Itaque qui par esse nulli posset si seduceretur rerum

potitur. Societas illi dominium omnium animalium
dedit. Societas terris genitum in alienum nature
transmisit imperium et dominari etiam in mari iussit. hec
morborum impetus arcuit. senectuti adminicula
prospexit solatia contra dolores dedit. Hec for
tes nos facit. quod licet contra fortunam aduo
care. Hanc societatem tolle. et unitatem generis
humani qua uita sustinetur scindes. Tolles
autem si efficis ut ingratus animus non per se ui
tandus sit. Set quia aliquid illi timendum est
quoniam multi enim sunt quibus ingratos esse tuto licet.
Denique ingratum uoco quisquis metu gratus est.
Deos nemo sanus timet. furor est enim metuere
salutaria. nec quisquam amat quos timet. Tu deni
que Epicure deum inermem timendum facis omnia
illi tela. omnem illi detraxisti potentiam. et ne
cuiquam metuendus esset. proiecisti illum extra metum.
Hunc igitur insaeptum ingenti quodam et inexpli
cabili muro diuisumque a contactu et a conspectu
mortalium non habes quare uenereris. nulla illi ne
tribuendi nec nocendi materia est. In medio in
teruallo huius et alterius celi desertus sine animali
sine homine sine re. ruinas mundorum supra se ac
circa se cadentium euitat. Non exaudiens uota nec
nostri curiosus. Atqui hunc uis uideri colere non
aliter quam parentem grato ut opinor animo. aut si non
uis uideri gratus quia nullum habes illius benefici
um. set te atomi et iste mice tue. forte ac te
mere conglobauerunt. cur colis propter maiestatem
eius inquis eximiam singularemque naturam.
Ut concedam tibi nempe hoc facis nullo precio
inductus nulla spe. Est ergo aliquid per se expeten
dum te ipsa dignitas ducat id est honestum. Quid
est autem honestius quam gratum esse. Huius uirtutis ma
teria tam late patet quam uita. Set inest inest huic
bono etiam utilitas aliqua. Cui enim uirtuti non
inest. Set id propter se expenditur quod cum eius aliqua
habeat extra commoda. sepositis quoque illis ac remotis
placet. prodest gratum esse. ero tamen gratus etiam
si nocet gratus est. Quid sequitur ut hec res
illi alios amicos alia beneficia conciliet. Ergo
si quis sibi offensas conciliaturus est. Si quis
intelligit a deo per hoc se nichil consecuturum. ut mul
ta et ex reposito acquisitoque perdenda sit. Non
libens in detrimenta descendit. Ingratus est
qui in referenda gratia secundum datum uidet qui spe
rat cum reddit. Ingratum uoco qui egro assi
det quia testamentum facturus est. cui de hereditate
aut de legato uacat cogitare. Faciat licet omnia
que facere bonus amicus et memor officii debet si
animo eius obseruatur spes si lucri captator
est. et hamum iacit ut aues que laceratione

corporu alunt. lassa morbo pecora et at
sueta e proximo speculant. Ita h' iminet
morti et circa cadauer uolat. gratus aius
ipsa uirtute proposita sui capit. Cuis scire h'
ita esse nec illu utilitate corrupi. Duo ge
nera sunt grati hominis. Dicit gratus qui
aliq' pro eo q' acceperat reddit. h' fortasse pot
h; qd iactet qd' pferat. Dicit grat9 q' bono
aio accepit beneficiu bono debet. Hic in
sciencia clusus est que illi ptinget pt utilitas
ex affectu latente. atq; h' et si ultra facere
nil pt. gratus e. amat. debet. referre gratiaz
cupit. Quicq' ultra desideras no ipi deest.
Artifex e eciaz cui ad exercendaz artez istru
menta no suppeunt. nec minus cantandi peritus
cui9 uocez exaudiri fremitus obstrepenciu no
sinit. Volo referre graz. Post h' aliquid supe
est no ut gratus sz ut solutus sim. Sepe eni
et qui graz retulit ingratus e. et q' no retulit
gratus. Nam ut oium aliaru uirtutu ita hui9
ad aim tota extimatio redit. hic si in officio e
quicq' defuit. fortuna peccat. Quo e disertus
etia qui tacet. fortis et q' opssis manib9 uel
et alligatis. Quo gubernator et q' in sicco est
qr consumate scie nich' deest. et si q' obstat q'
minus se utat. ita gratus e et q' uult tm. nec
h; h9 uoluntatis sue ulluz aliu q' se testez
Immo amplius adiciaz. Est aliq' gratus et qui
ingratus uidet. quez i mala interpres opinio
i contrariu tradidit. hic quid aliud sequit' q'm
ipaz consciaz q' et obruta delectat. que contion
hat fame reclamat et in se oia refert. Et cu
ingentez ex altera pte turbaz contra se uiderit
aspexerit no numerat suffragia. sz una sentent.
uincit. Si uo bona fide perfidie supplicia af
fici uidet. n descendit e fastigio sz sup penaz
suaz consistit. Habeo inquit qd uolui qd petii.
nec penitet. nec penitebit. nec ulla iniquitate me
eo fortuna perducet. ut hac uocez audiam.
Quid m' uolui. quid nunc m' prodest. Prodest uo
luntas prodest et i eculeo prodest et i igne. Si sin
gulis membris admoueat' et paulatim uiuu
corp9 circueat. licz ipm corpus plenu bo
conscia stillet. placebit illi ignis per quez bona
fides colucebit. Nunc illud q' argumentuz q'
ductu iaz reducat. Quid est quare grati
uelim9 ee cu morim'. quare singloz ppen
damus officia. q're id agamus in omnez uitaz
ut nostraz memoria decernente ne cui9 officij ui
deam obliti. Nichil iaz supest quo spes por
rigat. In illo tm cardine positi abire e re
bus humanis q' gratissimi uolum9. Est uidelz

magna i ipso opere merces rei. et ad allici
endas mentes hominu ingens honesti potencia.
cui9 pulcritudo aios circumfudit. et delini
tos admiratio luminis et fulgoris sui rapit.
At multa h' comoda oriunt'. et tucior est
uita melioribus amorq; et secdm bonos iu
dicium. etasq; securior qua innocentia q' grata
mens psequit'. Fuisset n' iniquissima rerum natura
si h' tm bonu miseruz et anceps et sterile fe
cisset. Sz illud intuere an ad istaz uirtutez
q' sepe tuta ac facili datur et p saxa et
rupes. et feris ac serpentibus obsessum iter
fueris iturus. Non ideo per se no e expetenda.
cui aliq' extra q' emolumenti adheret. Fere
eni pulcerrima q' multis et adeptitijs comi
tata sunt dotibus. sz illas trahunt ipa prece
dunt. No dubiu e qn h' humani generis do
micilium circuitus solis ac lune uicibus
suis temperet. qn altius calore alant' cor
pora terre relaxent. inmodicos humores compri
mat. Alligatis omnia hyemis tristicia fran
gat. alter9 tepore efficaci penetrabili regat'
maturitas frugum. qn ad huius cursuz fecun
ditas humana respondeat. qn ille annuu obs
uabilez fecit circumactu suo. h' mensez mino
ribus se spacijs flectens. Ubi tm detrahas
ista. non erat ipe sol ydoneu oculis spectacu
luz. dignusq; adorari si tm preteriret. No
erat digna suspectu luna. eciaz si ociosuz
sidus transcurreret. Ipse mundus quotiens
p noctez ignes suos fudit. et tantuz stellarum
innumerabiliuz refulsit. que no intentu ipse
tenet q's s' illa tunc cu miratur p desse cogi
tat. Aspice ista tanto superno cetu labentia
quemadmodum uelocitatez suaz sub spe stantis
atq; inmoti operis abscondat. quantus i' ista nocte
qua tempus i numerum ac discrimine dierum obseruas
igit' quanta rerum turba sub h' silencio euolui
tur. quantaz fatorum seriez certus limes educit
Ista que tu no aliter q' in decore sparsa conside
ras singla i opere sunt. Nec eni e qd existimes
septez sola discurrere. cetera herere. paucorum
motum comprehendim9. Innumerabiles uo longiq;
a conspectu seducti dei eunt redeuntq;. Ex
his q' oculos nros patiunt' plerique obscuro
gradu pergunt et per occultum agunt'. Quid ergo
no caperis tante molis aspectu. et si te no
regat. no custodiat non foueat. generetq;
ac spiritu suo riget. Quemadmodum h' cu pmu
usum habeant. et necessaria uitalia q' sint. maie
stas tm eorum totaz mentez occupat. ita ois
illa uirtus et i primis grati animi. multum

quidem prestat sed non vult ob hoc diligi. Am-
plius quidem in se habet nunc satius ab eo intelli-
gitur a quo minus utilia mittantur. Gratus est
quia expedit sed et quantum expedit non recipit
sordidum virtus amatorem. Soluto ad illam
sinu veniendum est. Ingratus hoc cogitat.
Volebam gratiam referre sed timeo impensam
timeo periculum vereor offensam faciam po-
tius quod expedit. Non potest eadem ratio
gratum facere et ingratum ut diversa illorum
opera ita diversa inter se proposita sunt. Ille in-
gratus est quamvis non oporteat quia expedit
hic gratus est quamvis non expediat quia oportet.
Propositum est nobis secundum rerum naturam vivere et
deorum exemplum sequi. Dii autem quecumque facia-
unt in eo quid preter ipsam faciendi rationem sequuntur.
Nisi illos existimas fructum operum suorum ex
fumo extorum et thuris odore percipere. Vide quanta
quotidie moliantur. quanta distribuant. quan-
tis terras fructibus impleant. quam opportunis et in
omnes oras ferentibus ventis maria permoveant.
quantis imbribus repente deiectis solum molliant
venasque fontium arentes redintegrent. et
infuso per occulta nutrimento moveant. Omnia ista
sine mercede sine ullo ad ipsos perveniente com-
modo faciunt. Hoc quoque nostra ratio si ab exemplari
non aberrat. servet ne ad res honestas
conducta veniat. Pudeat illam venale esse bene-
ficium. gratuitos habemus deos. Si deos imitaris
imitaris et da ingratis beneficia. Nam et sce-
leratis sol oritur et piratis patent maria ¶
Hoc loco interrogatur. An vir bonus daturus sit
beneficium ingrato. sciens ingratum esse. Permit-
te mihi aliquid interloqui ne interrogatione insidiosa
capiaris. Duos ex constitutione stoica accipe in-
gratos. Alter est ingratus quia stultus est. stultus etiam
malus est. Quia malus est nullo vicio caret
ergo et ingratus non quia omnia ista singulis manife-
sta et nota vicia sint. sed quia esse possunt et sunt. et si
latent. Alter est ingratus qui vulgo dicitur in hoc vicium
natura propensus. Illi ingrato qui sic hanc culpam
non caret. quomodo nulla caret. dabit benefi-
cium vir bonus. nulli enim dare poterit si tales
homines submoverit. Huic ingrato qui beneficiorum
fraudator est. et in hanc partem proclivis animo. non
magis dabit beneficium. quam decoctori pecu-
niam credet. aut depositum committet ei. qui iam
pluribus abnegavit. Timidus dicitur aliquis
quia stultus est et hic malos sequitur. quos indiscreta
et universa vicia circumstant. Dicitur timidus proprie na-
tura etiam ad inanes sonos pavidus. Stultus omnia
vicia habet. sed non in omnia natura pronus est. Alius in

avariciam. alius in luxuriam. alius in petulanciam in-
clinatur. Itaque errant illi qui interrogant sto-
icos. Quid ergo Achilles timidus est. Quid ergo A-
ristides cui iusticia nomen dedit iniustus est.
Quid ergo et Fabius qui cunctando restituit rem
temerarius est. Quid ergo Decius mortem timet
Mucius proditor est. Camillus desertor. Non
hoc dicimus sic omnia vicia esse in omnibus quomodo in quibus-
dam singula eminent sed malum ac stultum nul-
lo vicio vacare. Ne audacem quidem timore ab-
solvimus. ne prodigum quidem avaricia liberamus.
Quomodo homo omnes sensus habet. nec ideo tamen omnes homines
aciem habent lynceo similem. Sic qui stultus est non tam
acrem et concitatam habet omnia quam quidam quedam. Omnia in
omnibus vicia sunt. sed non omnia in singulis extant.
Hunc natura ad avariciam impellit. hic vino
hic libidini redditus est. aut si non deditus ita for-
matus. ut in hoc illum mores sui ferant. Itaque
ut ad propositum revertar. nemo non ingratus est
qui malus. habet enim omnia nequicie semina. tamen non proprie
ingratus appellatur. qui ad hoc vicium vergit. Huic
ergo beneficium non dabo. Quomodo male filie sue
consulit. qui illam contumelioso et sepe repudiato col-
locavit. Malus paterfamilie habebitur. qui ne-
gociorum gestorum damnato. patrimonii sui curam man-
daverit. Quomodo dementissime testabitur. qui tutorem
filio reliquerit pupillorum spoliatorem. sic pes-
sime beneficium dare dicetur. quicumque ingratos e-
ligit in quos peritura conferat. Dii quoque inquit
multa ingratis tribuunt. sed illa bonis parave-
runt. Contingunt autem et malis. quia separari non pos-
sunt. Satius autem est prodesse etiam malis propter bonos. quam
bonis deesse propter malos. Itaque refers diem sole-
mnis estatisque cursus. et media veris au-
tumnique temperamenta imbres et fontium hau-
stus. ventorum statutos flatus pro universis inve-
nerunt. excerpere singulos non potuerunt. Rex ho-
nores dignis dat. congiarium et indignis. Frumen-
tum publicum tam fur quam periurus et adulter acci-
piunt. et sine dilectu morum quisquis incisus est.
Quicquid aliud est quod tamquam civi non tamquam bono da-
tur ex equo boni et mali ferunt. Deus quoque quedam munera
universo humano generi dedit. a quibus excluditur
nemo. Hoc enim poterat fieri ut ventus bonis viris
esset secundus contrarius malis. Commune autem bonum erat
patere commercium maris. et regnum humani generis
relaxari. Nec poterat lex casuris imbribus
dici. ne in malorum improborumque rura defluerent.
Quedam in medio ponuntur tam bonis quam malis
conduntur urbes monimenta ingeniorum et ad
indignos perventura publicavit editio. Me-
dicina in sceleratis opem porrigit. Compositiones

remediorum salutarium nemo suppressit ne sanarentur indigni. In hiis exige censuram et personarum estimacionem que separatim tamquam digno dantur, non in hiis que promiscue turbam admittunt. Multum enim refert utrum aliquem non excludas aut eligas. Ius et furi dicitur. Pace et homicide fruuntur. Sua repetunt et qui aliena rapuerunt. Percussores et domi ferrum exercentes murus ab hoste defendit. Legum presidio qui plurimum in illas peccauerunt proteguntur. Quedam non poterant ceteris contingere nisi vniuersis darentur. Non est itaque quod de istis disputes ad que publice inuitati sumus. Illud quod iudicio meo ad aliquem peruenire debebit, ei quem ingratum sciam non dabo. Ergo inquit nec consilium deliberanti dabis ingrato nec aquam haurire permittes nec viam erranti monstrabis ingrato. An hoc quidem facies sed nichil donabis. Distinguam istud certe et temptabo distinguere. Beneficium est opera utilis, sed non omnis opera utilis beneficium est. Quedam enim tam exigua sunt ut beneficii nomen non occupent. Due res coire debent que beneficium efficiant. Primum tamen magnitudo. Quedam enim sunt infra huius nominis mensuram. Quis beneficium dixit quadram panis aut stipem eris abiecti aut ignis accendendi factam potestatem? Et medium ista plus prosunt quam maxima. Sed tamen utilitates sunt illis eciam ubi temporis necessitas fecit sententia detrahit precium. Deinde hoc quod potissimum est oportet accedat ut eius causa faciam ad quem volebam peruenire beneficium, dignumque eum iudicem et libens id tribuam percipiensque ex munere meo gaudium. Quorum nichil est in istis de quibus loquebamur. Non enim tamquam dignis illa tribuimus sed neglegenter tamquam parua et non homini damus sed humanitati. Aliquando me daturum et indignis quedam non negauerim in honorem aliorum, sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industriis nouos pretulit. Non sine racione. Sacra est magnarum virtutum memoria et esse plures bonos iuuat si gracia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quae res consulem fecit nisi pater? Cinnam nuper quae res ad consulatum recepit ex hostium castris, quae Sextum Pompeium aliosque Pompeios nisi unius viri magnitudo tanta quondam ut satis alte omnes suos eciam ruina eius attolleret? Quid nuper Fabium Persicum cuius osculum eciam impudici deuitabant sacerdotem non in uno collegio fecit nisi Verrucosi et Allobrogici et illi trecenti qui hostium incursioni pro re publica unam domum obiecerant? Hoc debemus virtutibus non ut presentes solum illas sed et ablatas e conspectu colamus. Quomodo illi id egerunt ut non in unam etatem prodessent sed beneficia sua et post ipsas relinquerent, ita nos non una etate grati simus. Hic magnos viros genuit dignus est beneficiis. Qualiscumque est dignos dedit. Hic egregiis maioribus ortus est. Qualiscumque est sub umbra suorum lateat. Ut loca sordida repercussu solis illustrantur, ita inertes maiorum suorum luce resplendeant. Excusare hoc loco tibi liberalis deos uolo. Interdum enim solemus dicere: Quid sibi uoluit prouidencia que Arrhideum regno imposuit? Illi putas hoc datum? Patri eius datum est et fratri. Quare Caesarem orbi terrarum prefecit hominem humani sanguinis auidissimum, quem non aliter fluere in conspectu suo iubeat quam si ore excepturus esset? Quid ergo? Tu hoc illi datum existimas? Patri eius Germanico datum, auo proauoque et ante hos aliis non minus claris viris. Etiam si priuati paresque aliis vitam exegerunt. Quid tu cum Mamercum Scaurum consulem faceres, ignorabas ancillarum suarum menstruum ore illum hiante exceptare? Numquid enim ipse dissimulabat? Numquid purus uideri uolebat? Referam dictum eius tibi in se quod circumferri memini et ipso presente laudari. Pollioni Annio iacenti obsceno uerbo usus dixerat se facturum id quod pati malebat, et cum Pollionis attractiorem uidisset frontem, Quicquid inquit mali dixi mihi et capiti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat. Hominem tam palam obscenum ad fasces et ad tribunal admisisti? Nempe dum ueterem illum Scaurum senatus principem cogitasset, indigne fert sobolem eius iacere. Deos uerisimile est ut alios indulgentius tractent propter parentes auosque, alios propter futuram nepotum pronepotumque ac longe sequencium posterorum indolem. Nota est enim illis operis sui series, omniumque illis rerum suas per manus ituraram scientia in aperto semper est. Nobis ex abdito subit et que repentina putamus illis prouisa ueniunt ac familiaria. Sint hii reges quia maiores eorum non fuerunt, quia pro summo imperio habuerunt iusticiam, abstinenciam, quia non rem publicam sibi sed se rei publice dicauerunt. Regnet hic quia vir bonus quidam auus eorum fuit, qui animum supra fortunam gessit, qui in dissensione ciuili quoniam ita expediebat rei publice uinci quam uincere maluit. Referre illi graciam longo spacio non potuit. In illius respectu iste populo presideat, non quia scit aut potest, sed quia alius pro illo meruit. Hic corpore deformis est, aspectu fedus et ornamenta sua traducturus. Iam me homines accusabunt, cecum ac temerarium dicent, nescientes quo loco quae summis atque excelsissimis debentur ponam. Ego istum noui, illum quondam gloriae sequentis fugacissimum eo ...

tu ad predam eunt quo alii e prelio redeunt. Numquam bonum sum a publico distinguetis. Ubi minus iste, a quo est? Unde nos scitis apud me iste expensorum acceptorumque rationes disiungunt? Ego quidem cum debeam scio alios prolongatam diem repono, alios in antecessum ut prout occasio et res publica mee facultas tulit. Ingrato ergo aliquid quedam sed non propter ipsum dabo. Quid si inquit nescis utrum ingratus sit an gratus, expectabis donec scias an dandi beneficium tempus non amittes? Expectare longum est, nam ut ait plato difficilis humani animi coniectura est; non expectare temerarium est. Huic respondebimus numquam expectare nos certissimam rerum comprehensionem, quoniam in arduo est veri exploratio, sed ea qua ducit veri similitudo. Omne hac via procedit officium. Sic serimus, sic navigamus, sic militamus, sic uxores ducimus, sic liberos extollimus. Cum omnium rerum incertus sit eventus, ad ea accedimus de quibus bene sperandum esse credimus. Quis enim pollicetur serenti proventum, naviganti portum, militanti victoriam, marito pudicam uxorem, patri pios liberos? Sequimur quam ratio non qua veritas trahit. Expecta ut nisi bene cessura non facias, et nisi comperta veritate nichil noveris: relicta omnis vita actu consistit. Cum verisimilia me in hoc aut in illud impellant, non verear ei beneficium dabo quem verisimile erit gratum esse. Multa inquit intervenient propter que et malus pro bono subrepat et bonus pro malo displiceat. Fallaces enim sunt rerum species quibus credimus. Quis negat? Sed nichil aliud invenio per quod cogitationem regam. His veritas michi vestigiis sequenda est; certiora non habeo. Hec ut quam diligentissime extimem operam dabo nec cito illis assentiar. Sic enim in prelio potest accidere ut telum meum in commilitonem manus dirigat aliquo errore decepta, et hosti tamquam meo parcam. Sed hoc et raro accidet, et non meo vicio, cuius propositum est hostem ferire, civem defendere. Si sciam ingratum esse, non dabo beneficium. At obrepsit, at imposuit. Nulla hic culpa tribuentis est, qui tamquam grato dedi. Si promiseris inquit te daturum beneficium et postea ingratum scieris esse, dabis an non? Si facis, sciens peccas: das enim cui non debes dare. Si negas, et hic modo peccas: non das cui promisisti. Constantia vestra hoc loco titubat et illud superbum promissum numquam sapientem facti sui penitere nec umquam emendare quod fecerit nec mutare consilium. Non mutat sapiens consilium omnibus hiis manentibus que erant cum sumeret. Ideo illum numquam penitentia subit, quia nichil melius illo tempore fieri potuit quam quod factum est, nichil melius constitui quam quod constitutum est. Ceterum ad omnia cum exceptione veniet: si nichil inciderit quod impediat. Ideo illi omnia succedere dicimus et nichil contra opinionem accidere, quia presumit animo posse aliquid intervenire quod destinata prohibeat. Imprudentium ista fiducia est fortunam sibi spondere. Sapiens utramque partem eius cogitat. Scit quantum liceat errori, quam incerta sint humana, quam multa consiliis obstent. Ancipitem rerum ac lubricam sortem suspensus sequitur, consiliis certis incertos eventus. Exceptio autem sine qua nichil destinat, nichil ingreditur, et hic illum tuetur. Promisi beneficium nisi si quid incidisset quare non deberem dare. Quid enim si quod pollicitus sum patriam sibi dare iusserit? si lex lata erit ne id quisquam faciat quod ego me amico meo facturum promiseram? Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti; non est mihi cum externo conubium. Eadem res me defendit que vetat. Tunc fidem fallam, tunc inconstantie crimen audiam, si cum omnia sint que erant promittentem me non prestitero promissum; alioquin quicquid mutatur libertatem facit de integro consulendi et me fide liberat. Promisi advocationem; postea apparuit per illam causam prejudicium in patrem meum queri. Promisi me peregre una exiturum; sed iter infestari latrociniis nunciatur. In rem presentem venturus fui; sed eger filius et puerpera uxor tenent. Omnia esse debent eadem que fuerunt cum promitterem, ut promittentis fidem teneas. Que autem maior mutatio fieri potest quam si te malum virum et ingratum comperi? Quod tamquam digno dabam, indigno negabo, irascendi etiam causam habebo deceptus. Inspiciam tamen et quantum sit de quo agitur; dabit mihi consilium promisse rei modus. Si exiguum est dabo, non quia dignus es, sed quia promisi. Nec tamquam munus dabo, sed verba mea redimam et aurem mihi pervellam. Damno castigabo promittentis temeritatem: Ecce ut doleat tibi, ut postea consideratius loquaris. Quod dicere solemus, linguarium dabo. Si maius erit, non permittam, quemadmodum Mecenas ait, ut sestertio centies obiurgatus sim. Inter se enim utrumque comparabo. Est aliquid in eo quod promiseris perseverare; est rursus multum in eo ne indigno beneficium des. Hoc tantum

quenam est. Si leue cohibeamus. Si uero magnum
in aut detrimento aut rubore futurum. malo
semel excusare quam semper negare. Quam sepe cause de-
derim. Totum mihi ideo est constituam promissi mei
verba tarentur. Non tantum quod temere promi-
si retinebo sed quod non recte dedi repetam. De-
mens est qui fidem prestat errori. Philippus ma-
cedonum rex habebat militem manufortem cuius
in multis expeditionibus utilem expertus operam
subinde ex preda aliquid illi virtutis cau-
sa donauerat et hominem venalis anime crebris
auctoramentis accendebat. Hic naufragus in
possessiones cuiusdam macedonis expulsus est.
Qui ut nunciatum est accucurrit. spiritum eius recollegit.
in villam illum suam transtulit. lectulo suo cessit.
affectum semianimemque recreauit. diebus xxx.
sua impensa curauit. refecit. viatico instruxit.
subinde dicentem. gratiam tibi referam. uideam tantum
imperatorem meum contingat. Narrauit philippo nau-
fragium suum. auxilium tacuit et protinus peti-
it ut sibi cuiusdam predia donaret. Ille quidem
erat hospes eius. is ipse a quo receptus erat
a quo sanatus. Multa interim reges in bello pre-
sertim apertis oculis donant. Non sufficit ho-
mo iustus tot armatis cupiditatibus. non potest quisquam
eodem tempore et bonum virum et bonum ducem agere.
Quo tot milia hominum insatiabilia satia-
buntur. Quid habebunt si suum quisque habuerit.
Hec philippus sibi dixit cum illum induci in bona
que petebat iussit. Expulsus bonis suis ille
non ut rusticus iniuriam tacitus tulit contentus
quod et ipse donatus non esset. sed philippo epistolam
scriptam ac liberam scripsit. Qua accepta
ita exarsit ut statim pausanie mandaret
bona priori domino restituere. ceterum improbissimo
militi ingratissimo hospiti auidissimo naufra-
go stigmata inscriberet ingratum hominem
testantia. Dignus quidem fuit cui non inscri-
berentur ille litere sed insculperentur qui hospitem
suum nudo et naufrago similem in id quo iacu-
erat ipse litus expulerat. Sed uidebimus
quis modus pene seruandus fuerat. Aufe-
rendum utique (al. utique) fuit quod summo scelere inuase-
rat. Quis autem penam eius moueretur. Quis
id commiserat propter quod nemo miseri misereri
posset. Dabit tibi philippus quia promisit. etsi
non debet. etsi iniuriam facturus est. et si scelus
facturus est. et summo facto preclusurus est
naufragis littora. Non est leuitas a cognito
et damnato errore discedere. et ingenue fa-
tendum est. Aliud putaui deceptus sum. hoc
uero superbe stultitie perseuerantia est. Quod
semel dixi qualecunque est fixum ratumque sit. Non
est turpe cum re mutare consilium. Age
si philippus possessorem illum eorum litorum
reliquisset que naufragio ceperat. non omni-
bus miseris aquam et ignem interdixerat. potius
est inquit intra fines regni mei et literas in istis
oculis inscribendas durissima fronte circumferri.
Ostende quam sacra res sit mensa hospita-
lis. Prebe in facie tua legendum istud de-
cretum quo cauetur ne miseros tecto iuuare
capitale sit. Magis ista constitutio sic ra-
ta erit quam si illam in es incidissem. Quare ergo
inquit zeno vir cum quingentos denarios cuidam
mutuos promisisset et ipse illum parum ydone-
um comperisset amicis suadentibus ne daret per-
seuerauit credere quia promiserat. Primum alia
conditio est in credito alia in beneficio. Pecu-
nie et male credite exactio est et appellare
debitorem ad diem possum et si foro cesserit
portionem feram. Beneficium et totum perit et
statim. Preterea hoc mali viri est illud mali pa-
trisfamilie. Deinde ne zeno quidem si maior
fuisset summa credere perseuerasset. Quingenti de-
narii sunt. illud quod dici solet in morbo
consumat. Fuit tanti reuocare promissum suum.
Ad cenam quia promisi ibo et si frigus erit. non
quidem si niues cadent. Surgam ad sponsali-
a quia promisi quamuis non concoxerim. sed non si fe-
bricitauero. Sponsum descendam quia pro-
misi. sed non si spondere me in incertum iubebis.
Si fisco obligabis. Subest inquam tacita ex-
ceptio. si potero. si debebo. Si hec ita erunt.
effice ut idem status sit cum exigitis qui fuit
cum promitterem. Destituere leuitas erit. Si a-
liquid interuenit noui quid miraris cum con-
dicio promittentis mutata sit mutatum esse
consilium. Eadem mihi omnia presta et idem sum.
Vadimonium promittimus tamen deserit. non in
omnes datur actio. Deserentem uis maior ex-
cusat. Idem etiam illam questionem responsum existima
an omni modo referenda sit gratia et an beneficium
utique reddendum sit. Animum prestare gratum
debeo. ceterum aliquando me referre gratiam non pa-
titur mea infelicitas aliquando felicitas eius
cui debeo. Quid enim regi quid pauperi
quid diuiti reddam. utique cum quidam recipere
beneficium iniuriam iudicent et beneficia sub-
inde aliis beneficiis honorent. Quid amplius
in horum persona possum quam uelle. Nec
ideo beneficium nouum reiicere debeo quia nondum
prius reddidi. Accipiam tam libenter quam dabitur
et prebebo me amico meo exercende bonitatis

siue capacem materiam. Si noua accipe, non uult acceptis offendi. Non refero gratiam. Quid ad rem? non per me est mora. Si aut oportunitas ... deest aut facultas. Ille prestitit in nece ... occasionem habet cum facultatem. Utrum bonus uir est an malus? Apud bonum uirum bonam causam habeo, apud malum non ago. Ne illud quidem existimo faciendum, ut referre gratiam etiam inuitis hiis quibus refertur properemus et instemus recedentibus. Non est referre gratiam quod uolens acceperis nolenti reddere. Quidam cum aliquod illis missum est munusculum, subinde aliud intempestiue remittitur et nichil se debere testantur. Reiciendi genus est protinus aliud inuicem mittere et munus munere expungere. Aliquando et non reddam beneficium cum possim. Quando? Si plus michi detracturus ero quam illi collaturus, si ille non erit sensurus ullam accessionem, recepto eo quo reddito michi multum abscessurum erat. Qui festinat utique reddere, non habet animum grati hominis sed debitoris. Et ut breuiter, qui nimis cupit soluere, inuitus debet; qui inuitus debet, ingratus est. Explicit liber iiii. Incipit v.

In prioribus libris uidebar consummasse propositum, cum tractassem quemadmodum dandum esset beneficium, quemadmodum accipiendum. Hii enim sunt huius officii fines; quicquid ultra moror, non seruio materie sed indulgeo, que quo ducit sequenda est, non quo inuitat. Subinde enim nascetur quod lacessat aliqua dulcedine animum magis non superuacuum quam necessarium. Verum quia ita uis, perseueremus peractis que rem continebant scrutari etiam ea que si uis uerum connexa sunt, non coherentia. Que quisquis diligenter inspicit, nec facit opere pretium nec tamen perdit operam. Tibi autem, Ebuti Liberalis, optimo uiro et ad beneficia propenso, nulla eorum laudatio satisfacit. Neminem umquam uidi tam benignum etiam leuissimorum officiorum estimatorem. Iam bonitas tua eousque prolapsa est ut tibi dari putes beneficium quod ulli datur. Paratus es, ne quem beneficii peniteat, pro ingratis dependere. Ipse usque eo abes ab omni iactatione, usque eo statim uis exonerare quos obligas, ut quicquid in aliquem conferas uelis uideri non prestare sed reddere. Ideoque plenius ad te sic data reuertuntur. Nam fere sequuntur beneficia non reposcentem. Et ut gloria fugientes magis magisque sequitur, ita fructus beneficiorum gratius redit per quod et esse ingratis licet. Per te uero non est mora quominus beneficia que acceperunt ultro repetat. Nec recusabis conferre alia et suppressis dissimulatisque plura ac maiora adicere. Propositum optimi uiri et ingentis animi tam diu ferre ingratum donec feceris gratum. Nec te ratio ista decipiet. Succumbunt uicia uirtutibus si illa non cito odisse properaueris. Illud utique unice tibi placet uelut magnifice dictum: Turpe est beneficiis uinci. Quod an uerum sit merito queri solet, longeque aliud est quam mente concipis. Numquam enim in rerum honestarum certamine superari turpe est, dummodo arma non proicias et uictus quoque uelis uincere. Non omnes ad bonum propositum easdem afferunt uires, easdem facultates, eandem fortunam, que optimorum quoque consiliorum dumtaxat exitus temperat. Voluntas ipsa rectum petens laudanda est, etiam si illam alius gradu uelocior antecessit. Non ut in certaminibus ad spectaculum editis melior palmam declarat, quamquam in illis quoque sepe deteriorem pretulit casus. Ubi de officio agitur quod uterque a sua parte quam plenissimum cupit, si alter plus potuit et ad manum habuit materiam sufficientem animo suo, si illi quantum conatus est fortuna permisit, alter autem uoluntate par est, etiam si minora quam accepit reddidit aut omnino non reddidit sed uult reddere et ex toto in hoc intentus est animo, non magis uictus est quam qui in armis moritur, quem occidere facilius hostis potuit quam auertere. Quod turpe existimas id accidere uiro bono non potest ut uincatur. Numquam enim succumbet, numquam renunciabit. Ad ultimum usque diem uite stabit paratus et in hac statione morietur, magna se accepisse pre se ferens, paria uoluisse. Lacedemonii uetant suos pancratio aut cestu decernere, ubi inferiorem ostendit uicti confessio. Cursor cretam prior contigit; uelocitate illum, non animo antecessit. Luctator ter abiectus perdidit palmam, non tradidit. Cum inuictos esse Lacedemonii ciues suos magno estimarent, ab hiis certaminibus remouerunt in quibus uictorem facit non iudex, non per se ipse exitus, sed uox cedentis et tradere iubentis. Hoc quod illi in ciuibus suis custodiunt, uirtus ac bona uoluntas omnibus prestat, ne umquam uincantur, quoniam quidem et inter superantia animus inuictus est. Ideo nemo trecentos Fabios uictos dicit sed occisos. Et Regulus captus est a Penis, non uictus, et quisquis alius seuientis fortune ui ac pondere oppressus non submittit animum. Idem in beneficiis est. Plura aliquis accepit, maiora, frequentiora; non tamen uictus est, et si quis alius

sementis fortune in cuius ponde oppressus
no submitti aunt. Idez i beneficiis e. plura
aliquis accepit maiora fecit tam. no tm ui
cus e. beneficia fortasse beneficiis uicata st
si int se data et accepta opputes. Si dantez
et accipientez opparaueris quos ai et ipse cer
tandi st penes neutrum erit palma. Solet ei
fieri ut et cu alt multis uulneribus ofossus e.
alter leuit quidez sautius pares exisse dicat
cuius alt uideat inferior. ergo uinci neo pt
beneficiis. Qui debere si uult referre. Si qd
rebus no pt aio equat. hic qdiu i hoc p
manet qdiu tenz uoluntatez gratiuz aim
ignis opparandi. Aliud inest ab utraq pte
sumuscula plura iniceramt. tu multa dare
potes et ego tantuz accipe possum. Tecu stat
fortuna. mecu bona uoluntas. Tamen tuz
par tibi sum qm multis armatissimis. nudi aut
leuit armati. Nemo itaq beneficiis uincit
qr ta gratus e quisq qm uoluit. Naz si tpe
est beneficiis uicta no opz a potentibus uir
accipe beneficiu qbus referre graz no possis.
a pncipibus dico a regibus quos eo loco
fortuna posuit. ex quo largiri multa possent.
pauca admoduz et impaua datis recepturi.
Reges et pncipes dixi. qbus tm pt opera
nouari. et quos illa excelsa potentia p a
micos ofensiom ministeriu q constat. Qui q
daz extra omnez subducta cupiditatez. q nec
ul humanis desideriis otinguntur. qbus nichil
pt pstare ipa fortuna. Necce e a socrate uin
cat beneficiis. necce e a diogene. q p medi
as macedonu gazas nudus pcessit. calcat
regiis opibus. Nunc ille tunc mito et sibi et ce
teris. quibus ad despiciendaz ueritatez non
erat obfusa caligo. sup eu eminere usus e.
infra quem oia iacebant. Multo potentior
multo locupletior fuit oia tunc possidente
Allexandro. plus ei erat qd hic nollet
accipe qm qd ille posset dare. No est turpe
ab hiis uinci. neq n minus fortis sum si
cu inuulnerabili me hoste comittis. Nec
ideo ignis minus urere potest si i materiaz
incidit inuiolabilez flammis. nec io ferruz
secandi uim pdidit. si no recipies ictu
lapis solidus i uitte aduersus duru natura
diuidendus e. Idez t de hoie grato indico.
no turpiter uincitur beneficiis si ab hiis ob
ligatus e. ad quos a fortune magnitudo a
eximia uirtus aditum redituris ad se bn
ficiis clusit. A parentibus fere uincimur. Na
tadiu illos habemus qdiu graues iudica

mus et qdiu beneficia illorum no intelligimus.
Cum iaz etas aliquid prudentie collegit.
et apparere cepit pp illa ipa eos amari
a nobis debere pp que non amabant. a
monitores seueritatez. et insultae adolescentie
diligentez custodiaz. rapiunt nobis. paucos
usq ad uerum fructum a liberis pcipiendum
pducit etas. Ceteri filios honore senserunt.
non e tm turpe uinci beneficiis a parente.
Aliud no sit turpe. cu a nullo turpe sit.
Quibusdaz ei et pares et impares sumus.
Pares aio quem solu illi exigunt. quez nos
solu pmittimus. Impares fortuna. que si cui
obstitit. omnimus referat graz. no ideo illi ta
qm uicto erubescendum e. No e turpe no con
sequi. dum sequaris. Sepe necesse est an alia
beneficia petamus qm priora reddidimus. nec
io non petimus. aut turpiter. qr no reddituri
debebimus. qr no p nos erit mora quo minus
gratissimi simus. Si interuenerit aliquid extrinse
cus qd phibeat. Nos tn nec uincemur animo.
turpiter hiis rebus supabimur. q no sunt i nra
potestate. Allexander macedonu rex glo
riari solebat. a nullo se beneficiis uictum.
No e qd minus animis macedonas et grecos
et caras et psas. et nationes distractas sub exer
citu suspiciat. nec hoc sibi prestitisse regni
tracie angulo porrectum usq ad litus
incogniti maris indicet. Eadez re gloriari
socrates potuit. eadez diogenes. a quo
utiq uictus e. Quid in uictus sit illa die
quo hoc sup mensuraz humane supbie tu
mens uidit aliquez cui nec dare quicq posset
nec eripere. Archelaus rex socratez rogauit
uit ut ad se ueniret. Dixisse socrates tra
ditur nolle se ad eu uenire. a quo acciperet
beneficia. cu reddere illi paria no posset.
Primu i ipsius potestate erat no accipere. deinde
ipse dare beneficiu prior incipiebat. ue
niebat eius rogatus. et id dabat qd utiq
ille no erat socrati redditurus. Etiaz tunc
Archelaus daturus erat auruz et ar
gentuz. recepturus otemptuz auri et ar
genti. No poterat referre archelao socrates
graz. Et quid. Tantuz erat accepturus
quantuz dabat. Si offendisset hoiez mortis
ac uite pituz. utriusq fines tenentez. si
regez i luce media errantez ad res nras
admisisset. usq eo eius ignaraz. ut qn die
solis defectio fuit regiaz clauderet et fili
um qd i luctu ac rebus aduersis moris e
tonderet. quantuz fuisset beneficiuz. si timentez

Exemplum Archelai re
gis et Socratis

et latebris suis extraxisset et bonum animum
habere iussisset dicens. Non est ista solis defe-
ctio sed duorum siderum coitus cum luna humi-
liore currens via infra ipsum solem orbem suum
posuit et illum obiectu suo abscondit. que modo
partes eius exiguas si in transcursu strinxit
obducit. modo plus tegit si maiorem partem
sui obiecit. modo excludit totius aspectum si
recto libramento inter solem terrasque media
successit. Sed iam ista sidera hoc et illo deducet
velocitas sua. Iam recipiet diem terra et hic ibit
ordo per secula dispositosque ac predictos dies
habet quibus sol intercursu lune vetetur omnes ra-
dios effundere. Paulum expecta iam emerget
iam istam velut nubem relinquet. Iam exsolutus
impedimentis lucem suam libere mittet. Socra-
tes parem gratiam archelao ferre non posset si il-
lum regnare vetuisset. Parum sit magnum
beneficium a socrate accipiebat si ullum dare
potuisset socrati. Sic ergo hic socrates dicitur vir
facetus et cuius per figuras sermo procedere so-
litus erat derisor omnium maxime potentium. Ma-
luit illi nasute negare quam contumaciter aut superbe
dixit se nolle beneficia ab eo accipere cui
non posset paria reddere. Timuit fortasse ne
cogeretur accipere que nollet. timuit ne quid
indignum socrate acciperet. Dicet aliquis ne-
gasset si nollet. Sed instigasset ipse regem
insolentem et omnia sua magno extimari
volentem. Nichil ad rem pertinet utrum dare aliquid
regi nolis an accipere a rege. In eodem utramque
ponit repulsam. Et superbo fastidiri acerbius
est quam non timeri. Vis scire quid vere no-
luerit. noluit ire ad voluntariam servitutem
is cuius libertatem civitas libera ferre non
potuit. ¶ Satis ut existimo hanc partem
tractavimus an turpe esset beneficiis vinci.
Quod qui querit scit non solere homines sibi ipsis
beneficium dare. Manifestum enim fuisset non esse turpe
a se ipso vinci. At qui apud quosdam stoicos
et de hoc ambigitur an possit aliquis sibi bene-
ficium dare an debeat referre sibi gratiam.
Quod ut videretur querendum illa fecerunt. So-
lemus dicere gratias mihi ago et de nullo queri
possum alio quam de me. Irascor mihi et ego
a me penas exigam et odi me. Multa preterea
eiusmodi per que unusquisque de se tamquam de altero
loquitur. Si nocere inquit mihi possum quare non et bene-
ficium mihi dare possim. preterea que si alii con-
tulissem beneficia vocarentur quare si in me con-
tulero non sint. Quod si ab alio accepissem debe-
rem quare si mihi ipsi dedi non debeam. Cur

sim adversus me ingratus. Quod non minus turpe est
quam in se sordidum esse et in se durum ac sevum
et sui negligentem. Tam alieni corporis leno ma-
la audit quam sui. Nempe reprehenditur assentator
et aliena subsequens verba paratus ad falsa lau-
dator. non minus placens sibi et se suspiciens
et ut ita dicam assentator suus. Vicia non tan-
tum foris peccata invisa sunt sed cum in se retor-
quentur. Quem magis admiraberis quam qui im-
perat sibi quam qui se habet in potestate. Gentes faci-
lius est barbaras impatientesque alieni arbitrii
regere quam animum suum continere et tradere sibi. Pla-
to inquit agit socrati gratias quod ab illo didi-
cit. quare socrates non agat quod ipse se docuit.
M. Cato ait quod tibi deerit a te ipso mutuare.
Quare donare mihi non possum si commodare possum.
Innumerabilia sunt in quibus consuetudo nos dividi
dicere solemus. Sine loquar mecum et ego mi
aurem pervellam. Que si vera sunt quemadmodum aliquis
sibi irasci debet sic et gratias agere. quo obiur-
gare se sic et laudare. quo damno sibi esse
sic et lucro potest. Iniuria et beneficium contraria sunt.
Si de aliquo dicimus iniuriam sibi fecit poterimus
dicere et beneficium sibi dedit. nam sibi dedit. natura
prius est ut quis debeat deinde ut quis gratiam referat.
Debitor non est sine creditore non magis quam
maritus sine uxore aut sine filio pater. Aliquis
dare debet ut aliquis accipiat. Non est dare nec
accipere in dextram manum de sinistra transferre.
Quomodo nemo se portat quamvis corpus suum mo-
veat et transferat. quomodo nemo quamvis pro se dixerit
affuisse sibi dicitur. nec statuam sibi tamquam patrono su-
o ponit. Quomodo eger si cum cura sua convalu-
it mercedem a se non exigit. Sic in omni ne-
gotio etiam cum aliquid sibi prodesse fecit non tamen
debebit referre gratiam sibi quia non habebit cui
referat. Ut concedam aliquem a se accipere bene-
ficium dum accipit reddit. Domi quod aiunt usu-
ra fit et velut lusorium nomen statim transit.
Neque enim alius dat quam qui accipit sed unus
atque idem. Hoc verbum debere non habet nisi inter duos
locum. Quomodo ergo in uno consistet qui se obli-
gando liberat. ut in orbe ac pila nichil imum
est nichil summum nichil extremum nichil primum
quia motu ordo mutatur et que sequebantur
precedunt et que occidebant oriuntur. Omnia quo-
cumque ierint in idem revertuntur. Ita in homine existima
fieri cum in multa illum mutaveris unus est.
Cecidit se iniuriam cui agat non habet.
Alligavit et clusit de vi non tenetur. Benefi-
cium sibi dedit dati protinus reddidit. Rerum
natura nichil dicitur perdere quia quicquid illi avellitur

ad illaz redit. nec pure qui pt. qd q extidat
non hab;. s; codez revolvit' vnd' discedit.
Quid simile michi h3. h' exemplu3 huic propone
questioni. Dicaz. Puta te ingratu ee. n. pub
bnficiu3 h3 illud qui dedit. Puta te recipere
nolle aput te e antq3 redditr. No potes quq3
amitte. q2 qd' detrahitr michominus tibi acquirit
Intra te ipm orbis agit. accipiendo das. da
do accipis. ¶ Beneficium michi ego dare oportz
ergo et referre grat; opt;. Primu illud falsum e
ex quo pendent sequentia. Nemo ei sibi bn
ficiu3 dat s; nature sue paret. a qua ad ka
ritatez sui compositus est. vnd' illi summa cura
e nocitura vitandi. psfutura appetendi. Itaq3
nec liberalis e q sibi donat. nec clemens q sibi
ignoscat. nec misericors qui malis suis tangitur.
Quod alijs pstare liberalitas e. dementia
mia sibi pstare na est. Beneficiu res volu
taria e. At prodesse sibi naturaz e. Quo qs
plura beneficia dedit benefactior e. Quis
unq3 laudatus e q sibi ipse fuiss3 auxilio.
q se eripuiss3 exilio q se eripuiss3 latronibus
Nemo ego beneficiu3 dat. no magis q hospi
ciu. Nemo ego donat. no magis qm credit.
Si dat sibi quisq3 beneficiu3 sp dat. sn inter
missione dat. Inire beneficiorum suorum no pt
num. Cum igr grat; referet. cu3 p h' ipm q
grat; referret beneficiu3 dat. Quo n. dist
nere poteris vtrum det sibi beneficiu3. an
reddat. cu3 intra eude3 homi3 res geratur. li
beraui me periculo. beneficiu m dedi. Interi
me periclo libero. do beneficiu an reddo. De
inde ut primu illud concedaz dare nos bene
ficiu nobis. qd' sequitur no concedaz; Naz et
si damus no debemus q2 statim recipimus.
Accipe beneficiu me opz. deinde debere. deinde
referre. debendi locus non e q2 sn ulla mo
ra recepimus. Dat nemo n alteri. reddit ne
mo n alteri. Inter id vnu no pt fieri q to
tiens duos exigit. Beneficiu est prestitisse
utile; Hoc autem pstitisse ad alios spectat.
Nuquid no demens videbitur qui aliq3 ego ve
didisse se dicat. Quia vendicio alienatio e.
et rei sue iurisq3 moz fui. i. alium translatio
Atqui quecumq3 vende. sic dare aliqd a se di
mittere est. et id qd' tenueris h'ndum alteri tra
dere ordo si est beneficiu. nemo sibi dedit.
q2 nemo dat sibi aliquid. Duo contraria in
vno coeunt ut id idez dare et accipe. Ita
nunc interest inter dare et accipe. quid in
terest ex diuerso ista uba posita se. Atq; q sibi sicus
beneficiu3 dat. michil interest int' dare et acci

pere. Paulo ante dicebaz quedaz ad alios
pertinere et sic ee forma ut tota significat illos
discedat a nobis. Frater sum alterius. nec
est n. sumus fr. Par sui s; alicui. ees n. par e
sibi. Quod comparatur sine altero no intelligitur
vel iungitur sine altero no est. Sic et qd datur
sine altero no est. et beneficiu sn alto no est.
Idez ipso vocabulo apparet. i. quo h' continetur
benefecisse. Nec at sibi benefacit. no magis
q sibi fauet q suarum partium est. Diutius
hoc et pluribus exemplis licet prosequi. Quid
cu3 inter ea sit habendus beneficiu. q secundaz p
sonaz desiderant. quedaz cu3 sint pulcerrima
summe virtutis. n alto no hnt locum. laudatur et
int' maxima humani generis bona fides colitur
Nu qs ergo dicit ego fidez pstitisse. ¶ Nemo nunc
ad ultimaz partez. Qui grat; refert aliqd
deb; impendere. sicut q soluit pecuniaz. Nich
at impedit qui grat; sibi refert. no magis
q consequitur qui beneficiu a se accepit. Be
neficiu et grae relatio. ultro citroq3 ire debet
Inter vnu hoiez no est vicissitudo. Qui grat;
refert inuice pdest ei a quo consecutus e aliquid.
Qui sibi grat; refert cui pdest. sibi. Et qs
no alio loco relationez gratie. alio bene
ficiu cogitat. q grat; refert sibi pdest. Et qs
unq3 ingratus hoc noluit facere. Immo quis
ingratus fuit ut hoc faceret. ¶ Si grates ipsi
nobis agere debemus. et grat; referre debemus.
Dicimus at. ago michi gras. q illaz uxorem nolui
i ducere. et q cu illo no contraxi societatez. Cu
h' dicimus. laudamus nos. et ut firmi nrm comp
bemus gras agentium verbis abutimur. Bene
ficiu est qd' pt cu datu e et no reddi. Et ego
bnficiu dat. n pt no recipe qd' dedit. ergo
non e beneficiu3. Alio tpe beneficiu acci
pitur. alio redditur. In beneficio h' e pbabile.
et suspiciendus. q aliqs ut alteri pdess3. uti
litatis michi sue oblitus est. qd alteri dedit
ablaturus sibi. H' no facit q bnficiu sibi
dat. Beneficiu dare socialis res e. aliqm
conciliat. aliquez obligat. Sibi dare no e
socialis res. neminez conciliat. neiez obligat
neiez in spez inducat ut dicat. H' ho co
lendus e. illi beneficiu dedit. dabit et michi.
Beneficiu e quod qs no sua cu dat s; eius
cui dat. Is at q ego beneficiu3 dat. sua cu
dat. no est ergo beneficiu. Videor tibi iaz
illud qd' i principio dixeram mentitus. dicis me
abire ab eo qui ope pciu3 facit. i. me totaz
opaz bo fide pdere. Expecta et h' verius dices
si te ad has latebras pduxero. ex quibus cu

euaseris, nichil amplius assecutus eris quam ut eas difficultates effugias in quas licuit non descendere. Quid enim boni est nodos operose soluere quos ipse ut solueres feceris? Sed quemadmodum quedam in oblectamentum ac iocum sic illigantur ut eorum solutio imperito difficilis sit, quam illi qui implicauit sine ullo negotio separat, quia commissuras eorum et moras nouit, nichilominus illa habent aliquam uoluptatem; temptant enim acumen animorum et intentionem excitant: ita hec que uidentur callida et insidiosa securitatem atque segniciem ingeniis auferunt, quibus modo campus in quo uagentur sternendus est, modo tenebri aliquid et confragosi obiciendum per quod erepet et sollicite uestigium faciant. Dicitur nemo ingratus esse. Id sic colligitur: beneficium est quod prodest; prodesse autem nemo homini malo potest, ut dicitis Stoyci; ergo beneficium non accipit malus; ergo ingratus non est etiam. Nec beneficium honesta et probabilis res est; aliud malum nulli honeste rei et probabili locus est. Ergo aut beneficium nec beneficio. Ergo si accipere non potest, nec reddere quidem debet. Et ideo non fit ingratus. Etiam nunc, ut dicitis, bonus uir omnia recte facit. Si omnia recte facit, ingratus esse non potest. Malo uiro beneficium dare nemo potest. Bonus beneficium reddit, malus non accipit. Quod si est, nec bonus quisquam ingratus est nec malus. Ita ingratus in rerum natura nemo est; hoc inane. Unum est apud nos bonum, honestum; id peruenire ad malum non potest: desinet enim malus esse si ad illum uirtus intrauerit. Quamdiu autem malus est, nemo illi dare beneficium potest, quia bona malaque dissentiunt nec in unum coeunt. Ideo nec illi prodest quisquam, quia quicquid ad illum peruenit id prauo usu corrumpitur. Quemadmodum stomachus morbo uiciatus et colligens labem quoscumque accepit cibos mutat et omne alimentum in causam doloris trahit, ita animus cecus quicquid illi commiseris id onus suum et perniciem et occasionem miserie facit. Felicissimis itaque opulentissimis quia plurimum estus subest, minusque se inueniunt quia in maiorem materiam inciderunt quam fluctuarent. Sic nichil potest ad malos peruenire quod prosit, immo nichil quod non noceat. Quecumque enim illis contigerunt in naturam suam uertunt, et extra speciosa profuturaque si meliori darentur illis pestifera sunt. Ideo nec beneficium dare possunt, quoniam nemo potest quod non habet dare; hic benefaciendi uoluntate caret. Sed quamuis hec ita sint, accipere beneficia tamen quedam malus potest que beneficiis similia sunt, quibus non redditis ingratus erit. Sunt animi bona, sunt corporis, sunt fortune. Illa

animi bona a stulto ac malo summouentur; ad hec admittitur que et accipere potest et debet reddere, et si non reddit ingratus est. Nec hoc ex nostra tantum constitutione: Perypathetici quoque, qui felicitatis humane longe lateque terminos ponunt, aiunt minuta beneficia peruentura ad malos; hec qui non reddit ingratus est. Nobis itaque beneficia esse non placet que non sunt animum factura meliorem; commoda tamen illa esse et expetenda non negamus. Hec et uiro bono dare malus potest et accipere a bono, ut pecuniam, uestes, honorem et uitam; que si non reddit, in ingrati nomen incidit. At quomodo ingratum uocas eo non reddito quod negas esse beneficium? Quedam et si uera non sunt, propter similitudinem eodem uocabulo comprehensa sunt. Sic pyxidem et argenteam et auream dicimus; sic illiteratum non ex toto rudem sed ad litteras altiores non perductum; sic qui male uestitum et pannosum uidit nudum se uidisse dicit. Beneficia ista non sunt, habent tamen beneficii speciem. Quomodo ista sunt tanquam beneficia, sic et ille tanquam ingratus est, non ingratus. Falsum est, quia illa beneficia et qui dat appellat et qui accipit. Ita qui ueri beneficii speciem fefellit, tam ingratus est quam ueneficus qui soporem cum uenenum crederet miscuit. Cleanthes uehementius ait: licet, inquit, beneficium non sit quod accepit, ipse tamen ingratus est, quia non fuit redditurus etiam si accepisset. Sic latro est etiam antequam manus inquinet, quia ad occidendum iam armatus est et habet spoliandi atque interficiendi uoluntatem. Exercetur atque aperitur opere nequicia, non incipit. Ipsum quod accepit beneficium non erat, sed uocabatur. Sacrilegi dant penas, quamuis nemo usque ad deos manus porrigat. Quomodo, inquit, aduersus malum ingratus est quisquam? Ingratus est cum malo dare beneficium non posse. [illegible] accipiet ab illo aliud aliquid. Ex his que apud imperitos sunt, quorum si malis copia est, ipse quoque simul [illegible] grati esse debebunt, et illa qualiacumque sunt pro bonis reddere. Es alienum habere dicitur et qui aureos debet et qui corium forma publica percussum, quale apud Lacedemonios fuit, quod usum numerate pecunie prestat. Quo genere obligatus es, hoc fidem exsolue. Quid sint beneficia, an et in hanc sordidam humilemque materiam deduci magnitudo nominis dari debeat, ad uos non pertinet; malos querit. Nos ad speciem ueri componite animum et, dum honestum discitis, quicquid est id quo nomen honesti iactatur id colite. Quomodo, inquit, per uos nemo ingratus est, sic rursus omnes ingrati sunt. Nam ut dicimus omnes stulti mali sunt; qui autem unum habet uitium omnia

habet. Omnes autem stulti et mali sunt. Omnes ergo ingrati sunt. Quid
ergo? non sunt? non undique humano generi
convicium sit? non publica querela est beneficia perisse
et paucissimos esse qui de bene merentibus non invi-
cem pessime merentur? Nec est quod hanc tantum
murmurationem putes pro pessimo pravoque numeran-
tium. Quamquam circa certam formulam cecidit. Ecce ne-
scio quis non ex philosophorum domo clamat. ex medio
conventu populos gentesque damnatura vox mit-
titur. Non hospes ab hospite tutus non socer
a genero. fratrum quoque gratia rara est. Imminet exitio
vir coniugis illa mariti. Hoc etiam amplius est. bene-
ficia in scelus versa sunt et sanguini eorum non
parcitur pro quibus sanguis fundendus est. Gladio
ac venenis beneficia sequimur. Ipsi patrie ma-
nus afferri et fascibus suis illam premere potentia
ac dignitas est. Humili se ac depresso loco pu-
tat stare quisquis non supra rem publicam stetit. Accepta
ab illa exercitus in ipsam convertuntur et imperatoria con-
tio est. Pugnate contra coniuges pugnate contra
liberos. aras focos penates armis incessite.
Quam ne triumphaturi quidem intrare urbem iniussu
senatus debetis. quibusque victorem exercitum redu-
centibus curia extra muros prebetur. Nunc civi-
bus cesis perfusi cruore cognato urbem subre-
ctis intrate vexillis. obmutescat inter milita-
ria signa libertas et ille victor pacatorque
gentium populus remotis procul bellis omni terrore
compresso intra muros obsessus aquilas suas
horreat. Ingratus est Coriolanus sero et post
sceleris penitentiam pius posuit arma. sed in me-
dio (al. pacto) parricidio posuit. Ingratus est Catilina. pa-
rum est illi capere patriam nisi everterit. nisi Allo-
brogum in illam cohortes immiserit et trans Alpes
accitus hostis veteri et ingenita odia satiaverit.
ac diu debitas inferias Gallicis bustis du-
ces Romani persolverint. Ingratus (al. consul) Gaius Marius
ad consulatum a caliga perductus. qui nisi Cimbricis
cedibus Romana funera equaverit. nisi civilis exitii
et trucidationis non tantum dederit signum sed ipse
signum fuerit. parum mutatam ac repositam in
priorem locum fortunam suam sentiet. Ingratus
Lucius Silla qui patriam durioribus remediis quam
pericula erant sanavit. qui cum a Prenestina arce
usque ad Collinam portam per sanguinem humanum
incessisset. alia edidit in urbe prelia. duas de-
dos legiones ducis. quod crudele est post victo-
riam. quod nephas post fidem in angulo conge-
stas trucidavit. et proscriptionem commentus est.
Dii magni ut qui civem Romanum occidisset in-
punitatem pecuniam (al. tantum) non civicam acciperet.
Ingratus Gneus Pompeius (al. qui) tribus consulatibus.

pro triumphis tribus pro tot honoribus quos ex ma-
xima parte immaturus invaserat. Hanc gratiam
rei publice reddidit ut in possessionem eius alios quoque indu-
ceret. quasi potentie sue detracturus invidiam
si quod (al. uni) nulli licere debebat pluribus licuisset.
dum extraordinaria concupiscit imperia dum pro-
vincias ut eligat distribuit. dum ita rem publicam
dividit ut in sua domo due partes essent. eo
redegit populum Romanum ut (al. salvus) salvus esse non posset nisi (al. bene) bene-
ficio (al. servitute) servitutis. Ingratus ipse Pompei hostis ac
victor a Gallia Germaniaque bellum in urbem cir-
cumegit. et ille plebicola ille popularis castra
in circo Flaminio posuit. propius quam Porsene
fuerant. Temperat quidem ius crudelitatemque vi-
ctorie. quod solebat dicere prestitit. Neminem occi-
dit nisi armatum. Quid ergo est? Ceteri arma cru-
entius exercuerunt. satiati tamen aliquando abiece-
runt. hic gladium cito condidit. numquam posuit.
Ingratus Antonius in dictatorem suum quem iure
cesum pronuntiavit. interfectores eius in provincias et
imperia dimisit. patriam vero proscriptionibus inva-
sionibus (al. illis) bellis dilaceratam post tot mala
destinavit ne Romanis quidem regibus.
ut que Acheis Rodiis plerisque urbibus cla-
ris ius integrum libertatemque cum immunitate
reddiderat. ipsa tributum spadonibus penderet.
Deficiet dies enumerantem ingratos usque in
ultima patrie exitia. Eque immensum erit
si percurrere cepero. ipsam rem publicam quam ingrata in
optimos ac devotissimos sui fuerit quamque non
minus sepe peccaverit quam in ipsam peccatum est.
Camillum in exilium misit. Scipionem dimi-
sit. exulavit post Catilinam Cicero. diruti eius
penates. bona direpta. factum quicquid victor
Catilina fecisset. Rutilius innocentie pretium tu-
lit in Asia latere. Catoni populus Romanus preturam ne-
gavit. consulatum pernegavit. Ingrati publice
sumus. Se quisque interroget. Nemo non aliquem
queritur ingratum. Atqui non potest fieri ut omnes
querantur nisi querendum est de omnibus. Omnes ergo ingra-
ti sunt. tantum? et cupidi omnes et maligni omnes.
et timidi omnes. illi in primis qui videntur auda-
ces. Adice et ambitiosi omnes sunt et impii omnes.
Sed non est quod irascaris. ignosce illis. omnes
insaniunt. Nolo te ad incerta revocare ut
dicam quam ingrati. Vide sit iuvenis quis non
patri suo supremum diem ut innocens sit optat.
ut moderatus sit expectat. ut pius cogi-
tat. Quotus quisque uxoris optime mortem
timet ut non et computet. Cui rogo litigatori
defensi tam magni beneficii ultra res pro-
ximas memoria duravit. illud in confesso est.

Cuius sine querela mors? Cuius extremo
die dicere audet. vixi et que dederat cursum
fortuna peregi? Cuius non recusans. quis non ge-
mens exit. Atque hec ingrati est non esse contentum
proprio tempore. Semper pauci dies erunt si illos
numeraveris. Cogita non esse summum bonum in tempore
constitutum et bonum consules ut protrahatur tibi di-
es mortis. nichil proficit. protenditur ad felicitatem
cum mora non sit beatior vita. sed longior.
Quanto satius est gratum adversus perceptas vo-
luptates non aliorum annos computare. sed suos
benigne estimare et in lucro ponere. Hoc me
dignum iudicavit deus. hoc satis est. potuit
plus. sed hoc quoque beneficium est. Grati simus adversus
deos. grati adversus homines. grati adversus eos
qui aliquid nobis prestiterunt. grati et adversus eos
qui nostris prestiterunt. In infinitum vero inquit me
obligas. cum dicis et nostris. Itaque pone aliquem
finem. qui filio beneficium dat. ut dicis et pa-tri
eius dat. Primum de quo quero. deinde illud
utique michi determinari volo. si et patri beneficium
datur. numquid et fratri. numquid et patruo. numquid
et avo. numquid uxori et socero. Dic michi ubi
debeam desinere. quousque personarum seriem sequar.
Si agrum tuum coluero tibi beneficium dedero.
Si domum tuam ardentem restinxero. an ne
non cadat excepero. tibi beneficium dabo. Si
servum tuum sanavero. tibi imputabo. Si fi-
lium tuum sanavero. tibi imputabo. Si filium tuum
servavero. non habebis beneficium meum.
Dissimilia ponis exempla. quia qui agrum meum
colit. agro beneficium non dat. sed michi. et qui do-
mum meam quominus ruat fulcit. prestat michi. ipsa
enim domus sine sensu est. debitorem me habet quia
nullum habet. et qui agrum meum colit. non illum sed
me demereri vult. Idem de servo dicam. mei
mancipii res est. michi servatur. ideo ego pro illo de-
beo. filius ipse beneficii capax est. Itaque
ille accipit. Ego beneficio letor et tangor.
non obligor. Velim tamen tu qui debere te non
putas. respondeas michi. filii bona valitudo fe-
licitas patrimonium pertinet ad patrem. feli-
cior futurus est si salvum filium habuerit. infeli-
cior si amiserit. Quid ergo? qui felicior fit a
me et infelicitatis maxime periculo liberatur.
non accipit beneficium. Non inquit. quedam
enim in alios conferuntur. sic pecunia ab eo peti-
tur cui credita est. quamvis illa ad me aliquo mo-
do venerit. Nullum beneficium est cuius commo-
dum non et proximos tangat. Non numquam et longius
positos. non queritur quo beneficium ab
eo cui datum est transferatur. sed ubi primo collocetur.

Atqui tibi ipso et a capite repetitio est. Ergo
ergo oro te. non dicis michi filium donasti. et si hic
periisset victurus non sim. pro eius vita beneficium
non debes. cum eius vitam tue preferas. Etiam nunc
cum filium tuum servavi ad genua patris devolutus
vota solvis. tamquam servatus ipse. ille voces ex-
eunt tibi. Nichil mea interest an me servaveris.
duos servasti. primo me magis. Quare ista dicis
si non accipis beneficium. quia et si filius meus pe-
cuniam mutuam sumpserit. creditori numera-
bo. non tamen ego debuero. quia si filius meus in
adulterio deprehensus erit. erubescam. non ideo
ego ero adulter. Dico me tibi obligatum pro
filio. non quia sum. sed quia volo me offerre tibi de-
bitorem voluntarium. At pervenit ad me summa
ex incolumitate eius voluptas. summa utilitas
et orbitatis gravissimum vulnus effugi. Non
queritur nunc an profueris michi. sed an beneficium de-
deris. prodest enim et animal et lapis et herba. nec
tamen beneficium dat. quod numquam datur nisi a volen-
te. Tu autem non vis patri sed filio dare. et interim
ne nosti quidem patrem. Itaque cum dixeris. Patri
ego beneficium non dedi filium eius servando.
Contra oppone. Patri ego beneficium dedi quem
non novi. quem non cogitavi. Et quid quod aliquando eveniet
ut patrem oderis filium serves. beneficium ei
videberis dedisse cui tunc inimicissimus eras
cum dares. Sed ut dialogorum altercatione se-
posita tamquam iuris consultus respondeam. mens spe-
standa est dantis. Beneficium ei dedit cui datum
voluit. Si in patris honorem fecit. pater accepit
beneficium. Si pater beneficio in filium collato non
obligatur. et si fruitur. si tamen occasionem habuerit.
volet et ipse prestare aliquid. non tamquam solvendi
necessitatem habeat. sed tamquam incipiendi causam. repe-
ti a patre beneficium non debet. Si quid pro hoc beni-
gne fecit. iniustus ingratus est. Nam illud fini-
ri non potest. si patri do beneficium et matri et
avo et avunculo et liberis et affinibus et ami-
cis et servis et patrie. Ubi ergo beneficium fini-
bus incipit stare? Sorites ille inexplica-
bilis subit. cui difficile est modum imponere
quia paulatim subrepit et non desinit serpere.
Illud solet queri. fratres duo dissident.
si alterum servo. an debet beneficium ei qui fratrem
inimicissimum non periisse moleste laturus est.
Non est dubium quin beneficium et sit invito pro-
desse. sicut non dedit beneficium qui invitus
profuit. Beneficium inquit vocas quo ille offen-
ditur quo torquetur? Multa beneficia tristem
frontem et asperam habent. quemadmodum secare et u-
rere ut sanes et vinculis coercere. Non est spe-

ctandu. an dolere aliqs beneficio accepto.
s; an gaude debeat. No e malus depario
quez barbarus z ignarus forme publice re
mit. Beneficiu et odit z accepit. si mo id pde
si is qui dabat ut pdess; dedit. Nich refert
an bonaz rez malo aio quis accipiat. Agedu
hec i ceteris uerte. Odit fratrem suu que illi
materiam exercende fidei p(re)beat. Quem ad(modum)
qui optat diuicias alicui ut illarum
partem ipse ferat q(ua)muis p(ro) illo uideat optare
sibi p(ro)spicit. sic qui optat amico aliquam
necessitatem qua(m) adiutorio suo fideq(ue) discuti
at. q(uod) e(st) ingrati se illi preferat. et tanti existimat
illum miserum esse ut ipse gratus sit. et ob hoc
ipsum ingratus. Exonerare eni(m) se uult et grauem
sarcinam liberare. Multum interest utru(m) p(ro)peres
referre gratiam ut reddas beneficium an no(n) ut
debeas. Qui reddere uult illius se comodo a
ptauit. et ydoneum illi uenire t(em)pus uolet. qui
nich(il) aliud q(uam) se liberari uult. quocumq(ue) ad
hoc cupiet p(er)uenire. q(uo)d e(st) pessime uoluntatis.
Ista inq(ui)t nimia festinatio ingrati [al. ti] e(st). Id
a p(er)tius exprime(re) no(n) possum. q(uam) si repetiuero q(uo)d
dixi. no(n) uis reddere acceptum beneficium. s(ed) effu
gere. hoc dice(re) uideris. Quando isto carebo. quo(modo)cumq(ue)
in laborand(um) e(st). ne isti obligatus sim. Si opta
res ut illi d(e) suo solueres. multum abesse uideris
a grato. hoc q(uo)d optas iniquius e(st). Execraris enim
illum. et caput sanctum dirus tibi precatior effias.
Nemo ut existimo d(e) inmanitate a(n)i(m)i tui dubi
taret. si apte illi paupertatem. si captiuitatem.
si famem ac metum imprecareris. Aliq(ui)d interest
utru(m) uox ista sit uoti tui. Nam(que) enim aliq(ui)d
horum optas. Quem uis nunc et hoc gratum esse putas. q(uo)d
ne ingratus quidem faceret qui mo(do) no(n) usq(ue) i(n) o
dium. s(ed) tantum usq(ue) ad infitiacionem beneficium p(er)ueniret.
Quis pium dicet eneam si patriam capi uolu
erit. ut captiuitati patrem eriperet. Quis sicu
los iuuenes ut bona liberis exempla mon
strarent. si optauerint ut ethna immensi ignium
ui sup(ra) solitum ardens. daret(ur) ipsis occasio
exhibende pietatis. ex medio parentibus
incendio raptis. Nichil debet scipioni ro
ma si punicum bellum ut finiret p(ro)seuerat.
Nichil michi decius. q(uod) morte patriam seruauit
uenit. si p(ri)us optauerat. ut deuotioni for
tissime locum ulcima rerum necessitas faceret. Gra
uissima infamia e(st) medici opus q(ue)re(re). Multa
q(ui) auxerant morbos et irritauerant. ut ma
iore gloria sanarent no(n) potuerunt discutere a(ut)
cum magna miserorum uexatione uicerunt. Calli
stratum aiunt ita certe [al. certe ut] hecaton auctor est
in exilium iret. in quod multos cum illo seditio
sa ciuitas et intemperanter libera expulerat. o
ptante quodam ut atheniensibus necessitas resti
tuendi exules esset. abhominatum talem red
itum. Rutilius n(oste)r animosius. Cum ei quida(m)
illum consolaretur et diceret instare arma ciui
lia. breui futurum ut omnes exules reuerterentur.
quid tibi inq(ui)t mali feci. ut m(ihi) peiore(m) redi
tum q(uam) exitum optares. Malo ut patria exi
lio meo erubescat. q(uam) reditu mereat. Non e(st)
istud exilium cuius neminem no(n) mag(is) q(uam) dampnatum
pudeat. Quem ad(modum) illi seruauerunt bono
rum ciuium officium. qui reddi sibi penates suos
noluerunt clade communi. q(uia) satius erat duos
iniquo malo affici q(uam) om(ne)s publico. Ita
no(n) seruat grati hominis affectum. q(ui) bene d(e) se
merentem difficultatibus uult opprimi. quas ipse
summoueat. qui eciam si bene cogitat male im
precatur. Ne in patrocinium quidem nec dum i(n) gloriam
incendium extinxisse q(uod) feceris. In quibusdam
ciuitatibus impium uotum sceleris uicem tenuit.
Demadem athenis eum q(ui) necessaria funeribus
uendicabat dampnauit. Cum probasset ma
gnum lucrum optasse q(uo)d contingere illi sine multo
rum morte non poterat. Queri tamen sole(n)t an
merito dampnatus sit. Fortasse optau(er)at non
ut multis uenderet. s(ed) ut care. ut paruo sibi
constaret. q(uo)d uenditurus erat. Cu(m) sit negociatio
eius ex empto et uendito. Quare uotum eius in
unam partem trahis cum lucrum ex utraq(ue) sit.
Preterea om(ne)s licet. q(ui) in ista negociatione su(n)t da
mnes. Om(ne)s n(on) idem uolunt. idem intus se operantur.
magnam hominum partem dampnabis. Cui enim
no(n) ex alieno incomodo lucrum. Miles bellum
optat. inglorium. agricola. annone cari
tas erigit. Eloquentie precium [al. excepit] excepitat litium
numerus. Medicis grauius annus in quaestum e(st). Insti
tores delicatarum mercium. iuuentus corrupta lo
cupletat. Nulla tempestate. nullo igne ledantur
tecta. iacebit opera fabrilis. Unius uotum de
prehensum e(st). omnium simile e(st). An tu arruntium et
atherium [al. cetos] et ceteros q(ui) captandorum testamentorum
artem p(ro)fessi sunt. no(n) putas eadem habe(re) q(uae) desi
gnatores et libitinarios uota. Illi tamen quorum
mortes optant nesciunt. hii familiarissimum
quemq(ue). ex q(uo) p(ro)pter amicitiam rei plurimum est mo
ri cupiunt. Illorum damno nemo uiuit. hos
quisq(ue) differt [al. defert] exhaurit. Optant ergo no(n) tantum
ut accipiant q(uo)d turpi seruitute meruerunt
s(ed) et ut tributo graui liberentur. no(n) e(st) utiq(ue)
dubium quin hii magis q(uo)d dampnatum e(st) in uno
optent. quibus quisquis morte p(ro)futurus e(st) uita
nocet. Omnium tamen istorum tam nota su(n)t uota q(uam)
impunita. Deinde se quisq(ue) consulat et in secretum
pectoris sui redeat. et inspiciat q(uo)d tacitus

Rutilius [margin: g ex°] Rutili(us)]

Calli[stratum] [margin: Calli]

optaverit q̄ etiā multa sūt vota que etiā s
fateri pudet. q̄ pauca q̄ fac̄e coram teste pos
simus. Sz no quicquid reprehēdes ⁊ damna
duz ē. Sicut h̄ votu animi qd̄ ī manib; ē
male utitur bona voluntate ⁊ in id incidentis
qd̄ evitat. Naz dū gratu animū festinat (al. exstimat) osten
dere ingratus ē. h̄ ait In potestate mea re
dat. gratiā meā desidet. sine me saluus hone
stus tutus ee no possit. Tā miser sit ut ei
loco beneficii sit quicquid reddit̄. h̄ diis au
dientib;. Circumveniant illū domestice insidie
quas ego possiz solus opprimē. Instet potens
inimicus ⁊ gravius infesta turba n̄ inermis
creditor urgeat accusator. Vide q̄ sis equus
horū optares mich. si tibi beneficiū no dedissz
Ut alia taceā q̄ gravioa committis. pessima
pro optimis referendo. h̄ ēē delinq̄s q̄ n̄ expe
ctas sui cuiusq; rei tpis. q̄ eque peccat qui
no sequit̄ q̄ qui antecedit. Sicuo beneficiū
no sp̄ recipiend; ē. sic no utiq; reddend;. Si
m̄ no desideranti reddes ingratus eris. Quāto
ingratior es qui desiderare me cogis. Expe
cta. quare sufficere apud te munus meū n̄ vis.
Quare obligatū moleste fers. Quare q̄i cū acerbo
feneratore signare cōitz pari pparas. Quid
m̄ negociū queris. quid ī me deos immittis.
Quid exigēs qui sic reddis. Ante oīa
igitur liberalis hoc discamus beneficia secure de
bere ⁊ occasiones reddendorū observare. no
manu facere. Ipsaz hanc cupiditatez quomoq;
tpe liberandi se meminerimus ingrati esse.
Nemo n̄ libenter reddit qd̄ invitus debz. Et qd̄
apud se ee no vult. onus iudicat ee no mu
nus. Quāto melius ac iustius in pmptu ha
bere merita amicorū ⁊ offerre non ingere.
Nec obveratū (al. obere) ee iudicare. qm̄ beneficiū que
vinculū est ⁊ it̄ se duos alligat. Dic mich
moror q̄ minus tuū reverteret̄. opto hilaris
accipias. si necessitas alterutri nrm̄ imminz.
fatoq; quodaz datū est. ut aut tu cogaris be
neficiū recipe. aut ego accipe. Det potius qui
solet. ego paratus sum. Mora (al. altera) mora ī nemo ē.
Ostendaz hunc animū cū primū tpis advenerit.
Interim dii testes sūt. Soleo mi liberalis nota
re hunc ad te affectuz ⁊ q̄si manū prende
verentis ⁊ estuantis ne ī ullo officio sis
tardior. Non decz grati animi sollicitudo ex
sumaz fiduciaz sui. ⁊ ex cōscia veri amoris
demissa oīs anxietas. Tam convicium ē rea
pere qd̄ debes. h̄ primū beneficium dati sit
ius ut recipiendi tps eligat qui dedit. At
vereor ne hoīes de me sequius loquant̄.

Male agit qui fame no cōsciē gratus ē.
Duos rei istius iudices habes. illū q̄ no po
tes. Quid. qd̄. Si nulla interuenit occasio sp̄
debebis. Debebis sz palaz debebis. sz libenter
debebis. sz cū magna voluptate apud te de
positū intuebēris. Penitz accepti beneficii
que nondū reddidi piget. Quare q̄ tibi dignus
visus ē a quo acciperes. indignus videar̄ cu
dū debeas. In magnis erroribus sūt q̄ inge
tis ai credūt. proferre donare. plurimz sinuz
ac domum implere. cuz ista interdū no magna
faciat. sz magna fortuna. Nesciunt quanto itera
maius ac difficilius sit cape q̄ fundere. Naz
ut mich alteri detrahaz. qm̄ utrumq; virtute
par est. no minoris ē ai beneficiū debe q̄m
dare. eo quidez operosius h̄ q̄ illud. quo ma
iore diligētia custodiunt̄ accepta q̄ dantur.
Itaq; non ē cito trepidandū q̄ cito reponamus
n̄ procurendū intempestiue. q̄r eque delinquit
q̄ ad referendaz gratiaz suo tpe cessat. q̄ q̄ alieno
tpe properat. Positū illi apud me. n̄c illius
nomine n̄c meo timeo. Bene illi cautū est. no
pt hoc beneficiū pdē n̄ mecū. immo ne mecū
quidē. Ego illi gratias. Qui nimis de reddendo
beneficio cogitat. nimis cogitare alterū de
recipiendo putat. Prestet se ī utrumq; facilē
Si vult recipe beneficiū. referamus reddamusq;
leti. Illud apud nos custodiri mavult. Quid
thezaurū eius eruimus. q̄ custodiaz recusamus.
Dignus ē cui utrū volet liceat. Opinionez quidē
ī famaz eo loco habeamus tāq; no ducē sz seq̄
debeat. Expliciat liber vj. de Beneficiis. Incipit septimus eiusdem.

Bonum m̄ liberalis habe-
as animū volo. in manib; terre. no
hic te carmine longo atq; p ambā
ges ⁊ longa exorsa tenebo. Reliquū hic liber
cogit. ⁊ exhausta materia circumspicio no q̄
dicaz. sz quid no dixeri. Boni tm̄ cōsules. qc
quid tibi superest. cuz tibi sufficerit. Si voluis
sem lenocinari m̄ debuit paulatim opus crescē
⁊ ea ps in finez reservari. quā qlibz ⁊ satia
tus appeteret. Sz quicq̄d maxime necessariū erat in
primū cōgessi. nunc si quid effugit recolligo.
Nec me hercle si me interroges nimis ad rem
existimo ptinere. ubi dicta sūt que regunt mo
res. psequi cetera no in remediū ai sz ī exer
citatione ingenii inventa. Egregie eni h̄ dice
Demetrius cinicus vir meo iudicio magnus
etiā si maximis cōpareretur. Solet plus pdesse si
pauca precepta sapie teneas. sz illa ī pmptu
tibi ⁊ ī usu sint. q̄ si multa didiceris. sz illa
no habeas ad manū. Quēadmodū inquit magnus

luctator est, non qui omnes numeros nexusque (al. motus)
perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est,
sed qui in uno se aut altero bene ac diligenter
exercuit et eorum occasiones intentus expectat;
non enim refert quam multa sciat, si scit quantum vi-
ctorie satis est. Sic in hoc studio multa dele-
ctant, pauca vincunt. Licet nescias que ratio
oceanum effundat ac revocet, quare septimus
quisque annus etati signum imprimat, quare
latitudo porticus ex remoto spectantibus non
servet portionem suam, sed ultima in angustum
ac coeant et columnarum novissime intervalla iungantur,
quid sit quod geminorum conceptum separet, partum
iungat, utrum unus concubitus spargatur in duos
an totiens conceperit, cur pariter natis fata
diversa sint, maximisque rerum spatiis distent
quorum inter ortus minimum interest. Non multum
tibi nocebit transisse que nec licet scire nec
prodest. Involuta veritas in alto latet. Nec
de malignitate nature queri possumus, quia nul-
lius rei difficilis inventio est nisi cuius hic unus
inventi fructus est, invenisse. Quicquid nos meli-
ores beatosque facturum est aut in aperto aut in pro-
ximo posuit. Si animus fortuita contempsit,
si se supra metum sustulit nec avida spe infi-
nita complectitur, sed didicit a se petere divi-
tias; Si deorum hominumque formidinem eiecit et
scit non multum esse ab homine timendum, a deo
nichil; Si contemptor omnium quibus torquetur vita
dum ornatur eo perductus est ut illi liqueat mor-
tem nullius mali materiam esse, multorum finem;
Si animum virtuti consecravit et quacumque vocat
illa planum putat; Si sociale animal et in commune ge-
nitus mundum ut unam domum spectat et con-
scientiam suam diis aperuit semperque tamquam in publico
vivit, se magis veritus quam alios: subductus
ille tempestatibus in solido ac sereno stetit, consu-
mavitque scientiam utilem ac necessariam. Reliqua oblectamenta
otii sunt. Licet enim iam in tutum retracto animo
ad hec excurrere cultum non robur ingeniis
afferentia. Hec Demetrius noster utraque ma-
nu tenere proficientem iubet, hec nusquam dimittere,
immo affigere et partem sui facere, eoque cotidiana
meditatione perduci ut sua sponte occurrant sa-
lutaria et ubique ac statim desiderata presto
sint, et sine mora ulla veniat illa turpis
honestique distinctio. Sciat nec malum esse ullum
nisi turpe nec bonum nisi honestum. Hac regula
vite opera distribuat; ad hanc legem et agat
cuncta et exigat, miserrimosque mortalium iu-
dicet in quantiscumque opibus refulgebunt, ventri
ac libidini deditos, quorumque animus inerti otio

torpet. Dicat sibi ipse: voluptas fragilis est,
brevis, fastidio obiecta; quo avidius hausta est,
citius in contrarium recidens, cuius subinde necesse est
ut peniteat aut pudeat; in qua nichil est magni-
ficum aut quod naturam hominis diis proximi deceat; res
humilis, membrorum turpium aut vilium ministerio ve-
niens, exitu feda. Illa est voluptas et homine
et viro digna: non implere corpus nec saginare
nec cupiditates irritare, quarum tutissima
est quies, sed perturbatione carere et ea que hominum
inter se rixantium ambitus concutit, et ea que
intollerabilis ex alto venit, ubi de diis fa-
me creditum est vitiisque illos nostris estimavimus.
Hanc voluptatem equalem, intrepidam, numquam
sensuram sui tedium percipit hic quem deformamus,
qui ut ita dicam divini iuris atque hu-
mani peritus; hic presentibus gaudet, ex futuro
non pendet. Nichil enim firmum habet qui in incerta propen-
sus est. Magnis itaque curis exemptus et dis-
torquentibus mentem nichil sperat aut cupit, nec
se mittit in dubium suo contentus. Nec illum
existimes parvo esse contentum: omnia illius sunt,
Non sic quemadmodum Alexandri fuerunt, cui cum
in littore rubri maris steterat plus deerat
quam unde venerat. Illius ne ea quidem erant que tene-
bat aut vicerat, cum in Oceano Onesicritus
premissus explorator erraret et bella in i-
gnoto mari quereret. Non satis apparebat
inopem esse, qui extra nature terminos arma
proferret, qui se in profundum inexploratum et im-
mensum aviditate ceca prorsus immitteret? Quid in-
terest quot eripuit regna, quot dederit, quantum
terrarum tributo premat? Tantum illi deest quantum
cupit. Nec Alexandri tantum vitium fuit, qui per
Liberi Herculisque vestigia felix temeritas
egit, sed omnium quos fortuna irritavit implendo.
Cyrum et Cambisen et totum regni Persici stemma
percense: quem invenies cui modum imperii
satietas fecerit, qui non vitam in
aliquo procedendi cogitatione finierit? Nec id
mirum est: quicquid cupiditati contigit penitus hau-
ritur et conditur; nec interest quantum eo quod inex- (al. inexplebile)
plicabile est congeras. Unus est sapiens cuius
omnia sunt, nec ex difficili tuenda; non trans
maria mittendos legatos habet, nec metanda
in ripis hostilibus castra, non opportunis ca-
stellis disponenda presidia; non opus est le-
gione nec equestribus turmis. Quemadmodum
dii immortales regnum inermes regunt et illis
rerum suarum ex edito tranquilloque tutela est,
ita hic officia sua quamvis latissime pateant
sine tumultu obit et omne humanum genus poten-

s. ex. allex.

tissimus optimusque infra se videt. Derideas
licet, ingentium spiritus res est cum orientem occiden-
temque lustraverit animo, quo etiam remota et solitu-
dinibus interclusa penetrantur. Cum tot
animalia tantam copiam rerum quas natura beatissi-
ma fundit aspexeris, emittere hanc dei vocem:
Haec omnia mea sunt. Sic fit ut nichil cupiat, quia
nichil est extra omnia. Hoc ipsum volui, inquis.
Teneo te; volo videre quomodo ex his laqueis
in quos tua sponte decidisti explices. Dic
michi quemadmodum potest aliquis donare sapienti, si omnia
sapientis sunt? Nam id quoque quod illi donatur ip-
sius est. Itaque non potest dari beneficium sa-
pienti, cui quicquid datur de suo datur. At qui
dicitis sapienti posse donari. Idem autem me
scito et de amicis interrogare. Omnia dicitis illi-
us esse communia. Nichil prohibet aliquid et sapientis es-
se et eius qui possidet, cui datum et assignatum est
iure civili. Omnia regis sunt, et tamen illo cuius ad re-
gem pertinet universa possessio in singulos dominos
descripta est, et unaquaeque res habet possessorem
suum. Itaque dare regi et domum et mancipium
et pecuniam possumus, nec donare illi de suo dici-
mur. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singu-
los proprietates. Fines Atheniensium aut Campa-
norum vocamus, quos deinde inter se vicini pri-
vata terminatione distinguunt, et totus ager aut
illius rei publicae est, pars deinde suo domino quaeque
censentur. Ideoque donare agros nostros rei publicae
possumus, quamvis illius esse dicantur, quia aliter illius
sunt, aliter mei. Numquid dubium est quin servus
cum peculio domini sit? Dat tamen domino suo munus.
Non enim ideo nichil habet servus, quia non est habiturus
si dominus illum habere noluerit; nec ideo non est munus
cum volens dedit, quia potuit eripi etiam si no-
luisset. Quemadmodum probemus omnia sapientis esse, inter nos convenit. Illud quod
quaeritur colligendum est, quo liberalitati materia
adversus eum supersit cuius universa esse concessimus.
Omnia patris sunt quae in liberorum manu sunt;
quis tamen nescit donare aliquid et filium pa-
tri? Omnia deorum sunt; tamen et diis donum posuimus et
stipem iecimus. Non ideo quod habeo meum non est
si meum tuum est; potest enim idem esse et meum et tuum.
Is, inquit, cuius prostitutae sunt leno est. Omnia autem
sapientis sunt; inter omnia et prostitutae sunt; ergo pro-
stitutae sapientis sunt. Leno autem est cuius prostitu-
tae sunt; ergo sapiens leno est. Sic illum vetant
emere; dicunt enim: nemo sua emit. Omnia autem
sapientis sunt; ergo sapiens nichil emit. Sic vetant
et mutuum sumere, quia nemo usuram pro pecunia
sua pendat. Innumerabilia sunt per quae cavilla-
ntur, cum pulcherrime quid a nobis dicatur intelli-
gant. Etenim sic omnia sapientis esse dico, ut
nichilominus quisque in rebus suis dominium habeat,
quemadmodum sub optimo rege omnia rex imperio possi-
det, singuli dominio. Tempus illius probandae rei
veniet. Interim hoc huic quaestioni satis est. Me id
quod aliter sapientis est, aliter meum est, posse donare
sapienti. Nec mirum est aliquid ei cuius est totum pos-
se donare. Conduxi domum a te; in hac aliquid
tuum est, aliquid meum. Res tua est, usus rei
tuae meus est. Itaque nec fructus tanges colo-
no tuo prohibente, quamvis in tua possessione na-
scantur. Et si annona carior fuerit aut fames,
heu frustra magnum altius spectabis acer-
vum in tuo natum, in tuo positum, in horrea itu-
rum tua. Nec conductum meum intrabis dominus, nec
servum tuum mercennarium meum abduces.
Et cum a te raedam conduxero, beneficium accipies
si tibi in vehiculo tuo sedere permisero. Vides ergo
posse fieri ut aliquis accipiendo quod suum est
munus accipiat. In omnibus istis quae modo
retuli, uterque eiusdem rei dominus est. Quomodo? quia
alter rei dominus est, alter usus. Libros dicimus
esse Ciceronis; eosdem Dorus librarius suos
vocat, et utrumque verum est. Alter illos tamquam
auctor sibi, alter tamquam emptor asserit. Ac
recte utriusque utrique enim sunt, sed non eodem mo-
do. Sic potest Titus Livius a Doro accipere aut emere li-
bros suos. Possum donare sapienti quod
viritim meum est, licet illius sint omnia. Nam cum
regio more cuncta sapientia [al. conscientia] possideat, sin-
gulorum autem in unumquemque proprietas sit sparsa,
et accipere munus et debere et emere et conducere
potest. Caesar omnia habet, fiscus eius privata tantum
ac sua. Et universa in imperio eius sunt, in patrimonio
propria. Quid eius sit, quid non sit, sine diminu-
tione imperii quaeritur. Nam id quoque quod tamquam
alienum abiudicatur aliter illius est. Sic sapiens
universa animo possidet, iure autem dominio sua. Bi-
on modo omnes sacrilegos argumentis colligit,
modo neminem. Cum omnes de saxo deiecturus
est, dicit: Quisquis id quod deorum est sustulit
et consumpsit atque in usum suum vertit, sacrilegus est.
Omnia autem deorum sunt. Quod quisque ergo tollit,
deorum tollit, quorum omnia sunt; ergo quisquis tollit aliquid
sacrilegus est. Deinde cum effringi templa et ex-
pilari impune Capitolium iubet, dicit nul-
lum sacrilegium esse, quia quicquid sublatum est ex eo
loco qui deorum erat, in eum transfertur locum qui
deorum est. Hic respondetur omnia quidem deorum es-
se, non omnia diis dicata; in his observari
sacrilegium quae religio numini ascripsit.

sic totum mundum deorum esse inmortalium templum solum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum et tamen a sacris urbana discerni et non omnia licere in angulo cui fani nomen impositum est que sub celo et conspectu siderum licent. Iniuriam sacrilegus deo quidem non potest facere quem extra ictum sua divinitas posuit sed punitur quia tamquam deo fecit. Opinio illum nostra ac sua obligat pene. Quomodo ergo sacrilegus videtur qui aliquid aufert sacri et si quocumque transtulit quod subripuerat intra terminos mundi sic et sapienti furtum potest fieri. Aufertur enim illi non ex hiis que universa habet sed ex hiis quibus dominus inscriptus est que viritim ei serviunt. Illam alteram possessionem agnoscet. Hanc nollet habere si posset emitteretque illam vocem quam romanus imperator emisit cum illi ob virtutem et bene gestam rem publicam tantum agri decerneretur quantum arando uno die circuire potuisset. Non opus est inquit nobis eo cive cui plus opus sit quam uni civi. Quanto maioris viri putas respuisse hoc munus quam meruisse. Multi enim fines aliis abstulerunt sibi nemo constituit. Ergo cum animum sapientis intuemur potentem omnium et per universa dimissum omnia illius esse dicimus. Cum ad hoc ius cotidianum si ita res tulerit capite censebitur. Multum interest possessio eius animo ac magnitudine estimetur an censu. Universa hec de quibus loqueris abhominabitur. Non referam tibi Socratem Crisippum Zenonem et ceteros magnos quidem viros maiores quidem quia in laudes vetustorum invidia vetustos non obstat. Paulo ante Demetrium retuli quem mihi videtur rerum natura nostris tulisse temporibus ut ostenderet nec illum a nobis corrumpi nec nos ab illo corrigi posse virum exacte licet neget ipse sapientie firmeque in hiis que proposuit constantie. Eloquentie vero eius que res fortissimas deceat (al. doceat) non concinnate nec in verba sollicitate sed ingenti animo prout impetus tulit res suas prosequentis. Huic non dubito quin providentia et talem vitam et talem dicendi facultatem dederit ne aut exemplum seculo nostro aut convicium deesset. Demetrio si res nostras aliquis deorum possidendas velit tradere sub lege certa ne liceat donare affirmaverim repudiaturum dicturumque. Ego vero me ad istud inextricabile pondus non alligo nec in altam fecem rerum hunc expeditum hominem demitto. Quid ad me fers populorum omnium mala que ne daturus quidem acciperem quoniam multa video que me donare non deceat. Volo sub conspectu meo ponere que gentium oculos regumque perstringunt. Volo intueri precia sanguinis animarumque vestrarum. Prima mihi luxurie spolia propone sive illa vis per ordinem expandere sive ut est melius in unum acervum dare. Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem et fedissimorum pigerrimorumque animalium testas ingentibus preciis emptas in quibus ipsa illa que placet varietas subditis medicamentis in similitudinem veri coloratur. Video istic citreas et estimatum lignum senatorio censu eo preciosius quo illud in plures nodos arboris torsit infelicitas. Video istic cristallinas quorum accendit fragilitas precium. Omnium enim rerum voluptas apud imperitos ipso quo fugare debet periculo crescit. Video murrea pocula. Parum scilicet luxuria magno fuit nisi quod vomat capacibus gemmis inter se propinaverit. Video uniones non singulos singulis auribus comparatos. Iam enim exercitate aures oneri ferendo sunt. Iunguntur inter se et insuper aliis bini superponuntur. Non satis muliebris insania viros superiecerat nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis dependisset. Video sericas vestes si vestes vocande sunt in quibus nichil est quo defendi aut corpus aut denique pudor possit. Quibus sumptis parum liquido nudam se non esse iurabit. Hec ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur ut matrone nostre ne adulteris quidem plus sui in cubiculo quam in publico ostendant. Quid agis avaritia. Quot rerum caritate aurum tuum victum est. Omnia ista que retuli in maiore honore precioque sunt. Nunc volo tuas opes recognoscere laminas utriusque materie ad quas cupiditas nostra caligat. At mehercule terra que quicquid utile futurum nobis erat protulit ista defodit et mersit et ut noxiis rebus ac malo gentium in medium prodituris toto pondere incubuit. Video ferrum ex isdem tenebris esse prolatum quibus aurum et argentum ne aut instrumentum in cedes mutuas deesset aut precium. Et adhuc ista aliquam materiam habent in quo errorem oculorum animus subsequi possit. Video istic diplomata et cautiones vacua habendi simulacra umbra avaritie quedam laborantis per que decipiat animum inanium opinione gaudentem. Quid enim ista sunt quid fenus et kalendarium et usura nisi humane cupiditatis extra naturam quesita nomina. Possum de rerum natura queri quod aurum argentumque non interius absconderit quod non illi maius quam quod detrahi posset pondus iniecerit. Quid sunt iste tabule quid computationes et venale tempus et sanguinolente centesime. Volunta-

ria mala ex constitutione mea pendentia in
quibus nichil est quam subiecti oculis quod teneri
manu possit. manus avaricie omnia. Cum mi
serum si quem delectat patrimonii sui liber
magnus. et vasta spacia terrarum colenda per
vinctos. et inmensi greges pecorum per provinci
as ac regna pascendi. et familia bellico
sis nationibus maior. et edificia privata
laxitatem urbium magnarum vincentia. Cum
bene ista per que divicias suas disposuit
ac fudit circuispexerit. superbumque se fecerit.
quicquid habet ei quod cupit comparaverit pauper est.
Dimitte me. et illis diviciis meis redde.
Ego regnum sapientie novi. magnum. securum.
Ego sic omnia habeo ut omnium sint. Itaque cum
Cesar illi ducenta donaret. ridens reiecit.
ne dignatus quidem summam iudicans quam non acce
pta gloriaretur. Dii deceat quam pusillo illum
animo aut honorare voluit aut corrumpere. Red
dendum egregio viro testimonium est. Inge
tem rem ab illo dici audivi. cum miraretur
[al. demetrius]
tur clementiam quod se putasset tanti posse mu
tari. Si temptare inquit me constituerat toto
illi fui experiendus imperio. Sapienti ergo do
nari aliquid potest. et si sapientis sunt omnia.
Itaque nichil prohibet cum omnia amicis dicamus
esse. quicquam aliquid amico donari. Non enim
mihi sic cum amico omnia communia sunt. quomodo cum so
cio. ut pars mea sit pars illius. sed quomodo patri
matrique communes liberi sunt. quibus cum duo sint
non singuli singulos habent. sed singuli binos.
Primum omnium iam efficiam ut quisquis est
iste qui me in societatem vocat sciat se nichil
mecum habere commune. Quare. quia hoc consortium
solum inter sapientes est. inter quos amicicia
est. Ceteri non magis sunt amici quam socii.
Deinde pluribus modis communia sunt. equestria
omnium equitum romanorum communia sunt. In illis
[al. est meum]
tamen meum sit proprius quem occupavi. hoc si
cum cessi quamvis illi communi recesserim tamen
aliquid dedisse videor. Quedam quorundam
sub certa condicione sunt. habeo in equestribus
locum. non ut vendam. non ut locem. non ut
habitem. in hoc tantum ut spectem. Propterea non men
tior si dico me habere in equestribus locum. sed
cum in theatrum veni si plena sunt equestria
et iure habeo. quia ab his cum quibus in
ius loci commune est occupatus est. Idem inter
amicos puta fieri. Quicquid habet amicus
commune est nobis. sed illius proprium est qui tenet. Ui
ti his illo nolente non possum. Derides
me inquis. Si quid amici est meum est.

liceat mihi vendere. non licet. Nam nec equestria
et tamen communia tibi cum ceteris equestribus sunt. Non
est argumentum ideo tuum aliquid non esse quia vendere
non potes. quia consumere quia mutare in deterius
aut melius. Tuum enim est et quod sub lege certa
tuum est accepi. sed certe non minus me traha
logus. Beneficium maius esse non potest ea per que
beneficium datur. possunt esse maiora et pluria. In quo
Sunt quod benivolentiam effundat et sic sibi indulge
ant. quemadmodum amantes solent. quorum plura oscu
la et complexus artiores non augent amorem
sed exercent. Hec quoque que venit questio profli
gata est in prioribus. Itaque breviter perstringetur.
Possunt enim in hanc quoque alie data sunt argumenta
transferri. Queritur an qui omnia fecit ut bene
ficium redderet. reddiderit. Ut scias inquit illum
non reddidisse. omnia fecit ut redderet. Apparet
ergo non esse id factum. cuius faciendi occasionem
non habuit. et creditori suo pecuniam non solvit.
nec qui ut solveret ubique quesivit nec invenit.
Quedam eius condicionis sunt ut effectum prestare
[al. pro effectu]
debeant. quibusdam pro effectu est omnia tem
ptasse ut efficerent. Si omnia fecit ut sanaret.
peregit medicus partes suas. et damnato reo
oratori constat eloquentie officium. si omni iure usus
est. Laus imperatori et victo duci redditur.
si et prudentia et industria et fortitudo muneri
bus suis functus est. Omnia fecit ut bene
ficium redderet. Obstitit illi felicitas tua.
nichil incidit durius quod veram amiciciam experi
retur. locupleti donare non potuit. sano as
sidere. felici succurrere. Gratiam retulit. et si tu
beneficium accepisti. Preterea huic intentus semper
et huius rei tempus aperiens qui in hoc multum curarum
multum sollicitudinis impendit. plus laboravit
quam cui cito referre gratiam contigit. Debitoris
exemplum dissimile est. cui parum est pecuniam
quesisse nisi solverit. Illic enim stat acerbus
creditor super caput. qui nullum diem gratis
occidere patiatur. Hic benignissimus qui te cum
viderit cursantem et sollicitum atque an
xium dicat. Mitte hanc de pectore curam.
Desine tibi molestus instare. omnia a te habeo.
Iniuriam mihi facis si me quicquam amplius desi
derare iudicas. plenissime ad me pervenit
animus tuus. Dic inquit mihi si reddidisse beneficium
diceres illum. si gratiam retulisse. Eodem ergo est
loco qui reddidit. et qui non reddidit. Con
tra illud pone. Si oblitus esset accepti be
neficii. si nec temptasset quidem gratus esse.
negares illum gratiam retulisse. At hic se die
bus noctibusque lassavit. et omnibus aliis renu

ciabit officiis. huic uni imminens et optatus
ne qua se fugeret occasio. Eodem quo loco
erit ille qui totam referende gratie abiecit
et hic qui numquam ab illa recessit. Iniquus es si
rem a me exigis cum videas animum non defu-
isse ad fortunam. Puta cum captus esses me pecu-
niam mutuatum, rebus meis in servitutem credito-
ris oppositis, navigasse yeme tam seva per
infesta latrociniis littora, emensum quicquid pericu-
li afferre potest et pacatum mare. Peragratis omnibus
solitudinibus, cum quos nemo fugiebat ego
quererem, tandem ad piratas perveni. iam te
alius redemerat. Negabis me gratiam retulisse.
et non in illa navigatione peciam quam saluti
tue tractaveram naufragiis perdidi. et non vincla
que detrahere tibi volui ipse incidi. Negabis
me retulisse gratiam? At me hercules athen-
ienses harmodium et aristogitone tyrannicidas
vocant. et mucio manus in hostili ara relic-
ta instar occisi porsenne fuit. Et semper contra
fortunam luctata virtus etiam citra effectum
propositi operis enituit. plus prestitit quam fugien-
tes occasiones secutus est et alia atque alia cap-
tavit per que referre gratiam posset, quam quem sine
ullo sudore gratum prima fecit occasio. Du-
as inquit res ille tibi prestitit, voluntatem et re-
tuque illi duas debes. Merito istud diceres
ei qui tibi reddidit voluntatem ociosam. Huic
vero debes et qui vult et conatur et nichil intem-
ptatum relinquit. Sed non potest dicere. Utrumque ei prestat
quantum in se est. deinde non semper numero numerus equandus est.
aliquando una res pro duabus valet. Itaque in lo-
cum rei succedit tam propensa voluntas et cupi-
do reddendi. Et si animus sine re ad referendam
gratiam non valet, nemo adversus deos gratus
in quos voluntas sola confertur. Dii inquit
nichil aliud prestare possumus. Sed si huic quo-
que cui referre gratiam debeo nichil aliud prestare
possum, quid est quare non ero adversus hominem
gratus sum quo nichil amplius in deos confero.
Si tamen quid sentiam queris et vis signare
responsum, hic beneficium recepisse se iudicet,
ille se sciat non reddidisse. hic illum dimit-
tat, ille se teneat. hic dicat habeo, ille re-
dicat habeo. In omni questione propositum sit
nobis bonum publicum. Precludende sunt excu-
sationes ingratis ad quas refugere non pos-
sint et sub quibus inficiationem suam tegere. Omnia
feci. Fac etiam nunc. Quid tu tam impruden-
tes iudicas maiores nostros fuisse ut non
intelligerent iniquissimum esse eodem loco haberi
eum qui pecuniam quam a creditore accepe-

rat libidini aut alee absumpsit et eum
qui incendio aut latrocinio aut alio casu
tristiore aliena cum suis perdidit. Nullam
excusationem receperunt ut homines scirent fidem
utique prestandam. Satius enim erat a paucis
etiam iustam excusationem non accipi quam ab omnibus
aliquam temptari. Omnia fecisti ut redderes.
hoc illi satis sit, tibi parum. Nam quemadmodum ille
si curam et sedulam operam consistere irritam pa-
titur cum gratia referatur indignus est, ita
tu ingratus es nisi ei qui voluntatem bonam
insolutum accipit eo libentius debes quo di-
mitteris. Non rapias hoc nec testeris. occasi-
ones reddendi nichilominus queras. Redde illi
quod repetit, huic quod remittit, illi quod petit,
huic quod malus. Ideoque non est quod ad te hec
questio iudicet pertinere. An quod beneficium
quis a sapiente accipit reddere debeat si
ille desiit esse sapiens et in malum versus est. Red-
deres enim et depositum quod a sapiente acce-
pisses, et malo redderes creditum. Quid est cur
non et beneficium? Quia mutatus est ille te
mutat? Quid si quid a sano accepisses
egro non redderes, cum plus semper imbecilli
amico debeamus. et hic eger est animo. adiuve-
tur feratur. Stultitia morbus est animi. Distin-
guendum hoc quo magis intelligatur existimo. Du-
o sunt beneficia. Unum quod dare nisi sapiens
sapienti non potest. hoc est absolutum et verum be-
neficium. Alterum vulgare plebeium cuius inter
nos imperitos commercium est. De hoc non est du-
bium quin illi quisquis est reddere debeam sive
homicida sive fur sive adulter evaserit.
Habent scelera leges suas. Melius istos iudex
quam ingratus emendat. Nemo malum qui te
faciat. Malo beneficium proiciam, a bono
Reddam huic quod debeo, ipsi ne debeam. Ceterum
De altero beneficiorum genere dubitatur. quod si ac-
cipere non potui nisi sapiens, nec reddere quidem
nisi sapienti possum. Puta enim me reddere, ille
non potest recipere. non est iam huius rei capax.
scientiam utendi reddidit. Quid si me remit-
tere manco pilam iubeas. Stultum est dare
alicui quod accipere non possit. Ut inde ab
ultimo incipiam. non dabo illi quod accipere
non poterit. Reddam et si recipere non poterit.
obligare enim non possum nisi accipientem.
liberari sum si reddidi possum. Ille uti illo
non poterit. viderit. penes illum erit culpa,
non penes me. Reddere est inquit accipienti
tradidisse. Quid enim si tibi vinum debeas
et hoc ille te infundere reticulo iubeat.

aut cibro reddidisse te dicis aut redde
uoles qd du reddit int duos peccat.
Redde e id qd debeas ei cui e uolen
dare. hc vnu in pstand e ut qdaz de
beat qd a me accepit Pa ulcionis est
cure no tuetaz illi s fidez debeo. mlto
q satis e illu no habe q me n redde
Et creditori stati i macellu laturos
qd accepit reddaz. z si in adulteraz cu
numeraz delegauerit solua. Et si num
mos quos accipiet i sinu suu discinctos
fundet dabo Reddend ei m e no serua
du cu reddidero ac tuend. Beneficiu
accepti no redditi custodiaz debeo du
apud me e saluu sit. Redd lz accipi
entis manib effluat dandu e reposce
ti. Reddo bono cu expediet. male cu
petet. Tale mqt beneficiu qle accepisti
no illi potes redde. Accepisti ei a sapi
ente stulto reddis. No Reddo illi quale
nuc pt accipe. nec p me fit qd deteriq
id qd accepi reddaz. Sz p illu cu si ad
sapiaz redierit. Quale du i mat redda.
Quale ab illo pt accipi. Quid si iste
no tm malus factus e sz ferus i ima
nis. qlis Apollodorus a phalaris. A
huic beneficiu qd acceperas reddes. Mu
tatioz sapientis cataz na no patit.
ut sit in pessima ab optimis lapsus
Rete ecia e in malo uestigia boni re
neat. nuqm tatuz uirtus extinguit ut
no certiores ai notas imprimat q ut
illas eradat ulla mutatio. Fere in
nos educate sic. In siluas erupcrut. a
liquid mansuetudinis pristine retinet
tmqm a placidissimis absunt. qntuz a ue
ris feris. z nuqm humanaz manu pas
sis. Nemo i summaz nequiciaz incidit n
qui nuqm hesit sapie. Alcius infectus est
q ut ex toto elui z transire i colore ma
lum possit. Deinde interrogo utru iste fer
sit aio tm. an z i perniciez publicaz gras
sat. Posuisti ei exempli phalari z tyra
num. Cuius si natz hz interi malus e.
quid m ego isti beneficiu suu reddam. ne q
m cu illo iuris sit amplius. Si vo sa
guine humano non tm gaudet s pascit.
s z suppliciis om etatuz crudelitatez
exercet insaciabilez. n ira s auiditate
quadaz seuiendi furit. si i ore pare
tum liberos iugulat. si no contento sim
plici morte distorquet. h urit solu pi

tuos. sz excoquit. si arsit ei cruore z
spe recenti madet. parum e huic beneficiu
no redde. Quicquid erat q m coheret inter
cisa iuris humani societas abscidit. Si p
stitisset quidez aliquid m. sz arma patrie
mee inferret. quicquid meruerat pdidisset.
z referre illi graz scelus haberet. Si n
patriaz meaz impugnat sz sue grauis e.
z sepositus a mea gente suaz exagitat. ab
scindit nichominus illuz tanta puitas a
z si no inimicuz inuisum m efficit. prior
m ac potior eius officio cui est. ip hum
no generi. q p ho uni debeo. Sz quius
hc ita sit z ex eo tpe omnia in illu liber
sint. ex q corrumpendo phas oe ut nich
meu nephas esset effecit. Illu m serua
du modu credaz. ut si beneficiu illi me
um neqz uires maiores daturu e i com
mune exicium. n confirmatur qd hz. ita ac exc
p illi reddi sine pernicie publica possit
reddaz. Seruabo filiu meum infantez. Qd
hc beneficium obest. cuiqm eos quos crude
litas eius lacerat. Pecuniaz q satellitem
stipendio teneat. n subministrabo. Si marmo
ra z uestes desiderauerit. nich obeat cui
qm id quo luxuria eius instruitur. Milites z
arma no suggeram. Si p magno petet mu
nere artifices scene z scorta z q feritatez
eius emolliat libes offeraz. Cui triremes
z eratas no mittem lusorias z cubicu
latas z alia ludibria regum i mari la
sciuiencium mittaz z si ex toto eius sanitas
desperata fuerat eadez manu beneficium
omnibus dabo. illi reddaz. qm ingeniis
talibus exitus remediu est. optimumqz e
obire ei qui ad se nuqm rediturus e. Sed
h rara nequicia e. sp portenti loco habita.
sicut hiatus terre. z e cauernis maris ignium
eruptio. Itaqz ab illa recedamus. ut
hos q detestam sine errore huic bonum
malo q inuenire i quolibz foro possum. q
singuli timet. reddam beneficium qd accepi.
Non opz m nequicia eius prodesse. qd meu
no est. redeat ad dnm. bonus sit an
malus. Quid diligetr istud excuterez. si no
redderez sz darez. Hic locus fabulam
poscit. Pictagoricus qdaz emerat a su
tore phecasium. rez magnam no presentib
nummis. Post aliquot dies uenit ad taber
naz redditurus. Et cu clausaz diu pulsaret
fuit qui diceret. Quid pdis opaz tuam.
Sutor ille quem queris elatus combustus e.

quod nobis fortasse molestum est, qui in extremum nos amittimus, tibi minime qui scis futurum ut renascatur. Iocatus est in pytagoricum. At philosophus noster tres aut quattuor denarios non invita manu domum retulit subinde concutiens. Deinde cum reprehendisset hanc suam non reddendi tacitam voluptatem, intelligens arrisisse sibi illud lucellum, redit ad eandem thabernam et ait: Ille tibi vivit, redde quod debes. Deinde per clostrum qua se commissura laxaverat quattuor denarios in thabernam inseruit ac misit ac misit penas a se exigens improbe cupiditatis ne alieno assuesceret. Quod debes quere cui reddas. Et si nemo poscet ipse te appella. Malus an bonus sit ad te non pertinet. redde et accusa. Oblitus es quemadmodum inter vos officia divisa sunt. illi oblivio imperata est tibi meminisse mandavimus. Errat tamen si quis existimat cum dicimus eum qui beneficium dedit oblivisci oportere, excutere nos illi memoriam rei presertim honestissime. Quedam precipimus ultra modum ut ad verum et suum redeant. Cum dicimus meminisse non debet hoc volumus intelligi. Predicare non debet nec iactare nec gravis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt omnibus circulis narrant. hoc sobrius loquitur, hoc ebrius non continet, hoc ignotis ingerit, hoc amicis committit. ut hec nimia et exprobratrix memoria subsideret, oblivisci eum qui dedit iussimus et plus imperando quam prestari poterat silentium suasimus. Quotiens parum fiducie est in hiis quibus imperes amplius exigendum est quam sat est. In hoc omnis yperbole extenditur ut ad verum mendacio veniat. Itaque ille qui dixit qui candore nives anteirent cursibus auras, quod non poterat fieri dixit ut crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit his immobilior scopulis violentior amne, hoc quidem se persuasurum putavit aliquem tam immobilem esse quam scopulum. Numquam tantum sperat yperbole quantum audet, sed incredibilia perveniat. Cum dicimus qui beneficium dedit obliviscatur, hoc dicimus similis sit oblito, memoria eius non appareat nec incurrat. Cum dicimus beneficium repeti non oportere, non ex toto repetitionem tollimus. Sepe enim opus est malis exactione et bonis admonitione. Quid ergo? occasionem ignoranti non ostendam? necessitates illi meas non detegam? quare nescisse se aut mentiatur aut doleat? Interveniat aliquando admonitio sed verecunda que non poscat nec in ius vocet. Socrates amicis audientibus: Emissem inquit pallium si nummos haberem. Neminem poposcit, omnes admonuit. A quo acciperet ambitus fuit. Quid ni esset? Quantulum enim erat quod Socrates accipiebat, aut multum erat eum fuisse a quo Socrates acciperet. Non illos castigare mollius potuit. Emissem inquit pallium si nummos haberem. Post hoc quisquis properaverit sero dat. Iam Socrati defuit. Propter acerbos exactores repetere prohibemus, non ut numquam fiat sed parce. Aristippus aliquando delectatus unguento: Male inquit istis effeminatis eveniat qui rem tam bellam infamaverunt. Idem dicendum est: Male istis improbis et importunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eveniat qui tam bella admonitionem inter amicos sustulerunt. Ego tamen utar hoc iure amicicie et beneficium ab eo repetam a quo petissem, qui alterius beneficii loco accepturus est potuisse reddere. Numquam ne querens quidem dicam: Eiectum litore egentem excepi et regni amens in parte locavi. Non est ista admonitio, convicium est. hoc est in odium beneficia perducere, hoc est efficere ut ingratum esse aut liceat aut iuvet. Satis habundeque est summissis et familiaribus verbis memoriam revocare: Si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam dulce meum. Ille invicem dicat: Quid ni meruisti? eiectum litore egentem excepisti. Sed nichil inquit proficimus, dissimulat, oblitus est. Quid facere debeam queris? Rem maxime necessariam et in qua hanc materiam consummari decet, quemadmodum ingrati ferendi sint: placido animo, mansueto, magno. Numquam te tam inhumanus et immemor et ingratus offendat ut non tamen dedisse delectet. Numquam in has voces iniuria impellat: vellem non fecisse. Beneficii tui tibi etiam infelicitas placeat. Semper illum penitebit si te ne nunc quidem penitet. Non est quod indigneris tamquam aliquid novum acciderit. Magis mirari deberes si non accidisset. Alium labor, alium impensa deterret, alium periculum, alium verecundia ne dum reddit fateatur accepisse, alium ignorantia officii, alium pigricia, alium occupatio. Aspice quemadmodum immense hominum cupiditates hient semper et poscant. Non miraberis ibi neminem reddere ubi nemo satis accipit. Quis est istorum tam firme mentis et solide ut tuto apud eum beneficia deponas? Alius libi

[t pinguedini al' uictui]
dine insanit. alius abdomini seruit.
Alius luxuriosus est. cuius summam in uices [al' in uiros]
spectat. Alius inuidia laborat. alius
cecam ambitionem et in gladios cuenire. Adice
torporem mentis ac senium et contraria huic
inquieti pectoris agitationem tumultusque
perpetuos. Adice extimationem sui nimiam
et timorem ob quem contempnendus est insolen-
tem. Quid contumaciam in praua incertum.
quid leuitatem semper aliquo transilientem.
huc accedat temeritas preceps et numquam
fidele consilium daturus timor. et mille
errores quibus uoluimur. audacia timidis-
simorum. discordia familiarissimorum et pu-
blicum malum incertissimis fidere fastidi-
re possessa quod consequi posse speres non fuit.
Inter affectus inquietissimos rem quietissimam
fidem queris. Si tibi uite nostre uera y-
mago succurreret. uideberisque tibi capte [al' uidebis]
cum maxime ciuitatis faciem. in qua omisso
pudoris rectique respectu. uires in consilio
sunt. uelud signo ad permiscenda omnia
dato non igni non ferro abstinetur [al' abstinent]. Solu-
ta legibus scelera sunt. ne religio quidem que
inter arma hostilia supplices texit. ullum
impedimentum est ruentium in predam. Hic
ex priuato hic ex publico. hic ex prophano.
hic sacra rapit. hic effringit. hic transsilit.
hic non contentus angusto itinere. ipsa quibus
arcetur euertit. et in lucrum ruina uenit. hic
sine cede populatur. hic spolia cruenta
manu gestat. Nemo non fert aliquid ex
altero. In hac auiditate generis humani
O ne tu nimis fortune communis oblitus es
qui queris inter referentes rapientes. Si in-
dignaris ingratos esse indignare luxu-
riosos indignare auaros. indignare inpudi-
cos indignare egros deformes senes pal-
lidos. Est istud graue uicium est intolle-
rabile. et quod dissociet homines. quod concordi-
am qua imbecillitas nostra fulcitur scin-
dat ac dissipet. Sed usque eo uulgare est
ut illud ne qui querit quidem effugerit.
Cogita tecum an quibuscumque debuisti gratiam
retuleris an nullum umquam apud te pe-
rierit officium an omnium te beneficiorum me-
moria comitetur. uidebis que puero da-
ta sunt ante adolescentiam elapsa. que in
iuuentam collata sunt non perdurasse in sene-
ctutem. Quedam perdidimus. quedam proie-
cimus. quedam e conspectu nostro paulatim
exierunt. a quibusdam oculos auertimus

ut excusem tibi imbecillitatem tuam. in primis fra-
gile est memoria et rerum turbe non sufficit
necesse est quantum recipit emittat et antiquissi-
ma recentissimis obruat. Sic factum est ut
minima apud te nutricis esset auctoritas
quia beneficium eius longius etas sequens posu-
it. Sic factum est ut preceptoris tibi non esset
ulla ueneratio. Sic uenit ut circa consu-
laria occupato comitia. ut sacerdotiorum
candidato questure suffragator excideret.
Fortasse uicium de quo quereris si te dili-
genter excusseris in sinu inuenies. Inique
publico crimini irasceris. Stulte tuo ut
absoluaris ignosce. meliorem illum facies
ferendo utique peiorem exprobrando. non est
quod frontem eius indures. Sine si quid est
pudoris residuum seruet. Sepe dubiam
uerecundiam uox uiciantis clarior rupit.
Nemo id esse quod iam uidetur timet. depren-
so pudore emittitur. Perdidi beneficium. Numquid
que consecrauimus perdidisse nos dicimus. Inter
consecrata beneficium est. et si male respondit bene
collatum. Non est ille qualem sperauimus. Si-
mus nos quales fuimus ei dissimiles. Dampnum [al' sem]
non tunc factum apparuit. ingratus non sine
nostro pudore protrahitur. Cum quidem
querela amissi beneficii bene dati signum
est. quantum possumus causam eius apud nos
agamus. fortasse non potuit. fortasse igno-
rauit. fortasse facturus est. Quedam nomina
bona lentus et sapiens creditor fecit.
qui sustinuit ac mora fouit. Idem nobis fa-
ciendum est nutriamus fidem languidam. perdidi
beneficium. Stulte non nosti. detrimenti tui te-
mpora perdidisti. sed cum dares nunc palam factum
est. Etiam in hiis que uidentur in perdito mode-
ratio multum profuit. ut corporum ita ani-
morum molliter uicia tractanda sunt. Sepe quod
explicauit pertinacia trahentis abruptum est.
Quid opus est maledictis. quid querelis.
quid insectatione. Quare illum liberas.
quare dimittis. Si ingratus est iam michil
debet. Que ratio est exacerbare eum
in quem magna contuleris ut ex amico
dubio fiat non dubius inimicus et patrocini-
um sibi nostra infamia querat nec desit.
Nescio quid est quod ei cui tantum debuit
ferre non potuit. Subest aliquid. Nemo
non superioris dignitatem querendo etiam si
non inquinauit aspersit. nec quisquam finge-
re contentus est leuia cum magnitudine mendacii
fidem querat. Quanto illa melior uia qua

seruat illi spes amicitie. et si reuiti ad
sanitatem uelit et amicicia uincit malos
primam bonitas. nec quisquam tam durus infesti
in aduersus diligenda ac est. ut et iniuriarius
bonos non amet. quibus hic est cepit debe-
re impune non solum. At illas utique cogi-
tationes tuas flecte. non est in relata gra-
tiam faciam. Sed dii omnium rerum optimi auc-
tores qui beneficia ignoranti dare incipiunt
ingratis perseuerant. Alius illis obicit ne-
gligentiam nostri. alius iniquitatem. alius illos
extra mundum proicit et ignauos hebetesque
sine luce sine ullo opere destituit. Alii sole
cui debemus quod inter laborem quietemque tempus
diuisimus. quod non tenebris mersi confusionem
noctis eterne effugimus. quod annum cursu suo
temperat et corpora alit sata euocat. perquoquit
fructus. Caerum aliquid aut fortuitum ignium glo-
bum et quicquid potius quam deum appellant. Nichi-
lominus tamen more optimorum parentum qui male-
dictis suorum infantium arrident non cessant
illi dii beneficia congerere de beneficiorum auctore
dubitantibus. sed equali tenore bona sua per gentes
populosque distribuunt. unam potentiam sortiti
prodesse. Spargunt oportunis imbribus terras
maria flatu mouent. sidera cursu notant
tempora. hiemes estatesque interuentu lenioris
spiritus molliunt. errorem labentium animarum
placidi ac propicii ferunt. Imitemur illos. de-
mus etsi multa in irritum data sunt. demus
nichilominus aliis. demus ipsis aput quos in-
iuria facta est. Neminem ad excitandas do-
mos ruina deterruit. et cum penates ignis
assumpsit. fundamenta repetere adhuc tepida
ponimus. Et urbes haustas sepius eodem solo
ponimus. tendimus adeo ad bonos spes pertinax
animus est. Terra marique humana opera cessa-
rent. nisi male cuncta iterum temptare li-
buisset. Ingratus est. non mihi fecit iniuriam sed si-
bi. ergo beneficio meo cum darem usus sum. nec
ideo pigrius dabo sed diligentius. Quod in hoc
perdidi ab aliis recipiam. Sed huic ipsi be-
neficium dabo iterum et tamquam bonus agricola
cura cultuque sterilitatem soli uincam. perit
mihi beneficium iste omnibus. Non est magni animi
beneficium dare et perdere. hoc est magni animi
perdere et dare. Explicit liber vii et ultimus

Lucii Annei Senece de Bene-
ficiis liber explicit. Deo gratias
Collatus et emendatus est diligenter.

Annei Senece ad Lucilium de Naturalibus questionibus incipit liber primus

Quantum inter philosophiam interest Lu-
cili uirorum optime et ceteras ar-
tes. tantum interest existimo in
ipsa philosophia inter illam partem que
ad homines et hanc que ad deum spectat.
altior est hec et animosior. Multum permisit sibi. non
fuit oculis contenta. Maius esse quiddam suspi-
cata est et pulcrius quam extra conspectum natura
posuisset. Denique tantum inter duas interest quantum
inter deum et hominem. Altera docet quid in terris
agendum sit. altera quid agatur in celo. Altera
errores nostros dissoluit et lumen admouet
quo discernantur ambigua uite. Altera multum
supra hanc in qua uolutamur excedit. et tene-
bris ereptos illo perducit unde lucet. Equidem
tunc nature rerum gratias ago cum illam non ab
hac parte uideo que publica est. Sed cum secre-
tiora eius intraui. cum disco que uniuersi
materia sit. quis auctor sit aut custos. quid sit
deus. totus in se intendat an et ad nos
aliquando respiciat. faciat quotidie aliquid
an semel fecerit. pars mundi sit an mundus. Li-
ceat illi hodieque decernere et ex lege fatorum
aliquid derogare an maiestatis diminutio
sit et confessio erroris mutanda fecisse. Necesse
est ei eadem placere cui nisi optima placere non possunt
nec ob hoc minus liber et potens est. ipse enim est
necessitas sua. Nisi ad hec admitterer non fuerat
nasci. Quid enim erat cur in numero uiuentium
me positum esse gauderem. an ut cibos et po-
tiones percolarem. ut hoc corpus causarium
ac fluidum periturumque nisi subinde impleatur
farcirem et uiuerem egri minister. Ut mor-
tem timerem cui uni omnes nascimur. Detrahe
hoc inestimabile bonum non est uita tanti ut
sudem et estuem. O quam contempta res est homo nisi super
humana surrexerit. Quamdiu cum affectibus collu-
ctamur. Quid magnifici facimus. et si superiores
sumus portenta uincimus. Quid est cur suspi-
ciamus nosmetipsos quia dissimiles deter-
rimis sumus. Non uideo quare sibi placeat
qui robustior est in ualitudinario. Multum interest
inter uires et bonam ualitudinem. Effugi-
sti uicia animi. non est tibi frons ficta. nec in
alienam uoluntatem sermo compositus. nec cor
inuolutum. nec auaricia que quicquid omnibus
abstulit sibi ipsa negat. nec luxuria pecuniam
turpiter amittens quam turpius reparet. nec
ambitio que te ad dignitatem nisi per indigna
non ducet. Nichil adhuc consecutus es. multa

effugisti. te nondum. virtus in ista quam affectamus magnifica est non quia per se beatum est malo caruisse sed quia animum laxat ac preparat ad cognitionem celestium dignumque efficit qui in consortium deo veniat. tunc consummatum habet plenumque bonum sortis humane cum petit calcato omni malo altum et in interiorem sinum nature venit. tunc iuvat inter ipsa sidera vagantem divitum pavimenta ridere et totam cum auro suo terram. non illud tantum dico quod egessit et signandum monete dedit sed et illud quod in occulto servat posterorum avaritie. non potest ante contempnere porticus et laquearia ebore fulgentia et tonsiles silvas et derivata in domos flumina quam totum circuiet mundum et terrarum orbem superne despiciens angustum et magna ex parte opertum mari et ea parte qua extat late squalidum et aut ustum aut rigentem sibi ipse ait. hoc est illud punctum quod inter tot gentes ferro et igne dividitur. o quam ridiculi sunt mortalium termini. Ultra istrum dacus non exeat. Strimo traces includat. parthis obstet eufrates. danubius sarmatica ac romana determinet. Renus germanie modum faciat. pireneus medium inter gallias et hyspanias iugum extollat. inter egiptum et ethiopas arenarum inculta vastitas iaceat. Si quis formicis det intellectum hominis nonne et unam aream in multas provincias dividet. cum te in illa vere magna sustuleris quotiens videbis exercitus subrectis ire vexillis et quasi magnum aliquid agatur equitem modo ulteriora explorantem modo a lateribus affusum libebit dicere it nigrum campis agmen. formicarum iste discursus est in angusto laborantium. quid illis et nobis interest nisi exigui mensura corpusculi. Punctum est istud in quo navigatis in quo bellatis in quo regna disponitis minima etiam cum illis utrimque occeanus occurrit. Sursum ingentia spatia sunt in quorum possessionem animus admittitur et ita si secum minimum ex corpore tulit si sordidum omne detersit et expeditus levisque ac contentus modico emicuit. cum illa tetigit alitur crescit ac velut vinculis liberatus in originem redit. et hoc habet argumentum divinitatis sue quod illum divina delectant nec ut alienis interest sed ut suis. secure spectat occasus siderum atque ortus et tam diversas concordantium vias. observat ubi queque stella primum terris lumen ostendat ubi culmen eius summum sit quo cursus sit quousque descendat. curiosus spectator excutit singula et querit. quidni querat. scit illa ad se pertinere. tunc contempnit domicilii prioris angustias. quantum enim est quod ab ultimis litoribus yspanie usque ad indos iacet. paucissimorum dierum spatium si naves suus ventus implevit. At illa regio celestis per triginta annos velocissimo sideri viam prestat nusquam resistenti sed equaliter cito. Illic demum discit quod diu quesiit. illic incipit deum nosse. Quid est deus. mens universi. quid est deus. quod vides totum et quod non vides totum. sic magnitudo sua illi redditur qua nichil maius excogitari potest si solus est omnia opus suum et extra et intra tenet. Quid ergo interest inter naturam dei et nostram. nostri melior pars animus est. in illo nulla pars extra animum. totus ratio est. cum interim tantus error mortalia teneat ut hoc quo neque formosius est quicquam nec dispositius nec in proposito constantius existimaret homines fortuitum et casu volubile. ideoque tumultuosum inter fulmina nubes tempestates et cetera quibus terra ac terris vicina pulsantur. Nec hec intra vulgum dementia est sed sapientiam quoque professos contigit. Sunt qui putent sibi ipsis animum esse et quidem providum dispensantemque singula et sua et aliena. hoc autem universum in quo nos quoque sumus expers esse consilii et aut ferri temeritate quadam aut natura nesciente quid faciat. quam utile existimas ista cognoscere et rebus terminos ponere. quantum deus possit materiam ipse sibi formet an data utatur. utrum idea materie prius supervenerit an materia idee. deus quicquid vult efficiat an in multis rebus illum tractanda destituant et a magno artifice prave formentur multa non quia cessat ars sed quia id in quo exercetur sepe inobsequens arti est. hec inspicere hec discere his incubare nonne transilire est mortalitatem suam et in meliorem transcribi sortem. Quid tibi inquis ista proderunt. si nichil aliud hoc certe sciam omnia angusta.

Nunc ut ad propositum veniam opus. audi quid de ignibus philosophia velit quos aer transversos agit. magna vi illos excuti argumentum est quod obliqui feruntur et prerapida celeritate. apparet illos non ire sed proici. Ignium multe varieque facies sunt. Aristotiles quoddam genus illorum capram vocat. si me interrogaveris quare prior mihi rationem reddas oportet quare edi vocentur. si autem quod commodissimum est convenit inter nos ne alter alterum interroget quid dicat. melius erit de re ipsa querere quam mirari quid ita Aristotiles globum ignis appellaverit capram. talis enim forma fuit eius qui bellum adversus perseum paulo gerente lunari magnitudine apparuit.

-cuit. Vidimus non semel flammam ingentis specie
que tamen in ipso cursu suo dissipata est. Vidimus
circa diui augusti excessum simile prodigium.
Vidimus eo tempore cum de seiano actum est. nec ger-
manici mors sine denuntiatione tali fuit. Dices
michi ergo in tantis erroribus es ut existimes deos mor-
tium signa premittere. et quicquam esse in terris tam ma-
gnum quod perire mundus sciat. erit aliud istius
rei tempus. Videbimus an certus omnium rerum ordo
ducatur. et alia aliis ita complexa sint. ut quod ante-
cedit aut causa sit sequentium aut signum. Videbimus
an diis humana sint cure. an series ipsa quid
sit factura certis rerum notis nun-
ciet. Interim illud existimo. eiusmodi ignes
existere aere vehementius trito. cum inclinatio eius
in alteram partem facta est. et non cessit sed inter
se pugnauit. Ex hac vexatione nascuntur trabes
et globi et faces et ardores. At cum leuius collisus
et ut ita dicam frictus est minora lumina excutiuntur.
crinesque uolantia sidera ducunt. tunc ignes tenu-
issimi iter exile designant et celo producunt. Ideo
nulla sine eiusmodi spectaculis nox est. non enim opus est
ad efficienda ista magno aeris motu. Denique
ut breuiter dicam eadem causa sunt ista qua fulmina
sed minore. Quemadmodum nubes mediocriter colli-
se fulgurationes efficiunt maiore impetu impulse
fulmina emittunt. Aristoteles eiusmodi rationem reddit.
Varia et multa terrarum orbis expirat. quedam
humida. quedam sicca. quedam calentia. quedam
concipiendis ignibus ydonea. Nec mirum est
si terre omnis generis et uaria euaporatio est. cum
in celo quoque non unus appareat color rerum. sed
acrior sit canicule rubor. martis remissior.
Jouis nullus in lucem puram nitore perducto. Ne-
cesse est ergo in copia magna corpusculorum que
terre eiectat et in superiorem agunt partem aliqua
in nubes peruenire alimenta ignium. que non tantum
collisa possint ardere sed et afflata radiis solis.
Nam apud nos quoque stramenta sulphure aspersa
ignem ex interuallo trahunt. Veri ergo simile est
talem materiam inter nubes congregatam facile suc-
cendi et maiores minoresue ignes subsistere
prout illis fuit plus aut minus uirium. Illud enim
stultissimum existimare aut stellas decidere aut transilire
aut aliquid illis auferri et abradi. Nam si hoc fuis-
set iam defuissent. Nulla enim nox est qua non
plurimum ire et in diuersum uideantur abduci.
At quo quisque solet quoque inuenitur loco. Magnitudo
sua singulis constat. Sequitur ergo ut infra illas
ista nascantur et cito intercidant. quia sine funda-
mento et sede certa sunt. Quare ergo non interdiu
etiam transcurrunt? Quid? Si dicam stellas interdiu non
esse quia non apparent? Quemadmodum ille latent et solis
fulgore obumbrantur. sic faces quoque discurrunt interdiu
sed abscondit eas diurni luminis claritas.
Si quando tamen tanta uis emicuit ut etiam aduersus diei
uendicare sibi suum fulgorem possit apparet.
Nostra quidem etas non semel uidit diurnas faces
alias ab oriente in occidentem uersas alias ab
occasu in ortum. Argumentum tempestatis naute
putant cum multe transuolant stelle. quod si signum
uentorum est ibi est unde sunt id est in aere qui medius inter
lunam et stellas est. In magna tempestate apparent
quasi stelle uelo insidentes. adiuuari se tunc peri-
clitantes estimant pollucis et castoris nu-
mine. Causa autem melioris spei est quod iam appare-
at frangi tempestatem et desinere uentos. Aliquando
feruntur ignes non sedent. Gilippo syracusas
petenti uisa est stella super ipsam lanceam constitisse.
In romanorum castris uisa sunt ardere pila igni-
bus scilicet in illa delapsis qui sepe fulminum mo-
do animalia ferire solent et arbusta. Sed si minore
ui mittuntur defluunt tantum et insident non feriunt
nec uulnerant. Alii inter nubes eliduntur alii sereno
si quidem celo aliquando tonat ex eadem causa qua nubi-
lo aere inter se colliso. qui etiam si est lucidior
ac siccior coire tamen et facere corpora quedam similia
nubibus potest que percussa reddant sonum.
Quandoque ergo fiunt trabes quandoque clipei
et uastorum imagines ignium. ubi in talem materiam incidit similis causa sed maior.
Videamus nunc quemadmodum fiat is fulgor qui
sidera circumuenit. memorie proditum est
quo die diuus augustus urbem ex apollo-
nia reuersus intrauit circa solem uisum colo-
ris uarii circulum. qualis esse in arcu solet.
hunc greci halo uocant. quem nos dicere coronam
aptissime possimus. quemadmodum fieri dicatur expo-
nam. Cum in piscinam lapis missus est uidemus
in multos orbes aquam discedere. et primum
angustissimum orbem. deinde laxiorem ac
deinde maiores donec euanescit impetus
et in planitiem immotarum aquarum soluatur. Ta-
le quid cogitemus fieri etiam in aere. cum
spissior factus est plagam sentire potest. lux so-
lis aut lune aut cuiuslibet sideris incurrens
recedere illum in circulos cogit. Nam humor
et aer et omne quod ex ictu formam accipit in
talem habitum impellitur qualis est eius quod
impellit. Omne autem lumen rotundum est. ergo et
aer percussus lumine hunc modum exhibet. Ob hoc
tales splendores greci areas uocauerunt. quia
fere terendis frugibus loca destinata rotun-
da sunt. Nos autem non existimemus ista siue a-
ree siue corone sint in uicinia siderum pluri-

fieri ab hiis absunt quibus cingere ea et co-
ronare videantur. Si longe aliqua sit talis ef-
figies quam visus non solita imbecillitate decep-
tus circa ipsum sidus putat positam. In lu-
na autem solis et stellarum nichil tale potest fieri
quia illic tenuis ether est. Nam forme crassis
demum spissisque corporibus imprimi solent in
subtilibus non habent ubi consistant aut hereant.
In balneis quoque circa lucernam tale quiddam a-
spici solet ob aeris densi obscuritatem frequen-
tissime autem austro cum celum maxime grave et
spissum est. Nonnumquam paulatim diluitur et desi-
nit. Nonnumquam ab aliqua parte cum rumpitur
et inde ventum nautici expectant unde con-
texta corone periit. Si autem a septentrione di-
scessit aquilo erit. Si ab occidente favonius.
Quod argumentum est intra eam partem celi has fieri co-
ronas intra quam et venti esse solent. Supe-
riora autem non habent coronas quia ne venti quidem.
His argumentis et illud adice coronam nullam
colligi nisi stabili aere et pigro vento aliter non
solet aspici. Nam qui stat aer impelli et de-
duci et in aliquam faciem fingi potest. Is autem qui
fluit non feritur quod lumine non cum forma-
nec resistit quia prima queque pars eius dissipatur.
Numquam ergo illud sidus talem effigiem circumdabit
nisi cum parebit densus aer et immotus et ob hoc
custodiens in se incidentem rotundi lineam lu-
minis nec sine causa. Repete enim exemplum quod
paulo ante proposui. Lapillus in piscinam
aut lacum et alligatam aquam missus circulos
facit innumerabiles. Ad hoc quidem non facit in flu-
mine. Quare? Quia omnem figuram fugiens aqua dis-
turbat. Idem ergo in aere evenit ut ille qui
manet possit figurari. At ille qui rapitur
et currit non dat sui potestatem et omnem ictum venien-
temque formam exturbat. De quibus dixi cum di-
lapse sunt equaliter et in semetipsis evanue-
runt significatur aeris quies et otium et tranquilli-
tas. Cum ad unam partem cesserunt illic ventus est
unde finduntur. Si tempore pluribus locis fracte tempe-
stas fit. Quare id accidat ex hiis que iam proposui
intelligi potest. Nam si facies universa subsedit
apparet in aere incumbere et ideo illa regio ve-
tum dabit. At cum undique et concerpta et lace-
rata est manifestum est a pluribus partibus in illam
impetum fieri et inquietum aerem hic atque
illinc assilire. Itaque ex hac inconstantia celi
tam multa temptantis et undique laborantis fu-
tura tempestas ventorum pluvium apparet. Hee
corone noctibus fere circa lunam et alias
stellas notantur interdiu raro adeo ut qui-

dam ex grecis negaverint eas omnino non fieri
cum illos historie coarguant. Causa autem vero
hec est quod fortius solis lumen est et aer
agitatus ab illo calefactusque solutior est.
Lune autem inertior vis est et ideo quia facilius
a circumposito aere facilius sustinetur. Et
quia siderum ceterorum infirma sunt nec perrumpere
aerem vi sua possunt excipitur itaque illorum y-
mago et in materia solidiore ac minus cedente
insistit. Debet enim aer nec tam spissus esse ut ex-
cludat ac submoveat a se lumen immissum
nec tam tenuis ac solutus ut nullam venien-
tibus radiis moram prebeat. Hec noctibus tem-
peratum contingit cum sidera circumiectum aerem luce
leni non pugnaciter nec aspere feriunt spissio-
remque solito interdiu inficiunt. quare luna non facit arcum nec fit in nocte

At quare arcus in nocte non fit nisi admodum
raro quia luna non habet tantum virium ut nubes
transeat et illis colorem suffundat qualem
accipiunt sole perstricte. Sic enim formam arcus
discoloris accipiunt quia alie partes in nubibus
tumidiores sunt alie summissiores quedam crassi-
ores quam ut solem transmittant. Alie imbecilli-
ores quam ut excludant. Hec inequalitas alternis lucem
umbrasque permiscet et exprimit illam mirabi-
lem arcus (interl.: vel diversitatem) varietatem. Altera causa arcus eiusmodi
redditur. Videmus cum fistula aliquo loco ru-
pta est aqua per tenue foramen elidi que sparsa
contra solem oblique positum faciem arcus representat.
Idem videbis accidere si quando volueris obser-
vare fullonem cum os aqua implevit et vestimenta
credideris diducta leviter aspergit. Apparet va-
rios edi colores in illo aere asperso quales
fulgere in arcu solet. Huius rei causam in arcu esse
ne dubitaveris. Non fit enim umquam arcus nisi nu-
bilo. Sed queramus quomodo fiat. Quidam
aiunt esse aliqua stillicidia que solem transmit-
tant quedam magis coacta quam ut transfluere
valeant itaque ab illis fulgorem reddi ab hiis
umbram et sic utriusque intercursu effici arcum in quo
pars fulgeat que solem recepit pars obscuri-
or sit que exclusit et ex se umbram proximis
fecit. Hoc ita esse quidam negant. Poterat enim um-
bram lux tantum videri si arcus duos tantum haberet
colores et sic ex lumine umbraque constaret. Sed nunc
diversi luceant cum illi colores transitus ipse
tamen spectantia lumina fallit et usque adeo quod
tangit idem est tamen ultima distant. Videmus
in eo aliquid flammei aliquid lutei aliquid ceru-
lei et alia in picture modum subtilibus lineis
ducta ut ait poeta (interl.: al. porta) ut an dissimiles colo-
res sint scire non possis nisi cum primis extrema

contuleris. Nam omissura decipit. Vesci autem
venti arte ne quidem simillimis cepit et dis-
similia desinit. Aliud ergo istic duo colores
faciunt luminis atque umbre cum invisabilium ra-
cedenda sit. Quidam ita existimant arcum fieri
dicunt in ea parte in qua pluit singula stilli-
cidia pluuie cadentis singula specula esse
a singulis ergo ymaginem reddi solis. deinde
multas ymagines, ymo innumerabiles et devexas
et precipites transeuntes confundi. itaque et arcum
esse multarum ymaginum solis confusiones. hoc
sic colligunt. Pelues inquiunt mille sereno po-
ne et omnes habebunt ymaginem solis. at de
ingentes singulis et non habebunt non ymaginem una
Sar. quia omnis circumscripta levitas et circumdata
suis finibus speculum est. Itaque piscinam inge-
tis magnitudinis in plures divide et divide in
habebit ymagines solis quot lacus habuerit
Relinque illam sicut est diffusa semel tibi y-
maginem reddet. nichil refert quam exiguus sit
humor aut lacus si circumscriptus est speculum. ergo
stillicidia illa infinita que ymber cadens defert
totidem solis facies ut species habent. hec com-
minuta perturbate apparent nec dispiciuntur inter-
valla quibus singula distant spacio prohibente
discerni. deinde pro singulis apparet una facies
turbida ex omnibus. aristoteles idem iudicat. ab omni
inquit levitate acies radios suos replicat.
nichil autem levius aqua et aere. ergo et ab aere spis-
so visus noster in nos redit. ubi vero abest et infir-
ma est acies quolibet aeris ictu deficit. Qui-
dam hoc genere valitudinis laborant ut ipsi sibi
videantur occurrere. Ut ubique ymaginem suam
cernant. Quare quia infirma vis oculorum non per-
rumpere ne proximum quidem sibi aera proprie. sed resistit.
itaque quod in aliis efficit densus aer in his
facit omnis. satis enim valet qualiscumque ad
inbecillam aciem repellendam. longe autem ma-
gis visum nostrum nobis remittit. Itaque crassior
est et pervinci non potest sed radios luminum nostrorum
moratur et eo unde exierint reflectit. ergo cum
multa stillicidia sint totidem specula sunt. sed quia
parva sunt solis colorem sine figura exprimunt.
Deinde cum in stillicidiis innumerabilibus et sine
intervallo cadentibus reddantur idem color in-
cipit facies esse non multarum ymaginum inter-
missarum sed unius longe atque continue. Quomodo
inquis tu mihi multa milia istic ymaginum esse
ubi nullam video. et quare cum solis color unus sit yma-
ginum diversus est. ut hec que proposui refellam
et alia que non minus refellenda sunt illud di-
cam oportet. Nichil acie nostra fallacius non tantum in

his a quibus subtilius pervidendis illa colorum
diversitas summovet sed et in his quoque quam ad manus
cernit. Remus integer in tenui aqua fracti
speciem reddit. Poma per vitrum aspicientibus
multo maiora sunt. Columnarum intervalla
porticus longiores iungunt. ad ipsum solem
revertere. hunc quem toto orbe terrarum maio-
rem probat ratio acies nostra contraxit ut sapi-
entes viri pedalem esse contenderent. quem velo-
cissimum omnium esse scimus nemo nostrum videt mo-
veri. nec crederemus nisi appareret. Mundum ipsum
precipiti velocitate labentem et ortus occasusque
intra momentum temporis revolventem nemo no-
strum sentit procedere. Quid miraris si oculi
nostri invisabilia stillicidia non separant et ingenti
spacio intuentibus minutarum ymaginum discri-
men intereat. Illud esse dubium nulli potest quin
arcus ymago solis sit roscida et cava nube
concepta. Quod ex hoc tibi appareat. Numquam
non adversa soli est sublimis aut humilis prout
ille se summisit aut sustulit contrario mo-
tu. illo enim descendente altior est. alto de-
pressior. sepe talis nubes a latere solis est nec ar-
cum efficit quia non ex recto ymaginem trahit.
Varietas autem non ob aliam causam fit quam quia pars
coloris sole est. pars nube illa. hu-
mor autem modo ceruleas lineas modo purpure
similes et luteas aut igneas ducit. Duo-
bus coloribus hanc varietatem efficientibus
remisso et intenso. sic enim et purpura eod-
em conchylio non uno modo exit. Interest quam diu
macerata sit crassius medicamentum an aqua-
tius traxerit. sepius mersa sit et excocta
an semel tincta. Non est ergo mirum si cum due
res sint sol et nubes id est corpus et speculum
si tam multa genera colorum exprimuntur quam in mul-
tis generibus possunt aut incitari aut langue-
scere. Alius enim est color ex igneo lumine. alius
ex obtuso et leniore. In aliis autem rebus va-
ga inquisitio est ubi non habemus quod manu
tenere possimus et late coniectura mittenda
est. Hic apparet duas causas esse arcus solem
nubemque quia nec sereno umquam fit nec nubilo
ita ut sol lateat. ergo utique ex his est quorum sine al-

Iam nunc illud accedit. Certo non est
quam quod manifestum est speculi ratione
ymaginem reddi. quia numquam nisi e contrario
redditur. id est nisi ex altera parte stetit quod ap-
pareret ex altera quod ostenderet. rationes quae
non persuadent sed cogunt a geometris af-
feruntur. nec dubium cuiquam relinquitur quin
arcus ymago solis sit male expressi

ob vicium figureque speculi. Hoc nunc repeto
alias probationes que de proximo legi possunt inter
argumenta sit nascentis arcus. pono quod
celerrime nascitur. ingens enim variumque corpus
celo in puncto momenti subtexitur et eque cele
riter aboletur. Nichil autem tam cito redditur
a speculo quam ymago. Non enim facit quicquam
sed ostendit. Parianus Artemidorus ad
dit adque quale genus nubis esse debeat
quod talem soli ymaginem reddit. Si speculum
inquit concavum feceris quod sit secte pile pars.
si extra medium constiteris quicumque iuxta te
steterit inversi tibi videbuntur propiores a
te quam a speculo. Idem inquit evenit cum rotundam et
cavam nubem intuemur a latere ut solis
ymago a latere discedat propiorque nobis sit
et in nos magis conversa. color igneus a sole
cerulens a nube ceteri utriusque mixture.

Contra hec illa dicuntur. De speculis due
opiniones sunt. Alii enim in illis simu
lacra cerni putant id est corporum nostrorum figuras
a nostris corporibus emissas ac separatas. Alii
ymagines aiunt non esse in speculo sed ipsa
aspici corpora retorta oculorum acie et in se
rursus deflexa. Nunc nichil ad rem pertinet
quomodo videamus sed quomodo ymago similis
debeat ex speculo reddi. Quid enim tam dissi
mile quam sol et arcus in quo neque color neque
magnitudo apparet. Arcus longior amplior
que est longeque ea parte qua fulget rubicun
dior ceteris vero coloribus diversus. Deinde cum
velis speculum aeri comparare des oportet mihi eandem
qualitatem et eundem nitorem. atque nulle nu
bes habent similitudinem speculi. per medias sepe
transimus nec illis nos cernimus. Qui mon
cium summa conscendunt spectant nubem nec tamen
ymaginem suam in illa cernunt. Singula stil
licidia singula specula sunt. Concedo sed illud nego
ex stillicidiis constare nubem. Habent enim quedam
ex quibus fieri stillicidia possunt non ipsam
ne aquam. Quid ergo nubes? Sed materiam future
aque. Concedam tibi et guttas innumerabiles
in nubibus esse et illas faciem reddere. Non tamen omnes
unam reddunt sed singulas singule. Deinde inter
se specula coniunge in unam ymaginem non
coibunt sed quelibet particula in se rei simi
litudinem claudet. Sunt quedam specula
ex multis minutisque composita quibus si
unum ostenderis hominem populus apparet una
quaque parte faciem suam exprimente. Hec cum
sint coniuncta simul collocata nichilominus
seducunt ymagines suas et ex uno turbam

efficiunt. Catervam illam non confundunt
sed diremptam in facies singulas distrahunt. Arcus autem
uno circumscriptus ductu. Una totius est fa
cies. Quid ergo inquit non ex aqua rupta fi
stula sparsa et remo excussa habere quiddam
simile his quos videmus in arcu coloribus
solet videri? Verum est sed non ex hac causa ex qua tu vi
deri vis ut una queque stilla recipiat yma
ginem solis. Citius enim cadunt stille quam ut con
cipere ymaginem possint. Standum est ut id quod
imitantur excipiant. Quid ergo fit? Colorem
non ymaginem ducunt aliquo modo ut ait Ne
ro cesar disertissime colla Cytheriace splen
dent agitata columbe et variis coloribus pa
vonum cervix quotiens aliquo deflectitur nitet.
Numquid ergo dicemus specula eiusmodi plumas
quarum omnis inclinatio in colores novos trans
it. Non minus nubes diversam speculis naturam
habent quam aves quas rettuli et cameleontes et re
liqua animalia quorum color aut ex ipsis mutatur
cum ira vel cupidine accensa cutem suam variant
humore suffuso aut positione lucis quam prout re
ctam vel obliquam receperint ita colorantur.
Quid enim simile speculis habent nubes cum ille non
perluceant hec transmittant lucem. Ille densa et co
acta hec rara sint. Ille eiusdem materie tote
hec ex diversis temere composite et ob hoc discor
des nec diu coherentes. Preterea videmus ortu so
lis partem quandam celi rubere. Videmus nubes
aliquando ignei coloris. Quid ergo prohibet quo
modo hunc colorem unum accipiunt solis occursu
sic multos ab illis trahi quamvis non habeant
speculi potentiam. Modo inquit inter argumenta
ponebas semper arcum contra solem excitari quia
ne a speculo quidem ymago redderetur nisi ad
verso. Hoc inquit commune nobis est. Nam quemad
modum opponendum est speculo id cuius in se yma
ginem transferat sic ut nubes infici possint
ita sol ad hoc apte ponendus est. Non enim idem
facit si undique effulsit et ad hoc opus est
radiorum idonea locacio. Hec dicuntur ab his
qui videri volunt nubem colorari. Posido
nius et hii qui speculari ratione talem effici iudicant
visum hec respondent. Si ullus esset in arcu co
lor permaneret et viseretur eo manifestius quo
propius. Nunc ymago arcus ex longinquo cla
ra est interit cum ventum est in vicinum. Huic
contradictioni non consentio cum ipsam sententiam probem.
Quare dicam? Quia coloratur quidem nubes sed ita
ut color eius non undique appareat. Nam
ne ipsa quidem undique apparet. Nubem
enim nemo qui in ipsa est videt. Quid ergo mirum

si color eius non videtur ab eo a quo ipsa non
visitur. Atqui quamvis ipsa non videatur est
ergo et color argumentum falsi coloris quod dum
apparet antecedentibus desinit idem et in
ipsis evenit nubibus. Nunc eo false sunt
quia non videntur. Contra est quod dicitur nubem sole
esse confectam. Non dicit tibi colorem illu-
strum esse velud duro corpori ac stabili ac
manenti sed fluido et vago. Inter amplius
quam brevem speciem recipienti. Sunt et quidam
colores qui ex intervallo vim suam osten-
dunt. Purpuram Tyriam quo melior saturior-
que est eo oportet ut altius teneas ut ful-
gorem suum ostendat. Non tamen ideo non habet illa
colorem quia quem optimum habet non quotiens ex-
plicatur ostendit. In eadem sententia sum qua Pos-
sidonius ut arcum iudicem fieri nube forma-
ta in modum concavi speculi et rotunda cuius for-
ma sit partis e pila secte. Hoc probari nisi geometre
adiuverint non potest. Qui argumentis nichil dubii re-
linquentibus docent solis imaginem esse effigiem non
similem. Neque enim omnia adversus specula red-
dunt que videre extimescas tanta deformitate
corrupta ut facies videntium reddat servata
similitudine in peius. Sunt que cum videris placere
tibi vires tue possit mirabiliter lacerti resurgit
et totius corporis supra humanam magnitudinem
habitus augetur. Sunt que dextras facies ostend-
unt que sinistras que torqueant et evertunt. Quid ergo
mirum est eiusmodi speculum quo solis species vi-
ciosa reddatur in nube quoque fieri.

Inter cetera argumenta et hoc erit quod numquam maior ar-
cus dimidio circulo apparet et quod eo minor est
quo altior est sol. Ut ait Virgilius noster et bibit in-
gens arcus cum adventat imber. Sed non easdem
undecumque apparuit minas affert. A meridie
ortus magnam vim aquarum vehet. Vinci
non potuit vehementissimo sole. Tantum est illis vir-
ium. Si circa occasum refulsit, tonabit et leviter
impluet. Si ab ortu circave surrexit, serena
promittit. Quare tamen si ymago solis est arcus longe
ipso sole maior apparet? Quia est alicuius speculi
natura talis ut maiora multo quam videat osten-
dat et in portentuosam magnitudinem augeat
formas. Alicuius invicem talis est ut minuat.
Illud mihi dic quare in orbem eat facies nisi orbi
redditur. Dicens fortasse unde sit illi color va-
rius, unde talis figura sit, non dicens nisi
aliquod exemplar ad quod formetur ostenderis il-
lum ac aliud quam sol est a quo cum facies illi
colorem dari sequitur ut dicas et formam. Denique
inter me et te convenit colores et illos quibus ce-
lum tibi depingitur a sole esse. Illud unum in-
ter nos non convenit. Tu dicis illum colorem esse
ego videri. Qui sive est sive videtur a sole est.
Tu non expedies quare color ille subito desinat
cum omnes fulgores paulatim discutiantur. Pro me
est et repentina eius facies et repentinus interitus.
Proprium enim speculi est quod non per partes struitur quod
apparet sed statim totum fit. Eque cito omnis yma-
go in eo abolitur quam ponitur. Nichil enim ad ista
efficienda aut removenda opus est quam ostendi
et abduci. Non est ergo propria in ista nube substantia nec
corpus sed mendacia est sine re similitudo. Vis sci-
re hoc ita esse? Desinet arcus si obtexeris solem.
Oppone inquam soli alteram nubem: istius varie-
tas peribit. At maior est aliquanto arcus quam sol.
Dixi modo fieri specula que multiplicent omne corpus
quod imitantur. Illud adiciam omnia per aquam
videntibus longe esse maiora. Littere quamvis mi-
nute et obscure per vitream pilam aqua plenam maio-
res clarioresque cernuntur. Poma formosiora
quam sint videntur si innatant vitro. Sidera am-
pliora per nubem aspicienti videntur. Quia acies
nostra humido labitur nec apprehendere quod vult fi-
deliter potest. Quod manifestum fiet si poculum ad-
impleveris aqua et in id conieceris anulum. Nam cum
in ipso fundo iaceat anulus facies eius in
summo aque redditur. Quicquid videtur per humorem
longe amplius vero est. Quid mirum maio-
rem reddi ymaginem solis que in nube hu-
mida videtur, cum ex causis duabus hoc accid-
at? Quia in nube est aliquid vitro simile quod po-
test perlucere, est aliquid et aque, quam si nondum
habet iam apparet eius natura in qua ex sua vertatur.

Quoniam inquit mentionem fecisti vitri ex hoc ipso
argumentum contra te sumam. Virgula solet
fieri vitrea striata vel pluribus angulis in modum
clave torosa. Hec si ex transverso solem accipit
colorem talem qualis in arcu videri solet reddit
ut scias hic non ymaginem solis esse sed co-
loris imitationem ex repercussu. Primum in hoc
argumento multa pro me sunt quod apparet a sole fieri, secundum
me quod apparet quiddam leve esse debere
simile speculo quod solem repercutiat. Deinde quod
apparet non fieri ullum colorem sed speciem ut di-
xi falsi coloris qualem ut dixi columbarum
cervix et sumit et ponit utcumque deflectitur.
Hoc autem et in speculo est cuius nichil videtur
simulatio coloris aliena. Unum tamen hoc solvendum est
quod non visitur in ista solis ymago cuius bene ex-
primendi capax est. Ita conatur quidem reddere yma-
ginem. Quia levius est materia et ad hoc habilis sed
non potest quia enormiter facta est. Si apta fabri-

cata foret totidem redderet soles quod huiusmodi
inspectores. Reum quod distremur inter se non
satis iuncte speculi inherent inchoant tantum ymaginem
non exprimunt et ob ipsam viciniam turbant
et in speciem coloris unius abducunt.

Et quare arcus non implet orbem sed pars
eius media eius videtur cum plurimum porrigitur
incuruaturque. Quidam ita opinantur. Sol cum sit
multo altior nubibus a superiore tantum illas percutit
parte sequitur ut inferior pars earum non
tangatur lumine. ergo cum ab una parte solem accipiant
unam partem eius imitantur que nunquam
dimidia maior est. hoc argumentum parum potens est.
Quare quamuis sol a superiori sit totam tamen percutit
nubem ergo et tingit. quid ni cum radios
transmittere soleat et omnem densitatem perrumpere.
Deinde contrariam rem proposito suo dicunt. Nam
si superior est sol et ideo tantum superiori parti nubium
affunditur nunquam terra tenus descendit
atque usque in humum dimittitur. prout nunquam non
contra solem est arcus. nichil ad rem pertinet super
infra ue sit. quia totum quod contra est latus uberat.
Deinde aliquando arcum et occidente faciunt cum certe ex inferiori
parte nubes feriat terris propior. at quamuis
et tunc dimidia pars est quamuis solem nubes ex
humili et sordido accipiant. Nostri qui sic in nubibus
quomodo in speculo lumen reddi uoluerunt nubem
cauam faciunt et secte pile partem que non
potest totum orbem reddere quia ipsa pars est
orbis proposito accedo argumento non consentio.
Nam si in cauo speculo tota facies opposita
orbis exprimitur et in semiorbe nichil prohibet
aspici totam pilam. Etiam nunc diximus arculos
apparere solis lunaeque in similitudinem
arcus circumdatos. Quare illis circulus circundatur
in arcum non unquam. Deinde quare semper concaue nubes
solem accipiunt non aliquando plane et tumentes. Aristotiles
ait post autumnale equinoctium qualibet
hora diei arcum fieri. estate non fieri nisi incipiente
aut inclinato iam die. Cuius rei causa
manifesta est. primum quia media die sol calidissimus
nubes euincit. nec potest ab hijs ymaginem
suam accipere quas scindit. at matutino
tempore et uergens ad occasum minus calidus est
et ideo a nubibus substineri et repercuti potest. Deinde
cum arcum facere non soleat nisi aduersus hijs in
quibus facit nubibus cum breuiores dies sunt
semper obliquus est. itaque et qualibet diei parte
etiam cum altissimus est habet aliquas nubes quas
ex aduerso ferire potest. At temporibus estiuis supra
nostrum uerticem fertur. itaque medio die excelsissimus
terras rectiore aspicit linea quam

ut illis nubibus possit occurri. omnes enim tunc

Nunc dicendum est de uirgis quas sub se habet
non minus pictas uariasque et eque pluuiarum
signa solemus accipere. in quibus non multum opere
consumendum est. quia uirge nichil aliud quam imperfecti
arcus sunt. Nam facies quidem illis est picta
sed nichil curuati habent. In rectum iacent. Fiunt autem
iuxta solem in nube humida et iam se spargente.
Itaque idem est in illis qui in arcu color tantum figura
mutatur. quia nubium quoque in quibus extenduntur alia est.

Similis uarietas in coronis est. sed hoc
differunt quod corone ubique fiunt. ubicumque
sidus est arcus non est nisi contra solem. uirge
non nisi in uicinia solis. possum et hoc modo differentiam
reddere. coronam si diuiseris arcus erit
si direxeris uirga. In omnibus color multiplex
ex ceruleo fuluoque uarius. Virge soli in
adiacent. arcus solares lunaresque corone.

Aliud quoque uirgarum genus apparet. Cum sidera
aut radij paruissima foramina nubium tenuis
et intenti distantesque inter se diriguntur
et ipse signa ymbrium sunt quas inter nec loco genera
Quid uocabo uocem ymagines solis? historici soles
uocant. et binos trinosque apparuisse memorie
tradunt. Greci parelia appellant quia in propinquo
fere a sole uisuntur. aut quia accedunt ad aliquam
similitudinem solis non enim totum imitantur.
sed magnitudinem figuramque. Ceterum nichil habent
caloris hebetes ac languidi. hijs quod nomen
imponimus? an facio quod Virgilius qui dubitat
de nomine. deinde id de quo dubitauerat posuit
et quo te nomine dicam retica nec cellis io gere
de falernis. Nichil ergo prohibet illas parelia
uocari. Sunt autem ymagines solis in nube spissa
et uicina in modum speculi. Quidam parelia
omnino diffiniunt. nubes rotunda et splendida
similisque soli. sequitur enim illum nec unquam longius
relinquitur quam fuit cum apparuit. Num quis
nostrum miratur si solis effigiem in aliquo fonte
aut placido lacu uidet. non ut puto. atqui tam
in sublimi facies eius potest quam nos uidemus
reddi si modo idonea est materia que reddat.

Quotiens defectionem solis uolumus deprehendere.
ponimus peluees quas aut oleo aut
pice implemus. quia pinguis humor minus facile
turbatur et ideo quas recipit ymagines
seruat. apparere autem ymagines non possunt
nisi in liquido et immoto. Tunc solemus notare
quemadmodum se luna soli opponat. et illum
tanto maiorem subiecto corpore abscondat.
modo ex parte si ita contigit ut latus occurreret
modo totum. hoc dicitur perfecta defectio que stellas

quam ostendit et intercipit lucem tunc. s. cum ut
quod orbis sub eodem libramento stetit. quemadmodum ergo
in aere utriusque ymago a terris aspici potest
ita in aere cum sit coactus aer et limpidus con
stitit. ubi faciem solis accipit quam et alie nu
bes accipiunt sed transmittunt si sunt mobiles si
rare aut sordide mobiles non spargunt il
lam rare emittunt sordide turpes quam non sen
tiunt sicut apud nos ymaginem maculosam

Solent et in luna si pars eius reddunt
tertia eadem ratione. Illud nihil impedit quo
minus tot sint. quod nubes fuerint apte ad ex
hibendam ymaginem. quamdam in illa sunt si
unitiones duo simulacra talia existunt ut
indicet unum esse solis alterum ymaginis. Nam
apud nos quod cum plura specula disposita sunt
ita ut alteri sit conspectus alterius. omnia imple
tur et una ymago vera est cetere ymaginum
effigies sunt. nichil non refert quod speculo o
stendatur quicquid non videt reddit. Ita
illud quod in sublimi si nubes sortes aliquis di
sposuit ut inter se aspiciant altera nube solis
ymaginem altera ymaginis reddi debet at
nubes que hoc prestant dense et leves splen
dide plane nature solis ob hoc omnia que huius
sunt simulacra candida sunt et similia lunaribus
circulis. quia ex percussu oblique accepto so
le resplendent. Nam si infra solem nubes
sunt et propior ab ea dissipatur. longe aut
posita radios non remittit. nec ymaginem
efficiet. Similiter apud nos quod specula a nobis
procul abducta sunt quia acies nostra non habet usque
ad nos recursum. pluviarum aut et hiis soles
utantur non hystoria linguam indicia sunt utique
si apte austri ostiterint nubes inde magis
ingravescet cum utrique solem cinxit talis
effigies si aratori credimus tempestas surgit.

Tempus est alios quoque ignes percurrere quam
diverse figure sunt. aliquando emicat stella
aliquando ardores sunt aliquando fixi et hebetes
nonnumquam volubiles horum plura genera conspi
ciuntur. Sunt velut corona cincte introrsus
igne celi recessus est similis effosse in orbe
spelunce. sunt phisele in magnitudinem vaste
rotunditatis ignis dolio similis. quod vel fertur
in vasis loco flagrat. sunt chasmata cum
aliquod celi spatium desedit et flammam
velud dehiscens in abducta ostendit
colores quoque horum omnium plurimi sunt. Quidam
ruboris acerrimi. quedam evanide ac
levis flamme. quedam candide lucis. quedam
micantes. quedam equaliter et sine eruptionibus

aut radiis fulvi. Vide ergo stellarum longos
a tergo albescere tractus. hec velut stel
le exiliunt videntur tamen longum ignem porrige
re propter immensam celeritatem cum acies nostra non
discernat transitum earum. sed quicquid occurrere
totum ignitum credet. Tanta enim est veloci
tas motus ut partes eius non despiciantur sed
tamen summa prendantur. Intelligimus magis quid
peraret stella quam quo ierit. Itaque velut igne
continuo totum iter signat. quia visus nostri
tarditas non subsequitur momenta currentis
sed videt simul et unde exilierit et quo pervenit
quod fit in fulmine longus nobis videtur
ignis eius. quia cito spatium sursum transilit et
oculis nostris occurrit universum per quod deie
ctus est. at ille non est extenta corporis per omne
pervenit. neque tam longa et extenuata in impe
tum valent. Quomodo ergo prosiliunt. attritu a
eris ignis accursus vento preceps impellitur.
Non semper tamen vero attritu vel sit. non numquam ex
aliquibus oportunitatibus aeris nascitur. Multa enim
sunt in sublimi sicca calida terrena in unum
oritur et pabulum suum subsecutus defluit. ideoque
velociter rapitur. At quare color diversus est.
quia refert quale sit id quod incenditur. vetum
aut significat eiusmodi lapsus et quidem ab

Fulgores igitur quorum certa parte quod eripit
modo fiunt. quos greci chelas ap
pellant. Multis ut aiunt modis possunt illos
vectores ignis edere. Potest superioris celi fervor
Nam cum late fusus sit ignis inferiora ali
si sunt ydonea accendi corripit. potest stellarum
motus cursu suo excitare ignem et in subiecta
transmittere. Sed non non potest fieri. Illud potest
ut aer in ignea usque in etherea elidat ex quo
fulgor ardorve est. ut stelle similis excur
sus. Ex hiis fulgoribus quedam precipites
eunt similia prosilientibus stellis. quedam certo
loco permanent et tantum lucis emittunt ut
fugent tenebras et diem representent donec
consumpto alimento primo obscuriora sunt
deinde flamme modo que in se cadit per assiduam
diminutionem redigentur in nichilum. Ex hiis
quedam in nubibus apparent. quedam supra nu
bes cum aer spissus ignem quem propter terris
diu paverat usque in sydera expressit ho
rum aliqui non patiuntur moram sed transcurrunt
aut extinguuntur subinde quam reluxerant. Hii
fulgores dicuntur. quia brevis facies illorum
et caduca est. nec sine iniuria decidens sepe
enim fulminum noxas ediderunt. ab hiis
tecta vidimus icta quod a grecis gravi plerum

uocat. at quibus rigor maior et fortior ignis est motumque celi sequuntur aut ipsos cursus agunt cometas non putat. De quibus dictum est. Horum genera sunt pogonie lampades et ciparissie alia omnia quorum ignis in extremo sparsus est. Dubium an inter hos ponantur trabes et pithie que raro sunt uise. Multa enim conglobatione ignium se gerentes illos orbis aliquam magnitudinem amplitudinem solis exsuperat. Inter hec ponas licet et quod frequenter in historiis legimus celum ardere uisum. Cuius non numquam tam sublimis est ardor ut inter ipsa sidera uideatur. Non numquam tam humilis ut incendii prebeat. Sub tyberio cesare cohortes in auxilium hostiensis colonie cucurrerunt tamquam conflagrantis cum celi ardor fuisset per magnam partem noctis parum lucidus crassi fumidique ignis. de hiis nemo dubitat quin habeant flammam quam ostendunt. certa est substantia. de prioribus queritur. de arcu dico et coronis an decipiant aciem et mendacio constent an illis quoque uerum sit quod apparet. Nobis non placet in arcu aut coronis subesse aliquid corporis certi. Nichil enim mendacius in speculis nisi fallaciam esse nichil aliud quam alienum opus mentientibus. Non enim est in speculo quod ostenditur. alioquin non exiret nec in aliena protinus ymagine obduceretur. Nec innumerabiles modo interirent modo exciperentur forme. Quid ergo? simulacra ista sunt et inanis uerorum corporum imitatio. Queque ipsa a quibusdam ita composita ut et hec possent et detorquerentur in prauum. Nam ut dixi sunt specula que faciem prospicientium obliquent. sunt que in infinitum augeant ut humanum habitum excedant modumque.

Hoc loco uolo tibi narrare quam narrare fabellam ut intelligas quam nullum instrumentum irritande uoluptatis libido contempnat et ingeniosa sit ad irritandum furorem suum. Hostius fuit quidam obscenitatis usque in scenam producte. Hunc diuitem auarum sestertium millies seruum diuus augustus indignum uindicta iudicauit cum a seruis occisus esset et tamen non pronunciauit iure cesum uideri. Non erat tamen ab uno sexu impurus. sed tam uirorum quam feminarum auidus fuit. Fecit specula eius notre cuius modo retuli ymagines longe maiores reddentia in quibus digitus brachii mensuram et longitudinem excederet. Hec autem ita disponebat ut cum uirum ipse pateretur auersus omnes admissarii sui motus in speculo uideret. ac deinde falsa magnitudine ipsius membri tamquam uera gaudebat. In omnibus quidem balneis agebat ipse dilectum et apta mensura legebat uiros. sed mendacio insatiabile malum oblectabat. I nunc et dic speculum munditiarum causa repertum. Feda dictu sunt que portentum illud ore suo lacerandum dixerit feceritque cum illi specula ab omni parte opponerent ut ipse flagitiorum suorum spectator esset et que secreta quoque consciencia premunt et que accusatus quisque fecisse se negat. Non in os tantum sed in oculos suos ingereret. At hercule scelera conspectum suum reformidant. In perditis quoque et ad omne dedecus expositis tenerrima ille est cura pudoris. Ille autem quasi parum esset inaudita et ignota pati oculis suis ea illa aduocauit nec quantum peccabat uidere contentus specula sibi per que flagitia sua diuideret disponeretque circumdedit et quia non tam diligenter intueri poterat cum complexus erat et caput merserat alienis obhesserat operi suo per ymagines offerebat. Spectabat illam libidinem oris sui spectabat sibi admissos tota in eos. Nonnumquam inter marem et feminam distributus et toto corpore patiens expositus spectabat nefanda. Quid iam homo impurus reliquit quod in tenebris faceret? Non pertimuit diem. sed ipsos concubitus portentuosos sibi ipse ostendit sibi approbauit. Quid non putes in ipso habitu uoluisse pingi? Est aliquis etiam prostitutis modestia et illa corpora publico obiecta ludibrio aliquid quo infelix patientia lateat ostendunt. adeo quidem lupanar quoque uerecundum est. At illud monstrum obscenitatem suam spectaculum fecerat et ea sibi ostentabat quibus abscondendis nulla satis alta nox est. Simul inquit uirum et feminam patior. nec minus illa superuacua mei parte alicuius contumelia marem exerceo. Omnia membra stupris occupata sunt. Oculi quoque in partem libidinis ueniant et testes eius exactoresque sint. Etiam ea que a conspectu corporis nostri positio summouit arte uisentur. ne quis putes me nescire quid faciam. Nichil egit natura quod humane libidini ministra tam malum dedit quod aliorum animalium concubitus melius instruxit. Inueniam quemadmodum morbo meo et imponam et satis faciam. Quo nequicia mea si ad nature modum peccato? Id genus speculorum circumponam mihi quod incredibilem magnitudinem magnitudinis reddit. Si liceret mihi ad usum ista perducerem. quod non licet mendacio pascar. Obscenitas mea plus quam capit uideat et patientiam suam ipse miretur.

Facinus indignum hoc fortasse cito et antequam uideret occisus est. ad speculum suum inmolandus fuit. Deridebant ne pha

fluctus nisi impactus. Ignis inquit dimissus in aquam
sonat dum extinguitur. puta ita esse. pro me est. Non ignis
tunc sonum efficit sed spiritus per extinguentia effugi
entia. Idem tibi et fieri ignem in nube et extingui
Existimemus posse aliquando et id fieri. Nec naturalem
eam querimus et assiduam non raram et fortuitam
puta me concedere uerum esse quod dicis. Aliquando post to
nitrua emicare ignes stellis transuersis et ca
dentibus et similes. Non ab hiis tonitrua facta sunt
Clidomas ait fulgurationes ait esse et speciem ua
nam esse non ignem. Sic enim per noctem splendorem
remorum uideri. dissimile est exemplum. Illic enim
splendor intra ipsam aquam apparet. hic quod fit in
aere erumpit et exilit. Heraclitus ait fulgurationem esse uelut
Heraclitus existimat fulgur apud nos incipi
entium ignium conatum et primam flammam in
certam modo intereuntem modo resurgentem. Hanc anti
qui fulgetram dicebant. tonitrua nos pluraliter
dicimus antiqui aut tonitruum dixerunt aut tonum. hoc
apud Cecinam inuenio. facundum uirum. si habuisset
in eloquentia nomen et nisi illum Ciceronis umbra pressis
set. et non illo uerbo utebantur antiqui correpto
quo nos producta una sillaba utimur. dicimus enim
ut splendere sic fulgere. at quod illis ad significan
dam tam subitam e nubibus eruptionem lucis
mos erat uti media sillaba correpta ut diceret
Quid ipse existimare queris. Querit fulgere.
Quod hoc enim aliorum opinionibus accommo
dam manum. Dicam fulgurat. cum repentinum la
te lumen emicuit. Id euenit ubi igne exte
nuatis nubibus uel aer in ignes quibus longe
prosiliat inuenit. Non miraris puto si aerem

uel motus extenuat uel extenuatio incendit sic
liquescit excussa glans funda. et attritu aer
uelut igne distillat. Non estiuum pluuia fit ful
mina. quia plurimum calida est. facilius attritu ca
lidior ignis existit. Eodem modo fit fulgor quod tamen ful
get et fulmen quod mittitur sed illi leuior uis alimen
tique est minus. et ut hoc indicam quod sentio ful
men est fulgur intentum. ergo ubi calidi fumidi
que natura emissa terris in nubes incidit et diu in
illas sinu uolutata est nouissime erumpit. et quia
uires non habet splendor est. At ubi fulgura plus
habuerunt materie et maiore impetu arserunt non
apparent tantum sed decidunt. Fulmen reuerti a quibus
Quidam utique existiment dum subsidunt ubi a
liment... grauauerunt. et fulmen ictu langui
die delatum est aut quare fulmen sonum apparet
nec continuatur assiduus ignis quia celerius est mira
quia motus simul et nubes rumpit et aera incen
dit deinde desinit flamma quiescente motu. Non
est ei assiduus spiritus cursus ubique possit
extendi sed quotiens fortius ipsa uariatione
se accendit fugiendi impetum capit. Deinde cum e
uasit et pugna desinit ex eadem causa modo
usque ad terram profertur modo dissoluitur si priore
ui pressus est. Quare oblique fertur. quia
spiritu constat. spiritus autem obliquus est flexuosusque
et quia natura ignem sursum uocat. iniuria deorsum
premit. incipit aut obliquum esse iter eius. at neu
tri uis altera cedit. et ignis in superiora nititur et in
feriora deprimitur. quare cacumina montium feriuntur
quia opposita sunt nubibus et e celo cadentibus prima.
Intelligo quid dudum desideres transeamus eo
res. quid expectares. malo inquit fulmina non
timere quam nosse. Itaque alios doce quomodo fiant
ego mihi metum illorum excuti uolo quam naturam indi
cari. Sequor quo uocas. Omnibus enim rebus omnibusque
sermonibus aliquid salutare miscendum est. Cum imus
per occulta nature cum diuina tractamus uendican
dus est a malis suis animus. ac subinde firman
dus. quod etiam eruditis et hoc unum agentibus neces
sarium est. Non ut effugiamus ictus rerum. Un
dique enim tela in nos iaciuntur. sed ut fortiter con
stanterque patiantur. Inuicti esse possumus. in
concussi non possumus. Quamquam interim spes subit
inconcussos quoque esse. licet illa bella sint siue
naufragia. seu morsus ferarum subite ruina
rum subito lapsu procedentium pondera. Nu
quid aliud facere possunt quam ut corpus ab a
nima resoluat. hoc nulla diligentia euitat
nulla felicitas donat nulla potentia euincit
Alia uaria fortitudine disponantur. Mors
omnes eque uocat. Iratis diis propitiisque

inducendum est. animus ex ipsa desperatione su-
matur. Ignavissima animalia que natura ad fu-
gam genuit ubi exitus non patet temptant
pugnam corpore imbelli. Nullus perniciosior ho-
stis est quam quem audacem angustie facti-
unt. longeque violentius semper ex necessitate quam ex
virtute confligitur. Maiora aut certe paria co-
natur animus magnus ac perditus. Cogitemus
nos quantum ad mortem perditos esse. et sumus. Ita
est Lucili. omnes reservantur ad mortem. To-
tum hunc quem videmus populum quoscumque cogitas
esse usquam natura revocabit et condet. Nec de re
sed de die queritur. Eodem citius vel tardius ve-
niendum est. Quid ergo? Non tibi timidissimus
omnium videtur et insipientissimus qui magno
ambitu rogat moram mortis? Nonne conte-
mneres eos qui inter periturus constitutus bene-
ficium loco peteret ut ultimus cervicem preberet?
Id facimus. Magno estimamus mori tardius.
In omnes constitutum est capitale supplicium et
quidem constitutione iustissima. Nam quod maximum
solet esse solatium extrema passuris. quorum in
causa sors eadem est. Nos sequimur tradita a iudice a
ingratum et carnifice nos precedentem obsequium.
Quid interest ad mortem iussi eamus an ultro
ruamus. O te dementem et oblitum fragilitatis tue
si tunc mortem times cum tonat. Itane salus
tua in hoc vertitur? vives si fulmen effuge-
ris? Petet te gladius. petet te lapis. petet
febris. Non maximum est periculum tuum sed speciosis-
simum fulmen est. Male scilicet actum tecum
si sensum mortis tue celeritas infinita pre-
venerit. si mors tua procurabitur. si ne tunc qui-
dem cum spiras non supervacuus sed alicuius ma-
gne rei signum es. Male scilicet tecum agetur si
cum fulmine conderis. Sed pavescis ad celi fra-
gorem et ad inane nubilum trepidas et quotiens aliquid ef-
fulsit expiras. Quid ergo? Honestius iudicas de-
iectionem animi prestare quam fulmine. Eo itaque fortius
adversus celi minas surge et cum undique mun-
dus exarserit cogita te nichil habere de tanta
morte perdendum. Quid si tibi paratam credis
illam celi confusionem. illam tempestatum discordiam.
si propter te ingeste illiseque nubes strepunt. si
in tuum exitium tanta vis ignium excutitur.
At tu solacii loco numera tanti esse mortem tuam.
Sed non erit huic cogitationi locus. Ca-
sus iste donat metum. et inter cetera etiam hoc
commodum eius est quod expectationem tuam antece-
dit. Nemo unquam fulmen timuit nisi qui
effugit. Annei Lucii Senece de questionibus
naturalibus liber explicit secundus. Incipit tercius

Non preterit me Lucili virorum optime
quam magnarum rerum fundamenta
ponam. senex qui mundum circuire
constitui et causas secretaque eius eruere atque ali-
is noscenda producere. Quando tam multa consequar.
tam sparsa colligam. tam occulta perspiciam? Premit a
tergo senectus et obicit annos inter
vana studia consumptos. Tanto magis urge-
amus et damna etatis male exempte la-
bor sarciat. Nox ad diem accedat. occupa-
tiones patrimonium recidant. Longe a domino
iacentis cura solvatur. totus animus vacet et ad
contemplationem sui saltem in ipso impetu respici-
at. Faciet ac sibi instabit et quotidie bre-
vitatem temporis metietur. Quicquid amissum est
id diligenti usu presentis vite recolliget. Fidelis-
simus est ad honesta ex penitentia transitus.
Libet mihi exclamare illum poete inclyti versum.
Tollimus ingentes animos et maxima parva tempore
molimur. Hoc dicerem si puer iuvenisque molirer.
Nullum non tam magnis rebus angustum est.
Nunc vero ad rem seriam gravem immensam post
meridianas horas accessimus. Faciamus quod in
itinere solet fieri. Qui tardius exierunt velocitate
pensant moram. Festinemus et opus nescio an
superabile magnum certe sine etatis excusatione
tractemus. Crescit animus quotiens cepti magni-
tudinem ostendit. et cogitat quantum proposito nun
quantum sibi supersit. Consumpsere se quidam dum a-
cta regum externorum componunt. quidque passi invicem au-
sique sint populi. Quanto satius est sua mala extin-
guere quam aliena posteris tradere. Quanto po-
tius deorum opera celebrare quam Philippi aut
Alexandri latrocinia qui exitio gentium cla-
ri non minores fuere pestes mortalium quam in-
undatio qua planum omne perfusum est. quam con-
flagratio qua magna pars animantium exaruit.
Quemadmodum Hanibal superavit Alpes scribunt. Quem-
admodum confirmatum Hispanie cladibus bellum
Ytalie inopinatus intulerit. Fractisque rebus
etiam post Cartaginem pertinax reges pererravit
contra Romanos ducem se promittens et sibi exer-
citum. Quemadmodum non desierit senex omnibus angu-
lis bellum querere. Adeo sine patria esse pati
poterat. sine hoste non poterat. Quanto sa-
tius est quid faciendum sit quam quid factum sit querere.
ac docere eos qui sua permisere fortune nichil sta-
bile ab illa datum esse. eius autem omnia fluere an-
ra mobilius. Nescit enim quiescere. gaudet letis
tristia substituere et utraque miscere. Itaque in
secundis nemo confidat. in adversis nemo
deficiat. Alterne sunt vices rerum. Quid exultas?

ista quibus uelseris in summum nescius si ex reli-
ctura sit. Debuit tamen non sine fine. Prodigiales
ad imum delatus est. Non est resurgendi locus
in melius aduersa in deterius optata flectuntur.
Ita accipienda est eius uarietas ut primum ....
tum domum quam leuis casus impellit. Sed et
res publicas. Regna ex infimo coorta supra
imperantes constiterunt. Vetera imperia in ipso
flore ceciderunt. Inueniri non potest numerus quam multa
ab aliis fracta sint. Nam cum maxime deus alia
exaltat alia summittit. Nec molliter ponit sed ex
fastigio suo nullas habitura reliquias iactat.
Magna quia paruum sumus credimus. Multis rebus
non ex natura sua sed ex humilitate nostra magnitudo est.
Quid praecipuum in rebus humanis est? Non classibus
maria complesse nec in rubri maris
litore signa posuisse. Non deficiente terra ad
iniurias alios errasse in oceano ignota
quaerentes sed animo omnia uidisse. Et qua nulla maior est
uictoria uitia domuisse. Innumerabiles sunt qui
urbes qui populos habuerunt in potestate. Paucissimi qui
se. Quid est praecipuum? Erigere animum supra minas
et promissa fortune. Nichil dignum putare
quod speres. Quid enim dignum quod concupiscas? Qui a
diuinorum conuersatione quotiens humana recideris
non aliter caligabis quam quorum oculi in densam um-
bram ex claro sole redierunt. Quid est praecipuum? Pos-
se leto animo aduersa tollerare. Quicquid acciderit
sic ferre quasi tibi uolueris accidere. Debuisses
enim uelle si scisses omnia ex decreto dei fieri. Flere queri
ingemere desciscere est. Quid est praecipuum? Animus
contra calamitates fortis et contumax. Luxurie
non aduersus tantum sed et infestus. Nec auidus pericli
nec fugax. Prosperitatem non expectans sed utramque
intrepidus et confusus. Nec illius tumultu nec huius
fulgore percussus. Quid est praecipuum? Non ad-
mittere in animo mala consilia. Puras ad celum
manus tollere. Nullum bonum petere quod ut ad te
transeat aliquis possit amittere. Optare quod sine
aduersario optatur bonam mentem. Cetera magno
extimata mortalibus et si quis domum casus
attulit sic intueri quasi exitura qua uenerint.
Quid est praecipuum? Altos supra fortuitam spiritus
hominis attollere. Meminisse ut siue felix eris
scias hoc non futurum diu siue infelix scias hoc
te non esse si non putes. Quid est praecipuum? In
primis labris animam habere. Hec res efficit non e iure
Quiritium ut sit liber sed e iure nature liber
est qui seruitutem effugit suam. Hec est assidua
seruitus et inluctabilis et per diem ac noctem
equaliter premens sine interuallo sine commeatu
sibi seruire grauissima seruitus est. Quam discutere

facile est si desieris multa te poscere si desie-
ris tibi ferre mercedem ac tibi ipse dixeris quid
insanimus? Quid anhelo? Quid sudo? Quid terram quid
forum uerso? Nec multo opus est nec diu. Ad hoc
proderit nobis inspicere rerum naturam. Primo discede-
mus a sordidis. Deinde animum ipsum quo magno et su-
mmoque opus est seducemus a corpore. Deinde in
occultis exercitata subtilitas non erit in apertis
deterior. Nichil autem est apertius hiis salutaribus
que contra nequitiam nostram furoremque discuntur que dam-
namus nec ponimus. Aquas ergo inuestigemus.

Queramus ergo de aqua quo ratione fiant siue
ut ait Ouidius fons erat illimis ni-
tidus argenteis undis siue ut ait Virgilius
unde per ora nouem uasto cum murmure montis
it mare proruptum et pelago premit arua sonanti.
Siue ut apud te iuuenior karissime inuenio Elisius
Siculis de fontibus exilit amnis. Quo ratio-
ne aquas subministret. Quomodo tot flumina ingentia
per diem et noctem decurrant. Quare alia hibernis
aquis intumescant alia in defectu ceterorum a-
mnium crescant. Nilum interim seponimus
a turba proprie nature et singularis. Illi diem dabimus.
Nunc uulgares aquas persequimur tam frigidas
quam calentes. In quibus calentibus querendum erit utrum
calide nascantur an fiant. De ceteris quoque dis-
seremus quas insignes aut sapor aut aliqua reddit
utilitas. Quedam enim oculos quedam neruos iu-
uant. Quedam inueterata et desperata a me-
dicis uitia percurant. Quedam medentur ulceribus.
Quedam interiora fouent potu et pulmonis
ac uiscerum querelas leuant. Quedam suppri-
munt sanguinem. Tam uarius singulis usus quam
gustus est.

Aut stant omnes aque aut eunt. Aut colliguntur aut uarias habent
uenas. Alie sunt dulces alie uarie asperitatis.
Interueniunt salseque amareque aut medicatis
ex quibus sulphurates dicimus ferratas aluminosas.
Indicat uim sapor. Habent preterea multa
discrimina primum tactus frigide calideque sunt.
Deinde ponderis leues et graues sunt. Deinde
coloris pure sunt turbide ceruleae liuide.
Deinde salubres sunt et utiles sunt mortifere sunt
que cogantur in lapidem. Quedam tenues
quedam pingues sunt. Quedam alunt quedam
sine ulla bibentis ope transeunt. Quedam
hauste fecunditatem afferunt.

Ut stet aqua aut fluat facit loci positio. Ex
deuexo fluit in plano continetur et stagnat. Et
aliquando in aduersum spiritu impellitur. Tunc cogitur
non fluit. Colligitur ex imbribus ex suo fonte
natiua est. Nichil tamen prohibet eodem loco aqua

colligi et nasci. Quid in Syriano videmus in quo montis circumiecti flumen detinetur, sic et magne latentesque in ipso unde fit. Itaque et tunc hyberni unde defluere torrentes statum suum servat, quo ad continuandos fluminum cursus.

Plurimum ergo querimus unde fluminum cursus perpetui sufficiat. Unde tam aquarum crevit incrementum per accessionem fluminum maria non sentiant. Et quam mirandum est quod detrimenta exeuntium terra non sentit. Quid est quod illam sic impleuit ut prebere tamen ex reddito possit ac subinde sic suppleat. Quamcumque rationem reddiderimus de flumine, eadem erit rivorum ac fontium iudicat terram quasi aquarum cursus.

Quidam existimant terram quicquid aque receperit et ob hoc maria non crescere, quia quod influxerit non in suum vertit, sed protinus reddat. Occulto enim itinere subit terras et palam venit, secretoque revertitur colaturque in transitu mare, quod per multiplices anfractus terrarum verberatum amaritudinem ponit et pravitatem saporis in tanta soli varietate exuit et in sinceram aquam transit.

Quidam existimant quicquid ex imbribus terra concepit in flumina rursus emitti, et hoc argumenti loco ponunt, quod paucissima sunt in hiis locis in quibus rarus est ymber. Ideo siccas esse aiunt Ethiopes solitudines paucosque inveniri in interiori Affrica fontes, quia fervida celi natura sit et pene semper estiva. Squalide itaque sine arbore, sine cultore arene iacent raris ymbribus sparse quos statim combibunt. At contra constat Germaniam Galliamque et proxime ab hiis Ytaliam habundare rivis et fluminibus, quia celo humido utuntur et ne estas quidem ymbribus caret.

Adversus hec multa dici possunt. Primum ergo tibi vinearum diligens fossor affirmo nullam pluviam esse tam magnam que terram ultra decem pedes in altitudinem madefaciat. Omnis humor intra primam crustam consumitur nec in inferiora descendit. Quomodo ergo potest ymber suggerere amnibus vires, qui summam humum tangit? Pars maior eius per fluminum alveos in mare effertur. Exiguum est quod sorbet terra, nec id servat. Aut enim arida est et absumit in se quicquid effusum est, aut satiata super desiderium cecidit excludit. Et ideo primis ymbribus non augentur amnes, quia totos in se sitiens terra trahit. Quid quod quedam flumina erumpunt saxis et montibus? Hiis quid conferent pluvie que per nudas rupes deferuntur nec habent cui insidant? Adice quod siccissimis locis putei altitudinem per CC aut CCC pedum spatium ingressi aquarum uberes venas inveniunt in ea altitudine in quam aqua non penetrat, ut scias non celestem esse nec collectum humorem, sed quod dici solet vivam aquam. Illo quoque argumento refellitur quod quidam fontes in summo montis cacumine redundant. Apparet ergo illos sursum agi aut ibi concipi, cum omnis aqua pluvialis decurrat.

Quidam existimant quemadmodum in exteriore parte terrarum vaste paludes iacent, magnique navigabiles latius, quemadmodum ingenti spatio maria porrecta sunt infusa vallibus, sic interiora terrarum habundare aquis dulcibus nec minus illas stagnare quam apud nos Oceanum et sinus eius, immo eo latius quod plus in altum patet. Ergo ex illa profunda copia isti amnes egeruntur. Quos quid miraris si terra detractos non sentit, cum adiectos maria non sentiant?

Quibusdam hec placet causa. Aiunt habere terram intra se recessus et multum spiritus, qui necessario frigescit umbra gravi pressus. Deinde piger et immotus in aquam cum desiit convertitur. Quemadmodum supra nos mutatio aeris ymbrem facit, ita infra terras flumen agit. Supra nos stare non potest segnis diu et gravis aer; aliquando enim sol tenuat, aliquando venti expandunt. Itaque intervalla magna ymbribus sunt. Sub terra vero quicquid est quod illud in aquam convertat idem semper est, umbra perpetua, frigus eternum, inexercitata densitas. Semper ergo prebebit fonti aut flumini causas. Placet nobis terram esse mutabilem. Hec quoque quicquid efflavit, quia non libero aere concipitur, crassescit et protinus in humorem convertitur.

Habes primam aquarum sub terra nascentium causam. Adicias etiam licet quod fiunt omnia ex omnibus, ex aqua aer, ex aere aqua, ignis ex aere, ex igne aer. Quare ergo non terra fiat ex aqua, que in alia mutabilitate est et in aquam? Immo maxime. Utraque enim cognata res est, utraque depressa, utraque gravis et in ymum mundi compulsa. Ex aqua terra fit, cur non aqua fiat e terra? At magna flumina sunt. Cum videris quanta sint, rursus cogita unde prodeant, aspice. Rursus cogita sint. Miraris cum labantur assidue, quedam vero concitata rapiantur. Quid si miraris quod venti totum aerem impellant non deficiat spiritus, sed per dies noctesque equaliter flat? Nec ut flumina certo alveo fertur, sed per vastum celi spatium impetu vadit. Quid si ullam undam superesse miraris que superveniat tot fluctibus frangenti? Nichil deficit quod in se redit. Omnium elementorum alternus recursus est. Quicquid alteri perit in alterum transit, et natura partes suas velud in ponderibus

constitutus examinat. Ne portionum turbata
equalitate mundus preponderet. Omnia in omnibus sunt.
Non tantum aer in ignem transit sed numquam sine igne
est. detrahe illi calorem rigescet stabit durabitur.
transiet aer in humorem sed nihilominus non sine humo
re. et aerem et aquam facit terra sed non magis umquam
sine aqua est quam sine aere. Et ideo facilior invicem
transitus est quia illis in que transeundum est iam
mixta est. Habet ergo terra humorem hunc exprimit.
Habet aerem hunc umbra hiberni frigoris densat
ut faciat humorem. Ipsa quoque mutabilis est in hu
morem suo natura utitur. [amnes?] ut cause
Quid ergo inquit si perpetue quibus flumina
oriuntur quare aliquando siccantur aliquando quibus
non fuere locis exeunt. Sepe motu terrarum
itinera turbantur et ruina interscindit cursum
aquis que retente novos exitus querunt
et ipsius quassatione terre aliunde alio transferuntur.
Apud nos evenire solet ut amisso canali
suo flumina primum refundantur. deinde quia perdide
runt viam faciant. Hoc accidisse ait Theofrastus
in Corico monte in quo post terrarum tremorem no
va vis fontium emersit. Sic et alias quoque causas
intervenire opinatur que aut evocent aquas aut
cursu suo deiciant atque avertant. Fuit aliquando
aquarum inops Hemus sed cum Gallorum gens a
Cassandro obsessa in illum se contulisset et silvas
cecidisset ingens aquarum copia apparuit quas
videlicet in alimentum suum nemora ducebant. Quibus
eversis humor qui desiit in alimenta consumi
superfusus est. Idem ait et circa Magnesiam accidis
se. Sed pace Theofrasti dixisse liceat. Non est
hoc simile veri quia fere aquosissima sunt quecumque
umbrosissima. quod non eveniret si aquas
arbusta siccarent quibus alimentum ex proximo est.
Fluminum vero vis ex intimo manat ultraque
excipitur quam radicibus evagari licet. Deinde
succise arbores plus humoris desiderant. Non
tantum id quo vivant sed et id quo crescant. Idem quoque ait
circa Arcadiam que urbs in Creta insula est
fontes et lacus substitisse quia desierit coli
terra diruta urbe. postea vero quam cultores re
perit aquas quoque recepisse. Causam siccitatis hanc
ponit quod obduruit constricta tellus nec
potuit imbres inagitata transmittere. Quomodo
ergo plurimos videmus in locis desertissimis
fontes. Plura denique invenimus que propter aquas
coli ceperunt quam que aquas habere ceperunt quia
colebantur. Non enim esse pluvialem hanc aquam que
vastissima flumina a fonte statim magna
navigiis capacia defert. Ex hoc intelligas
licet quod per hiemem estatemque par est a capite

deiectus pluviarum potest facere torrentem non potest
equali inter ripas suas tenore labentem
aquam non faciunt ymbres sed incitant.
Paulo repetamus hoc altius videbis et scie
res te non habere quod queras cum ad ve
ram omnium originem accesseris. Flumen nempe
facit copia continuus aque perhennis. Ergo
queris a me quomodo aqua fiat. Interrogabo invicem
quomodo aer fiat aut terra. Sed si rerum elementa sunt
quattuor non potes interrogare unde aqua sit. quarta enim
pars nature est. Quid ergo miraris si rerum nature tam ma
gna portio potest ex se semper aliquid effundere.
Quomodo aer et ipse quarta pars mundi ventos et
auras movet sic aqua rivos et flumina. Si ven
tus est fluens aer et flumen est fluens aqua.
Satis et multum illi virium dedi cum dixi elementum est.
Intelligis quod ab illo proficiscitur non posse deficere.
Aqua ait Tales valentissimum elementum est.
Hoc fuisse primum putat ex hoc surrexisse
omnia. Sed et nos quoque aut in eadem sententia aut in
ultima sumus. Dicimus enim ignem esse qui occupet
mundum et omnia in se vertat. hunc evidem
languentem considere [al. desistere] et nichil relinqui aliud in rerum natura
igne restincto quam humorem. In hoc futuri mundi
spem latere. Ita ignis exitus mundi est humor
primordium. Miraris ex hoc posse exire
semper et qui pro omnibus fuit et ex quo sunt omnia.
Hic humor in deductione rerum ad aquas [al. ...] redu
ctus est sic positus ut fluminibus edendis
sufficiat ut rivis ut fontibus posset. Que
sequitur Taletis inepta sententia est. Ait enim terrarum
orbem aqua sustineri et vehi more navi
gii mobilitateque eius fluctuare tunc cum di
citur tremere. Non est ergo mirum si habundat humor flu
mina fundenda cum mundus in humore sit to
tus. Hanc veterem et rudem sententiam explode. Nec
est quod credas in hunc orbem aquam subire per
rimas et facere sentinam. / fecerunt. deinde ex si
Egiptii iiii^or elementa / gulis bina maria [marg.: mas et femina]
faciunt. Aerem marem iudicant qua ventus est.
feminam qua nebulosus et iners. Aquam viri
lem vocant mare. muliebrem omnem aliam. I
gnem vocant masculum quo ardet flamma
et feminam qua lucet innoxius tactu. Terram
fortiorem marem vocant saxa cautesque.
femine nomen assignant huic tractabili et
culte. Mare unum est ab initio ita constitutum
habet suas venas quibus impletur et estuat.
Quomodo maris sic et huius aque mitioris
vasta maris in occulto via est quam nullius
fluminis cursus exhauriet. abdita est ratio
eius et tantum ex illa quantum superfluum est emit

tur. Quedam ex istis sunt quibus assentire possimus. Sed hoc amplius censeo. Placet naturam regi terram et quidem ad nostrorum corporum exemplar, in quibus et vene sunt et arterie. Ille sanguinis, he spiritus receptacula. In natura quoque sunt alia itinera per que aqua, alia per que spiritus currit, adeoque ad similitudinem illa humanorum corporum natura formavit ut maiores quoque nostri aquarum appellaverint venas. Sed quemadmodum in nobis non tantum sanguis est sed multa genera humoris, alia necessaria, alia corrupta aut paulo pinguioris in capite cerebrum, in ossibus medulle, musculi saliueque et lacrime et quiddam additum articulis per quod citius flectantur ex lubrico. Sic in terra quoque sunt humoris genera complura. Quedam que mature durentur. Hinc est omnis metallorum humus, ex quibus aurum argentumque petit avaritia, et que in lapidem ex liquore vertuntur. In quibusdam vero locis terra humorque liquescunt sicut bitumen et huic similia. Hec est causa aquarum secundum legem nature voluntatemque nascentium. Ceterum ut in nostris corporibus ita in illa sepe humores vicia concipiunt: aut ictus aut quassatio aliqua aut loci senium aut frigus aut estus corrupere naturam et sulphuratio contraxit humorem qui modo diuturnus est modo brevis. Ergo ut in corporibus nostris sanguine percussa vena est tamdiu manat donec omnis effluxit aut donec vene scissura subsedit atque inclusit aut aliqua alia causa retro dedit sanguinem. Ita in terra solutis ac patefactis venis rivus aut flumen effunditur. Interest quanta aperta sit vena quo consumpta aqua deficiat. Modo exsiccatur aliquo impedimento, modo coit velut in cicatricem comprimitque quam fecerat viam, modo illa vis terre quam esse mutabilem diximus desinit posse alimenta in humorem convertere. Aliquando autem exhausta replentur, modo per se viribus recollectis, modo aliunde translatis. Sepe enim inania apposita plenis humorem in se advocaverunt. Sepe terra si facilis est in tabem ipsa resolvitur et humescit. Idem evenit sub terra quod in nubibus, ut spissetur gravior quam ut manere in natura possit, et gignat humorem. Sepe colligitur roris modo tenuis et dispersus liquor qui ex multis in unum locis confluit. Sudorem aque leges vocant, quia gutte quedam in pressura loci eliduntur vel estu evocantur. Hec tenuis unda vix fonti sufficit. At ex magnis causis magnisque conceptibus excidunt amnes, unde nonnumquam leniter emissi si aqua pondere suo se tantum detulit, nonnumquam vehementer et cum sono suo si illam spiritus intermixtus eiecit. Sed quare quidam fontes senis horis pleni semique sicci sunt? Supervacuum est nominare singula flumina que certis mensibus magna, certis angusta sunt, et occasionem singulis querere cum possim eandem causam singulis reddere. Quemadmodum quartana ad horam venit, quemadmodum ad tempus podagra respondet, quemadmodum purgatio si nichil obstitit statutum diem servat, quemadmodum presto est ad mensem suum partus, sic aque intervalla habent quibus se retrahunt et quibus redeant. Quedam autem intervalla ex minora sunt et ideo notabilia, quedam maiora nec minus certa. Et quid hoc mirum est cum videas ordinem rerum et naturam per constituta procedere? Hiemps numquam aberravit, estas suo tempore incaluit, autumni verisque ut solet facta mutatio est, tam solsticium quam equinoctium suos dies retulit. Sunt et sub terra minus nota nobis iura nature sed non minus certa. Crede infra quicquid vides esse. Sunt et illic specus vasti, sunt ingentes recessus ac spacia suspensis hinc et inde montibus laxa, sunt abrupta in infinitum hyatus qui sepe illapsas urbes receperunt et ingentem ruinam in alto condiderunt. Hec spiritu plena sunt; nichil enim usquam inane est; et stagna obsessa tenebris et locis amplis. Animalia quoque illic nascuntur, sed tarda et informia ut in aere ceco pinguique concepta et aquis torpentibus sita. Pleraque ex his ceca ut talpe et subterranei mures quibus deest lumen quod supervacuum est. Inde ut Theophrastus affirmat pisces quibusdam locis eruuntur.

Multa hoc loco tibi in mentem occurrunt, venerunt quam urbane in re incredibili fabulam dicas. Non cum retibus aliquis aut cum hamis sed cum dolabra ire piscatum. Expecto ut aliquis in mari venetur. Quid est autem quare non pisces in terram transeant si nos maria transimus, permutabimus sedes. Hoc miraris accidere? Quanto incredibiliora sunt opera luxurie quotiens naturam aut mentitur aut vincit. In cubili natant pisces et sub ipsa mensa capitur qui statim transferatur in mensam. Parum videtur recens mullus nisi qui in convivio manu moriatur. Vitreis ollis inclusi afferuntur et observatur morientium color quem in multas mutationes mors luctante spiritu vertit. Alios necant in garo et condiunt vivos. Hii sunt qui fabulas putant piscem vivere posse sub terra et effodi non capi. Quam incredibile illis videretur si audirent natare in garo piscem nec cene causa occisum esse super cenam cum mullus in deliciis

et oculos antequam gulam pavit. Permitte
mihi questione seposita castigare luxuriam. Ni-
chil est inquis mullo expirante formosius. Ipsa
colluctatione anime afficientis rubor primum deinde
pallor suffunditur. Quam eque variantur et in certas
facies inter vitam et mortem coloris est vaga-
tio. Longa somniculose inertie quam luxurie quam sero
expergiscimur et circumscribi se et fraudari tanto
bono sensit. Hoc adhuc tam pulcro spectaculo
piscatores fruebantur. Quam exanime ipso fer-
culo coquitur. Mirabamur tamen in illis esse fastidi-
um ut nollent attingere nisi eodem die captum
piscem qui ut aiunt sapere ipsum mare. Ideo cursu
admovebatur. Ideo gerulis cum anhelitu et cla-
more properantibus dabatur via. Quo pervenere deli-
cie? Iam putrido iam piscis affertur. Quoniam non
hodie eductus hodie passus est. Nescio de
re magna tibi credere. Ipse oportet me credas.
huc afferatur. coram me animam agat. Quod hoc
fastum pervenerunt ventres delicatorum ut gu-
stare non possint piscem nisi quem in ipso convivio
natantem palpitantemque viderint. Tantum ad sollerti-
am luxurie periture hominis accedit tantoque subtilius quoti-
die et elegantius aliquid excogitat furor usitata
contempnens. Illa audiebamus. Nichil est melius
saxatili mullo. At nunc audimus. Nichil est mo-
riente formosius. Da mihi in manus vas vitreum
in quo exultet in quo trepidet. Ubi multum diu-
que laudatus est ex illo perlucido vivario extrahitur.
Tunc ut quisque peritior est monstrat. Vide
quomodo exarserit rubor omni acrior minio. Vi-
de quas per latera venas agat. Ecce sangui-
neum putes ventrem. Quam lucidum quiddam ceruleum
umque sub ipso tempore effulsit. Iam porrigitur et
pallet et in unum colorem componitur. Ex hiis nemo
morienti amico assidet. Nemo videre mortem
patris sui sustinet quam optavit. Quotus
quisque funus domesticum ad rogum prosequitur.
Fratrum propinquorum extrema hora deseritur.
ad mortem mulli concurritur. Nichil est enim illa
formosius. Non tempero mihi quin utar interdum
temeritate verbis et proprietatis modum excedam.
Non sunt ad poma dentibus et ventre tore con-
tenti oculis quoque gulosi sunt. Sed ut ad
propositum revertar. Accipe argumentum magnam vim
aquarum in subterraneis occultis fertilem fedo-
rum piscium. Si quando erupit affert secum inme-
sam animalium turbam. horridam aspectu et turpem
ac noxiam gustu. Certe cum in Caria circa
Idimum urbem talis exilisset unda perierunt
quicumque illos ederant pisces. quos ignoto an-
te diem celo novus amnis ostendit. Nec id
mirum. Erant enim pinguia et differta ut ex lon-
go otio corpora. Ceterum exercitata et in tenebris
saginata et lucis expertia. Ex quo salubritas de-
negari aut posse pisces in illo terrarum profundo
sic iudicium, quod anguille latebrosis locis
nascuntur. Gravis et ipse cibus ob ignaviam
utique si altitudo illas luti penitus abscondit.
Habet ergo non tantum venas aquarum terra ex quibus
corrivatis flumina effici possint sed amnes ma-
gnitudinis vaste quorum aliis semper in occulto
cursus est donec aliquis sinu terre devoretur. Alii
sub aliquo lacu emergunt. Iam quis ignorat
esse quedam stagna sine fundo. Quorsum
hoc pertinet? ut appareat hanc aquam magnis
amnibus eternam esse materiam cuius non tanguntur
extrema sicut fluminum fontium. Quod autem quare
aquis sapor varius propter quatuor causas. Ex solo
prima est per quod fertur. 2a ex eadem simili-
tudine eius nascitur. 3a ex spiritu qui in aquam
transfiguratus est. 4a ex vicio quod sepe concipi-
unt corrupte per iniuriam. Hee cause saporem
dant aquis varium. hee medicam potentiam.
hee gravem spiritum odoremque pestiferum. hee levi-
tatem gravitatemque aut calorem aut nimium ri-
gorem. Interest utrum loca sulphure an nitro
an bitumine plena transeant. Hac ratione corru-
pte cum vite periculo bibuntur. Illinc illud de quo
Ovidius. Flumen habent Cicones quod potum sa-
xea reddit viscera quod tactis inducit mar-
mora rebus. Medicatum est et eius nature habet
limum ut corpora agglutinet et induret. Quemadmodum
puteolanus pulvis si aquam attigit saxum
est. Sic econtrario hec aqua si solidum tetigit
heret et affigitur. Inde est quod res abiecte in eun-
dem locum lapidee subinde extrahuntur. Quod in
Ytalia quibusdam locis evenit. sive virgam
sive frondem demerseris lapidem post paucos
dies extrahis. circumfunditur enim corpori limus
alliniturque paulatim. Hoc minus mirabile tibi videbitur.
si notaveris Albulas et fere sulphuratam
circa canales suos ambosque durari. Aliquam
habent causam illi lacus quos quisquis faucibus hausit
ut idem poeta ait. Aut furit aut patitur
mirum gravitate soporem. Similem habent vim
mero sed vehementiorem. Nam quemadmodum ebrie-
tas donec exsiccetur dementia est et nimia
gravitate defertur in somnum. sic hec aqua
sulphurea vis habet quoddam acrius ex aere
noxio virus. Mentem aut furore movet
aut sopore opprimit. Hoc habet Lyncestius amnis.
quem quicumque parum moderato gutture traxit
haud aliter titubat quam si mera vina bibisset.

In quosdam specus qui despexere moriuntur tam uelox malum est ut transuolantes aues deiciat. Talis est aer talis est locus ex quo letalis aqua destillat. Quod si remissior fuerit aeris et loci pestis ipsa quoque temperatior noxia nichil amplius quam temptet neruos uelut ebrietate torpentes. Nec miror si locus atque aer aquas inficit similesque regionibus reddit per quas et ex quibus ueniunt. Pabuli sapor apparet in lacte, et uini uirtus existit et in aceto. Nulla res est que non eius a quo nascitur notas reddat. Aliud etiam aquarum genus quod nobis placet cepisse cum mundo siue ille eternus est hec quoque fuit semper, siue initium aliquod est illi hec quoque cum mundo disposita est. Quid sit hoc queris? Occeanus et quodcumque ex illo mari terras interfluit. Iudicant quidam flumina quoque quorum inenarrabilis natura est cum ipso mundo traxisse principia ut histrum ut Nilum uastos amnes magisque insignes quam ut dici possit eandem illis originem quam ceteris esse. Hec est ergo aquarum diuisio ut quibusdam uidetur. Post illam ex superioribus celestes aquas nubila excutiunt. Ex terrenis alie sunt ut ita dicam supernatantes que in summa humo repunt. Alie abdite quarum reddita est ratio. Quare quedam aque caleant, quedam etiam ferueant in tantum ut non possint esse usui nisi aut in aperto euanuerint aut mixture frigide intepuerint plures esse reddunt causas. Empedocles existimat ignibus quos multis locis terra opertos tegit aquam calescere, si subiecti sunt solo per quod aquis transcursus est. Facere solemus dracones et miliaria et complures formas in quibus ere fistulas struimus per decliue circumdatas ut sepe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatium quantum efficiendo calori sat est. Frigida itaque intrat effluit calida. Idem sub terra Empedocles existimat fieri quem non falli credebat. In quibus balnearia sine igne calefiunt. Spiritus in illa feruens loco estuanti infunditur. Hic per riuos lapsus non aliter quam igne subdito parietes et uasa balnei calefacit. Omnis denique frigida transitu mutatur in calidam. Nec trahit saporem e uaporatio quia clausa perlabitur. Quidam existimant per loca sulphure plena uel nitro euntes aquas calorem beneficio materie per quam fluunt trahere, quod ipso odore gustuque testantur; reddunt enim qualitatem eius qua caluerint materie, quod ne accidere mireris infunde calci aquam infunde, feruebit. Quedam aque mortifere sunt nec odore notabiles nec sapore. Circa Nonacrim in Archadia Stix appellata ab incolis aduenas fallit quia non facie non odore suspecta est, qualia sunt magnorum artificum uenena que deprehendi nisi morte non possunt. Hec autem de qua paulo ante retuli aqua summa celeritate corrumpit nec remedio locus est quia protinus hausta durat. Nec aliter quam gypsum sub humore constringitur et alligat uiscera. Est autem noxia aqua in Thessalia circa Tempe quam et fera et pecus omne deuitat. Per ferrum et es exit tanta uis illi inest et dura molliendi; nec arbusta quidem ulla alit et herbas necat. Quibusdam fluminibus uis inest mira. Alia enim sunt que pota inficiunt greges ouium intraque certum tempus que fuere nigre albam ferunt lanam; que albe uenerant nigre abeunt. Hoc in Boetia amnes duo efficiunt, quorum alteri ab effectu Melas nomen est; uterque ex eodem lacu exeunt diuersa facturi.

In Macedonia quoque ut ait Theophrastus est flumen ad quod facturi albas oues uolunt adducunt; quod diutius potauerint non aliter quam infecte mutantur. At si illis lana opus fuit nigra paratus gratuitus infector est; ad Peneion eundem gregem appellant. Auctores nouos habeo esse in Gallatia flumen quod idem in omnibus efficiat. Esse in Capadocia quo poto equis nec ulli preterea animali color mutetur et spargatur alba cutis. Quosdam lacus esse qui nandi imperitos ferant notum erat. In Sicilia est et adhuc in Syria stagnum in quo natant lateres et mergi proiecta non possunt licet grauia sint. Huius rei palam causa est. Quamcumque uis rem expende et contra aquam statue dummodo utriusque par sit modus; si aqua grauior est leuiorem rem quam ipsa est feret et tanto supra se extollet quanto est leuior. Grauiora descendunt. At si aque et eius rei quam contra pensabis par pondus erit, nec pessum ibit nec extabit sed equabitur aque et natabit quidem sed pene mersa ac nulla eminens parte. Hoc est cur quedam tigna supra aquam pene tota efferantur, quedam ad medium submissa sint, quedam ad equilibrium aque descendant. Namque cum utriusque pondus par est neutra alteri cedit. Grauiora descendunt leuiora gestantur. Graue autem et leue est non estimatione nostra sed comparatione eius quo uehi debet. Itaque ubi aqua grauior est hominis corpore aut saxi, non sinit id quod innititur mergi. Sic euenit ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem

pessimum gerant. De solidis et duris loquor. Sunt enim et multi pumicosi et leves, ex quibus que constant insule in lidia natant. Theophrastus est auctor. Ipse ad cutillas natantem insulam vidi. In alia in vadosis lacu vehitur. lacus in statione nisi est. Cutillarum insula et arbores habet et herbas nutrit. tamen aqua sustinetur et in hanc atque illam partem non tantum vento impellitur sed et aura. Nec umquam illi per diem ac noctem uno loco statio est. adeo movetur levi flatu. Huic duplex causa est. aque gravitas medicate et ob hoc ponderose et ipsius insule vectabilis que non est corporis solidi quamvis arbores alat. Fortasse enim leves truncos frondes in lacus sparsas pinguis humor apprehendit ac vinxit. Itaque et si qua in illa saxa sunt invenies exesa et fistulosa qualia sunt que duratus humor efficiat. Itaque circa medicatorum fontium rivos ubi enim purgamenta aquarum coaluerunt spuma solidatur. Necesse est quod leve est quod ex ventoso inanique concretum est. Quorundam causa non potest reddi. Quare aqua nilotica fecundiores feminas faciat. adeo ut quarundam viscera longa sterilitate preclusa ad conceptum relaxaverit. Quare quedam in licia aque conceptum feminarum custodiant quas solet petere quibus parum tenax vulva est. Quod ad me attinet pono ista inter temere vulgata. Creditum est quasdam aquas scabiem afferre corporibus quasdam vitiliginem et fedam ex albo varietatem sive infusa sive pota sit. quod vitium dicunt habere aquam ex rore collectam. Quis non gravissimas esse aquas credat que in cristallum coeunt. Contra autem est. Tenuissimis enim hoc evenit quas frigus ob ipsam tenuitatem facillime gelat. Unde autem fiat eiusmodi lapis apud grecos ex ipso nomine apparet. Cristallum enim appellant eque hunc perlucidum lapidem quam illam glaciem ex qua fieri lapis creditur. aqua enim celestis minimum in se terrenum habens cum induruit. longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis. donec omni aere excluso in se tota compressa est. et humor qui fuerat lapis effectus est. Estate quedam flumina augentur. ut nilus cuius alias ratio reddetur. Theophrastus est auctor in ponto quoque quosdam amnes crescere tempore estivo. Quatuor esse iudicant causas. aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra sit. aut quia maiores in remoto imbres sunt. quorum aqua per secretos cuniculos reddita tacite suffunditur. Tertia si crebrioribus ventis hostium ceditur et reverberatus fluctu amnis restitit. qui crescere videtur quia non effunditur. Quarta siderum ratio est. hec enim quibusdam mensibus magis urget et exhaurit flumina. cum longius recesserunt minus consumunt atque trahunt. Itaque quod impendio solebat id incremento accidit. Quedam flumina palam in aliquem specum decidunt et sic ex oculis auferuntur. Quedam consumuntur paulatim et intercidunt. eadem ex intervallo revertuntur recipiuntque et nomen et cursum. Causa manifesta est. sub terra vagatur locus. omnis autem natura humor ad inferius et ad inane defertur. Illo itaque recepta flumina cursus egere secreto. Sed cum primum aliquid solidi quod obstaret occurrit. perrupta parte que minus ad exitum repugnabat repetiere cursum suum. Sic ubi terreno lacus est potatus lycus. Existit procul hinc alio renascitur ore. Sic modo combibitur tacito modo gurgite lapsus. Redditur argolicis ingens erasinus in undis. Idem et in oriente tigris facit. absorbetur et desideratus diu tandem longe remoto loco. Purgamenta eiectat ut arethusa in sicilia quinta quaque estate per olimpia. Inde opinio alpheon ex achaia eo usque penetrare et agere sub mare cursum. nec antequam in siracusano littore emergere. Ideoque hiis diebus olimpia sunt victimarum stercus secundo traditum flumini illic redundare. Hoc et a te creditum est ut in prima parte huius et a virgilio qui alloquitur arethusam. Sic tibi cum fluctus subterlabere sicanos. Doris amara suam non intermisceat undas. Est in cherso nesso rhodiorum fons qui post magnum intervallum temporis fedam quedam turbidus ex intimo fundat donec liberatus eliquatusque est. Hoc quibusdam locis fontes faciunt. ut non tantum lutum sed folia testasque et quicquid putre iacuit expellat. Ubique autem facit mare cui hec natura est. ut omne immundum stercorosumque litoribus impingat. Quedam vero partes maris que certis temporibus faciunt. ut circa messenem et milas fimo quiddam simile turbulentum mare profert. fervetque et exestuat non sine colore fedo. unde illic stabulare solis boves fabula est. Sed difficilis ratio est quorundam. utique ubi tempus eius rei de qua queritur inobservatum sed incertum est. Itaque proxima quidem inveniri et vicina non potest causa. Ceterum publica est illa. omnis aqua stantium clausarumque natura se purgat. Nam hiis quibus cursus est non possunt unda consistere que secum vis ipsa defert et exportat. Ille que non emittunt quicquid insedit.

magis minus ue estuat. Mare uero cadauera stramentaque et naufragiorum reliquias similia ex intimo trahit. Ne enim tempestate fluctuque sed tranquillum quoque placidumque purgat.

¶ Sed mouet me locus ut querat cum fatalis dies diluuii uenerit quemadmodum magna pars terrarum undis obruatur. utrum oceani uiribus fiat et exterius in nos pellagus exurgat an crebri sine intermissione ymbres et elisa estate yemps pertinax immensam uim aquarum ruptis nubibus diruat. An flumina tellus largius fundat aperiatque fontes nouos. an non sit unus tanto malo causa sed omnis ratio consentiat et simul ymbres cadant flumina increscant maria sedibus suis excita procurrant et omnia nouo agmine ad exitium humani generis incubant. Ita est. Nichil difficile nature est. utique ubi in finem sui properat ad originem rerum parce utitur uiribus. dispensatque se incrementis fallentibus subito ad ruinam toto impetu uenit. Quam longo tempore opus est ut conceptus ad puerperium perducatur infans. Quantis laboribus tener educatur. quam diligenti nutrimento obnoxium nouissime corpus adolescat ad quam nullo negocio soluitur. urbes constituit etas hora dissoluit. Ut momento fit cinis diu silua. Magna tutela stant ac uigent omnia cito ac repente dissiliunt. Quicquid ex hoc statu rerum natura flexerit in exitium mortalium satis est. Ergo cum affuerit illa necessitas temporis multa simul fata causas mouent. Nec sine concussione mundane mutatio est. ut quidam putant inter quos Fabianus est. Primo immodici cadunt ymbres et sine illis solibus triste nubilo celum est nebulaque continua et ex humido spissa caligo. Nunquam ex siccitatibus uentis. Inde uitium satis est. Segetum sine fruge surgentium marcor. Tunc corruptis que seruntur manu palustris omnibus herba succrescit. Mox iniuriam et ualidiora senserunt. Solutis quippe radicibus arbusta procidunt et uitis atque omne uirgultum non tenetur solo quod molle fluidumque est. Iam nec gramina nec pabula leta aquis sustinet. fame laboratur et manus ad antiqua alimenta porrigitur. Cuna plex est et quercus excutitur et quecumque in hiis arduis arbor commissura astricta lapidum stetit. Labat ac madent tecta et in imum usque receptis aquis fundamenta desidunt ac tota humus stagnauit. Frustra titubantium fulcira temptatur. Omne enim fundamentum in lubrico figitur et lutosa humo nichil stabile est. Post quam magis magisque ymbres ingruunt et congesta seculis tabuerunt niues. deuolutus torrens altissimis montibus rapit siluas male herentes et saxa reuolutis remissa compagibus rotat. abluit uillas et intermixtos dominum greges deuehit minoribusque erat. Urbes et implicatas trahit membris suis populos an naufragium querant incertos. Adeo simul et quod opprimeret et quod mergeret uenit. Auctus deinde processu aliquo in se torrentibus raptis plana passim populatur. Nouissime in materia magna gentium clarus honustusque diffundit. Flumina uero suapte natura uasta et tempestatibus rapta alueos reliquerunt. Quid tu esse Rodanum quod putas atque Danubium quibus torrens etiam intra ripas cursus est. cum supprimerunt nouas sibi fecere ripas ac scissa humo simul excessere alueo. Quanta cum precipitatione uoluuntur ubi per campestria fluens Renus ne spatio quidem languidus. sed latissima per angustum aquas implet. Cum Danubius non iam radices nec media montium stringit sed iuga ipsa sollicitat ferens secum madefacta montium latera rupesque disiectas et magna promuntoria regionum que fundamentis laborantibus a continente recesserunt. Deinde non inueniens exitum omnia enim ipse sibi preclusérat in orbem redit ingentemque terrarum ambitum atque urbium uno uertice inuoluit.

Interim permanent ymbres. fit celum grauius ac sic diu malum ex malo colligit. quod olim fuerat nubilum nox est et horrida ac terribilis intercursu luminis diri. Crebra enim micant fulmina procelleque quatiunt mare. Tunc uero auctum fluminum accessu et sibi angustum iam enim promouet litus non continetur suis finibus. sed prohibent exire torrentes aguntque fluctum retro. pars tamen maior ut maligno hostio retenta restagnat et agros in formam unius laci redigit. Iam omnia que prospici possunt aquis obsidentur. omnis tumulus in profundo latet et immensa ubique altitudo est. tantum in summis montium iugis uada sunt.

In ea excelsissima cum liberis coniugibusque fugerunt. actis ante se gregibus. direptum inter miseros commercium ac transitus quoniam quicquid submissius erat. id unda compleuit. Editissimis quibusque adherebant reliquie generis humani. quibus in extrema perductis hoc unum solatio fuit quod transierat in stuporem metus. Non uacabat timere miseris. Ne dolor quidem habebat locum. quippe uim suam perdit in eo qui ultra sensum mali miser est. Ergo insularum modo eminent montes et sparsas Cicladas augent. ut ait ille poetarum ingeniosissimus egregie sicut illud pro magnitudine rei dixit. Omnia pontus erant.

deerat et litora ponto. Nisi tantum impetum ingenii et materie ad pueriles ineptias reduxisset. Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones. Non est res satis sobria lascivire devorato orbe terrarum. Dixit ingentia et tante confusionis ymaginem cepit cum dixit: Expatiata ruunt per apertos flumina campos. Pressaque labant sub gurgite turres. Magnifice hec si non curavit quid oves et lupi faciant. Natari autem in diluvio et illa rapina potest? aut non eodem impetu pecus omne quod raptum erat mersum est? Concepisti ymaginem quantam debebas obrutis omnibus terris celo ipso ruente. Perfer. Scies quid deceat si cogitaveris orbem terrarum natare. Nunc ad propositum revertamur. Sunt qui existimant immodicis ymbribus vexari terras, obrui non posse. Magno impetu magna ferienda sunt. Faciet pluvia segetes malas, fructum grando decutiet. Intumescent rivi flumina, sed residebunt. Quibusdam placet moveri mare et illinc causam tante cladis arcessere. Non potest torrentium aut ymbrium aut fluminum iniuria fieri tam grande naufragium. Ubi instat pernicies mutarique genus placuit, fluere assiduos ymbres et non esse modum pluviis concessum [?]. Suffossis aquilonibus et flatu sicciore austris nubes et amnes habundare. Sed adhuc in damna profectum est. Sternuntur segetes et deplorata colonis vota iacent, longique perit labor irritus anni. Non ledi debent terre sed abscondi. Deinde cum per ista prolusum est, crescunt maria, sed supra solitum, et fluctum ultra extremum tempestatis maxime vestigium mittunt. Deinde a tergo ventis surgentibus ingens equor evolvunt, quod longe a conspectu veteris litoris frangitur. Deinde ubi litus bis prolatum est et pelagus in alieno constitit velut admoto malo, comminus procurrit estus ex ymo recessu maris. Ut enim aeris, sic huius elementi larga materia est, multoque in abdito plenior. Hec fatis mota, non estu. Nam estus fati ministerium est. Attollit vasto sinu fretum agitque ante se. Deinde in altitudinem exigitur et illis tutis hominum receptaculis superest. Nec id aquis arduum est, cum eque terris fastigio ascenderent. Nam par undique sibi ipsa tellus est. Cava eius et plana eiusmodi inferiora sunt, sed istis adeo in rotundum orbis equatus est. In parte autem eius et maria sunt, que in unius equalitatem pile coeunt. Sed quemadmodum campos intuentem que paulatim devexa sunt fallunt, sic non intelligimus curvaturas maris, et videtur planum quidquid apparet. At illud equale terris est, ideoque ut effluat non magna mole se tollet. Dum satis est illi ut supra paria veniat leniter exsurgere ubi inferius est. Sed a medio in ille annulus est defluit quo ubi sol et estus equinoctialis sub ipsum lune solisque coitum omnibus aliis maior undare. Sic hic qui ad occupandas terras emittitur, solitis maximisque violentior plus aquarum trahit, nec antequam supra cacumina eorum quos perfusurus est modum tenuit. Devolvitur per centena milia quibusdam locis estus exurit innoxius et ordinem servat. Ad mensuram enim crescit iterumque decrescit. At illo tempore solutus legibus sine modo fertur. Qua ratione? inquis. Eadem qua conflagratio futura est. Utrumque fit cum deo visum ordiri meliora, vetera finiri. Aqua et ignis terrenis dominantur. Ex his ortus et ex his interitus est. Ergo quandoque placuere res novo mundo, sic in nos mare emittitur desuper ut fervor ignisque cum aliud genus exitii placuit. Quidam existimant terram quoque concuti et dirupto solo nova flumina capita detegere que amplius ut pleno profundant. Berosos qui Belum interpretatus est ait cursu ista siderum fieri. Adeo quidem affirmat ut conflagrationi atque diluvio tempus assignet. Arsura enim terrena contendit quandoque omnia sidera que nunc diversos agunt cursus in cancrum convenerint, sic sub eodem posita vestigio ut recta linea exire per orbes omnium possit. Inundationem futuram cum eadem siderum turba in capricornum convenerit. Illic solstitium, hic bruma conficitur. Magne potentie signa, quia in ipsa mutatione anni momenta sunt. Istas ergo perceperim causas. Neque enim ex uno est tanta pernicies et illa que in conflagratione nostri placuit. Sed quod in hoc sentendum puto, sive anima est mundus sive corpus natura gubernante, ut arbores ut sata, ab initio eius usque ad exitum quicquid facere quicquid pati debeat inclusum est. Ut in semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est, et legem et canos nondum natus infans habet. Totius enim corporis et sequentis etatis in parvo occultoque liniamenta sunt. Sic et mundi et lune et sidera et aliud ortus quibus mutarentur terrena continuit. In his fuit inundatio quam non secus quam hyems quam estas lege mundi

Ber

venit. Itaque non pluvia istud fiet, sed pluvia quoque; non incursu maris, sed maris quoque incursu; non terre motu, sed terre quoque motu. Omnia adiuvabunt naturam, ut nature constituta peragantur. Maximam tamen causam ad se mutandam terra ipsa prestabit, quam diximus esse mutabilem et solvi in humorem. Ergo quandoque erit terminus rebus humanis, cum partes eius interire debuerint abolerique funditus totae, ut de integro totae rudes innoxieque generentur, nec supersit in deteriora magister, plus humoris quam semper fuit fiet. Nunc enim elementa ad id quod debetur pensa sunt. Aliquid oportet alteri accedat, ut que libramento stant inequalitas turbet. Accedet humori. Nunc enim habet quo ambiat terras, non quo obruat. Quicquid illi adieceris necesse est in alienum locum exundet. Vide ergo ne terra debeat minui, ut validiori infirma succumbat. Incipiet ergo putrescere, dehinc laxata ire in humorem et assidua tabe defluere. Tunc exilient sub montibus flumina ipsosque quatient impetu; in antra tacita manabunt. Solum omne aquas reddet; summi scaturient montes. Quemadmodum in morbum transeunt sana et ulceri vicina consentiunt, ut quaeque proxima terris fluctibus fuerint eluentur, stillabuntque, dein current, et hiante pluribus locis saxo per fretum salient et maria inter se componet. Nichil erit Adria, dici nichil Siculi equoris fauces, nichil Caribdis, nichil Scilla. Omnes novum mare fabulas obruet, et hic qui terras cingit Oceanus extremas veniet in medium. Quid ergo est? Nichilominus tenebit alienos menses hiemps, estas prohibebitur, et quodcumque terras sidus exsiccat compresso ardore cessabit. Peribunt tot nomina, Caspium et Rubrum mare, Ambracii et Cretici sinus, Propontis et Pontus; peribit omne discrimen; confundetur quicquid in suas partes natura digessit. Non muri quemquam, non turres tuebuntur. Non proderunt templa supplicantibus, nec urbium summa; quippe fugientes unda preveniet, et ex ipsis arcibus deferet. Alia ab occasu, alia ab oriente concurrent. Unus humanum genus condet dies. Quicquid tam longa fortune indulgentia excoluit, quicquid supra ceteros extulit, nobilia pariter atque ornata magnarumque gentium regna pessumdabit. Sunt omnia, ut dixi, facilia nature, utique a primo facere constituit, ad que non subito sed ex denuntiato venit. Iam autem a primo die mundi, cum in hunc habitum ex informi unitate discederet, quando mergerentur terrena decretum est; et ne sit quandoque velut in novo opere dura molitio, olim ad hoc maria se exercent. Non vides ut fluctus in littora tanquam exiturus incurrat? Non vides ut estus fines suos transcat et in possessionem terrarum mare inducat? Non vides ut illi perpetua cum claustris suis pugna sit? Quid porro? Istic unde tantum tumultum vides, metum esse mari et magnis spiritu erumpentibus fluviis? Ubi non humorem natura disposuit, ut undique nos cum voluisset aggredi posset? Mentior nisi eruentibus terra humor occurrit, et quotiens nos avaritia aut defodit aut aliqua causa altius penetrare cogit, eruendi finis est aliquando. Adice quod immanes sunt ex abdito lacus et multum maris conditi, multum fluminum per operta labentium. Undique ergo erit causa diluvio, cum alie aque subterfluant terras, alie circumfluant, que diu coercite vincent et amnes amnibus iungent, paludibus stagna. Omnium tunc mare ora fontium implebit et maiore hiatu solvet. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, quemadmodum in sudorem eunt vires, ita tellus liquefiet, et aliis causis quiescentibus intra se quod mergatur inveniet. Sed magis omnia coitura crediderim. Nec longa erit mora exitii. Temptatur diducitur que concordia; cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit, mundus statim undique ex aperto et abdito, superne ab infimo aquarum fiet irruptio. Nichil est tam violentum, tam incontinens sui, tam contumax infestumque retinentibus quam magna vis unde; utetur libertate permissa et iubente natura quod scindit circuitque complebit. Ut ignis diversis locis ortus cito miscet incendium flammis coire properantibus, sic momento se redundantia maria committent. Nec eadem semper licentia undis erit, sed peracto exitio generis humani extinctisque pariter feris in quarum homines ingenia transierant, iterum aquas terra sorbebit, terram pelagus stare aut intra terminos suos furere coget, et reiectus e nostris sedibus in sua secreta pelletur oceanus, et antiquus ordo revocabitur. Omne ex integro animal generabitur, dabiturque terris homo inscius scelerum et melioribus auspiciis natus. Sed illis quoque innocentia non durabit, nisi dum novi sunt. Cito nequitia subrepit. Virtus difficilis inventu est, rectorem ducemque desiderat. Etiam sine magistro vitia discuntur.

Delectat te, quemadmodum scribis, Lucili virorum optime, Sicilia, et officium procurationis otiose delectabit, si continere id intra fines suos volueris nec efficere imperium quod est procuratio. Facturum hoc te non dubito. Scio quam sis ambitioni alie-

mus q̄ familiaris ocio et litteris. Turbā rerū hoīm q desideret q̄ se pati nescit. Tibi tecū optime cōvenit. Nec ē mirū paucis istud cōtingere. imperiosi nobis ipi molesti sumus. Modo amore nrī modo tedio laboramus. Infelicem animū nūc supbia inflamus. nūc cupiditate distendimus. alias voluptate laxamus. alios sollicitudine exurimus. qd̄ ē miserrimū nūq̄ sumus singuli. Necesse ē itaq assidua sit rixa in tam magno uiciorū contubernio. Fac ergo mi Lucili qd̄ facere consuevisti. A turba quantū potes te separa. Ne adulatoribus latus prebeas. Artifices sunt ad captandos superiores. par illis etiam si bene caveris non eris. Sed mihi crede proditioni ipse te trades. Hoc habet in se naturale blanditia. etiā cū reicitur placent. Hoc enim ipsū imputat q̄ repellatur et sub igne contumelia q possit. Incredibile ē qd̄ dicturus sum sed tamen verū. Ea miseria quisque patet qua patitur fortasse. et idē qui patet patitur. Sic ergo formare ut scias non posse te consequi ut sis impenetrabilis. Cum oīa caveris per ornamenta feriet. Alius adulatōe clam utetur parce. alius ex aperto palam rusticitate simulata quasi simplex illa non ars sit. Plancus artifex ante Vitellium maximus aiebat non esse occulte nec ex dissimulato blandiendum. Perit inquit procari si latet. Plurimū adulator cū deprehensus ē proficit. plus etiā nūc si obiurgatus ē si erubuit. Futuros multos in psona tua plancos cogita. et hoc non esse remediū tanti mali nolle laudari. Crispus passienus quo ego nil novi subtilius in omnibus rebus maxime in distinguendis et curandis vitiis sepe dicebat adulationibus nos non claudere hostium sed aperire. Et quidē sic quemadmodū opponi amice solet que si impulit grata ē gratior si effregit. Demetriū egregiū virū memini dicere cuidā libertino potenti facilem sibi esse ad diuitias viam quo die penituisset bone mentis. Nec invidebo inquit vobis hac arte. sed docebo eos quibus quesito opus est quemadmodū non dubiam fortunam maris non emendi vendendique litem subeant. non incerta fide ruris incertiorem fori temptent. quemadmodū non solū facili et hylari via pecuniā faciant gaudentesque despolient. Te inquit longiorem fido annęo iurabo et apollonio pycte. quamvis staturam habeas thretis cum threce compositi. Hominē non esse ullū liberaliorem non mentiar cū possis videri omnibus donasse quicquid dereliquisti. Ita ē mi iunior q̄ apertior adulatio quo magis frontem suam perfricuit cecidit aliorum hoc citius expugnat. Eo enim iam dementie venimus ut qui parce adulatur pro maligno sit. Solebam tibi dicere fratrem meum quem nemo parum amat. et qui amare plenius non potest. Alia vicia non nosse. hoc eciam odisse. ab omni illum parte temptasse. ingenium suspicere cepisti omnium ingenium et dignissimum quod consecrari mallet quam conteri. pedes abstulit. Frugalitatem laudare cepisti que sic a nobis resiluit ut illos nec habere nec dampnare videatur. prima statim verba precidit. cepisti mirari comitatem et incompositam suavitatem que illos quoque quos transit abducit. gratuitum etiam in obvios meritum. Nemo enim mortalium uni tam dulcis est quam hic omnibus. Cum interim tanta naturalis boni uis est ut artem simulationemque non redoleat. Nemo non imputari sibi bonitatem publicam patitur. Hoc quoque loco blanditiis tuis restitit ut exclamares invenisse te inexpugnabilem virum adversus insidias quas nemo non in sinum recipit. Eo quidem magis hanc eius prudentiam et in evitando inevitabili malo pertinaciam te suspicere confessus es. quia speraveras posse apertis auribus recipi quamvis blanda diceres quia vera dicebas. Sed eo magis intellexit obstandum. Semper enim falsis a vero petitur veritatis. Nolo tamen tibi displiceas quasi male egeris mimum. et quasi ille aliquid ioci aut doli suspicatus sit. Non deprehendit te sed repulit. Ad hoc exemplar compone. Cum quis ad te adulator accesserit. dicito. Vis tu ista verba que iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeant ferre ad aliquem qui pari facturus vice quicquid dixeris audire? Ego nec decipere volo nec decipi possum. laudari me a vobis nisi laudaretis et malos vellem. Quid autem necesse est descendere ut te petere cominus possit. longum inter vos intervallum sit. Cum cupieris bene laudari quare hoc ulli debeas. Ipse te lauda. dic. liberalibus me studiis tradidi. quamquam paupertas alias suaderet et ingenium eo abduceret ubi presens studii precium ē. ad gratuita carmina deflexi me et ad salutare philosophie studium contuli. Ostendi in omne pectus cadere virtutem et eluctatus natalium angustias nec sorte me sed animo mensus par maximis steti. Non mihi in amicicia Gaetulicus Gaius fidem eripuit. Non in aliorum personam infeliciter amatorum messala et narcissus diu publici hostes antequam sui. propositi

cum meu potuerat excitare · Certamaz p fide
apposui · Nullu ibi m · qd no salua bo
nsciā procederet · & certissimu e · pro amicis
oīa timui · p me michi m · n̄ nec ptis bonis
amicus fuissez · No m muliebres fluxere
lacrime · No e manibus illius supplex pe
pendi · Nichil indecoru nec bono nec meo fecā
proculus meis magis patus ex · i ea que
minabat^r egi ysu fortune qd experiri volu
isset certa existimarez fidez · Non debebat m
paruo res tanto constare · Nec exanimau^t me
quidez dui · nz ei patria pendebat ur^s pat
essz me pdire pro fide · an fidez pro me · No
pcipiti impetu i ultimu osiliu q^o me capez
furori misi · videbaz apud Gallus tormenta
videbaz ignes · Sciebaz olim sub illaz i cu
statuz res humanas decidisse · ut mt mente
opa habent^a occisi · No tn ferro incubui · nc
i mare apto ore dissilui · ne unde pro fide
tn more posse · adice mit iuictaz iuncti
bus aīm & i tanto auaritie certamine michi
suppositaz manu lucro · Adice mit inctus
psymoiaz sermois modestiaz · adusso mo
res humanitatez · adusus maiores reuerēciaz
Post h ipse te osule · uera ne an falsa me
morauerī · si uera st̄ coru magf teste lau
datus es · si falsa sine teste decisus es pos
sum & ipse non uideri a te e captare u
experiri · Ceteralibz crede & oms tune a me
incipe · Virgilianu illud excludi · Nusq tu
ta fides · aut Ouidianu · Sua terra parit
fera arguat herims · In facinus iurasse pu
tes · Aut illud Menandri · Viuus n no ch
mansuetudinez ingenij sui gestauit · Detestat
ō sensu humam gmis tendentis ad iuna
Oms aut malos iniuere · & i sternaz · uel
rusticus poeta psiluit · no senez excepit ·
no pueru · no feminaz no uir · & addidit
m singulos peccare no paucos · Sua solus
ex parte · Fugiend̄ g^o & ipse redeundu z
pximo & a se recedēdu · Hec e & si didim ma
n psciare tepitabo · ut dubiu me iterne
ctā manu ad meliora pduaz · Et ne solli
citudinez sentias · hic tectz insisto sermones ·
Carmes una qua parte optimi sumus · dabis
inuicez osilia & ex vultu audient · pedetia
logie te ab ista puicia adducā · ne forte
magnaz historie ex fidez credaz · & pla
cere tibi incipias quotiens cogitaueris
hac ego habeo sub meo iure puintiz
que maximas urbiu exercitus & substinuī
& fregit · Cu me Cartagine & Romam

vō -lin bō

ingentis belli pariz iaciat · Cu q̄^or Ro
norū pncipū i totius imperij uires getitas
i unu locuz uidit · Aliud q pompei forti^a
tenet · cesaris fatigat^a · lepidi instituit · oi
uz q cepit q ingenti spectaculo mt fuit
Ex quo liquere mortalib9 poss · q velox
foret ad inu lapsus ex summo · quoz du
sū uia magna potentiaz fortuna destruct
Vno · n · fere uidit Popeiu lepiduq ex
maximo fastigio alt^r ad extrema dictos
cu popeius alienu exercitu fugeret · lepidus
suuz · Ceteruz ut totu mete abducaz q
uis multa heat sicilia in se circaq se mi
rabilia · oms mitā puincie tue questiones
ptereribo · & in diuisuz cogitatores tuas abst
haz · Cauecaz · n · tecuz illud · quod libro su
periore distuli · Quod ita nilus estiuis m
sibus habundet · Qui dam ubiu similiz natu
phi tradiderat q & fontis ignoti · & estate
q yeme maior sit · utruq apparuit similiz
Vnaz & caput eius i germania experimus
& estate q incipit crescere & adhuc maneat
te mt incisuraz suaz · Nilo primis caloribus
cu sol uehentior mt extima nieas nives
emollit · ex q ap̄ osumit · q oticescere nilus
incipiat · Reliquo uo estatis minuit^r et
adhibendaz magnitudinez ac ex ea demittit^r
At nilus ante ortus canicule augetur
medijs estibus ultra exundatione · hunc no
bilissimu amnez na extulit an huius gentis
oculos & ita disposuit · ut eo tempore inunda
ret egiptuz · quo maxie usta feruoribus
terra undas altius traheret tantuz usura qntu
siccitati amne sufficere possit · Nam i ea pte
qua i ethiopiaz uergit an nulli ymbres
sunt q terri · & q i suetu aq̄s celestib9 terraz
no adiuuet · unica ut scis egiptus i hoc
spem suaz hz · Primo sterilis annus q̄ fertī
lis e · quit ille magn9 ille magnus iffluet
q paruior · Nec aratores aspicit celu · Certe
no tn poeta i eo locutus & illi Ouidiu siml
iungo q ait · Nec pluuio supplicat herba
Ioui · Unde crescere incipiat si oprehendi pos
set ate ḡ incrementa inueniant^r · Nunc vo
magnas solitudines puagatus & i paludes
diffusus · gentibus sparsus · circa philany
primu ex vago & errante colligit · Phile m
sula est aspera & undiq̄ prerupta · duo
bus i unuz coituris amnib9 cingit^r qui
Nilo mutant^r & eius nome fecant verbis
totaz oplectit^r · Ad hac nilus magnus
magis q uiolentus egressus ethiopiaz

harenasque per quas iter ad commercia Indici
maris est praelabitur. Excipiunt autem cataractae
nobilis insigni spectaculo locus. Ibi per ardu-
as excisasque pluribus locis rupes Nilus in-
surgit et vires suas concitat. Frangitur enim oc-
currentibus saxis et per angusta eluctatur. Ubi-
cumque vincit aut vincitur fluctuat. et illic exci-
tatis primum aquis quas sine tumultu leni alveo
duxerat. violentus et torrens per malignos
transitus prosilit dissimilis sibi. Quippe
ad id lutosus et turbidus fluit. At ubi in isto-
pulos cautium verberatur. spumat. et illi non
ex natura sua sed ex iniuria loci color est. Tandemque
eluctatus obstantia in vastam altitudinem subito
destitutus cadit cum ingenti circumiacentium re-
gionum strepitu. Quem perferre gens ibi a Persis
collocata non potuit obtunsis assiduo fran-
gore auribus. et ob hoc sedibus ad quietiora trans-
lati sunt. Inter miracula fluminis incredibilem in-
colarum audaciam accepi. Bini parvula na-
vigia conscendunt. quorum alter navem regit. alter
exhaurit. Deinde multum inter rapidam insaniam
Nili et reciprocos fluctus voluti. tandem te-
nuissimos canales tenent. per quos angusta ru-
pium effugiunt. et cum toto flumine effusi navi-
gium ruens manu temperant. magnoque spe-
ctantium metu in caput nixi cum iam adplo-
raveris. mersosque atque obrutos tanta
mole credideris. longe ab eo in quem ceciderant (cecide-
runt) loco navigant tormenti modo missi. Nec
mergit cadens unda. sed planis aquis tradit.
Primum incrementum Nili circa insulam quam
modo rettuli Philas nascitur. Exiguo ob hoc
spatio ista dividitur. Abaton Graeci vocant.
nec illam ulli nisi antistites calcant. Illa primum
saxa auctum fluminis sentiunt. Post magnum
deinde spatium duo eminent scopuli. Nili venas
vocant incole. ex quibus magna vis funditur.
non tamen quanta operire possit Egyptum. In ho-
ra stipem sacerdotes et aurea dona praefecti
cum solenne venit sacrum iaciunt. Hinc iam
manifestius novas vires Nilus alto ac
profundo alveo fert. ne in altitudinem ex-
cedat coercitu montium pressus. Circa Mem-
phim liber et per campestria vagus in plu-
ra scinditur flumina. manuque canalibus
factis ut sit modus in derivationum potestate
per totam discurrit Egyptum. Initio diducitur.
deinde continuatis aquis in faciem lati ac
turbidi maris stagnat. Cursum illi vio-
lentiamque eripit latitudo regionis in quas
extenditur dextra laevaque totam amplexus

Egyptum. Quantum crevit Nilus tantum spei
in annum est. Nec computatio fallit agricolam.
adeo ad mensuram fluminis incidit quam fertilem
facit Nilus. Is harenoso ac sitienti solo et
aquam inducit et terram. Nam cum turbulentus
fluat omnem in stagnis atque hiantibus locis fe-
cem relinquit. et quicquid pingue secum tulit
arentibus locis allinit. Iuvatque agros
duabus ex causis. et quod inundat et quod illi-
nit. Quicquid quolibet non adiit sterile ac
squalidum iacet. Si crevit super debitum no-
cuit. Mira itaque natura fluminis quod cum ceteri
amnes ambulant terras et consiccant.
Nilus tanto ceteris maior adeo nichil
exedit nec abradit ut contra adiciat
vires minimumque in eo sit quod solum temperat.
Illato enim limo harenas saturat ac iungit.
Debetque illi Egyptus non tantum fertilitatem
terrarum sed ipsas. Illa facies pulcherrima est
cum iam se in agros Nilus ingessit. Latent
campi opertique sunt valles. oppida insularum
modo extant. Nullum in mediterraneis nisi
per navigia commercium. Maiorque est letitia
gentibus quominus terrarum suarum vident. Sic quoque
cum se ripis continet Nilus per septena ho-
stia in mare emittitur. Quodcumque elegeris
ex his mare est. multos nichilominus ignobiles
ramos in aliud atque aliud litus porrigit. Ce-
terum beluas marinis ad magnitudinem
et noxiam pares educat. et ex eo quantus sit
estimari potest quod ingentia animalia et pabulo
sufficienti et ad vagandum loco continet.
Balbillus virorum optimus perfectusque in omni
litterarum genere verissimi auctor est. Cum ipse
praefectus obtineret Egyptum. Heracleotico ho-
stio Nili quod est maximum ex spectaculo sibi
fuisse delphinorum a mari occurrentium et cro-
codillorum a flumine adversum agmine agentium
velut pro partibus proelium. Crocodillos ab animalibus
placidis morsuque innoxiis victos. His su-
perior pars corporis dura et impenetrabilis
est etiam maiorum animalium dentibus. at inferior mol-
lis ac tenera. Hanc delphini spinis quas
dorso eminentes gerunt submersi vulne-
rabant et in adversum enisi dividebant. Re-
scissis hoc modo pluribus ceteri velut acie
versa refugerunt. Fugax animal audaci. auda-
cissimum timido. Nec illos Tentyritarum gens
aliquo sanguinis proprietate superat sed contemptu
et temeritate. Ultro enim insequuntur fugien-
tesque iniecto trahunt laqueo. Plerique pe-
reunt quibus minus praesens animus ad persequendum

Bal.

et crocodillorum

fuit. Nilum alii marinam aquam detulisse.
Theophrastus est auctor. Biennio continuo
regnante Cleopatra non ascendisse decimo
regni anno et undecimo constat. Significata
aiunt duobus rebus potentibus defecti
onem. Antonii enim Cleopatreque defecit imperium.
Per novem annos non ascendisse Nilum superi
oribus seculis est auctor. Sed nunc ad
inspiciendas causas properem quibus estate Nilus cre
scat accedam, et ab antiquissimis incipiam.
Anaxagoras ait ex Ethiopie iugis so
lutas nives ad Nilum usque decurrere. In
eadem opinione omnis vetustas fuit. Hoc Eschi
lus, Sophocles, Euripides tradebant. Sed falsum
esse argumentis plurimis patet. Primum Ethio
piam ferventissimam esse indicat hominum adu
stus color et trogodite quibus subterranee
domus sunt. Saxa velut igne fervescunt
non tantum medio sed inclinato quoque die. Ardens
pulvis nec humani vestigii patiens. Argen
tum replumbatur. Signorum coagmenta solvun
tur. Materie superadornate manet operimentum.
Auster quoque qui ex illo tractu venit ventus
calidissimus est. Nulla ex his animalibus que latent
bruma umquam recedunt et per hiemem in summo et
aperto serpens est. Alexandria quoque longe ab
immodicis caloribus posita est, nives non
cadunt, superiora pluvia caret. Quomodo er
go regio tantis subiecta fervoribus dura
turas per totam estatem nives recepit? Quos
sane alii montes illic quoque excipiant. Numquid
magis quam Alpes quam Tracie iuga aut Caucasus?
Atqui horum montium flumina vere et prima
estate intumescunt, deinde hibernis minora sunt. Quippe

Grandinem hoc modo fieri si tibi iuravero
affirmavero quemadmodum apud nos glacies
fit gelata nube tota nimis audacem fece
ro. Itaque ex his me testibus numero secundis no
dum audisse quidem se negant aut quod histo
rici faciant et ipse faciam. Illi cum multa men
titi sunt ad arbitrium suum unam aliquam rem
nolunt spondere sed adiciunt penes auctores
fides erit. Ergo si mihi parum credis, Posi
donius tibi auctoritatem promittit tam illo
quod preterit quam in hoc quod secuturum est. Gran
dinem enim fieri ex nube aquosa iam et in hu
morem versa sic affirmabit tamquam interfuit.
Quare autem rotunda sit grando etiam sine ma
gistro scire possis cum adnotaveris stilli
cidium omne glomerari. Quod et in speculis
apparet que humorem halitu colligunt et in po
culis sparsis aliaque omni levitate non
minus foliis si que gutte adheserunt in ro
tunditatem iacent. Quid magis est saxo du
rum, quid mollius unda? Dura tamen molli
saxa cavantur aqua. Aut ut alius poeta ait:
stillicidii casus lapidem cavat. Hec ipsa exca
vatio rotunda fit. Ex quo apparet illud
quoque huic simile esse quod cavat. Locum enim sibi ad
formam et habitum sui exculpit. Preterea potest
et si non fuit grando talis cum defertur con
rotundari et totiens per spatium aeris densi
devoluta equaliter atteri in orbem teri. Quod
nix pati non potest quia non est tam solida, immo
quia tam fusa est et non per magnam altitudinem ca
dit, sed circa terras initium eius est. Itaque non lo
ngus illi per aera sed ex proximo lapsus est.
Quare non et ego mihi idem permittam quod
Anaxagoras. Inter nullos magis quam inter
philosophos esse debet equalitas. Grando nihil
aliud est quam suspensa glacies, nix in pruina
pendens congelatio. Illud enim iam diximus quod
inter aquam et terram interest, hoc inter pruinam et
glaciem, nivem interesse et glaciem interesse.
Poteram me peracta questione dimittere, sed bo
nam mensuram dabo. Et quoniam cepi tibi molestus es
se, quicquid in hoc loco queritur. Queritur autem quare hieme nin
gat, non grandinet, vere iam frigore infra
cto grando cadat. Nam ut fallar tibi ve
rum quidem persuadetur qui me usque ad hec menda
cia leviora in quibus os pedi non oculis
eruere solent credulum prestabo. Hieme aer rigi
dus et ideo nondum in aquam vertitur sed in nivem cui aer
propior est. Cum ver cepit maior inclinatio
temporis sequitur et calidiore celo maiora fiunt
stillicidia. Ideo ut ait Virgilius noster cum
ruit imbriferum ver vehementior immutatio
est aeris undique patefacti et solutis se ipso
tempore adiuvante. Ob hoc nimbi graves magis
vastique quam pertinaces deferuntur. Bruma len
tas pluvias habet et tenues, quales sepe solet
intervenire cum pluvia rara et minuta
nivesque admixtam habet. Pruinosum vocamus diem
cum altum frigus et triste celum est. Preterea a
quilone flante suum celum habet minute
pluvie sunt, austro imber improbior est et gut
te pleniores. Rem a nostris positam nec
dicere audeo quia infirma videtur nec preterire.
Quid enim mali est aliquid et faciliori iudici
scribere? Immo si omnia argumenta ad obrussam cepe
rimus exigere, silentium indicetur. Pauca enim
admodum sunt sine adversario certa et si vincunt
litigant. Aiunt vere circa Scithiam
et Pontum et septentrionalem plagam glaciatum

et astrictum est et relaxari, tunc flumina conglaciata discedere, tunc obrutas nives solvere. Credibile est ergo frigidos spiritus in inferiori et verno celo immitti. Illud ergo adicit quod nec sum expertus nec expertum cogito. Tu ergo censeo si volueris veritatem exquirere nivem in carne experiaris. Minus algere eum pedes qui siccam et duram nivem calcant quam eos qui teneram et labefactam. Ergo si non mentitur, quicquid ex illis septentrionalibus locis iam disturbata nive et glacie frangente se fert ad meridianas partes, teres iam humidumque aera alligat et perstringit. Itaque cum pluvia futura erat grando fit iniuria frigoris. Non tempero mihi quominus omnes nostras ineptias proferam. Quosdam peritos observatores nubium esse affirmat et predicere cum grando venturum sit. Hoc intelligere usu ipso potuerunt cum colorem nubium notassent quem grando totiens insequebatur. Illud incredibile Cleonis fuisse publice preposita chalaphylaso philacas speculatores venture grandinis. Hi cum signum dedisset adesse iam grandinem, quid expectas ut homines ad penulas discurrerent aut ad scorteas? Immo pro se quisque alius agnum immolabat, alius pullum. Protinus ille nubes alio declinabant cum aliquid gustassent sanguinis. Hoc rides? Accipe quod rideas magis. Si quis nec agnum nec pullum habebat, quod sine damno fieri poterat, manus sibi afferebat. Et ne tu avidas aut crudeles existimes nubes, digitum suum bene acuto graphio pungebat et hoc sanguine litabat. Nec minus ab huius agello grando se vertebat quam ab illo in quo maioribus hostiis exorata erat. Rationem huius rei quidam querunt. Alii, ut homines sapientissimos decet, negant posse fieri ut cum grandine aliquis paciscatur et tempestates munusculis redimat, quamvis munera et deos vincant. Alii suspicari ipsos aiunt esse in ipso sanguine pre esse vis tanta ut in altum penetret et illam sentiat nubes. Quanto expeditius erat dicere mendacium et fabula est. At Cleonae iudicia reddebant in illos quibus delegata erat cura providende tempestatis, quod negligentia eorum vinee vapulassent aut segetes procidissent. Et apud nos in XII tabulis cavetur ne quis alienos fructus excantasset. Rudis adhuc antiquitas credebat et attrahi imbres cantibus et repelli. Quorum nichil posse fieri tam palam est ut huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit. Unam rem ad hec adiciam et favere ac plaudere

te iuvabit. Aiunt nivem in ea parte aeris fieri que prope terras est. Hanc enim plus habere caloris ex tribus causis. Una quod omnis terrarum evaporatio cum multum in se fervidi aridique habeat hoc est calidior quo recentior. Altera quod radii solis a terra resiliunt et in se recursorum duplicatio proxima queque a terris calefacit, que ideo plus habent teporis quod solem bis sentiunt. Tercia causa est quod magis superiora perflantur. At quecumque depressa sunt minus ventis verberantur. Accedit his ratio Democriti. Omne corpus quo solidius est hoc calorem citius concipit et diutius servat. Itaque si in sole posueris eneum vas et vitreum et argenteum, eneo citius calor accedit, diutius herebit. Adicit deinde quare hoc existimet. His, inquit, corporibus que duriora et pressiora sunt necesse est minora foramina esse et tenuiorem in singulis spiritum. Sequitur ut quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiunt, sic hec foramina occulta et oculos effugientia et celerius fervorem sentiant et cum easdem angustias quicquid receperunt tardius reddant. Hec longe preparata ad id perducunt de quo nunc queritur. Omnis aer quo propior est terris hoc crassior. Quemadmodum in aqua et in omni humore fex ima est, ita in aere spississima queque desidunt. Iam autem probatum est omnia quo crassioris solidiorisque materie sunt hoc fidelius custodire calorem receptum. Sed editior aer quo longius a terrarum colluvie recessit hoc sincerior puriorque est. Itaque solem non retinet sed velut per inane transmittit. Ideo minus calefit. Contra autem quidam aiunt cacumina montium hoc calidiora esse debere quo propiora solis sunt. Hi mihi videntur errare quod Apenninum et Alpes et alios notos ob eximiam altitudinem montes in tantum putant crescere ut illorum magnitudo sentire solis viciniam possit. Excelsa sunt ista quamdiu nobis comparantur. At vero ubi ad universum respexeris manifesta est omnium humilitas. Inter se vincuntur et vincunt. Ceterum in tantum nichil attollitur ut collatione totius nulla sit vel maxima portio. Quod nisi esset non diceremus totum orbem terrarum pilam esse. Pile proprietas est cum equalitate quedam rotunditas. Ad equalitatem autem hanc accipe quam vides in lusoria pila. Non multum illi commissure et rime earum nocent quominus par sibi ab omni parte dicatur. Quomodo in hac pila nichil illa intervalla officiunt ad speciem rotundi, sic nec in universo quidem orbe terrarum editi montes quorum altitudo

totius mundi collatione consumitur. Cum dicitur
altiorem montem, quam solem prius excipiat,
magis calere debere. Idem potest dicere lon-
giorem hominem citius quam pusillum debere calefieri
et caput citius quam pedes. At quisquis mundum men-
sura sua extimaverit et terram cogitaverit te-
nere puncti locum, intelliget nichil in illa pos-
se ita eminere ut celestia magis sentiat
velut propinquius illis accesserit. Montes isti
quos suspicimus et vertices eterna nive obsessi
nichilominus in imo sunt. Et propius quidem soli mons
quam campus aut vallis, sed sic quomodo est pilus pi-
lo grossior, arbor arbore et mons monte ma-
ior. Ex hoc dicitur et magis vicina celo. Quod falsum est,
quia inter pusilla non potest magnum esse discri-
men nisi dum inter se comparantur. Ubi ad colla-
tionem inmensi corporis ventum est, nichil interest
quantum sit aliud alio maius, quia etiam si ma-
gno discrimine, tamen minima vincuntur. Sed
ut ad propositum redeam, propter has quas rettuli causas
plerisque placuit in ea parte aeris nivem con-
cipi que vicina terris est, et ideo minus alligari quia
minore rigore coit. Nam vicinus aer plus habet
frigoris quam ut in aquam et imbrem transeat, et
minus quam ut duretur in grandinem. Hoc medio
frigore non nimis intento nives fiunt coac-
tis aquis. Quid istas, inquis, ineptias quibus
litteratior est quisquis non melior, tam operose per-
sequeris? Quomodo fiant nives dicis, cum multo
ad nos dici a te pertineat quare emende non
sint nives. Iubes mecum luxuria
litigare. Cotidianum istud et sine effectu iur-
gium est. Litigemus tamen, etiam si superior futura
est, pugnantis ac reluctantis vincat. Quid? Hanc in-
spectionem nature nichil iudicas ad id quod
vis conferre? Cum querimus quomodo nix fiat et dicimus
illam pruine similem habere naturam, plus illi spiritus
quam aque inesse, non putas exprobari illis,
cum emunt aquam turpe sit, si aqua quidem emitur?
Nos vero queramus potius quomodo fiant nives
quam quomodo serventur, quoniam non contenti vina diffundere
veteraria per sapores etatesque disponere,
invenimus quomodo stiparemus nivem ut
ea estatem evinceret et contra anni fervorem de-
fenderetur loci frigore. Quid hac diligen-
tia consecuti sumus? Nempe ut gratuitam mer-
cem aquam nobis doleat quod spiritum quod solem
emere non possimus, quod hic aer et delicatis
divitibusque ex facili nec emptus venit.
O quam nobis male est quod quicquam a rerum natura in
medio relictum est. Hoc quod illa fluere et pate-
re omnibus voluit, cuius haustum vite publicam

fecit; hoc quod tam homini quam feris avibusque et iner-
tissimis animalibus in usum large ac beate pro-
fudit, hoc se ingeniosa luxuria redegit ad
precium. Adeo nichil illi potest placere nisi carum. Unum
hoc erat quod divites in equum turbe deduceret, quo
non possent antecedere pauperrimum. Illi cui divi-
tie moleste sunt excogitatum est quemadmodum et caperet
aqua luxuriam. Unde ad hoc perventum sit ut
nulla nobis aqua satis frigida videretur
que flueret, dicam. Quamdiu sanus et salubris a-
bi capax stomachus est impleturque, non premi-
tur, naturalibus fomentis contentus est. Ubi cotidianis
cruditatibus non temporis estus sed suos sentit,
ubi ebrietas continua visceribus insedit et
precordia bilis in quam vertitur torret, aliquid necessario queritur
quo estus ille frangatur, qui ipsis aquis incalescit;
remediis incitat vitium. Itaque non estate
tantum sed media hyeme nivem hac causa bibunt.
Que huius rei causa est nisi intestinum malum et luxu
corrupta precordia? quibus nullum intervallum
umquam quo interquiescerent datum est, sed prandia
cenis usque in lucem perductis ingesta sunt
et distentos copia ferculorum ac varietate co-
messatio altius mersit. Deinde numquam intermissa in-
temperantia quicquid acceperat efferavit et in
desiderium semper novi rigoris accendit. Itaque
quamvis cenationes velis ac specularibus mu-
niant et igne multo doment hyemem, nichilominus
stomachus ille solutus et estu suo languidus
querit aliquid quo erigatur. Nam sicut animo
relictos stupentesque frigida spargimus ut ad
sensum sui redeant, ita viscera istorum nimia
torpentia nichil sentiunt nisi frigore illa vehemen-
tiore presseris. Inde est inquam quod ne nive quidem contenti
sunt sed glaciem, velud certior illi ex solido
rigor sit, exquirunt ac sepe repetitis aquis
diluunt. Non que est e summo tellure sed ut vim ma-
ius habeat et pertinacius frigus ex abdito effo-
ditur. Itaque ne unum quidem eius est precium sed
habet institores aqua et annonam, pudor
variam. Unguentarios Lacedemonii urbe
expulerunt et propere cedere finibus suis ius-
serunt, quia oleum disperderent. Quid illi, si vide-
rent reponende nivis officinas et tot iu-
menta deportande aque deservientia, cuius
colorem saporemque paleis quibus custodiunt
inquinatur? At dii boni, quam facile est extin-
guere sitim sanam! Sed quid sentire possunt
emortue fauces et occallate cibis ar-
dentibus? Quemadmodum nichil illi satis frigidum,
sic nichil satis calidum est, sed ardentes boletos et
raptim in condimento suo mersatos demittunt pe-

ne summates quos demum destituat mutatis
potionibus. Videbis quosdam graciles
et palliolo focalique circumdatos pallentes et
egros non sorbere solum nivem sed etiam esse et fru-
sta eius in scyphos suos deicere, inter ipsam bibe-
ndi moram. Sitim istam esse putas? Febris est
et quidem eo acrior quod non tactu venarum
nec in cutem effuso calore deprehenditur, sed
cor ipsum excoquit luxuria, invictum malum
et ex molli fluidoque durum atque patiens. Non
intelligis omnia consuetudine vim suam perdere?
Itaque nix ista in qua etiam natatis eo pervenit
usu et cotidiana stomachi servitute ut a-
que locum obtineat. Aliquid adhuc querite
illa frigidius, quia pro nichilo est familiaris ri-
gor. **Liber Annei Senece tercius explicat**

Ventus **de nubibus. Incipit quartus**
est aer fluens. Quidam **de ventis.**
ita diffinierunt. Ventus est aer flu-
ens in unam partem. Hec diffinitio videtur di-
ligentior, quia nunquam aer tam immobilis est ut non
in aliqua sit agitatione. Sic tranquillum mare di-
cimus cum leviter commovetur nec in unam partem inclinat.
Itaque si legeris: cum placidum ventis staret
mare, scito illud non stare sed succuti leviter
et dici tranquillum quia nec impetu nec illo nec hoc
capiat. Idem et de aere iudicandum est et non
esse unquam immobilem etsi quietus sit. Quod ex
hoc intelligas licet: cum sol in aliquem clau-
sum locum infusus est, videmus varie concur-
santia. Ergo ut parum diligenter comprehendit
quod vult qui dixerit: fluctus est maris agita-
tio. Sic in hac re quam cum maxime exprimimus non
circumscribetur qui ita se gesserit ut dicat:
Ventus est fluens aer in unam partem, aut
aer est fluens impetu, aut vis aeris in unam
partem euntis, aut cursus aeris aliquando conci-
tatior. Scio quid responderi pro diffinitione altera
possit: Quid necesse est adicere te in unam partem
fluens aer? Utique enim quod fluit in unam partem
fluit. Nemo aquam fluere dicit si tantum intra se
movetur, sed si aliquo fertur. Potest ergo aliquid
moveri et non fluere, et contra non potest fluere
nisi in unam partem. Sed sive hec brevitas satis a
calumpnia tuta est, hac utamur; sive aliquis
circumspectior est, verbo non parcat cuius adie-
ctio cavillationem omnem poterit excludere. Nunc
ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formu-
la disputatum est. Democritus ait: Cum in an-
gusto inani multa sint corpuscula, que ille
athomos vocat, sequi ventum. At contra quietum
et placidum aeris statum esse cum in multo inani pau-
ca sint corpuscula. Nam quemadmodum in foro aut
vico quamdiu paucitas est sine tumultu ambu-
lant; ubi turba in angustum concurrit, aliorum
in alios incidentium rixa fit; sic in hoc quo
circumdati sumus spacio, cum exiguum locum
multa corpora impleverint, necesse est alia a-
liis incidant et impellant ac repellantur, impli-
centurque ac comprimantur. Ex quibus nascitur ventus
cum illa que colluctabantur incubuere et
diu fluctuata ac dubia inclinavere se. At
ubi in magna laxitate corpora pauca ver-
santur nec arietare possunt nec impelli. Hoc
falsum esse ut ex eo colligas licet quod tunc
minime ventus est cum aer nubilo gravis est.
Atqui tunc plurima corpora se in angustum contulere
et inde est spissior nubium gravitas. Adice nunc
quod circa flumina et lacus frequens nebula est
artatis congestisque corporibus, nec tamen ventus est.
Interdum vero tanta caligo effunditur ut con-
spectum in vicino stantium eripiat. Quod non e-
veniret nisi in parvum locum corpora multa compelle-
rent. Atqui nullum tempus magis quam nebulosum
caret vento. Adice nunc quod e contrario venit ut
sol matutinus aera spissum et humidum ortu
suo tenuet. Tunc surgit aura cum datum
est laxamentum corporibus et stipatio illorum ac tur-
ba resoluta est. Quomodo ergo venti fiunt,
quoniam hoc negas fieri? Non uno modo. Ali-
quando enim terra ipsa magnam vim aeris eicit
et ex abdito spirat. Aliquando cum magna et
continua ex imo evaporatio in altum egit
quod emiserat, mutatio ipsa halitus mixti
in ventum vertitur. Illud enim nec ut credam
mihi persuaderi potest nec ut taceam: quomodo
in nostris corporibus cibo fit inflatio, que non sine
magna narium iniuria emittitur et ventrem
interdum cum sono exonerat, interdum se-
cretius, sic putat et hanc magnam rerum na-
turam alimenta mutantem emittere spiritum. Bene
nobiscum agitur quod semper concoquit; alio-
quin immundius aliquid timeremus. Numquid ergo hoc
verius est dicere multa ex omni parte terrarum et
assidua ferri corpuscula, que cum coacervata
sunt, deinde extenuari sole cepere, quia omne
quod in angusto dilatatur spacium maius
desiderat, ventus existit? Quid ergo? hanc
solam esse causam venti existimo? aquarum terrarumque
evaporationes ex his gravitatem aeris
deinde solvi impetu, cumque densa steterant
ut est necesse extenuata nituntur in ampli-
orem locum? Ego vero et hanc iudico. Ceterum
illa est longe valentior veriorque. Habe-

aera naturalem vim movendi se vel aliunde acci-
pere sed inesse illi ut alias terre. Ita huius
potentia. Nam hic existimas eisdem nobis da-
tas vires et quibus nos movemus. Aera autem
relictum inertem et inagitabilem, cum et aqua
motum suum habeat et ventis quiescentibus.
Non enim aliter animalia edere possent. Musci quoque
innasci aquis et herbosa quedam videmus
summo innatantia. Est ergo aliquid in aqua vitale.
De aqua dico? Ignis qui omnia consumit quedam
creat, et quod videri non potest simile veri tamen verum
est, animalia igne generari. Habet ergo aliquam vim
talem aer, et ideo modo spissat se modo expandit
se et purgat, et alia contrahit, diducit ac
differt. Hoc ergo interest inter aera et ventum
quod inter lacum et flumen. Aliquando per se ipse So-
lum causa venti est, fundens rigentem aera
et ex denso coactoque explicans. Cum primum
de ventis diximus. Nunc initia inquirimus
illos exquirere fortasse apparebit quemadmodum fi-
ant, si apparuerit quando et unde procedant. Primum
ergo antelucanos flatus inspiciamus, qui aut
ex fluminibus aut ex convallibus aut ex aliquo sinu
feruntur. Nullus ex hiis pertinax est, sed cadit for-
tiore iam sole, nec fert ultra terras conspectum.
Hoc ventorum genus incipit vere, non ultra esta-
tem durat, inde maxime venit ubi aquarum
plurimum et montium est. Plana licet habundet
aquis carent aura, hac dico que pro vento
valet. Quomodo ergo talis flatus concipitur, quem greci
encolpiam vocant? Quecumque ex se paludes et flu-
mina remittunt, id autem et multum est et assiduum,
per diem solis alimentum est, nocte non exhauri-
untur montibus inclusum et in unam regionem colligi-
tur. Cum illa se implevit et iam se non capit, expri-
mitur aliquo et in unam partem procedit. Hic ventus
est. Itaque in eo incubit quo liberior exitus invi-
tat et loci laxitas in quem coacervata decur-
rerunt. Huius rei argumentum est quod prima parte noctis
non spirat. Incipit enim fieri illa collectio
que circa lucem iam plena est et honerata querit
quo defluat, et eo potissimum exit ubi pluri-
mum vacui est et magna ac patens aera. Adi-
cit autem eis stimulos ortus solis feriens
gelidum aera. Nam et antequam appareat lumine
ipso valet, et nondum quidem aera radiis impellit,
iam tamen lacessit irritatque luce premissa. Nam cum
ipse processit, alia superius rapiuntur, alia
finiuntur tepore. Ideo non ultra matutinum illis
datur fluere. Omnis illorum vis conspectu solis
extinguitur, et si violentiores flavere circa
medium tamen diem relanguescunt, nec umquam

usque in meridiem aura producitur. Alia autem im-
becillior ac brevior est, prout valencioribus mi-
noribusve collecta causis est. Quare tamen
tales venti vere et estate validiores sunt? Le-
vissimi enim circa partem anni, nec que vela impleat
surgunt. Cum aer aquosior est ex pluviis
aquis locisque ob humidam celi naturam saturis
et redundantibus maior evaporatio est. At quare
estate eque profunduntur? Quia post occasum solis
remanet diutius calor et magna noctis
parte perdurat, qui evocat exeuntia ac vehemen-
tius trahit quecumque ex hiis sponte reddere solent.
Deinde non tantum habet virium ut quod evocavit
absumat. Ob hoc diucius corpuscula ema-
nare soluta et efflari terra ex se atque humorem
mittit. Facit autem ventum sol ortu non calore
tamen sed ictu. Lux enim ut dixi que solem an-
tecedit nondum aera calefacit, sed percutit tamen. Per-
cussus autem illatus cedit. Quamquam ergo ne id
quidem concesserim, lucem ipsam sine calore esse, cum
ex calore sit. Non habet forsitan tantum teporis quantum
tactu appareat. Opus tamen suum facit et densa
diducit ac tenuat. Preterea loca que aliqua
iniquitate nature ita clausa sunt ut solem acci-
pere non possint, illa quoque nubila et tristi luce
calescunt, et per diem minus quam noctibus rigent. Sed
et natura calor omnes abigit nebulas et a se re-
pellit. Ergo sol quoque idem facit, et ideo ut quibusdam
videtur inde flatus est unde sol. Hoc falsum esse
ex eo apparet quod navis in omnem partem vehitur et
contra ortum plenis velis navigatur, quod non
eveniret si semper ventus ferretur a sole. Ethe-
sie quoque que in argumentum quibusdam advocantur
non nimis propositum adiuvant. Dicam primum
quid illis placeat, deinde cur displiceat mihi.
Ethesie inquiunt hieme non sunt, quia brevis-
simis diebus sol desinit prius quam frigus evincat.
Itaque nives et ponuntur et durant. Estate inci-
piunt flare, cum et longius extenditur dies et
recti in nos radii diriguntur. Veri ergo simile est
concussas calore magno nives plus humidi
efflare. Item terras exoneratas nive retectas
quoque spirare liberius. Item plura ex septentrio-
nali parte celi corpora venire et in hec loca que
sunt submissiora ac tepidiora deferri.
Sic enim impetum ethesias sumere, et ob hoc a sol-
sticio illis initium est, ultraque ortum canicule
non valent, quia iam multum est frigida celi parte
in hanc egestum est, ac sol mutato cursu in
nostram rectior tendit et alteram partem aeris
attrahit, alteram vero impellit. Sic ille ethesi-
arum flatus estatem frangit et a mensium

frigidissimos gravitate defendit. Illud quod primum dicendum est, quare ethesie nos non adiuvent, nichil quicquam huic conferat cause. Dicunt autem lucem auram incitari tardius subsidere cum illam sol attigit. At qui ethesie ob hoc sompniculosi a nautis et delicati vocantur, quia ut ait Gallio mane nesciunt surgere; eo tempore fere incipiunt prodire quo ne pigerrimis quidem aura est. Ideo non ardet? Si ut auram ita illos sol commoveret. Adicere nunc quod si causa illis flatus est spatium diei ac longitudo, et ante solsticium flarent cum longissimi dies sunt et cum maxime nives tabescunt. Iulio enim mense iam dissoluta sunt omnia aut certe admodum pauca iacent adhuc sub nive. Sunt quedam genera ventorum que rupte nubes et in pronum solute emittunt. Hos Greci ventos ethnephias vocant. Qui hoc ut puto modo fiunt: cum magna inequalitas ac dissimilitudo corporum que vapor terrenus emittit in sublime eat, et alia ex hiis corporibus sicca sint, alia humida, ex tanta discordia corporum inter se pugnantium, cum in unum conglobata sunt, verisimile est quasdam cavas effici nubes et intervalla inter illas relinqui fistulosa et in modum tube angusta. Hiis intervallis tenuis includitur spiritus qui maius desiderat spatium, cum everberatus cursu parum libero incaluit, et ob hoc amplior fit scinditque cingentia et erumpit in ventum qui fere procellosus est, quia superne dimittitur et in nos cadit vehemens et acer, quia non fusus nec per apertum venit sed laborat et iter sibi vi ac pugna parat. Hic fere brevis flatus est, quia receptacula nubium per que ferebatur ac munimenta perrupit. Ideo tumultuosus venit aliquando, non sine igne ac sono celi. Hii venti multo maiores diutinosque reddunt, si alios quoque flatus ex eadem causa ruentes in se abstulerunt et in unum confluxere plures, sicut torrentes modice magnitudinis sunt quamdiu separatum suum iter est; cum vero plures in se aquas convertere, fluminum iustorum ac perennium magnitudinem excedunt. Idem credibile est fieri et in procellis, ut breves sint quamdiu singule sunt; ubi vero sociavere vires et ex pluribus celi partibus elisus spiritus eodem se contulit, et impetus illis accedit et mora. Efficit ergo ventum resoluta nubes, que pluribus modis solvitur. Nonnumquam conglobationem illam spiritus rumpit, nonnumquam inclusi et in exitum nitentis luctatio, nonnumquam ca-

lor quem modo sol facit, modo ipsa arietatio magnorum inter se corporum attritus. Hoc loco si tibi videtur queri potest cur turbo fiat. Evenire in fluminibus solet ut quamdiu sine impedimento feruntur simplex et rectum illis iter sit; ubi incurrerint in aliquod saxum ad latus ripe prominens, retorqueantur et in orbem aquas sine exitu flectant, ita ut circumlata in se sorbeantur et verticem efficiant. Sic ventus quamdiu nichil obstitit vires suas effundit; ubi aliquo promunctorio repercussus est aut locorum coactu in canalem devexum tenuemque collectus, sepius in se volutatur similemque illis quas diximus converti aquis facit verticem. Hic ventus circumactus et eundem ambiens locum et se ipsa vertigine concitans turbo est. Qui si pugnacior est ac diutius volutatus, inflammatur et efficit quod presteram Greci vocant. Hic est igneus turbo. Hii fere omnia pericula venti erupti de nubibus produnt, quibus armamenta rapiuntur et tote naves in sublime tolluntur. Etiam nunc quidam venti diversos ex se generant et impulsum aera in alias quoque partes quam in quas ipsi inclinaverant dispergunt. Illud quoque dicam quod michi occurrit: quemadmodum stillicidia cum iam inclinent se et labantur, nondum tamen efficiunt lapsum, sed ubi plura coiere et turba vires dedit, tunc fluere et ire dicuntur, sic quamdiu leves sunt aeris motus agitati pluribus locis, nondum ventus est; tunc esse incipit cum omnes illos miscuit et in unum impetum contulit. Spiritum a vento modus separat; vehementior enim spiritus ventus est, invicem spiritus leniter fluens aer. Repetam nunc quod in primo dixeram, edi specu ventos recessuque interiore terrarum. Non tota solido contextu terra in imum usque fundatur, sed multis latebris cava et cecis suspensa latebris, alibi habet inania sine humore. Ibi etiam si nulla lux discrimen aeris monstraret, dicam tamen nubes nebulasque in obscuro consistere. Nam ne hec quidem supra terras quia videntur sunt, sed quia sunt videntur. Illic quoque nichilominus ob id sunt quod non videntur. Flumina illic scias licet nostris paria sublabi, alia leniter ducta, alia in confragosis locis precipitando sonantia. Quid ergo? Non illud eque dabis, esse aliquos et sub terra lacus, et quasdam aquas sine exitu stagnare? Que si ita sunt, et illud necesse est, aera onerari oneratumque incumbere et ventum propulsu suo concitare. Ergo et ex illis sub terra nubibus sciemus nutriri inter obscura flatus

cum totum uiam fecerit quanto a terre obstanciam auferat et aliquid aptum ad hos efflatus iter occupet et per hanc cauernam in suas sedes efferatur. Illud uero manifestum est magnam esse sub terris uim sulphuris et aliorum non minus ignem alencium per hec loca cum se uentus exitum querens torsit accendat flammam ipso abstrictu necesse est. Deinde flammis latius fusis et si quid ignaui aeris erat extenuatum mouetur et uiam cum fremitu uasto atque impetu querit. Sed hec diligencius persequar cum queram de motibus terre. Nunc michi permitte narrare fabulam. Asclepiodotus auctor est demissos quam plurimos a Philippo in metallum antiquum olim destitutum ut explorarent que ubertas eius esset quis status an aliquid futuris reliquisset uetus auaricia. Descendisse illos cum multo lumine et multos durasse dies. Deinde longa uia fatigatos uidisse flumina ingencia et conceptus aquarum inercium uastos pares nostris nec compressos quidem terra supereminente sed libere laxitatis non sine horrore uisos. Cum magna hoc legi uoluptate. Intellexi enim seculum nostrum non nouis uiciis sed iam inde antiquitus traditis laborare nec nostra etate primum auariciam uenas terrarum lapidumque rimatam in tenebris male abstrusa quesisse. Illi maiores nostri quos celebramus laudibus quibus dissimiles esse nos querimur spe ducti montes ceciderunt et supra lucrum sub ruina steterunt. Ante Philippum Macedonem reges fuere qui pecuniam in altissimis usque latebris sequerentur et recto spiritu liberoque in illos se dimitterent specus in quos nullum noctium dierumque perueniret discrimen a tergo lucem relinquere. Que tanta spes fuit que tanta necessitas hominem ad sidera erectum incuruauit et defodit et in fundum telluris intime mersit ut erueret aurum non minore periculo querendum quam possidendum. Propter hoc cuniculos egit et circa predam lutulentam incertamque reptauit oblitus dierum oblitus nature melioris a qua se auertit. Nulli ergo mortuo terra tam grauis est quam istis super quos auaricia ingens terrarum pondus iniecit quibus abstulit celum quos in imo ubi illud malum uirus latitat infodit. Illuc descendere ausi sunt ubi noua rerum positio terras pendencium habitus uentosque per cecum inania experirentur et aquarum nulli fluencium horridos fontes et altam perpetuamque noctem. Deinde cum ista fecerint inferos metuunt. Sed ut ad id quo agitur reuertar. Venti quattuor sunt in ortum occasum meridiem septentrionemque diuisi. Ceteri quos uariis nominibus appellamus hiis applicantur. Eurus ad auroram Nabatheaque regna recessit Persidaque et radiis iuga subdita matutinis. Vesper et occiduo que litora sole tepescunt proxima sunt zephiro. Scithiam septemque triones horrifer inuasit boreas. Contraria tellus nubibus assiduis pluuiaque madescit ab austro. Vel si breuius illos complecti mauis in unam tempestatem quod fieri nullo modo potest congerantur. Una eurusque notusque ruunt creberque procellis Affricus et qui locum in illa rixa non habuit aquilo. Quidam illos xii faciunt. Quattuor enim celi partes in ternas diuidunt et singulis uentis binos subprefectos dant. Hac arte Varro uir diligens illos ordinat nec sine causa. Non enim eodem loco sol oritur aut occidit sed alius est ortus occasusque equinoctialis bis autem equinoctium est, alius solsticialis, alius hibernus. Qui surgit ab oriente equinocciali subsolanus apud nos dicitur, Greci illum aphelioten uocant. Ab oriente hiberno eurus exit quem nostri uocauere uulturnum et Liuius hoc illum nomine appellat in illa pugna Romanis parum prospera in qua Hanibal et contra solem orientem exercitum nostrum et contra uentum constituit. Tum uenti adiutorio ac fulgoris perstringentis oculos hostium uicit. Varro quoque hoc nomen usurpat. Sed et eurus iam ciuitate donatus est et nostro sermoni non tamquam alienus interuenit. Ab oriente solsticiali excitatum kaikian Greci appellant, apud nos sine nomine est. Equinoctialis occidens fauonium mittit quem zephirum esse dicent tibi et qui Grece nesciunt loqui. A solsticiali occidente chorus uenit qui apud quosdam argestes dicitur. Michi non uidetur quia chori uiolenta uis est et in unam partem rapax, argestes fere mollis est et tam euntibus communis quam redeuntibus. Ab occidente hiberno affricus furibundus et ruens apud Grecos lips dicitur. A septentrionali latere summus est aquilo, medius septentrio, imus thrascias; huic deest apud nos uocabulum. A meridiano axe euronotus est, deinde notus latine auster, deinde libonotus qui apud nos sine nomine est. Placet autem xii uentos esse non quia ubique tot sint, quosdam enim inclinatio terrarum excludit, sed quia plures nusquam sunt. Sic casus sex dicimus non quia omne nomen sex recipit sed quia nullum plures quam sex. Qui xii

uentos esse diceret. hoc secuti sunt totidem
uentos esse quot celi discrimina. Celum
in diuidit in circulos quinque qui per mundi
cardines eunt. est septentrionalis. est
solsticialis. est brumalis. est contrarius septentrio-
nali. his sextus accedit qui superiorem partem
mundi ab inferiore secernit. Ut scis enim di-
midia pars mundi semper supra, dimidia infra est.
Hunc circulum greci orizonta uocant.
nostri finitorem dixerunt. alii finientem. Adi-
ciendus est adhuc meridianus circulus qui
orizonta rectis angulis secat. Ex his
quidam circuli in transuersum currunt et alios in-
terventu suo scindunt. Necesse est autem tot aeris
discrimina esse quot partes. Ergo orizon siue
finiens circulus quinque illos orbes quos mo-
do dixi finit et efficit x partes quinque ab ortu
quinque ab occasu. Meridianus circulus qui in
orizonta currit regiones duas adicit. Sic
xii aer discrimina accepit et totidem fecit
uentos. Quidam sunt quorundam locorum proprii qui non
transmittunt sed in proximum ferunt. Non est illis
a latere uniuersi mundi impetus. Atabulus A-
puliam infestat. Calabriam Iapix. Athenas
Sciron. Pamphiliam Crageus. Galliam Cir-
cius. cui edificia quassanti tamen incole gratias
agunt tamquam salubritatem celi sui debe-
ant ei. Diuus certe Augustus templum illi
cum in Gallia moraretur et uouit et fecit. In-
finitum est si singulos uelim persequi. nulla enim pro-
modum regio est que non habeat aliquem fla-
tum ex se nascentem et circa se cadentem. Inter
cetera itaque prouidentie opera hoc quoque aliquis ut dignum
admiratione suspexerit. Non enim ex una causa
uentos aut inuenit aut per diuersa disposuit. sed
primum ut aera non sineret pigrescere sed assi-
dua uexatione utilem redderet uitalemque trac-
tantibus. Deinde ut imbres terris subministraret
idemque nimios compescerent. Nam modo adducunt
nubes modo deducunt ut per totum orbem pluuie
diuidi possint. In Italiam auster impellit.
Aquilo in Affricam reiicit. Ethesie non patiuntur
apud nos nubes consistere. Idem per totam In-
diam et Ethiopiam continuis per id tempus aquis
irrigant. Quid quod fruges percipi non possent
nisi flatu superuacua et in mixta seruandis uen-
tilarentur. nisi esset quod segetem excitaret et la-
tentem frugem ruptis uelaminibus que folli-
culos agricole uocant adaperiret. Quid quod
omnibus inter se populis commercium dedit et gentes
dissipatas locis miscuit. Ingens nature
beneficium si illud in iniuriam sua non uer-
tat hominum furor. Nunc quod de Cesare maio-
re uulgo dictatum est et a Tito Liuio positum
in incertum esse utrum illum magis nasci rei pu-
blice profuerit an non nasci. et de uentis potest. adeo quicquid ex
illis utile et necessarium est non potest his repensari
que in perniciem suam generis humani dementia ex-
cogitat. Sed non ideo non sunt ista natura bona si ui-
cio male utentium nocent. Non in hoc prouiden-
tia ac dispositio ille mundi deus aera uen-
tis exercendum dedit et illos ab omni parte ne
quid esset situ squalidum effudit ut nos
classes partem freti occupaturas compleremus
milite armato et hostem in mari aut post ma-
re quereremus. Que nos dementia exagitat
et in mutuum componit exitium. Vela uen-
tis damus bellum petituri et periclitamur periculi causa.
Incertam fortunam experimur. uim tempestatum
nulla ope humana superabilem. mortem sine
spe sepulture. Non erat tanti si ad pacem
per ista ueheremur. Nunc cum euaseris tot sco-
pulos latentes et insidias uadosi maris
cum effugeris procellosos desuper montes per
quos preceps in nauigantes uentus impingitur. cum
inuolutos nubilo dies et nimbis ac to-
nitribus horrendas noctes cum turbinibus
diuulsa nauigia. quis erit huius laboris
ac metus fructus. Quis nos fessos tot ma-
lis portus excipiet. Bellum scilicet et obuius in litore
hostis et trucidande gentes tractura magna
ex parte uictorem et antiquarum urbium
flamma. Quid in arma cogimus populos. Quid
exercitus scribimus directuros aciem in mediis
fluctibus. Quid maria inquietamus. Parum uidelicet
ad mortes nostras terra late patet. Nimis
delicate fortuna nos tractat. Nimis du-
ra dedit nobis corpora. felicem ualitudinem.
Non depopulatur nos casus et in'cuique eme-
tiri. cuique annos suos ex commodo licet
et ad senectutem deuenire. Itaque eamus in pella-
gus et uocamus in nos fata cessantia. Mi-
seri quid queritis mortem. que ubique supe-
rest. Petet illa nos et ex lectulo. sed innocentes
petat. Occupauit nos in nostra domo. sed
occupet nullum molientes malum. Hoc uero
quid aliud quis dixerit quam insaniam circum-
ferre pericula et ruere in ignotos. Iratum sine
iniuria occurrentia deuastantem ac ferarum
more occidentem. quem non oderis. Illis tamen in
ultionem est et ex fame morbus est. Nos sine
ulla parsimonia nostri alienique sanguinis
mouemus manum. nauigia deducimus
salutem committimus fluctibus. secundos o-

putamus ventos quos ad felicitatem et ad bella
proferri. Quousque nos malos mala nostra
rapuere? Parum est intra orbem suum furere. Sic
Persarum rex stolidissimus in Graeciam traiecit,
quem exercitus non vincet cum impleverit.
Sic Alexander ulterior Bactris et Indis
volet quaerere quid sit ultra magnum mare et
indignabitur aliquid esse ultimum sibi. Sic Par-
this avaritia Crassum dabit. Non horrebit
revocantis diras tribuni, non tempestates
longissimi maris, non circa Eufratem praesa-
ga fulmina et deos resistentes. Per hominum et
deorum iras ad aurum ibitur. Ergo non immerito
quis dixerit rerum naturam melius acturam
fuisse nobiscum si ventos flare vetuisset
et inhibito discursu furentium in sua quemque sta-
re iussisset. Si nihil aliud, certe suo quisque tan-
tum malo nasceretur. Nunc parum
in domestica, externis quoque laborandum est.
Nulla terra tam longe remota est quae non emittere ali-
quod suum malum possit. Unde scio an nunc
aliquis magnae gentis in abdito dominus for-
tunae indulgentia tumens non contineat in-
tra terminos arma, an paret classes ignota mol-
liens. Unde scio hic an ille ventus bellum
invehet. Magna pars erat pacis humanae
maria praecludi. Non tamen ut paulo ante dice-
bam queri possumus de auctore nostro deo si be-
neficia eius corrupimus et ut essent contraria effe-
cimus. Dedit ille ventos ad custodiendam
caeli terrarumque temperiem, ad evocandas sup-
primendasque aquas, ad alendos satorum atque ar-
borum fructus, quos ad maturitatem cum aliis
causis adducit ipsa iactatio attrahens cibum
in summa et ne torpeant permovens. Dedit ven-
tos ad ulteriora noscenda. Fuisset enim imperitum
animal et sine magna experientia homo si
circumscriberetur natalis soli fine. Dedit ven-
tos ut commoda cuiusque regionis fierent
communia, non ut legiones equitemque gestarent
nec ut perniciosa gentium arma transveherent.
Si beneficia naturae utentium pravitate per-
pendimus, nihil non nobis malo accepimus. Cui
videre expedit, cui loqui, cui non vita tor-
mentum est? Nihil invenies tam manifestae
utilitatis quod non in contrarium transferat culpa.
Sic ventos quoque natura bonos futuros invenerat;
ipsi illos contrarios fecimus. Omnes in aliquod
nos malum ducunt. Non eadem est his et illis
causa solvendi, sed iusta nulli. Diversis enim irrita-
mentis ad temptandum iter impellimur; utique
alicui vitio navigatur. Egregie Plato dicit,

qui nobis iam circa exitum vitae testium loco dandus
est: minima quoque homines emunt vita. Immo,
Lucili karissime, si bene illorum furorem extima-
veris, id est nostrum, in eadem enim turba volutamur, ma-
gis ridebis cum cogitaveris vitae parari
in quo vita consumitur. Explicit liber quintus.

Incipit sextus de terre motu.

Pompeios celebrem Campaniae urbem
in quam ab altera parte Surrentinum Sta-
bianumque litus, ab altera Herculanense conveniunt
mare ex aperto conductum amoeno sinu cingit,
consedisse terrae motu vexatis quaecumque adiace-
bant regionibus, Lucili virorum optime, audi-
vimus. Et quidem hibernis diebus, quos vacare
a tali periculo maiores nostri solebant promittere.
Nonis Februarii hic fuit motus Regulo
et Virginio consulibus, qui Campaniam numquam secu-
ram huius mali, indemnem tamen et totiens de-
functam metu, magna strage vastavit.
Nam et Herculanensis oppidi pars ruit dubieque
stant etiam quae relicta sunt. Et Nucerinorum colonia
sine clade vel non sine querela est. Neapolis
quoque privatim multa, publice nihil amisit le-
viter ingenti malo perstricta. Villae vero prae-
ruptae passim sine iniuria tremuere. Adiciunt
his illa: sexcentarum ovium gregem exanimatum
et divisas statuas, motae post hoc mentis aliquos
atque impotentes sui errasse. Quorum ut causas
excutiamus et propositi operis contextus exigit
et ipse in hoc tempus congruens casus. Quae-
renda sunt trepidis solacia et demendus
ingens timor. Quid enim cuiquam satis tutum videri
potest si mundus ipse concutitur et partes eius so-
lidissimae labantur? Si quod unum immobile est in
illo fixumque ut cuncta in se intenta sustineat
fluctuat; si quod proprium habet terra perdidit, stare, ubi
tandem resident metus nostri? Quod corpora recep-
taculum invenient, quo sollicita confugient
si ab imo metus nascitur et funditus trahitur?
Consternatio omnium est ubi tecta crepuere
et ruina signum dedit. Tunc praeceps quisque
se proripit et penates suos deserit ac se
publico credit. Quam latebram prospicimus,
quod auxilium, si orbis ipse ruinas agitat,
si hoc quod nos tuetur ac sustinet, supra quod
urbes sitae sunt, quod fundamentum quidam orbis
esse dixerunt, discedit ac titubat? Quid tibi
esse non dico auxilium sed solacium potest ubi timor
fugam perdidit? Quid est inquam satis munitum?
Quid ad tutelam alterius ac sui firmum? Ho-
stem muro repellam, et praeruptae altitudinis
castella vel magnos exercitus difficultate

aditus muratur. A tempestate nos vindicant portus. Nimborum vim effusam et sine fine cadentes aquas tecta propellunt. Fugientes non sequitur incendium. Adversus tonitrua et minas celi subterranee domus et in altum specus remedia sunt. Ignis iste celestis non transverberat terram sed exiguo eius obiectu retunditur. In pestilentia mutare sedes licet. Nullum malum sine effugio est. Numquam fulmina populos perusserunt. Pestilens celum exhausit urbes non abstulit. Hoc malum latissime patet, inevitabile, avidum, publice noxium. Non enim domos solum aut familias aut urbes singulas haurit, sed gentes totas regionesque aut subvertit et modo ruinis operit, modo in altam voraginem condit, ac ne id quidem relinquit ex quo appareat quod non est saltem fuisse, sed supra nobilissimas urbes sine ullo vestigio prioris habitus solum extenditur. Nec desunt qui hoc genus mortis magis timeant quo in abruptum cum sedibus suis eunt et e vivorum numero vivi auferuntur, tamquam non omne fatum ad eundem terminum veniat. Hoc habet inter cetera iustitie sue natura precipuum, quod cum ad exitum ventum est omnes in equo sumus. Nihil itaque interest utrum me lapis unus elidat an monte toto premar, utrum super me domus unius onus veniat et sub exiguo eius cumulo ac pulvere expirem an totus caput meum terrarum orbis abscondat, in luce hunc et in aperto spiritum reddam an in vasto terrarum dehiscentium sinu, solus in illud profundum an cum magno comitatu populorum concadentium ferar. Nihil interest mea quantus circa mortem meam tumultus sit: ipsa ubique tantundem est. Proinde magnum sumamus animum adversus istam cladem que nec evitari nec provideri potest, desinamusque audire istos qui Campanie renuntiaverunt quique post hunc casum emigraverunt negantque ipsos umquam in illam regionem accessuros. Quis enim illis promittit melioribus fundamentis hoc aut illud solum stare? Omnia eiusdem sortis sunt, et si nondum mota tamen mutabilia. Hunc fortasse in quo securius consistis locum hec nox aut hic ante noctem dies scindet. Unde scias an melior eorum locorum condicio sit in quibus iam vires suas fortuna consumpsit et que in futuram ruinam sua fulta sunt? Erramus enim si ullam terrarum partem exceptam et immunem ab hoc periculo credimus. Omnes sub eadem iacent lege. Nichil ita ut immobile esset natura concepit. Alia temporibus aliis cadunt, et quemadmodum in urbibus magnis nunc hec domus nunc illa suspenditur, ita in hoc orbe terrarum nunc hec pars facit vitium nunc illa. Tyros aliquando infamis ruinis fuit. Asia duodecim urbes simul perdidit. Anno priore in Achaiam et Macedoniam quecumque est ista vis mali que incurrit nunc Campaniam ledit. Circuit fatum et si quid diu preteriit repetit. Quedam rarius sollicitat, sepius quedam. Nichil immune et innoxium sinit. Non homines tantum, qui brevis et caduca res nascimur, urbes oreque terrarum et litora et ipsum mare in servitutem fati venit. Nos tamen nobis permansura promittimus bona fortune, et felicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis velocissima est levitas, habituram in aliqua re pondus ac moram credimus, et perpetua sibi omnia promittentibus in mentem non venit id ipsum supra quod stamus stabile non esse. Neque enim Campanie istud aut Achaie sed omnis soli vitium est male coherere et ex causis pluribus solvi et summa manere, partibus ruere. Quid ago? Solacium adversus pericula dare promiseram: ecce undique timenda denuntio; nego quicquam esse quietis eterne quod perire possit et perdere. Ego vero hoc ipsum solacii loco pono et quidem valentissimi, quoniam quidem sine remedio timor stultus est. Ratio terrorem prudentibus excutit, imperitis magna fit ex desperatione securitas. Hoc itaque generi humano dictum puta quod illis subita captivitate inter ignes et hostem stupentibus dictum est: Una salus victis nullam sperare salutem. Si vultis nichil timere, cogitate omnia esse timenda. Circumspicite quam levibus causis discutiamur: non cibus nobis, non umor, non vigilia, non somnus sine mensura quadam salubria sunt. Iam intelligetis nugatoria esse nos et imbecilla corpuscula, fluida, non magna molitione perdenda. Sine dubio id unum periculi nobis est quod tremunt terre, quod subito dissipantur ac superposita deducunt. Magni se estimat qui fulmina et motus terrarum hiatusque formidat. Vult ille imbecillitatis sibi conscius timere pituitam? Ita videlicet nati sumus, tam felicia sortiti membra, et in hanc magnitudinem crevimus, et ob hoc nisi mundi partibus motis, nisi celum intonuerit, nisi terra subsederit, perire non possumus? Unguiculi nos et ne totius quidem dolor sed aliqua a latere eius scissura conficit. Et ego timeam terras trementes quem crassior saliva suffocat? Ego extimescam emotum sedibus suis mare et ne estus maiore quam solet cursu plus aquarum trahens superveniat, cum quosdam strangulaverit potio male lapsa per fauces? Quam stultum est mare horrere cum scias stillicidio perire te posse! Nullum est

magnum solacium mortis est ipsa mortalitas.
Nullum autem omnium istorum que extrinsecus terrent
est, quia innumerabilia pericula in ipso sinu sunt. Quid
enim dementius quam ad tonitrua succumbere et sub
terram correpere fulminum metu? Quid stul
tius quam timere nutationem aut subitos montium la
psus et irruptiones maris extra litus eiecti,
cum mors ubique presto sit et undique occurrat?
Nichil quidem sit tam exiguum quod non in perniciem
generis humani satis valeat. Adeo non debent nos
ista confundere, tamquam plus in se mali habeant
quam vulgaris mors, ut contra, cum sit necesse e vita
exire et aliquando emittere animam, maiore perire ra
tione iuvet. Necesse est mori ubicumque quandoque. Stet
licet ista humus et se teneat suis finibus nec
ulla iactetur iniuria, supra me quandoque erit. Inter
est ergo illam mihi an ipsa se mihi imponat. Dedu
citur ingenti potentia nescio cuius mali, rum
pitur et me in immensam altitudinem abducit. Quid
porro? mors levior in plano est? Quid habeo
quod querar, si rerum natura non vult iacere igno
bili leto, si mihi inicit sui partem? Egregie
Virgilius meus in illo inclito carmine:
Si cadendum est mihi, e celo cecidisse velim.
Idem licet dicere: si cadendum est, cadam orbe con
cusso. Non quia fas est optare publicam cla
dem, sed quia ingens mortis solacium est terram
quoque videre mortalem. Illud quoque proderit
presumere animo: nichil horum deos facere, nec ira nu
minum aut celum concuti aut terram. Suas ista causas
habent, nec ex imperio seviunt, sed quibusdam vitiis
ut corpora nostra turbantur, et tunc cum facere vi
dentur iniuriam accipiunt. Nobis autem ignorantibus
verum omnia terribilia sunt, ut quorum metum rari
tas auget. Levius accidunt familiaria; ex
insolito formido maior est. Quare autem quicquam
nobis insolitum est? Quia naturam oculis non ratione
comprehendimus, nec cogitamus quid illa facere
possit, sed tantum quid fecerit. Damus itaque huius
negligentie penas tamquam novis territi, cum
illa non sint nova sed insolita. Quid ergo? non
religionem incutit mentibus, et quidem publice, sive
defecisse sol visus est, sive luna, cuius obscu
ratio frequentior, aut parte sui aut tota delitu
it? longeque magis illa acte in transversum
faces et celi magna pars ardens et crinita
sidera et plures solis orbes et stelle per
diem vise subitique transcursus ignium mul
tam post se lucem trahentium? Nichil horum sine ti
more miramur; et cum timendi sit causa nescire,
non est tanti scire ne timeas? Quanto satius
est causas inquirere, et quidem toto in hoc intentum

animo. Neque enim illo quicquam inveniri dignius potest,
cui se non tantum commodet sed impendat. Quera
mus ergo quid sit quod terram ab infimo move
at, quid tanti molem ponderis pellat, quid
sit illo valentius quod tantum onus vi sua la
befactet, cur modo tremat, modo laxata sub
sidat, nunc in partes divisa discedat et
alias intervallum ruine sue diu servet, a
lias cito comprimat, nunc amnes magnitudinis
note convertat introrsus, nunc novos expri
mat, aperiat aliquando aquarum calentium venas,
aliquando refrigeret, ignesque nonnumquam per aliquod
ignotum ante montis aut rupis foramen
emittat, aliquando notos et per secula nobiles
comprimat. Mille miracula movet faciemque mu
tat locis et defert montes, subrigit plana,
valles extuberat, novas in profundo
insulas erigit. Hec ex quibus causis acci
dunt digna res est excuti. Quod, inquis, erit
pretium opere? Quo nullum maius est, nosse naturam.
Neque enim quicquam habet in se huius materie tractatio
pulcrius, cum multa habeat futura usui, quam quod
hominem magnificentia sui detinet, nec mercede
sed miraculo colitur. Inspiciamus ergo quid sit propter
quod hec accidant. Quorum adeo est mihi dulcis
inspectio ut, quamvis aliquando de motu terre vo
lumen iuvenis ediderim, tamen temptare me voluerim
et experiri an etas aliquid nobis aut ad scientiam
aut certe ad diligentiam adiecerit. Causam
qua terra concutitur alii in aqua esse, alii in
ignibus, alii in ipsa terra, alii in spiritu putaverunt,
alii in pluribus, alii in omnibus his. Quidam li
quere ipsis aliquam ex istis causam esse dixerunt,
sed non liquere que esset. Nunc singula persequamur. Illud
ante omnia mihi dicendum est: opiniones veteres
parum exactas esse et rudes. Circa verum adhuc
errabatur. Nova omnia erant primo temptantibus;
postea eadem illa limata sunt, et si quid inventum est,
illis nichilominus referenda debet acceptum. Magni
animi res fuit rerum nature latebras dimovere
nec contentum exteriori eius conspectu intro
spicere et in deorum secreta descendere.
Plurimum ad inveniendum contulit qui spe
ravit posse reperiri. Cum excusatione
itaque veteres audiendi sunt. Nulla res con
summata est dum incipit. Nec in hac tantum re
omnium maxima atque involutissima, in qua
etiam cum multum acti erit, omnis tamen etas
quod agat inveniet, sed in omni alio negotio lo
nge semper a perfecto fuere principia. In aqua causam
esse nec ab uno dictum est nec uno modo. Thales
Milesius totam terram subiecto iudicat hu

more portari. Et in agro sive illud cavernam vocas sive mare sive aliquid novi, sive simplex adhuc aquarum et humidum elementum, hic inquit unda sustinetur orbis velud aliquod grande navigium et grave hiis aquis quas premit. Supervacuum est reddere causas propter quas existimat gravissimum partem mundi non posse spiritu tam tenui fugacique gestari. Non enim nunc de situ terrarum sed de motu agitur. Illud argumenti loco ponit aquas esse in causa quibus hic orbis agitatur quod in omni maiore motu erumpunt semper nove fontes sicut in navigiis quoque evenit ut si inclinata sunt et abierunt in latus aquam sorbeant. Quoque in omni honere eorum que vehit si inmodice depressa sunt aut superfunditur aut certe dextra sinistraque solito magis surgit. Hanc opinionem falsam esse non est diu colligendum. Nam si terra aqua sustinetur et ea aliquando concuteretur semper moveretur nec agitari illam miraremur sed manere cum totam concuteret non ex parte. Numquam enim navis dimidia iactatur. Nunc autem terrarum non universarum sed ex parte motus est. Quomodo ergo fieri potest ut quod totum vehitur totum non agitetur si eo quo vehitur agitatum est? At quare aque erumpunt? Primum omnium sepe tremuit terra et nichil humoris novi fluxit. Deinde si ex hac causa unda prorumperet a lateribus terre circumfunderetur sicut in fluminibus ac mari videmus accidere ut incrementum aquarum quotiens navigia desidunt in lateribus maxime appareat. Ad ultimum non tam exigua fieret quam dicis eruptio nec velud per rimam sentina subreperet sed fieret ingens inundatio ut ex infinito liquore et ferente universa. Quidam motum terrarum aque imputaverunt sed non ex eadem causa. Per omnem inquit terram multa aquarum genera decurrunt alibi perpetui amnes quorum pronavigabilis et sine adiutorio ymbrium magnitudo est. Hic Nilus per estatem ingentes aquas invehit. Hic qui medius inter pacata et hostilia fluit Danubius ac Renus, alter Sarmaticos impetus cohibens et Europam Asiamque distinguens, alter Germanos avidam gentem belli repellens. Adice nunc patentissimos lacus et stagna populis inter se ignotis circumdata et ineluctabiles navigio paludes, nec ipsis quidem inter se pervias quibus incoluntur. Deinde tot fontes tot capita fluminum subito se et ex occulto amnes vomentia. Tot deinde ad tempus collectos torrentium impetus quorum vires quam repentine tam breves. Omnis aquas et intra terram natura faciesque est. Illic

quoque alie vasto cursu deferuntur et in precipicium volute cadunt. Alie languidiores in vadis refunduntur et leniter ac quiete fluunt. Quis autem neget vastis illa receptaculis concipi et cessare inertes multis locis. Non est diu probandum ibi multas aquas esse ubi omnes sunt. Neque enim sufficeret tellus ad tot flumina edenda nisi ex reposito multo quod funderet. Si hoc verum est necesse est aliquando amnis excrescat et relictis ripis violentus in obstantia incurrat, sic fiet motus alicuius partis in qua motus impetum dedit et qua donec decrescat verberabit. Potest fieri ut aliquam regionem rivus affluens exedat ac secum trahat aliquam molem qua lapsa superposita quatiantur. Iam vero nimis oculis permittit nec ultra illos scit producere animum qui non credit esse in abscondito terre sinus maris vasti. Nec enim video quid prohibeat vel obstet quominus habeat aliquod et in abscondito litus et per occultos aditus receptum mare quod illic quoque tantundem loci teneat aut fortassis hoc amplius quam superiora cum tot animalibus erat dividenda. Abstrusa enim et cetera sine possessore deserta liberius undis vacant quas quid vetat illic fluctuare et ventis quos omne intervallum terrarum et omnis aer creat impelli? Potest ergo maior solito exorta tempestas aliquam partem terrarum impulsam vehementius commovere. Nam apud nos quoque multa que procul a mari fuerant subito eius accessu vapulaverunt et villas in prospectu collocatas fluctus quam longe audiebantur invasit. Illic quoque potest accedere ac recedere pelagus infernum quorum neutrum fit sine motu superstantium. Non quidem existimo diu te cunctaturum an credas esse subterraneos amnes et mare absconditum. Unde enim ista prorumpunt unde ad nos veniunt nisi quod origo humoris inclusa est? Age cum vides interruptum Tigrim in medio itineris siccari et non universum averti sed paulatim non apparentibus damnis minui primum deinde consumi, quo illum putas abire nisi in obscura terrarum? Utique cum videas emergere iterum non minorem quam eo qui prior fluxerat. Quid cum vides Alpheum celebratum poetis in Achaia mergi et in Sicilia rursus transiecto mari effundere amenissimum fontem Arethusam? Nescis autem inter opiniones quibus narratur Nili estiva inundatio et hanc esse a terra illum erumpere et augeri non superius aquis sed ex intimo redditis. Ergo quod centuriones duos quos Nero Cesar ut alias virtutum

ita ueritatis in primis amantissimus ad inuestigandum caput Nili miserat. Audiui narrantes longum illos iter peregisse cum a rege Ethiopie instructi auxilio commendatique proximis regibus penetrassent ad ulteriora. Et quidem aiebant. Peruenimus ad immensas paludes quarum exitum nec incole nouerant nec sperare quisquam potest, ita implicate aquis herbe sunt et aque nec pediti eluctabiles nec nauigio, quod nisi paruum et unius capax limosa et obsita palus non ferat. Ibi inquit uidimus duas petras ex quibus ingens uis fluminis excidebat. Sed siue caput illa siue accessio est Nili, siue tunc nascitur siue in terras ex priore recepta cursu redit, nonne tu credis illam quecumque est ex magno terrarum lacu ascendere? Habeant enim oportet pluribus locis sparsum humorem sparsum humorem et in imo coactum ut eructare tanto impetu possint.

Quidam et ignem causam motus quidem sed non solum iudicant. In primis Anaxagoras, qui existimat simili pene ex causa et aera concuti et terram, cum in inferiore parte spiritus crassum aera et in nubes coactum eadem ui qua apud nos quoque nubila frangi solent rupit, et ignis ex hoc collisu nubium cursuque elisi aeris emicuit. Hic ipse in obuia incurrit exitum querens ac diuellit repugnantia, donec per angusta aut nactus est uiam exeundi ad celum aut ui atque iniuria fecit. Alii in igne causam quidem esse, sed non ob hoc iudicant, sed quia pluribus obrutus locis ardeat et proxima queque consumat. Que si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium que subiectis adminiculis destitute labant donec corruerunt, nullo occurrente quod onus exciperet. Tunc casmata, tunc hiatus uasti aperiuntur, aut cum diu dubitauerint super ea se que supersunt stant et componunt. Hoc apud nos quoque uidemus accidere quotiens incendio laborat pars ciuitatis: cum exuste trabes sunt aut corrupta que superioribus firmamentum dabant, tunc diu agitata fastigia concidunt et tamdiu deferuntur ad que incerta sunt donec in solido resederunt.

Anaximenes ait terram ipsam sibi esse causam motus, nec extrinsecus incurrere quod illam impellat sed intra ipsam et in ipsa. Quasdam enim partes eius decidere, quas aut humore soluit aut ignis exederit aut spiritus uiolentia excusserit. Sed his quoque cessantibus non deesse propter quod aliquid abscedat aut reuellatur. Nam primum omnia uetustate labuntur nec quicquam tutum a senectute est. Hec solida quoque et magni roboris carpit. Itaque quemadmodum in edificiis ueteribus quedam non percussa tamen decidunt cum plus ponderis habuere quam uirium, ita in hoc uniuerso terre corpore euenit ut partes eius uetustate soluantur, solute cadant et tremorem superioribus afferant: primum dum abscedunt. Nichil enim magnum sine motu eius cui heserit abscinditur. Deinde cum deciderunt, solido excepte resiliunt pile more, que cum cecidit exultat ac sepius pellitur, totiens a solo in nouum impetum missa. Si uero in stantibus aquis delata sunt, hic ipse casus uicina concutit fluctu, quem subitum uastumque illisum ex alto pondus euexit.

Quidam ignibus quidem assignant hunc tremorem, sed aliter. Nam cum pluribus locis ferueant, necesse est ingentem uaporem sine exitu uoluant, qui ui sua spiritum intendit, et si acrius institit opposita diffundit; si uero remissior fuit, nichil amplius quam mouet. Uidemus aquam spumare igne subiecto. Quod in hac aqua facit inclusa et angusta, multo magis facere credamus cum uiolentus ac uastus ingentes aquas excitat. Tunc ille uaporatione inundantium undarum quicquid pulsauit agitatur.

Spiritum esse qui moueat et plurimis et maximis auctoribus placet. Archilaus antiquitatis diligens ait ita: Uenti in concaua terrarum deferuntur. Deinde ubi iam omnia spatia plena sunt et in quantum aer potuit densatus est, is qui superuenit spiritus priorem premit et elidit ac frequentibus plagis primo cogit, deinde perturbat. Tum ille querens locum omnes angustias dimouet et claustra sua conatur effringere. Sic euenit ut terre spiritu luctante et fugam querente moueantur. Itaque cum terre motus futurus est, precedit aeris tranquillitas et quies, uidelicet quia uis spiritus que concitare solet in inferna sede detinetur. Nunc quoque cum hic motus in Campania fuit, quamuis hiberno tempore et inquieto per superiores dies a celo aer stetit. Quid ergo? numquam flante uento terra concussa est? Admodum raro duo simul flauerunt uenti; fieri tamen et potest et solet. Quod si recipimus et constat duos uentos rem simul gerere, quidni accidere possit ut alter superiorem aera agitet, alter inferiorem? In hanc sententiam licet ponas Aristotelem et discipulum eius Theofrastum, non ut Grecis uisum est diuini, at et dulcis eloquii uirum et nitidi sine labore. Quid utrique placeat exponam. Semper aliqua euaporatio est e terra, que modo arida est, modo humido mixta. Hec ab infimo edita et in quantum potuit elata, cum

ulteriorem locum in quem exeat non habet, retro fertur et in se revolvitur. Dum circa spiritus temptamentis iactat obstacula et sive inclusus sive per angusta evasus est, motum ac tumultum facit. Straton ex eadem scola est qui hanc partem philosophie maxime coluit et rerum nature inquisitor fuit. Huius tale decretum est: frigidum et calidum semper in contraria abeunt, una esse non possunt; eo frigidum confluit unde vis calida discessit, et invicem ibi calidum est unde frigus expulsum est. Hoc quod dico verum est, sed utrumque in contrarium agi ex hoc tibi appareat: hiberno tempore, cum super terram frigus est, calent putei, nec minus specus atque omnes sub terra recessus, quia illo se calor contulit superiora possidenti frigori cedens; qui cum in inferiora pervenit et eo se quantum poterat ingessit, quo densior hoc validior est. Huic aliud supervenit, cui necessario congregatus ille iam et in angulum pressus locum cedit. Idem e contrario evenit: cum vis maior frigidi illata in cavernas est, qui illic calidus latet frigori cedens abit in angustum et magno impetu agitur, quia non patitur utriusque natura concordiam nec in uno moram. Fugiens ergo et omnimodo cupiens excedere, proxima queque removetur ac iactat. Ideo antequam terra moveatur, solet mugitus audiri ventis in abdito tumultuantibus. Nec enim aliter posset, ut ait noster Virgilius, sub pedibus mugire solum et iuga celsa moveri, nisi hoc esset ventorum opus. Vices deinde huius pugne sunt: desinit calidi congregatio ac rursus eruptio; tunc frigida compescuntur et succedunt, mox futura potentiora. Dum ergo alterna vis cursat et ultro citroque spiritus commeat, terra quatitur.

Sunt qui existiment spiritu quidem et nulla alia re tremere terram, sed ex alia causa quam Aristotili placuit. Quid sit quod ab his dicatur audi. Corpus nostrum et sanguine irrigatur et spiritu qui per sua itinera decurrit. Habemus autem quedam angustiora receptacula ... colligitur et venti dividitur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus et aquis que vicem sanguinis tenent et ventis, quos nihil aliud quis quam animam vocaverit, pervium est. Hi duo alicubi currunt, alicubi consistunt. Sed quemadmodum in corpore nostro, dum bona valitudo est, venarum quoque imperturbata mobilitas modum servat, ubi aliquid adversi est, micat crebrius et suspiria atque anhelitus laborantis ac fessi signa sunt, ita terre quoque, dum illis naturalis est positio, inconcusse manent. Cum aliquid peccatur, tunc velut egri corporis motus est spiritu illo qui modestius profluebat ictu vehementius et quassante venas suas. Nec ut illi paulo ante dicebant quibus animal placet esse terram, accidet. Nam si hoc est, quemadmodum animal tota vexationem sentiet. Neque enim in nobis febris alias partes moratius impellit, sed per omnes pari equalitate discurrit. Vide ergo num intret in illam spiritus ex circumfuso aere, qui quamdiu habet exitum sine iniuria labitur; si offendit aliquid et incidit quod viam claudat, tunc oneratur primo infundente se a tergo aere, deinde per aliquam rimam maligne fugit, et hoc acrius fertur quo angustius. Id sine pugna non potest fieri, nec pugna sine motu. At si ne rimam quidem per quam effluat invenit, conglobatus illic furit et huc atque illo circumagitur aliaque deicit, alia incidit, cum tenuissimus idemque fortissimus et irrepat quamvis in obstructa et quidquid intravit sua vi diducat et dissipet; tunc terra iactatur. Aut enim data vento loco discedit et cum dedit in ipsam qua illum emisit cavernam, fundamento spoliata considit. Quidam ita existimant: terra multis locis perforata est nec tantum primos illos aditus habet, quos velut spiramenta ab primo sui recepit, sed multos illi casus imposuit. Alicubi deduxit quidquid superne terrenum erat aqua; alia torrentes excidere, alia estibus magnis disrupta patuere. Per hec intervalla intrat spiritus, quem si inclusit mare et altius adegit nec fluctus retro abire permisit, tunc ille exitu simul reditu precluso volutatur, et quia in rectum non potest tendere, quod illi naturale est, in sublime se intendit et terram prementem diverberat. Etiamnunc dicendum est quod plerisque auctoribus placet et in quo fortasse fiet dissensio. Non esse terram sine spiritu palam est; non tantum illo dico quo se tenet ac partes sui iungit, qui inest et saxis mortuisque corporibus, sed illo dico vitali et vegeto et alente omnia. Hunc nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet non aliunde viventibus, et tot satis? Quemadmodum tam diversas radices aliter atque aliter in se mersas foveret, quasdam summa receptas parte, quasdam altius tractas, nisi multum haberet anime tam multa tam varia generantis et haustu atque alimento sua educantis? Levibus adhuc argumentis ago. Totum hoc celum, quod igneus ether, mundi summa pars, claudit, omnes hec stelle quarum iniri non potest numerus, omnis hic celestium cetus et, ut alia preteream, hic tam prope a nobis agens cursum sol, non semel maior orbe toto terrarum, alimentum ex terreno trahunt et inter se partiuntur, nec ullo alio quam halitu terrarum sustinentur.

hic illius alimentum hic pastus est. Non posse autem tam multa tantoque se ipsa maiora nutrire nisi plena esset animae quam per diem ac noctem ab omnibus partibus suis fundit. Fieri enim non potest ut non multum illi supersit ex quo tantum petitur ac sumitur, et ad tempus quidem quod exeat nascitur. Nec enim esset perennis illi copia suffecturi in tot celestia spiritus, nisi invicem ista excurrerent et in aliud alia solverentur. Sed tamen necesse est habundet ac plena sit et ex condito proferat. Non est ergo dubium quin multum spiritus lateat intus et ceca sub terra spatia aer latus obtineat. Quod si verum est, et necesse est id sepe moveri quod re nobilissima plenum est. Numquid enim dubium esse cuiquam potest quin nichil sit tam inquietum quam aer, tam versabile et agitatione gaudens? Sequitur ergo ut naturam suam exerceat et quod semper moveri vult aliquando et alia moveat. Id quando fit? Cum illi cursus interdictus est. Nam quamdiu non impeditur placide fluit; cum offenditur et retinetur, insanit et moras suas abripit. Non aliter quam ille poetarum indignatus Araxes. Quamdiu illi facilis et liber est alveus, primas quasque aquas explicat. Ubi saxa manu vel casu illata pressere venientem, tunc impetum mora querit, et quo plura opposita sunt plus invenit virium. Omnis enim illa unda que a tergo supervenit et in se crescit, cum onus suum sustinere non potuit, vim ruina parat et prona cum his que obiacebant aufugit. Idem spiritu fit, qui quo valentior agiliorque est citius eripit et vehementius septum omne disturbat. Ex quo motus fit eius partis sub qua pugnatum est. Quod et dici verum ex illo probatur: sepe cum terre motus fuit, si modo pars eius aliqua disrupta est, inde ventus per multos dies fluxit. Ubi traditur factum eo motu quo Chalcis laboravit. Apud Asclepiodotum invenies auditorem Possidonii in his ipsis questionum naturalium causis, invenies et apud alios auctores hiasse uno loco terram et inde non exiguo tempore aspirasse ventum, qui scilicet illud iter ipse sibi fecerat per quod ferebatur. Maxima ergo causa est propter quam terra moveatur spiritus natura citus et locum e loco mutans. Hic quamdiu non impellitur et in spatio vacanti latet, iacet innoxius nec circumiectis molestus est. Ubi illum extrinsecus superveniens causa sollicitat compellitque et in artum agit, si luctatur adhuc cedit tamen et vagatur; ubi erepta discedendi facultas est et undique obsistitur, tunc magno cum murmure motus circa claustra fremit. Que diu pulsata convellit ac iactat, eo acrior quo cum mora valentiore luctatus est. Deinde cum circa perlustravit omne quo tenebatur nec potuit evadere, inde maxime impactus est et resilit et aut per occulta dividitur ipso terre motu raritate facta, aut per novum vulnus emicuit. Ita eius non potest vis tanta cohiberi, nec ventum tenet ulla compages: solvit enim quodcumque vinculum et omne onus fert secum infususque per minima laxamentum sibi parat indomitaque nature potentia liberat. Est utique cum concitatus sibi ius suum vindicat. Spiritus vero invicta res est. Nichil erit quod luctantes ventos tempestatesque sonoras imperio premat ac vinclis ac carcere frenet. Sine dubio poete hunc voluerunt videri carcerem in quo sub terra clausi laterent, sed hoc non intellexerunt, nec id quod clausum est esse adhuc ventum, nec id quod ventus est posse iam claudi. Nam quod in clauso est quiescit et aeris statio est; omnis in fuga ventus est. Et nunc illud accedit his argumentis per quod appareat motum effici spiritu, quod corpora quoque nostra non aliter tremunt quam si spiritum aliqua causa conturbat, cum timore contractus est, cum senectute languescit et venis torpentibus marcet, cum frigore inhibetur aut sub accessione cursu suo deicitur. Nam quamdiu sine iniuria profluit et ex more procedit, nullus est tremor corporis; cum aliquid occurrit quod inhibeat eius officium, tunc parum potens in perferendis his que suo vigore tendebat, deficiens concutit quicquid integrum tulerat. Metrodorum Chium quoniam necesse est audiamus, quod vult sine loco dicentem. Non enim permitto mihi nec eas quidem opiniones preterire quas improbo, cum satius sit omnium copiam fieri et que improbamus damnare potius quam preterire. Quid ergo dicit? Quemadmodum cum in dolio cantantis vox illa per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat et tam leviter mota tamen circuit non sine tactu eius cum murmureque quo inclusa est, sic speluncarum sub terra pendentium vastitas habet aera suum, quem simul aliquis superne incidens percussit, agitat non aliter quam illa de quibus paulo ante retuli inania indicto clamore sonuere. Veniamus nunc ad eos qui omnia ista que retuli in causa esse dixerunt aut ex his plura. Democritus plura putat. Ait enim motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua, aliquando utroque, et id hoc modo prosequitur: Aliqua pars terre concava est; in hanc aque magna vis confluit. Ex hac est aliquid tenue et ceteris liquidius. Hoc cum superveniente gravitate reiectum est, terris illiditur

et illas movet. Nec enim fluctuari potest sine motu eius in quod impingitur. Etiam nunc quod de spiritu dicebamus de aqua quoque dicendum est. Ubi in unum locum congesta est et capere se desiit, aliquo incumbit et primo viam pondere aperit, deinde impetu. Nec enim exire nisi per devexum potest diu inclusa, nec in directum cadere moderate aut sine concussione eorum per que et in que cadit. Si vero cum iam rapi cepit aliquo loco substitit et illa vis fluminis in se revoluta est, in continentem terram repellitur et illa qua maxime pendet maxime coagitat. Praeterea aliquando madefacta terra liquore penitus accepto altius sedit et fundus ipse vitiatur. Tunc ea pars premitur in qua maxime aquarum vergentium pondus inclinat. Spiritus vero non numquam impellit undas et si vehementius instat, eam scilicet terre partem movet in quam coactas aquas intulit. Nonnumquam in terrena itinera coactus et exitum querens movet omnia. Terra autem penetrabilis ventis est et spiritus subtilior est quam ut possit excludi, vehementior quam ut sustineri concitatus ac rapidus. Omnes istas esse posse causas Epicurus ait pluresque alias temptat, et alios qui aliquid unum ex istis affirmaverunt corripit, cum sit arduum de hiis que coniectura sequenda sunt aliquid certi promittere. Ergo ut ait potest terram movere aqua, si partes aliquas eluit et abrasit, quibus desiit posse extenuatis sustineri quod integris ferebatur. Potest terram movere impressio spiritus. Fortasse enim aer extrinsecus alio intrante aere agitatur. Fortasse aliqua parte subito decidente percutitur et inde motum capit. Fortasse aliqua pars terre velut columnis quibusdam ac pilis sustinetur, quibus vitiatis ac recedentibus tremit pondus impositum. Fortasse calida vis spiritus in ignem versa et fulmini similis cum magna strage obstantium fertur. Fortasse palustres et iacentes aquas aliquis flatus impellit et inde aut ictus terram quatit aut spiritus agitatio ipso motu crescens et se incitans ab imo in summa usque perfert. Nullam tamen illi placet causam motus esse maiorem quam spiritum. Nobis quoque placet hunc spiritum esse qui tanta possit conari, quo nichil est in rerum natura potentius, nichil acrius, sine quo nec illa quidem que vehementissima sunt valent. Ignem spiritus concitat. Aque si ventum detrahas inertes sunt; tunc demum impetum sumunt cum illas agit flatus, et potest dissipare magna spatia terrarum et novos montes subiectos extollere et insulas non antea visas in medio mari ponere. Theram et Therasiam et hanc nostre etatis insulam spectantibus

nobis in Egeo mari natam quis dubitat quin in lucem spiritus vehexerit? Duo genera sunt, ut Possidonio placet, quibus movetur terra. Utrique nomen est proprium. Altera succussio est, cum terra quatitur et sursum ac deorsum movetur; altera inclinatio, qua in latera nutat navigii more. Ego et tertium illud existimo, quod nostro vocabulo signatum est. Nam et sine causa tremorem terrarum dixere maiores, quod utrique dissimile est. Nam nec succutiuntur tunc omnia nec inclinantur sed vibrantur. Res minime in huiusmodi casu noxia, sicut longe perniciosior est inclinatio concussione. Nam nisi celeriter ex altera parte properabit motus qui inclinata restituat, ruina necessario sequatur. Cum dissimiles hii motus inter se sint, cause eorum diverse sunt. Prius ergo de motu quatiente dicamus. Si quando magna onera per vias vehiculorum plurium tracta sunt et rote maiore nisu in salebras inciderunt, terram concuti senties. Asclepiodotus tradit cum petra e latere montis abrupta cecidisset, edificia vicina tremore collapsa sunt. Idem sub terris fieri potest ut ex hiis que impendent rupibus aliqua resoluta magno pondere ac sono in subiectam cavernam cadat, eo vehementius quo aut plus ponderis venit aut altius. Et sic commovetur omne tectum cavate vallis. Nec tantum pondere suo abscindi saxa credibile est, sed cum flumina supra ferantur, assiduus humor commissuras lapidis extenuat et cotidie hiis ad que religatus est aufert et illam ut ita dicam cutem qua continetur abradit. Deinde longa per evum diminutio usque eo infirmat illa que cotidie atteruntur ut desinant esse oneri ferendo. Tunc saxa vasti ponderis decidunt, tunc illa que precipitata rupes quicquid ab illo repercussit non passura consistere sonitu venit et ruere omnia visa repente, ut ait Virgilius noster. Huius motus succutientis terras hec erit causa. Ad alteram transeo. Rara terre natura est multumque habet vacui. Per has raritates spiritus fertur. Qui ubi maior influxit nec emittitur, concutit terram. Hec placet et aliis ut paulo ante retuli, cum si quid apud te profectura testium turba est, placet et Calistenes, probat non contemptus vir. Fuit enim illi nobile ingenium et furibundi regis impatiens. Hic est Alexandri crimen eternum quod nulla virtus nulla bellorum felicitas redimet. Nam quotiens quis dixerit: occidit Persarum multa milia, opponetur et Calistenes. Quotiens dictum erit: occidit Darium

penes quem magnum regnum erat oppo-
netur et calistenes. Quotiens dictum erit
omnia oceano tenus vicit ipsum quoque temptavit
novis classibus et imperium ex angulo
tracie usque ad orientis terminos protulit.
dicetur sed calistenem occidit. Omnia licet an-
tiqua ducum regumque exempla transierit ex
his que fecit nichil tam magnum erit quam
scelus. Hic calistenes in libris quibus descri-
bit quemadmodum helice burisque merse sint quis illos
casus in mare inmerserit dicit id quod in priore
parte dictum est. Spiritus intrat terram per occul-
ta foramina quemadmodum ubique ita et sub mari.
deinde cum obstructus est ille trames per quem
descenderat reditumque illi a tergo resi-
stens aqua abstulit huc et illuc fertur
et sibi ipse occurrens terram labefactat. Ideo
frequentissime mari opposita vexantur et in-
de neptuno hec assignata est maris movendi
potestas. Quisquis primas litteras didicit
scit illum apud homerum sibi thona vocari.

Spiritum esse huius mali causam et ipse consentio
de quo disputabo quomodo intret hic spiritus
utrum per tenuia foramina nec oculis compre-
hensibilia an per maiora ac potentiora
et utrum ab ima an et per summa terrarum. Hoc
incredibile est. Nam in nostris quoque corporibus
cutis spiritum respuit nec est illi introitus nisi
per quam trahitur nec consistere quidem a nobis
receptus potest nisi in laxiore corporis parte. Non
enim inter nervos pulpasque sed in visceribus
et patulo interioris partis recessu commo-
ratur. Idem de terra suspicari licet etiam ex
hoc quod motus non in summa terre sed subter et ab imo.
Huius indicium est quod altitudinis profunde maria
iactantur motis scilicet his super que fusa sunt. Ergo
verisimile est terram ex alto moveri et illic
spiritum in cavernis ingentibus concipi. Immo in-
quit quemadmodum cum frigore inhorruimus tremor sequitur
sic terras quoque spiritus extrinsecus accidens quassat.
Quod nullo modo potest fieri. Algere enim debet ut idem illi acci-
dat quod nobis quos extraria causa in horrorem agit.
Accidere autem terre simile quiddam nostre affectioni
sed non ex simili causa concesserim. Illam interior et
altior iniuria debet impellere. Cuius rei argumentum
vel maximum potest hoc esse quod cum vehementi
motu adaperto ingenti ruina solum est to-
tas non unquam urbes et recipit hiatus ille
et abscondit. Thucidides ait circa pelo-
ponensiaci belli tempus athalantem insulam
aut totam aut certe maxima ex parte suppressam. Idem
sydone accidisse possidonio crede. Nec

ad hoc testibus opus est. Meminimus enim terreno motu divulsis locis disiecta et cam-
pos interisse. Sed iam dicam quemadmodum exi-
stimem fieri. Cum spiritus magna vi vacuum
terrarum locum penitus occupavit cepitque
rixari et de exitu cogitare latera ipsa inter
que latet sepius percutit super que urbes interdum
site sunt. Hec nonnunquam adeo concutiuntur ut edificia
superposita procumbant nonnunquam in tantum ut
parietes quibus fertur omne tegimen cavi decidant
in illum subter vacantem locum totaeque urbes in
immensam altitudinem vergant. Si vultis credere
aiunt aliquando ossam olimpo coherisse. Deinde terre
motu recessisse et fissam unius magnitudinem
montis in duas partes. Tunc effugisse peneum
qui paludes quibus laborabat thessalia sic-
cavit abductis in se que sine exitu stagnaverant
aquis. Ladon flumen inter helin et megalo-
polim medius est quem terre motus effudit. Quid per hoc
quid probo illa spatia spiritum quid enim aliud
appellem loca vacua sub terris spatia commoventem
qui si esset maior terras spatia commoveret
et una multa titubarent. Nunc exigue partes
laborant nec unquam per ducenta milia motus
extenditur. Ecce hic qui implevit fabulis omnes
non transcendit campaniam. Quid dicam cum
chalcis tremuit thebas stetisse cum labo-
ravit egium tam propinquas illi patras de
motu nichil audisse. Illa vasta concussio
que duas suppressit urbes helicem burin circa
egium constitit. Apparet ergo in tantum spatium
motum pertendere quantum illa sub terris vacan-
tis loci inanitas pateat. Poteram ad hoc
probandum abuti auctoritate magnorum virorum qui
egiptum nunquam tremuisse tradunt. Rationem autem
huius rei hanc reddunt quod ex limo tota con-
creverit. Tantum enim si homero fides est aberat
a continenti pharos quantum navis diurno cursu
metiri plenis lata velis potest. Sed continenti
admota est. Turbidus enim defluens nilus mul-
tumque secum trahens limum et eum subinde apponens
prioribus terris egiptum annuo incremento semper
ultra tulit. Inde pinguis et limosi soli est
nec ulla intervalla in se habet sed crevit in soli-
dum arescente limo cuius pressa erat et sedens
structura cum partes glutinarentur nec quicquam
inane intervenire poterat cum solido liquidum
ac molle semper accederet. Sed movetur et egiptus
et delos quam virgilius stare iussit immotamque
coli dedit et contempnere ventos. Hanc philosophi
credula natio dixerunt non moveri auctore
pindaro. Thucidides ait antea quidem

inmota fuisse sed circa peloponesiacum bel-
lum tremuisse. Calistenes et alio tempore
ait hoc accidisse. Inter multa inquit prodigia
quibus denunciata est duarum urbium helices
et buris excisio fuere maxime notabilia co-
lumna ignis immensi et delos agitata.
Quam ideo stabilem videri vult quia mari im-
posita sit. habeatque concavas rupes et sa-
xa pervia que dent deprehenso aeri reditum.
Ob hoc et insulas esse certioris soli. urbes-
que eo tutiores quo propius ad mare accesserint.
Falsa hec esse pompeii et herculaneum sensere.
Adice nunc quod omnis ora maris obnoxia est
motibus. sic paphos non semel corruit. sic
nobilis et huic iam familiaris malo nico-
polis. Ciprum ambit altum mare et agitatur.
Cirios et ipsa tamen movetur quam diluitur. Hec fere
cause redduntur propter quas tremit terra. Quedam tamen propria
in hoc campano motu accidisse narrantur quorum ra-
tio reddenda est. Diximus enim sexcentarum ovium gregem
exanimatum in pompeiana regione. Non est quare
hoc putes ovibus illis timore accidisse. Di-
ximus solere post magnos terrarum motus pestilentiam
fieri. nec id mirum est. Multa enim mortifera in al-
to latent. At ipse qui vel terrarum culpa vel pigri-
tia et eterna nocte torpescit gravis haurientibus est
vel corruptus internorum ignium vicio cum e longo
situ emissus. purum hunc liquidumque maculat
ac polluit. insuetumque ducentibus spiritum affert
nova genera morborum. Quid quod aque quoque inuti-
les pestilentesque in abdito latent ut quas num-
quam usus exerceat. numquam aura liberior ver-
beret. crasse itaque et gravi caligine sempiternaque
tecte nichil nisi pestiferum in se et corporibus nostris
contrarium habent. Aer quoque qui inmixtus est illis quique
inter illas paludes iacet cum emersit late
vicium suum spargit et haurientes necat. Faci-
lius autem pecora sentiunt in que pestilentia
incurrere solet quo avidiora sunt aperto celo plu-
rimum utuntur et aquis quarum maxima in pestilentia culpa
est. Oves vero molliores nature quo propiora
terris ferunt capita corruptas esse non mi-
ror. Cum afflatus aeris diri circa ipsam hu-
mum excepit. Nocuisset ille et hominibus si ma-
ior exisset. sed illum copia aeris sinceri ex-
tinxit antequam ut ab homine posset trahi sur-
geret. Multas autem terras habere mortifera vel ex hoc
intellige quod tot venena nascuntur non manu
sparsa sed sponte. solo scilicet habente ut boni ita
mali semina. Quid quod pluribus ytalie locis
per quedam foramina pestilens exalatur va-
por quem non hominum ducere non ferre tutum est

Aves quoque si in illum inciderint antequam celo le-
niore leniantur in ipso volatu cadunt. liven-
tque corpora et non aliter quam per vim elise
fauces tument. hic spiritus quamdiu terra se con-
tinet tenui foramine fluens non plus
potentie habet quam ut despectantia et ultro se
inlata conficiat. Ubi per secula conditus tenebris
ac tristicia loci crevit. in vicium ipsa mora gra-
vescit. peior quo segnior. Cum exitum
nactus est eternum illud umbrosi frigoris
malum et infernam noctem solvit. ac regi-
onis nostre aera infuscat. Vincuntur enim me-
liora peioribus. tunc et ille spiritus purior transit
in noxium. Inde subite continueque mortes
et monstruosa genera morborum ut ex novis
orta causis. Brevius autem longa clades est prout
vicia valuere. nec prius pestilentia desi-
nit quam spiritum illum gravem exercuit laxitas
celi ventorumque iactatio. Nam quod aliquos
insanis attonitisque similes discurrere fecit
metus qui excutit mentes ubi privatus ac
modicus est. quid ubi publice terret ubi ca-
dunt urbes populi opprimuntur terra concutitur. Quid
mirum est animos inter dolorem et metum desti-
tutos aberrasse. Non est facile inter magna
mala non desipere. Itaque levissima fere ingenia
in tantum venere formidinis ut sibi excederent.
Nemo quidem sine aliqua iactura sanitatis expavit
similisque furentis est quisquis timet. sed alios cito ti-
mor sibi reddit. alios vehementius perturbat et
in dementiam transfert. Inde inter bella erravere
limfatici. nec usquam plura exempla vaticinanti-
um invenies quam ubi formido mentes religi-
one mixta percussit. Statuam divisam non
miror cum dixerim montes a montibus recessis-
se et ipsum diruptum esse ab imo solum. Hec lo-
ca vi quondam et vasta percussa ruina tamen cum
longinqua valet mutare vetustas dissi-
le fertur cum protinus utraque tellus. Una foret
venit ingens vi pontus et ingens hesperium
siculo latus abscidit arvaque et urbes e-
quore diductas angusta interluit estu.
Vides totas regiones a suis sedibus re-
velli. et trans mare iacere quod in confinio fuerat.
Vides et urbium fieri gentiumque discidium
cum pars nature concita est et aliquo
mare ignem spiritum impegit quorum mira
ut ex toto vis est. quamvis enim parte seviat
mundi tamen viribus sevit. Sic et hyspanias
a contextu affrice mare eripuit. sic hanc
inundationem quam poete maximi celebrant
ab ytalia sicilia reiecta est. Aliquanto autem

plus impetus habent que ex infimo uene-
runt. Accedit ut non sit in quibus uisus est per angu-
sta. Mirantis res hic Campanie tremoris quamquam
mira spectacula ediderint satis dictum est.
Cur ergo aliquis ad hoc stupet quod ex omnibus
statue non solidum quidem sed contrarium ac tenue
diruptum est, cum fortasse in illud spiritus que-
rens fugam incluserit. Illud uero quis nesciat?
diductis edificia angulis uidemus moueri
iterumque componi. Quedam uero parte aptata
posita suo et a fabris negligentius soluta
uerbo composita terre motus sepius agitata con-
pegit. Cum si totos parietes et totas findit
domos et pilas operibus subditas dissipat.
Illud est quod quoque dignum annotari puto: se-
ctam esse ab imo ad caput in plures duas
statuam. Terre hinc per plures dies motus fuit.
Non desiit enim assidue tremere Campania
clementius quidem sed ingenti damno, quia uel
pessa quassata quatiebat, quibus ad cadendum
male astantibus non erat impelli sed agitari. No-
dum uidelicet spiritus omnis exierat, sed adhuc e-
missa sui parte maiore oberrabat. Inter argu-
menta quibus probari spiritu ista fieri non est quod dubites
et hoc ponere. Cum maximus editus tremor est
quo in urbes terrasque seuitum est, non potest par
illi subsequi alia, sed post maximum lenes mo-
tus sunt quia uehementius exitum uentis luctantibus
fecit. Reliquie deinde residui spiritus non idem
possunt, nec illis pugna opus est cum iam ui-
am inuenerint sequanturque ea qua prima uis
ac maxima euasit. Hoc quoque dignum memoria
iudico ab eruditissimo et grauissimo uiro
cognitum: forte enim cum hoc eueniret lauabatur.
Vidisse se affirmat in balneo tessellas qui-
bus solum erat stratum alteram ab altera
separari iterumque committi et aquam modo recipi in
commissuras pauimento recedente, modo compresso
bullire et elidi. Eundem audiui narrantem
uidisse se mitius mollia crebriusque treme-
re quam natura dura sunt. Hec, Lucili uirorum optime, quan-
tum ad ipsas causas. Illa nunc que ad confirmationem
animorum pertinent, quos magis refert uestra for-
tiores fieri quam doctiores. Sed alterum sine al-
tero non fit. Non enim aliunde animo uenit robur
quam a bonis artibus, quam a contemplatione nature.
Quem enim non hic ipse casus aduersus omnes fir-
mauerit et erexerit? Quid enim est cur ego hominem
aut feram, quid est cur sagittam aut lanceam tremam?
Maiora me pericula expectant: fulminibus et terris
et magnis nature partibus petimur. Ingenti itaque
animo mors prouocanda est, siue nos equa ua-
stoque impetu aggreditur siue cotidiano uul-
gari exitu. Nihil refert quam minax ueniat
quantumque sit quod in nos trahatur; quod a nobis peti-
tur minimum est. Hoc senectus a nobis ablatura est, hoc
auricule dolor, hoc humoris in nobis corrupti habun-
dantia, hoc cibus parum obsequens stomacho, hoc pes
leuiter offensus. Pusilla res est hominis anima, sed
ingens res contemptus anime. Hanc qui contempsit se-
curus uidebit maria turbari, etiam si illa
omnes excitauerint uenti, et si estus aliqua perturba-
tione mundi totum in terras uertet oceanum.
Securus aspiciet fulminantis celi truces
atque horrendam faciem. Frangatur licet celum et i-
gnes suos in exitium omnium, in primis suum, mi-
sceat. Securus aspiciet ruptis compagibus
dehiscens solum; illa inferorum regna rete-
gantur. Stabit super illam uoraginem intre-
pidus et fortasse quo debet cadere desiliet.
Quid ad me quam sint magna quibus pereo?
Ipsum perire non est magnum. Proinde si uolumus
esse felices, si nec hominum nec deorum nec rerum ti-
more uexari, si despicere fortunam superuacua
promittentem, leuia minitantem, si uolumus tran-
quille degere et ipsis diis de felicitate controuer-
siam agere, anima in expedito est habenda: siue illam
insidie siue morbi petent, siue hostium gla-
dii, siue insularum cadentium fragor, siue ipsa-
rum ruina terrarum, siue uasta uis ignium ur-
bes agrosque pari clade complexa, qui uolet
illam accipiat. Quid aliud debeo quam exeun-
tem hortari et cum omnibus emittere? Vade for-
titer, uade feliciter. Nichil dubitaueris; redde-
ris. Non de re sed de tempore est questio. Facis
quod quandoque faciendum est. Nec rogaueris nec
timueris, nec te uelut in aliquod malum exi-
turum tuleris retro. Rerum natura que te ge-
nuit expectat et locus melior ac tutior.
Illic non tremunt terre, nec inter se uenti cum
magno nubium fragore concurrunt, non incendia
regiones urbesque uastant, non naufra-
giorum totas classes sorbentium metus est,
non arma contra disposita uexillis et in com-
munem perniciem multorum milium par furor, non
pestilentia et ardentes promiscue communes
populis cadentibus rogi. Istud leue est quod
timemus. Graue est potius semel incidat
quam semper impendeat. Ego autem perire timeam cum
terra ante me pereat, cum ista quatiantur que
quatiunt et in iniuriam nostram non sine iniuria ue-
niunt? Helicen Burimque totas mare accepit;
ego de uno corpusculo timeam? Supra oppida
duo nauigatur, duo autem que nouimus que in

uitaz noticiaz meoria litteris seruatat p
duxit. Cu multa alia aliis locis insa st
diuot yplos a tra et infra se mare in
duxit. Ergo recusez mei finez cu sciaz me
n sine fine ee. pmo cu sciaz oia ee fini
ta. Ergo ultimu supiriu timeaz. Mitu
potes itaq ipe te ortare liuali o metu
mortis. Hic e q nos huiles fat. h e qui
ipaz uitaz cu parcit inqetat ac pdit. h
oia ista dilatat terre motu et fulmina. Et
oia ostat si cogitaueris nich int ee it
exiguu tpus et logu. hore st qs pdimus.
putas dies ee. puta inses. putu anos.
pdimus illos incipe pituros. Aliud ero te
refert unde puemaz ad illos. fluit tps
et audissios sui deserit. Nc qd futur
meu e. nc fuit i pucto fugientis tpis
pendeo et mag est modicu fuisse. Ele
gante ille lelius sapiens. dicen audaz se
xagita anos habeo. hos inqt h. qs n
habes. Ne ex hc quide intelligis i cophen
sibilis uite odicoz et sortez tpis sp aliem
qt anos annauimus amissos. h assignemus
aio. hc nob sub inde dicamus. Moriendu est.
qn. qd tua. Mors nature lex est. mors tri
butuz officiuq mortaliu maloruq omi
remediuz e. Optauit illaz qsqs timet. O
mnibus omissis hoc unu liuali meditare
ne mortis nome reformides. Effice illa
tibi cogitatioz multa familiarez ut si ita
tulerit. possis illi et ob uiaz exire. Liber

Nemo usq eo vii. inap. d cometis
tardus et hebes et demissus in tra
est ut ad diuina no erigat et
tota mente osurgat. utiq ubi nouu ali
quod e celo miraculu fulsit. Naz qdiu
solita decurrit magnitudinez reru osue
tudo subducit. Ita eni opositi sumus ut
nos qtidiana et si admiratioe dig st tns
eant. Cont minima cu reru si insolite
pdiert spectaculu dulce fiat. Hic itaq
cetu astrorum qbus imesi corpis pulcritudo
distinguit. ppliu no couocat. At cu aliq
ex more mutatu e. omn uultus i celo e.
Sol spectatore n defecit n hz. Neo obser
uat luna n laboratez. Tunc urbes ocla
mat. tc p se quisq supsticioez uana tre
pidat. Quanto illa maiora st. qd sol totid
ut ita dicaz gradus qt dies hz et annuz cir
cuitu suo claudit. qd a solsticio ad mi
nuendos dies uti. qd a solsticio statim
iclinat et dat noctibus spaciu. qd sidera

abscondit. qd terras cu tato maior sit ill
non urit. sz calorez suu intensioribus ac
remissioribus tepando fouet. qd luna nu
q implet n aduersaz s. nc obscurat. h
tn no adnotamus qdiu ordo seruatur.
Sz si qd turbatu e. a pt osuetudiez emi
cuit. Spectamus interrogamus ostendimus. Adeo
nale e mag noua qd mag mirari. De
in cometis fit si rare et isolite fige igs
apparuit. nemo n scire quid sit cupit et
oblitus alior de aduenticio qrit. ignarus
utru debeat mirari an time. Non eni de
sunt qui terreant. q significatioes eius graues
predicz. sciscitat itaq et cognosce uolunt
prodigiu sit an sidus. At me hercules no
aliud qs d magnificetius oficit a discat
utilius. qd de stellaru sideruq na utruz
flama odita qd et uisus nr affirmat et ipm
ab illis fluens lumen et calor inde desce
dens an no sint flamei orbes sz solida
queda terrenaq corpa q p igneus tractus
labentia in splendorez trahant caloreq n
d suo clara. In q opinioe mag fuere uiri
q sidera crediderunt ex duro ocreto et usq
alienu pascetia. Na p se inqunt flama
diffugeret n aliq haret qd teneat et a q tener
oglobataq nc stabili inditaz corpi. pro
certo iaz mudus turbine suo dissipasset
Id h inuestiganda pderit quere. Ini come
te odicois sit cuius supiora uidet. n eaz
illis eodez hre omnia ortus et occasus. Ipa
q specius sperga et longius exeat faciez. Eque
n ignei splendidiq st. Itaq si oia terrena
sidera st. hiis q eadez sors erit. Si uo ni
aliud st q purus igs moment q mesibus
semis. nc illos quisio mudi soluit et uelo
citas illa q pnt et tenui ostare materia
nc ob h dissolui assiduo celi cuacatu. Illo
q ptinebit h excussisse ut sciamus utru
mudus tra stante circueat an mudo sta
te tra pitat. Fuerut n q dicerent nos ee qs
rer na nescientes ferat. nc celi motu fieri
ortus et occasus. sz nos oriri et occidere. Di
gna res oteplatioe ut sciamus i q rer sta
tu simus pigerrima sortiti an uelocissima
sede. circa nos ds oia an nos agat. Ne
cessariu est at ueteres ortus cometarum
hre collectos. deprehendi eni pp raritate eor
cursus adhuc no pt. nc explorari an ui
ces seruent. et illos ad suu diez ordo pdu
cat. Noua h celestiu obseruacio e et nuper
i greciam inuecta. Democritus q subtilissimus

antiquos omnium suspicari se ait plures stellas
esse que currant sed nec numerum illarum posuit nec
nomina nondum comprehensis quinque siderum cursibus
Eudoxius primus ab egipto hos motus in
greciam transtulit hic tamen de cometis nichil dicit
Ex quo apparet ne aput Egiptios quidem
quibus maior celi cura fuit hanc partem ela
boratam Conon postea diligens et ipse inquisitor
defectiones quidem solis servatas ab egipti
is collegit nullam autem mentionem fecit cometa
rum non pretermissurus si quid explorati apud illos
comperisset Duo certe qui apud chaldeos stu
duisse se dicunt Epygenes et Apollonius
mindius peritissimus inspiciendorum naturalium inter
se dissident Hic enim ait cometas in numero stel
larum erraticum poni a chaldeis tenerique
cursus eorum Epygenes contra ait chaldeos nichil
de cometis habere comprehensi sed videri illos ac
cendi turbine quodam aeris concitati et
intorti Primum ergo si tibi videtur opiniones huius
ponamus ac refellamus Existimat videri plu
rimum virium habere ad omnes sublimium motus
stellam saturni hec cum proxima signa martis premit
aut in lune viciniam transit aut in solis incidit
radios natura ventosa et frigida contrahit pluri
bus locis aera conglobatque Deinde si radios
solis assumpsit tonat fulguratque si mar
tem quoque consentientem habet fulminat preterea inquit
aliam materiam habent fulmina aliam fulgura
tiones Aquarum enim et omnis humidi evaporatio splen
dores tantum celi citra ictum minaces movet Illa
autem calidior siccior terrarum exalatio fulmina
extundit Trabes vero et faces que nullo alio inter
se quam magnitudine distant hoc modo fiunt Cum
humida terrenaque in se globus aliquis aeris clau
sit quem turbinem dicimus quocumque fertur prebet
speciem ignis extenti et tamdiu durat quamdiu man
sit aeris illa complexio humidi intra se terrenique
multum vehens Ut a proximis mendaciis incipiam
falsum est faces et trabes exprimi turbine Tur
bo enim circa terras concipitur ac fertur ideo arbusta
radicitus evellit et quacumque incumbit solum
nudat silvas interim et tecta corripiens infe
rior fere nubibus utique numquam altior At
contra trabes editior celi pars ostentat Ita num
quam nubibus obstiterunt Preterea turbo omni nu
be velocior rapitur et in orbem vertitur super ista
velociter desinit et ipse se vi sua rumpit Tra
bes autem non transcurrunt nec pervolant ut faces
sed commorantur et in eadem celi parte collucent Cari
mander quoque in eo libro quem de cometis compo
suit ait Anaxagore visum grande insolitumque

car

celo lumen magnitudine ample trabis et id
per multos dies fulsisse Calistenes tradit
antequam buri et heliacam mare mare abscon
deret Aristoteles ait non trabem illam sed
comete fuisse Ceterum ob nimium ardorem non
apparuisse sparsum ignem sed procedente tempore
cum iam minus flagraret redditam suam come
tis faciem In quo igne multa quidem fuerunt dig
na que notarentur nichil tamen magis quam quod ut ille ful
sit in celo statim post buri et heliace mare fuit
Numquid ergo aristoteles non illam tantum sed omnes tra
bes cometas esse credebat Hanc habentes diffe
rentiam quod his continuus ignis est ceteris sparsus Trabes
enim flammam equalem habent nec ullo loco inter
missam aut languidam In ultimis vero partibus coact
am qualem fuisse illam de qua modo retuli caliste
nes tradit Duo inquit Epygenes cometarum
genera sunt Alii ardorem undique effundunt nec
locum mutant Alii in unam partem ignem vagum
in modum come porrigunt et stellas pretermeant
Quales duo etate nostra visi sunt Illi priores
criniti undique et immoti humiles fere sunt et
hiisdem causis quibus trabes facesque conflantur
ex intemperie aeris turbidi multa secum arida
humidaque terris exalata versantis Potest enim spiritus
per angusta elisus accendere supra se positum a
era plenum alimentis ydoneis igni deinde pro
pellere ex vicino ne ex aliqua causa refluat
rursus ac remittatur Deinde iterum proximo die
ac sequentibus consurgere et eundem inde locum
inflammare Videmus enim ventos per complures dies
ad constitutum redire Pluvie quoque et alia tempesta
tum genera ad prescriptum revertuntur Ut breviter
autem voluntatem eius exprimam eadem fere ratione hos
cometas existimant fieri quam ignes turbine
eiecti hoc unum interest quod illi turbines ex su
periori parte in terras deprimuntur hii de terra in su
periora elevantur Adversus hec multa dicuntur
Primum si ventus causa esset numquam cometes sine
vento appareret Nunc autem et quietissimo aere ap
paret Et deinde si vento fieret cum vento caderet
et si vento inciperet crescere vento eoque esset ar
dentior quo ille incitatior His accedit illud
quoque quod ventus multas aeris partes impellit Come
tes in uno loco apparet et ventus in sublime
non pervenit Cometes autem visuntur supra quam ventis
ire licet Transit deinde ad illos quos ait cer
tiorem habere stellarum speciem qui et procedunt et signa
pretereunt Hos autem ex eisdem causis fieri quibus
illos quos dicit humiliores hoc tantum interesse quod ter
rarum exalationes multa secum arida ferentes
celsiorem petunt partem et in editiora celi a

quilone pellant. Deim si illos aqlo ppel
leret ad meridiez sp cuRgent quo ventus
h' mitt. At q uarie ocurrunt alij in ortu alij
i occasuz. omnes in flexu qr iter no daret
ventus. Deim si aqlonis illos ipetus a tris
i altu leuaret alijs ventis no orirer co
mete. At q oritur. Illaz nc roez eius. utraqz
em not refellamus. Ad huc acidiqz tra
oflauit aut iumu coit. ipa discordia cor
porum spm versat i turbine. Tuc illa vis
venti circuueniitis qcqd intra se oprehedit
cursu accidit et leuat in altu. At tuc diu
manet splendor ignis expssi. qdiu alimta
suffiant qbus desinentibus et ipe subsidit.
Quu hc dicit no notat qlis sit turbinu
cursus et qlis cometaru. Illos rapidus ac
violetus et ipis ventis citatior est. Come
taru lenis et qr p diez noctemqz oqtuz transie
rit abscodat. Deim turbinu motus uagus
est et disiectus et ut Salustius uocat uerti
cuosus. Cometaru at opositus et destinatu
iter carpes. Nuqz nam accederet luna a
quinqz sidera rapi vento a turbine rotari. No
ut puto. Et cetera. qr no e illis pturbatus et i
ponis cursus. Ad cometas ides transferamus
No ofuse nc tumultuose eut ut as credat
illos causis turbulentis et inostantibus pelli.
Deim et si vertices isti ophedede terena humida
qz et ex humili in altuz exprimere possz non tn
sup luna efferz. Ois illis usqz i nubilu
ius e. Cometes at inmixtos stellis uidemus
p supiora labetes. Ergo uerisimile no e tm
spatiuz pseuerare turbinez q q maior e
maturius corrumpit. Vtrauiz itaqz eligit
qa uis leuiotum pvenire no potuit ad mag
et ocitata acris ipa se franget. Preterea huiu
ores illi cometae ob hec ut putat no exeunt
altius qr plus terrem hnt. Conamitas illos
sua i ppo tenet. At q uc et hijs cometis
diuturnioribus celsioribus plenior mat sit. Nz
ei diuius apparet n maioribus nutrimet
sustinerent. Diceba mo no posse diu uertice
pmane nc sup luna a usqz in stellaz lo
cuz creste. Nempe efficit turbinem pluiuz
ventor int ipsos luctatio. h diu no pt ee.
Naz cu uagus et mutus sps eu uolutatus e.
Nouissime vim uis om cedit. Nlla at
tepostas magna pdurat. prelle qnto plus
hnt uiriu tanto minus tpis. Veti cu ad sumu
uenerit remittu. Vi molentia Necesse e ita
ocitatione i exitu sui tedat. Nemo itaqz turbinez
toto die uidit neqz hora. qd miza veloci

tas eius et mira breuitas e. Preterea molentius cele
riusqz in terra circaqz eaz uoluitur. Nc celsior
minusqz eo solucior. laxiorqz e et ob hc diffudit. Ad
dice nc qr etsi in sumu perderet ei sideribus iter e
utiqz ab eo motu q vniusitz trahit soluer
Quid ei e illa ofusione mundi citatius. Hac
omnem ventorum i vnu conuecta uis dissiparet
et tre solida fortisqz opages nedum parta
aeris torti. Preterea manere in alto non pt i
gnis turbine illatus n ipe qz pmanet
turbo. Quid porro tam incredibile e qz in
turbine longior mora. Vtriqz motus motu
ocitatio uincitur. Hz ei suuz locus ille uerti
ginez. qrapit celu sydera qz trahit cele
riqz uolumine torqt. Et ut des eis aliqm
aduocationez qd fieri nullo pt. Quid de hijs
cometis dicet qui semis mensibus apparu
erunt. Deim duo debet ee motus eodez loco
alter alteri diuinus et assiduus. suu sine
intermissione pagens opus. Alter nouus et
recens et turbine illatus. Necesse e ergo alter
alteri impedimento sit. At q lunaris illa or
bita ceteros sup luna meatuz motus
irreuocabilis e nc hesitatus q nc resistit
nc dat ulla nobis suspicionez obiecte sibi more.
Fidem non hz turbinem violentissimu et pertur
batissimu tepestatis genus i medios side
ruz ordines puenire et inter disposita ac
tranqlla versari. Credamus ignez circuacto
turbine accendi et hunc expulsuz i sublime
prebere nobis opinione spezqz sideris longi. Et
puto tale ee dz qle e id qd ignem efficit.
Turbinis at rotunda facies e. In eodez em
uestigio versatur. et i columne mo circuagit
se uoluitur. Ergo igne qz q iclusus e similez
ee illi optz. At qui longus e et disiectus mi
nimeqz silis i orbe coacto. Epigenez
reliquamus et aliorum opiniones psequimur.
quas anteqz exponere incipiaz. illud i primis
psumendum e. cometas non i vna pte celi a
spici. nc i signifero tm orbe. sz tam i ortu qz i
occasu frequentissime tn circa septentrionem. for
ma n e una. Quis ei greci discrimina fece
rit eos qbus i more barbe flama dependz
et eos qui vndiqz circa se uelut coma spargut
et eos qbus fusus adest ignis sz i verticem ten
dens. Tn omis isti eiusdem note sunt cometeqz
recte dicuntur. Quos cu pus longis tpis appa
reant forme. inter se eos opare difficile e.
Illo ipo tpe q apparent. inter spectatores de
habitu illorum no conuenit. sz put cuiqz acrior
acies aut hebetatior. ita dat aut lucidiorem

ex q' rubicundiorez Et cines q' in maiora
deductos a' i latera demissos ß sine sit
alique differentie illos sine no sint eadez
fiant rōe rōe e comete Illud vmi con
stare dz pt' solitū aspcā noua sideris fa
cie3 circa se dissipatū ignez trahentes ex
busdaz antiqs h plas ratio cu ex stellis
errantibus altā se altri applicaut ꝯfuso
i vmi duarū lumē facies longioris sideri
reddi h hic tuc tm euenit cu3 stella stel
la3 attigit ß etiā cu appinquauit Interual
lum ei qd' int' duas est illustrat' ab vtraq3
inflamatq3 & longū ignez efficit Hys illud
respondebimꝰ certū e int stellas mo
bilū sole et eodez tpe & has appare & co
metez ex q manifestū sit no illarū coitu
fieri cometez ß ppriū & sui iuris e certaz
nc freqns stella sub altioris stelle uestigi
um uenit & saturnus aliqn sup iouez e
& mars uenerez q' mercuriū recta linea
despicit si tm pp huc cursum cu alt' altri
sbdit cometes sit aliognū amis ōibꝰ fieret
ōibus ei aliquē stelle i eodez sig' sit sim
Si cometa faceret stella stello supueniens
momento ex desineret Summa n uelocit'
transitū e Ideo ois siderū defectio breuis
e qr cito illas idez cursus q admouerat ab
strahit Videmꝰ solez & luna pt' exigu
um tpus cu obscurari cepit liberari Cito
to celerior dz fieri i stellis egressio tanto
minoribꝰ at q cometes semis mensibus
manet Illud no accidet si duar stellar
conuentu gignerent' Ille ei diu n coherere
possūt & nccē e illas lex celeritatis sue se
paret Prterea ista nobis uicina uidentur ce
terū interuallis ingetibus dissident Quogo
pt altā stella usq3 ad alteraz ignez mitte
re ita ut utraq3 uicina uideat' cu3 sint ingēti
regione diducte Stellas inqt duarū lu
men misceri & pbz vnius spez Nepe sic q
admodū rubicunda sit nubes solis incur
su quemadmodū uespertina a' matutina flauescūt Q
admodū arcꝰ alterne sol uisit h oia primū
mag' in efficiunt sol ei e q ista succedit
stellarū non e eadez potentia deinde int'
hoc ui ut infra lunaz in terras uicinia
nascūt' Supiora pura & sincera sūt & co
loris sui sūt Prterea si quid tale accideret
no haberet moraz ß extingueret' cito sicut
corone q solez luna ue cingunt int' bre
uissimū spaciū exolescunt Ne arcꝰ quidez
diu pseuerat si quid eet tale q mediū

int' duas stellas spaciū ꝯfunderet eq3
cito dilaberet' utiq3 no i tm maneret quātuz
morari comete solet stellis int' signa cer
cursus e huc primit tpū at comete ub9
cernunt' no magis certū e illis tps q appa
reant q locus ultra q no errent
Aduersꝰ h ab anteidoro illa dicunt' no
has tm stellas p discrete ß has solas obser
uatas ex ceterū inuisibiles fieri p occultū
a' p obscuritates luminis nobis ignotas a
pp circulos positos tales ut tc demū eas ad
extrema coaz uenire uisant' Ergo intercu
quedaz stelle ut ait nob noue que lu
sua cu stantibꝰ misceat & maiorez q stel
lis mos e porrigat ignē h ex hys q mentit
leuissimuz est Tota eiꝰ narratio mendi me
dacium impudens e Na si illi credimꝰ sūma
celi hora solidissima e i modū tecti durata
ta & alti crassiq3 corporis qd' athomi congesti
coaceruatiq3 fecerunt Huic pxia sup facies
ignea e ita compacta ut solui uitiariq3 no
possit hz tm spiracula quedaz & q fenestras
p quas ex pte exteriore mundi influat ignis
no taz magni ut interiora conturbet Rur
sus ex mundo i exteriora labit' Itaq3 h q
pter consuetudinez apparet influxerit ex illa
vltraq3 mundū iacente materia Solue ista
quid aliud e q manū exercere & uentū
iactare brachia Velim cu m dicas iste cu
mundo taz firma lacunaria imposuit qd
sit qre credamꝰ illi tantā crassitudinez celi
quid fuit qd' illo taz solida corpa addu
ceret & ibi detineret Deinde q tante crassitudi
nis est nccē e & magni ponderis sit Quo
go i sūmo manet grauia quo illa moles
no descendit & se onere suo frangit Fieri
n n pt ut tanta uis ponderis quātaz ille con
stituit pendeat & leuibꝰ innixa sit n' illud
quidez dici pt extrinsecꝰ aliq ex retinacula
qbꝰ cadere phibeat' n' rursus d' medio ad
ex positū qd' imminens corpꝰ excipiat ut
fulciat Illud & nunc nemo dicere audebit mun
dū ferri pcipitē & cadere quidez ß no appa
rere an cadat qr pcipitatio eiꝰ eterna e
nich hys nouissimū i qd' incurrat h quidez
d' tra dicet cu3 rationē nullaz inuenire pp q
pondꝰ terre staret Fert' inquiunt ß n
appareat an cadat qr infinitū e i qd' cadat
Quid e deinde q probes no quinq3 tm stel
las moueri & multas e & multis mundi regi
onibus Aut si h sine ullo pbabili argumen
to licz respondere Quid e q're no aliqs q' omis

stellas moueri a[ut] nullaz dicat. Ceterum
mich te admirat ista stellaru p[ro]ssim e
unum turba. no quo plures sint sepius
in alios incidit. Rari at comete & ob
hoc mirabiles s[unt]. Sed qd testimoniu dix
qua te o[mn]is etas q[uod] talium stellas exortu[m]
& anotauit & posteris tradidit. Post mor
tez demetrii syrie regis cui[us] demetrius
& Anthiochus liberi fuere paulo an[te] acha
icum bellu[m] cometes effulsit n[on] minor sole.
Primo igneus ac rubicundus orbis fuit cla
rumq[ue] lumen emittens q[ua]nto uinceret noctem. Dein
paulatim magnitudo eius districta e & eua
nuit claritas. nouissime at totus decid[it].
Quid g[o] p[ro]hibere stellas op[or]t[et] ut tantu[m]
corpus efficiant. Mille i unum licet congre
ges p[ro]inquum hunc habitum solis equabunt.
Attalo regnante initio cometes modi
cus apparuit. Dein substulit se diffudit
q[ue] & usq[ue] i equinoctialez circulu[m] uenit.
ita ut illaz plagez celi cui lactea nomen e.
i imensum extentus equaret. Sed g[o] conuenisse
debent erratice ut taz longu[m] celi tractu[m]
occuparet igne continuo. Contra argu[men]ta
dictu[m] est. Contra testes dicend[um] e. Nec ma
gna molitione detrahenda e auctoritas E
foro. Hystoricus e. Quidaz incredibiliu[m] rela
tu co[m]mendatione parant & lectorez alecturu[m]
aut si p[er] quotidiana duceret[ur] miracula
excitant. Quidaz creduli. quidaz negligen
tes s[un]t. Quibusdaz mendaciu[m] obrepit. q[ui]busda[m]
placet. Illi no euitant hii appetunt. h[ec] i
co[m]mune de tota natione q[ue] approbare opus
suum & fieri p[o]pulare no putat posse. n[isi] id
mendacio aspersit. Ephorus u[er]o no religi
osissime fidei. sepe decipit[ur]. sepe decipit.
sicut h[ic] dicit cometez qui om[n]i mortaliu[m]
lu[m] oculis custoditus e. q[ui]a ingentis rei
xit euentu[m]. cu[m] heliaz & burim ortu suo
mersit ait illu[m] descendisse i duas stellas.
quod p[re]ter illu[m] neo tradidit. Quis eni posset
obseruare illud momentu[m] q[uo] cometes so
lutus & i duas ptes redactus e. Quomodo at
si e q[ui] uiderit comete i duas dirimi ne
mo uidit fieri ex duabus. Sume at no
adiecit i q[ua]s stellas diuisus sit cu[m] a
liqua ex .v. stellis se debuerit. Apollo
nius Mindius i diuersa opinione e. Ait
eni[m] cometez no unu[m] ex multis erraticis
effecisse multos cometas erraticos ee
Non e inquit spes falsa nec duas stel
laru[m] confinio ignis extentus sed p[ro]priu[m] sidus
cometes est. sicut solis ac lune. talis
illi for[ma] e. no i rotundu[m] restituta sed p[ro]
cerior & i longu[m] producta. Ceteru[m] non e
illi palaz cursus. altiora mundi secat. et
tunc demu[m] appar[et] i cu[m] i unu[m] cursus sui
uenit. Nec est q[uod] putemus eundez uisu[m] ee
sub claudio q[uem] sub augusto uidimus. Ne
hunc q[ui] sub nerone cesare apparuit & co
metis detraxit infamiaz. illi similez fuis
se. q[ui] p[ost] diuu[m] iulii ueneris ludis genit
tricis circa undeciaz horaz diei emersit.
Multi uariiq[ue] s[un]t dispares magnitudine
dissimiles colore. Aliis rubor est sine
ulla luce. Aliis candor & puru[m] liquidu[m]q[ue] lu
men. Aliis flama & h[ec] no sincera nec tenu
is sed multu[m] circa se uoluens fumidi ar
doris. Cruenti quidaz minaces q[ui] omez
posse futuri sanguinis ferunt. Hii minuunt
augentq[ue] lumen suu[m] q[ue]madmodu[m] & alia si
dera. q[ue] clariora cu[m] descendere maiora q[ue]
q[ue] ex loco p[ro]piore uisuntur. minora cu[m] red
eunt & obscuriora. q[ui]a obducunt se longius.
Aduersus h[ec] p[ri]mo responde[tur] no id
accid[er]e i cometis q[uo]d in ceteris. Co
mete eni quo p[ri]mu[m] die apparuere ma
ximi s[un]t. Atq[ui] deberet crescere q[uo] p[ro]p[ri]us
accederet. Nu[n]c at manet illis p[ri]ma
facies donec incipiant extingui. Dein
quod aduersus priores etiaz aduersus hunc
dicit[ur]. si erraret cometes essetq[ue] sidus
intra signiferi terminos moueret[ur] intra q[uo]s
oe sidus cursus suos colligit. Nunq[uam]
apparet stella p[er] stellaz. Acies nr[a] n[on] p[ot]
p[er] mediu[m] sidus exire ut p[er] illud supi
ora p[ro]spiciat. p[er] comete aute[m] n[on] aliter
q[ua]m p[er] nubez ulteriora cernunt[ur]. Ex quo
apparet illu[m] no ee sidus sed leuez ignez
ac tumultuariu[m]. Zeno nr[ster] i illa sententia
est. Congruere iudicat & radios int[er] se
co[m]mittere. hac societate lumis existere y
magine[m] stelle longioris. Ergo quidaz
nullos ee cometas existimant. sed spe[ci]e[m]
illos p[er] repercussione[m] uicinorum siderum aut
p[ro] contactu cohentiu reddi. Quidam
aiunt ee quidez sed h[abe]re cursus suos &
p[ost] certa lustra i conspectu mortaliu[m] ex
ire. Quidaz ee quide[m] sed no quibus side
rum nomen i ponas. q[ui]a dilabunt[ur] nec
diu durant & exiguo tpis momento dissi
pant[ur]. In hac sententia s[un]t plerique nostrorum
nec id putant ueritati repugnare. Uidemus
eni[m] i sublimi uaria ignis concipi genera

& mo celum ardere mo logos a tergo flama
rum albescere tractu, mo faces cum igne
vasto rapi. Ipsa iam fulmina & si velo
citate mira & perstringunt acies & relinquunt
ignes suos aeris attriti. sed expressi flu
unt et protinus pereunt. Alii vero ignes diu ma
nent nec ante discedunt quam consumptum est omne
quo pascebantur alimentum. Hoc loco sunt
illa a possidonio scripta miracula. colum
ne clipeique flagrantes. aliique insigni novitate
flamme. que non incurrerent animos si ex consuetudine
& lege decurrerent. Ad hec stupent omnes qui re
pentinum ignem ex alto efferunt. sive emi
cuit aliquid et effugit sive compresso aere
& in ardorem coacto loco miraculi stetit.
Quid ergo non aliquando latitudo sidentis re
tro etheris patuit. & vastum in concavo lu
exclamare posses. Quid hoc est. Medium
video discedere celum pallentesque per alo
stellas que alias non expectata nocte fulse
runt & permedium erumperunt diem. Sed alia hu
ius ratio est. Quare alieno tempore appareant aera.
& cum latent constant. Multos cometas non vi
demus quia obscurantur radiis solis. quo defici
ente quendam cometem apparuisse quem sol
vicinus texerat. Possidonius tradit. Sepe autem
cum occidit sol sparsi ignes non procul absco
nduntur. videlicet ipsa stella sole perfunditur.
ideo aspici non potest. Comete autem radios so
lis effugiunt. Placet ergo michi cometas
sicut faces. sicut tubas trabesque & alia
ostenta celi denso aeri creari. Ideoque
circa septentrionem frequentissime apparent
quia illic plurimum est aeris pigri. Quare
ergo non stat cometes sed procedit. Dicam.
Ignium more alimentum suum sequitur. Quamvis n
ad superiora nisus sit. tamen deficiente materia
retro iens ipse descendit. In aere quoque si dex
tram levamque premit partem. nulla enim illi vi
a sed qua illum vena pabuli sui ducit
illo repit. nec ut stella procedit sed ut ignis
pascitur. Cur ergo per longum tempus appareat & non
cito extinguitur. Sex enim mensibus hic quem
nos Neronis principatu letissimo vidimus
spectandum se prebuit. In diversum illi claudi
ano circumactus. Ille enim a septentrione
in verticem surgens orientem petiit semper ob
scurior. hic ab eadem parte cepit sed in occiden
tem tendens ad meridiem flexit. & ibi se
subduxit oculis. Videlicet ille humidiora ha
buit & aptiora ignibus quod persecutus est.
hunc rursus uberior fuit & plenior re-

gio. hinc itaque descendit. invitante ma
teria non itinere. Quod apparet duobus quos spe
ctavimus fuisse diversum. cum hic in dextrum mo
tus sit ille in sinistrum. Omnibus autem stellis
in eandem partem cursus est idem contrarius mun
do. hic enim ab ortu volvitur in occasum. ille
ab occasu in ortum eunt. & ob hoc duplex his
motus est. Ille quo eunt & hic quo auferuntur.
Ego michi non assentio. Non enim existimo co
metem subitaneum ignem sed inter eterna opera natu
re. Primum quecumque aer creat brevia sunt. Nascuntur
enim in re fugaci & mutabili. Quo modo potest aliquid
in aere idem diu permanere cum ipse aer nunquam diu
maneat. fluit semper et brevis illi quies est.
Intra exiguum momentum in alium quam in quo fuerat
statum vertitur. nunc pluvius nunc serenus nunc
inter utrumque varius. Nubesque illi familiar
issime sunt in quas coit & ex quibus solvitur.
modo congregantur modo digeruntur. nunquam immote
iacent. Fieri non potest ut ignis certus in corpore va
go sedeat & tam pertinaciter hereat quam quem natura
nunquam excuterent. apprehendit. Deinde si ali
mento suo hereret semper descenderet. Eo enim crassior
aer est quo terris propior. Nunquam cometes in
imum usque dimittitur. neque appropinquat solo &
nunc ignis autem id quod illum natura sua ducit in
sursum. id est eo quo trahitur materia cui adhesit
& qua depascitur. Nullis ignibus ordinariis
& celestibus inflexum est. siderius proprium et durare
orbem. At quod hoc an comete alii fecerint ne
scio. Duo nostra etate fecerunt. Deinde ceteros quos ca
usa temporalis accendit cito interciderit. sic faces
ardent dum transeunt. sic fulmina in unum valent
ictum. Sic que transfugere dicuntur stelle. et
cadentes pervolant & secant aerem. Nullis
ignibus nisi in suo mora est. Illis dico divinis
quos habet mundus eternos quia partes eius sunt & opera.
Hii autem aliquid agunt & vadunt & tenorem
suum servant paresque sunt. Non alternis diebus
maiores minoresve fierent si ignis esset
collectivus & ex aliqua causa repentinus. Mi
nor enim esset autem maior prout plenius alere
tur aut maligni. Dicebam modo diuturnum
esse quod exarsit aeris vitio. Nunc amplius
adiciam. nullo modo ac stare nullo potest. Nam
& fax & fulmen & stella transcurrens et
quisquis alius in igniis aere expressus in fuga
est nec apparet nisi dum cadit. Cometes habet
suam sedem & ideo non cito expellitur sed emen
titur spatium suum. nec extinguitur sed excedit.
Si erratica inquit stella esset in signifero esset.
Quis unum stellis limitem ponit. Quis in

angustum divina compellit. Nempe hic pa sidera que sola moveri creditis alios et alios titulos habent. Quare ergo non aliqua sunt que in proprium iter et ab istis remotum secessere? Quid est quare in aliqua parte celi pervium non sit? Quod si iudicas non posse ullam stellam ubi signiferum attingere, cometes potest sic aliter habere circulum ut in hunc tamen parte aliqua sui incidat. quod fieri non est necesse sed potest. Vide ne hoc magis deceat magnitudinem mundi. ut in multa itinera divisus hic et non unam detrectet semitam ceteris partibus torpeat. Credis autem in hoc maximo et pulcherrimo corpore inter innumerabiles stellas que noctem decore vario distinguunt que minime vacuum et inertem esse patiuntur. v. solas esse quibus exercere se liceat. ceteras stare fixum et immobilem populum. Si quis hoc loco me interrogaverit quare ergo non quemadmodum v. stellarum ita harum observatus est cursus. Huic ego respondebo. Multa sunt que esse concedimus. qualia sint ignoramus. Habere nos animum cuius imperio impellimur et revocamur omnes fatebuntur. Quid tamen sit animus ille rector dominusque noster. non magis tibi quisquam expediet quam ubi sit. Alius illum dicet spiritum esse. Alius concentum quendam. Alius vim divinam et dei partem. alius tenuissimum aerem. alius incorporalem potentiam. non deerit qui sanguinem dicat. qui calorem. Adeo animo non potest liquere de ceteris rebus ut adhuc ipse se querat. Quid ergo miramur cometas tam rarum mundi spectaculum nondum teneri legibus certis nec initia illorum finesque notescere quorum ex ingentibus intervallis recursus est. Nondum sunt anni mille quingenti ex quo grecia stellis numeros et nomina fecit. Multeque hodie sunt gentes que tantum facie noverunt celum. que nondum sciant cur luna deficiat. quare obumbretur. Hoc apud nos quoque nuper ratio ad certum perduxit. Veniet tempus quo ista que nunc latent in lucem dies extrahat. et longioris evi diligentia. Ad inquisitionem tantorum etas una non sufficit. ut tota celo vacet. Quid quod tam paucos annos inter studia ac vicia non equa portione dividimus. Itaque per successiones ista longas explicabuntur. Veniet tempus illud quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur. Harum v. stellarum que se ingerunt nobis. que alio atque alio occurrentes loco curiosos nos esse cogunt. qui matutinum vespertinusque ortus sint. que stationes quando in rectum ferantur quare agantur retro modo cepimus scire. utrum mergeretur Iupiter an occideret an retrogradus esset. Nam hoc illi nomen imposuere cedenti. ante paucos annos didicimus. Inventi sunt qui nobis dicerent. erratis quod ullam stellam aut supprimere cursum iudicatis aut vertere. Non licet stare celestibus nec averti. Prodeunt omnia ut semel missa sunt. vadunt. Idem erit illis cursus qui sui finis operis. Hoc eternum irrevocabiles habet motus. Qui si quando constiterit alia ex adverso incidet. que nunc tenor et equalitas servat. Quid ergo est cur et aliqua redire videantur. Solis occursus speciem illi tarditatis imponit et natura viarum circulorumque sic positorum ut certo tempore intuentes fallat. Sic naves quamvis plenis velis eant videntur tamen stare. Erit qui demonstret aliquando in quibus cometes partibus errent. cur tam seducti a ceteris eant. quanti qualesque sint. Contenti simus inventis. aliquid veritati et posteris conferant. Per stellas inquit ulteriora non cernimus. per cometas aciem transmittimus. Primum si fit istud non in ea parte qua sidus ipsum est spissi ignis ac solidi. sed qua rarus splendor excurrit et in crines dispargitur. Per intervalla ignium non per ipsos vides. Stelle inquit omnes rotunde sunt comete porrecte. Ex quo apparet stellas non esse. Quis enim tibi concedet cometes longos esse. quorum natura quidem ut ceterorum siderum globus est. ceterum fulgor extenditur. quemadmodum sol radios suos longe lateque dimittit. Ceteris ipsi alia est forma. Alia ei quod ex ipso fluit luminis. sic cometarum corpus ipsum corrotundatur. splendor ac longior quam ceterorum siderum apparet. Quare inquis? Dicam tu prius quare luna dissimillimum soli lumen accipiat. cum accipiat a sole. quare modo rubeat modo palleat. quare lividus illi et ater color sit. cum in conspectum solis excluditur. Dic quare omnes stelle inter se dissimilem habeant aliquatenus faciem diversissimam soli. Quomodo nichil prohibet ista sidera esse quamvis similia non sint. Sic nichil prohibet cometas eternos esse et sortis eiusdem cuius cetera. etsi faciem illis non habent similem. Quid porro? Mundus ipse si consideres illum nonne ex diversis compositus est? Quid est quare in leone sol semper ardeat. et terras estibus torreat. In aquario astringat hieme flumina gelu claudat. et hoc tamen et illud sidus eiusdem condicionis est. cum effectu et natura dissimile sit. Intra brevissimum tempus aries

extollitur. libra tardissime mergitur et hoc eius sidus et illud eiusdem nature est cum illud exiguo tempore ascendit illud diu proferatur. Non vides quam contraria inter se elementa sint. Gravia et levia sunt frigida et calida humida et sicca. tota hec mundi concordia ex discordibus constat. Negas cometem stellam esse quia forma eius non respondeat ad exemplar nec sit ceteris similis. Vides enim simillima est illa que tricesimo anno revertitur ad locum suum huic que intra annum revisit sedem suam. ¶ Non ad unam natura formam opus suum prestat sed ipsa varietate se iactat. Alia maiora alia velociora aliis fecit alia validiora alia temperatiora quedam eduxit a turba ut singula et conspicua procedent. quedam in gregem misit. Ignorat nature potentiam qui illi non putat aliquando licere nisi quod sepius facit. Cometes non frequenter ostendat. attributus illis alius locus alia tempora dissimiles ceteris motus. Voluit et hiis magnitudinem operis sui colere. quorum formosior facies est quam ut fortuitam putes sive amplitudinem eorum consideres sive fulgorem qui maior est ardentiorque quam ceteris. Facies vero habet insigne quoddam et singulare non in angustum coniecta et arctata sed dimissa liberius et multarum stellarum amplexa regionem. ¶ Aristoteles ait cometas significare tempestatem et ventos intemperantiam atque ymbrium. Quid ergo non iudicas sidus esse quod futura denuntiat. Ideo enim sic hoc tempestatis signum est quomodo future pluvie scintillare oleum et putres concrescere fungos. Aut quomodo indicium est sevituri maris si marine in sicco ludunt fulice notasque paludes deserit atque alta super volat ardea nubem. Sed sic quomodo equinoctium in calores frigusque flectentis anni quomodo illa que caldei canunt quid stella nascentibus triste letum ve constituat. Et ut scias ita esse non statim cometes ortus ventos et pluvias minatur ut aristoteles ait sed annum totum suspectum facit. Ex quo apparet illum non ex in proximo que in proximum daret signa traxisse sed habere reposita et compressa legibus mundi. Fecit is cometes qui paterculo et vapisco consulibus apparuit que ab aristotele theofrastoque sunt predicta. Fuerunt enim maxime et continue tempestates ubique. At in achaia macedoniaque urbes terre motibus prorupte sunt. Tarditas inquit illos arguit graviores esse multumque in se habere terrenum

d' pore

Ipse preterea cursus fere ei compellitur in cardines. Utrumque falsum est. Dicam prius quare que tardius feruntur graviora sint. Quid ergo. Stella saturni que ex omnibus iter suum lentissime efficit gravis est. At quam levitatis argumentum habet quod supra ceteras est. Sed maiore inquit ambitu circuit nec tardius it quam cetere sed longius. Succurrat tibi idem me de cometis posse dicere et si segnior illis cursus sit. Sed mendacium est tardius ire. Nam intra sextum mensem dimidiam celi partem transcurrit hic proximus. prior in pauciores menses recepit se. Sed quia graves sunt inferius deferuntur. Primum non defertur quod circumfertur. Deinde hic proximus a septentrione motus sui initium fecit et per occidentem in meridiana pervenit erigensque cursum obliquavit. Alter ille claudianus a septentrione primum visus non desiit in rectum assidue celsior ferri donec excessit. Hec sunt que alios movere circa cometas pertinentia aut me. Que an vera sint dii sciunt quibus est scientia veri. Nobis rimari illa et coniecturare in occulto tamen licet nec cum fiducia inveniendi nec sine spe. ¶ Egregie aristoteles ait numquam nos verecundiores esse debere quam cum de diis agitur. Si intramus templa compositi. si ad sacrificium accessuri vultum submittimus. togam adducimus. si omne argumentum modestie fingimus. quanto hoc magis facere debemus cum de sideribus de stellis disputamus ne quid temere. ne quid imprudenter aut ignorantes affirmemus aut scientes mentiamur. nec miramur tam tarde erui que tam alte iacent. Panetio et hiis qui videri volunt cometem non esse ordinarium sidus sed falsam sideris faciem diligenter tractandum est an eque omnis pars anni edendis cometis sat apta sit an omnis celi regio idonea in qua creentur. an quacumque ire ibi et concipi possit et cetera que proximus sit tollitur. Qui dico illos non fortuitos ignes sed intextos mundo quos non frequenter educit sed in occulto movet. Quam multa preter hos per secretum eunt numquam humanis oculis orientia. Neque enim omnia deus homini fecit. quota pars operis tanti nobis committitur. Ipse qui ista tractat. qui condidit. qui totum hoc fundavit deditque circa se. maiorque est pars sui operis ac melior effugit oculos. Cogitatione visendus est. Multa preterea cognata numini summo et vicinam sortita potentiam obscura sunt. aut fortassis quod magis mireris oculos nostros et implent et effugiunt sive illis

tanta subtilitas e quitaz oscis acies humana no possit. sive i sanctiore secessu maiestas tanta delituit et regnum suum i se regit n ulli aditu dat n aio. Id sit hic sime quo nich e stire. no possimus et miram si quos igniculos parum novimus. cu pars maxima mundi deus lateat. Qm multa animalia hoc primu cognovimus seclo qm multa negotia. nec quidez hec. Multa venientis evi ppulus ignota nobis sciet. multa seclis tunc futuris cum memoria nri exoleverit reservantur. Pusilla res mundus e nisi i illo qd quaerat ois mundus habeat non sel quedaz sac traduntur. Eleusina hunt qd ostendat revisentibus. Rerum natura sacra sua no simul tradit. Initiatos nos credimus. i vestibulo eius heremus. illa arcana no promiscue n omnibus patent. Reducta sunt et clausa i interiore sacrario clausa sunt. Ex quibus aliud hec etas aliud q post nos subibit aspiciet. Qn go ista i noticia nram pducentur. Tarde magna pveniunt. utique si labor cessat. In qd unum toto agimus aio. nondum pfecimus ut pessimi essemus. Adhuc i pfectu vicia sunt. Invenit luxuria aliquid novi i quod insaniat. Invenit pudicie nova contumelia. Invenit delicatam dissolutio et tabes aliquid tenerius molliusque quo pereat. Nondu satis robur omne pdidimus. adhuc quicquid e boni moris extinguimus levitate et politura corporis. muliebres munditias antecessimus colores meretricios matronis quidez no induendos viri sumimus. Tenero et molli gressu suspendimus gradu. no ambulamus sed incedimus. Exornamus anulis digitos. in omni articulo gemma disponitur. Cottidie comminiscimur p que virilitati fiat iniuria. vel traducatur qr no pt exui. alius genitalia excidit. alius i obscena partez ludi fugit. et locatus ad mortez infamie armature genus i quo morbum suum exerceat legit. Miraris si nondu sapientia opus omne suum impleverit. nondu tota se nequicia pdidit adhuc nascitur et huic omnes operaz damus. huic oculi nri et huic manus serviunt. Ad sapiaz qs accedit. qs dignaz iudicat nisi qui in transitu noverit. Quis filosofiz vel ullum liberale respicit studium. nisi cum ludi intercalant. cu aliqs pluvius intervenit dies quez pdere licet. Itaqz tot familie phorum sine successore deficiunt. Achademia et ve-

teres et minores nullum antistitez reliquerunt. Quis e qui tradat precepta platonis. Pitagorica illa invidiosa turbe scola preceptorem non invenit. sextiorum nova et romani roboris secta inter initia sua cu magno impetu cepisset extincta e. At quanta cura laboratur ne cuiuslibet pantomimi nomen intercidat. stat p successores piladis et bacilli domus. harum artium multi discipuli sunt multique doctores. privatum urbe tota sonat pulpitum. in hoc femine tripudiant. mares ne se uxores qz contendunt. ut det latus illius dei sub psona cu diu tetra frons e transitur ad galeaz. phig nulla cura sioe. Itaqz adeo nichil invenitur ex hiis que parum investigata antiqui reliquerunt. ut multa que inventa erant obliterentur. At me hercule si hoc totis membris premeremus. si in hoc iuventus sobria incumberet. hoc maiores docerent hoc minores adiscerent. vix ad fundum veniretur i quo veritas posita e. quam nunc i i summa terra et levi manu querimus.

Annei lucii Senece de Naturalibus Questionibus liber expliciat. Deo gratias

Annei lucii Senece ad lucilium liber incipit. cum mundus divina providentia regatur quare multa mala bonis

Quesisti a me lucili quid ita si mundus pvidentia dei ageretur multa bonis viris mala acciderent. hoc commodius in contextu operis redderetur. cum preesse universis pvidentiaz probaremus. et interesse nobis deum. Sed qm a toto particulaz revelli placet et unam contradictoz manente lite integra solvere. faciaz rez no difficilez. causaz deoz agaz. Supvacuum e i presentia ostendere non sine aliquo custode tantum opus stare. nec hunc siderum cursum discursumqz fortuiti impetus esse. et que casus incitat sepe turbari et cito arietare. hanc i offensam velocitatem procedere eterne legis imperio. tantum rerum terra marique gestantem. tantum clarissimorum luminum et ex disposicione lucentium. non esse materie errantis hunc ordinem. nec que temere coierunt tanta arte pendere ut terras

gravissimum pondus sedeat immotum et circa se properantis celi fugam spectet, ut infusa vallibus maria molliant terras nec ullum incrementum fluminum sentiant, ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Ne illa quidem que videntur confusa et incerta, pluvias dico nubesque et elisorum fulminum iactus et incendia ruptis montium verticibus effusa, tremores labentis soli aliaque que tumultuosa pars rerum circa terras movet, sine ratione, quamvis subita sint, accidunt, sed suas et illa causas habent non minus quam que alienis locis conspecta miraculo sunt, ut in mediis fluctibus calentes aque et nova insularum in vasto exeuntium maris spatia. Iam vero si quis observaverit nudari litora pelago in se recedente eademque intra exiguum tempus operiri, credet ceca quadam volutatione modo contrahi undas et introrsum agi, modo erumpere et cursu magno repetere sedem suam, cum interim ille portionibus crescunt et ad horam ac diem subeunt ampliores minoresque, prout illas lunare sidus elicuit, ad cuius arbitrium occeanus exundat. Suo ista tempore reserventur, eo quidem magis quod tu non dubitas de providentia sed quereris. In gratiam te reducam cum diis adversus optimos optimis. Neque enim rerum natura patitur ut umquam bona bonis noceant. Inter bonos viros ac deos est amicicia conciliante virtute. Amiciciam dico? ymo et necessitudo et similitudo. Quoniam quidem bonus tempore tantum a deo differt, discipulus eius emulatorque et vera progenies, quam parens ille magnificus, virtutum non lenis exactor, sicut severi patres, durius educat. Itaque cum videris bonos viros acceptosque diis laborare, sudare, per arduum escendere, malos autem lascivire et voluptatibus fluere, cogita filiorum nos modestia delectari, vernularum licentia, illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de deo liqueat: bonum virum in deliciis non habet, experitur, indurat, sibi illum parat. Cur multa bonis viris adversa eveniunt? Nichil accidere bono viro potest mali, non miscentur contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum superne deiectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium saporem non mutat maris nec remittit quidem, ita adversarum impetus rerum viri fortis non vertit animum. Manet in statu et quicquid evenit in suum colorem trahit; est enim omnibus externis potentior. Nec hoc dico,

non sentit illa, sed vincit, et alioquin quietus placidusque contra incurrentia attollitur. Omnia adversa exercitationes putat. Quis autem vir modo et erectus ad honesta non est laboris appetens iusti et ad officia cum periculo promptus? Cui non industrio ocium pena est? Athletas videmus, quibus virium cura est, cum fortissimis quibusque confligere et exigere ab hiis per quos certamini preparantur ut totis contra ipsos viribus utantur; cedi se vexarique patiuntur et, si non inveniunt singulos pares, pluribus simul obiciuntur. Marcet sine adversario virtus; tunc apparet quanta sit quantumque polleat, cum quid possit patientia ostendit. Scias licet bonis viris idem faciendum, ut dura ac difficilia non reformident nec de fato querantur, quicquid accidit boni consulant, in bonum vertant. Non quid sed quemadmodum feras interest. Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi excitari iubent liberos ad studia obeunda mature, feriatis quoque diebus non patiuntur esse ociosos, et sudorem illis et interdum lacrimas excutiunt; at matres fovere in sinu, continere in umbra volunt, numquam flere, numquam contristari, numquam laborare. Patrium deus habet adversus bonos viros animum et illos fortiter amat et operibus doloribus dampnis exagitet, ut verum colligant robur. Languent per inertiam saginata nec labore tantum sed motu et ipso sui onere deficiunt. Non fert ullum ictum illesa felicitas; at ubi assidua fuit cum incommodis suis rixa, callum per iniurias ducit nec ulli malo cedit, sed etsi ceciderit de genu pugnat. Miraris tu, si ille deus bonorum amantissimus, qui illos quam optimos esse atque excellentissimos vult, fortunam illis cum qua exerceantur assignat? Ego vero non miror, si aliquando impetum capiunt spectandi magnos viros colluctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum voluptati est, si adolescens constantis animi irruentem feram venabulo excepit, si leonis incursum interritus pertulit, tantoque spectaculum est gratius quanto id honestior fecit. Non sunt ista que possint deorum vultum in se convertere, sed puerilia et humane oblectamenta levitatis. Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus operi suo deus, ecce par deo dignum, vir fortis cum fortuna mala compositus, utique et si provocavit. Non video, inquam, quid habeat in terris Iuppiter pulcrius, si convertere animum velit, quam ut spectet Catonem iam partibus non semel fractis stantem nichilominus inter ruinas publicas rectum. Licet, inquit, omnia in unius dicionem

concesserit custodiantur legionibus terre classibus maria cesarianus miles portas obsideat cato qua exeat habet una manu latam libertati viam faciet ferrum istud et bello civili purum et innoxium bonas tandem et nobiles edet operas libertatem quam patrie non potuit catoni dabit. Aggredere anime diu meditatum opus eripe te rebus humanis iam petreius et iuba concurrerunt iacentque alter alterius manu cesi et egregia fati conventio sed que non deceat magnitudinem nostram tam turpe est cathoni mortem ab ullo petere quam vitam. liquet mihi cum magno spectasse gaudio deos dum ille vir acerrimus sui vindex aliene saluti consulit et instruit discedentium fugam dum studia nocte etiam ultima tractat dum gladium sacro pectori infigit dum viscera spargit et illam sanctissimam animam indignamque que ferro contaminaretur manu educit. Inde crediderim fuisse parum certum et efficax vulnus non fuit diis immortalibus satis spectare catonem semel retenta ac revocata virtus est ut in difficiliore parte se ostenderet non enim tam magno animo mors initur quam repetitur. Quidni libenter spectarent alumnum suum tam claro ac memorabili exitu evadentem mors illos consecrat quorum exitum et qui timent laudant. Sed iam procedente oratione ostendam quam non sint que videntur mala nunc illud dico ista que tu vocas aspera que adversa et abhominanda primum pro ipsis esse quibus accidunt deinde pro universis quorum maior diis cura quam singulorum est post hoc volentibus accidere ac dignos malo esse si nolint. his adiciam fato ista sic et eadem lege bonis evenire qua boni sunt. persuadebo deinde tibi ne umquam boni viri miserearis potest enim miser dici non potest esse. Difficillimum ex omnibus que proposui videtur quod primum dixi pro ipsis esse quibus eveniunt ista que horremus ac tremimus pro ipsis est inquis in exilium proici in egestatem deduci liberos coniugem efferre ignominia affici debilitari. Si miraris hec pro aliquo esse miraberis quosdam ferro et igne curari nec minus fame ac siti. Sed si cogitaveris tecum remedii causa quibusdam et radi ossa et legi et extrahi venas et quedam amputari membra que sine totius pernicie corporis herere non poterant hoc quoque patieris probari tibi quedam incommoda pro eis esse quibus accidunt tam mehercule quam quedam que laudantur atque appetuntur contra eos esse quos delectaverunt simillima cruditatibus ebrietatibusque et ceteris que necant per voluptatem.

Inter multa magnifica demetrii nostri et hec vox est a qua recens sum sonat adhuc et vibrat in auribus meis. Nichil inquit mihi videtur infelicius eo cui nichil umquam evenit adversi. Non licuit enim illi se experiri ut ex voto ei fluxerint omnia ut ante votum male tamen de illo dii iudicaverunt indignus visus est a quo vinceretur aliquando fortuna que ignavissimum quemque refugit quasi dicat quid ergo istum adversarium mihi assumam statim arma deponet non opus est in illum tota potentia mea levi comminatione pelletur non potest sustinere vultum meum alius circumspiciatur cum quo possimus conferre manum pudet congredi cum homine vinci parato ignominiam iudicat gladiator cum inferiore componi et scit eum sine gloria vinci qui sine periculo vincitur. Idem facit fortuna fortissimos sibi pares querit quosdam fastidio transit contumacissimum quemque et rectissimum aggreditur adversus quem vim suam intendat ignem experitur in mucio paupertatem in fabricio exilium in rutilio tormenta in regulo venenum in socrate mortem in cathone. magnum exemplum nisi mala fortuna non invenit. Infelix est mucius quod dextra ignes hostium premit et ipse a se exigit erroris sui penas quod regem quem armata manu non potuit exusta fugat. Quid ergo felicior esset si in sinu amice foveret manum. Infelix est fabricius quod rus suum quantum a republica vacavit fodit quod bellum tam cum pirro quam cum divitiis gerit quod ad focum cenat illas ipsas radices et herbas quas in repurgando agro triumphalis senex vulsit. Quid ergo felicior esset si in ventrem suum feras captas multa cede venantium longinqui littoris pisces et peregrina aucupia congereret si conchiliis superi atque inferi maris pigritiam stomachi nauseantis erigeret si ingenti pomorum strue cingeret. Infelix est rutilius quod qui illum damnaverunt causam dicent omnibus seculis quod equiore animo passus est se patrie eripi quam sibi exilium quod sille dictatori aliquid solus negavit et revocatus non tantum retro cessit sed longius fugit. Viderint inquit isti quos rome deprehendit felicitas vestra videant largum in foro sanguinem et supra servilianum lacum id enim proscriptionis sillane spoliarium est senatorum capita et passim vagantes per urbem percussorum greges et multa milia civium romanorum uno loco post fidem immo per ipsam fidem trucidata videant ista qui exulare non possunt. Quid ergo felix est silla quod illi descendenti ad

Gesta mucii

Gesta fabricii

Gesta Rutilii

ferri gladio submovetur. qui capita sibi consulatum virorum patuit ostendi et pretium cedis per questorem ac tabulas publicas numerat et hec omnia facit ille ille qui legem corneliam tulit. Veniamus ad regulum quid illi fortuna nocuit quod illum documentum fidei documentum patientie fecit. Figit cutem clavus et quocumque corpus fatigatum reclinavit vulneri incubuit in perpetuam vigiliam suspensa sunt lumina. quanto plus tormenti tanto plus erit glorie. Vis scire quam non peniteat hoc precio extimasse virtutem. refice illum et mitte in senatum. eandem sententiam dicet. Feliciorem ergo tu putas mecenatem cui amoribus anxio et morose uxoris cotidiana repudia deflenti sompnus per symphoniarum cantum ex longinquo lene resonantium queritur mero se licet sopiat et aquarum fragoribus sompnum avocet et mille voluptatibus mentem anxiam fallat tam vigilabit in pluma quam ille in cruce. Sed illi solatium est pro honesto dura tollerare et ad causam a patientia respicit. hunc voluptatibus marcidum et felicitate nimia laborantem magis hiis que patitur vexat causa patiendi. Non usque eo in possessionem generis humani vicia venerunt ut dubium sit an electione fati data plures regulos nasci quam mecenates velint. Aut si quis fuerit qui audeat dicere mecenatem se quam regulum nasci voluisse idem iste taceat licet nasci se terentiam maluit. Male tractatum socratem iudicas quod illam potionem publice mixtam non aliter quam medicamentum inmortalitatis obduxit et de morte disputavit usque ad ipsam. male cum ipso actum est quod gelatus est sanguis ac paulatim frigore inducto venarum vigor constitit. quanto magis huic invidendum est quam illis quibus gemma ministratur. quibus exoletus omnia pati doctus exsecte virilitatis aut dubie suspensam auro nivem diluit. Hii quicquid biberint vomitu remetientur tristes et bilem suam regustantes. At ille venenum letus et libens hauriet. Quod ad catonem pertinet satis dictum est. summamque felicitatem illi contigisse consensus omnium fatebitur. quem sibi rerum natura delegit cum quo metuenda collideret. Inimicitie potentium graves sunt. opponatur simul pompeio cesari crasso. Grave est a deterioribus honore anteiri. vatinio postferatur. grave est civilibus bellis interesse toto orbe terrarum pro causa bona tam infeliciter quam pertinaciter militet. grave est sibi manus afferre faciat. quid per hec consequar. ut omnes sciant non esse hec mala quibus ego dignum catonem putavi. Prospera in plebem ac vilia ingenia deveniunt. At calamitates terroresque mortalium sub iugum mittere proprium magni viri est. semper vero esse felicem et sine morsu animi transire vitam ignorare est rerum nature alteram partem. Magnus es vir. sed unde scio si tibi fortuna non dat facultatem exhibende virtutis. descendisti ad olimpia sed nemo preter te. coronam habes victoriam non habes. non gratulor tamquam viro forti sed tamquam consulatum pretura ve adepto. honore auctus es. Idem dicere de bono viro possum. si illi nullam occasionem difficilior casus dedit in qua una vim animi sui ostenderet. Miserum te iudico quod numquam fuisti miser. transisti sine adversario vitam. nemo sciet quid potueris nec tu ipse quidem. opus enim est ad noticiam sui experimento. quid quisque posset nisi temptando non didicit. itaque quidam ultro se cessantibus malis obtulerunt et virtuti iture in obscurum occasionem per quam enitesceret quesierunt. Gaudent inquam magni viri aliquando rebus adversis. non aliter quam fortes milites bellis triumphos. Ego mirmillonem sub gaio cesare de raritate munerum audivi querentem. quam bella inquit etas perit. avida est periculi virtus et quo tendat non quid passura sit cogitat. quoniam et quod passura est glorie pars est. militares viri gloriantur vulneribus. leti fluentem meliori casu sanguinem ostendunt. Idem licet fecerint qui integri revertuntur ex acie magis spectatur qui saucius redit. Ipsis inquam deus consulit quos esse quam honestissimos cupit. quotiens illis materiam prebet animose fortiterque faciendi. ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate. Gubernatorem in tempestate in acie militem intelligas. Unde possum scire quantum adversus paupertatem animi tibi sit si divitiis diffluas. Unde possum scire quantum adversus ignominiam et infamiam et odium populare constantie habeas si inter plausus senescis si te inexpugnabilis et inclinatione quadam mentium pronus favor sequitur. Unde scio quam equo animo laturus sis orbitatem si quoscumque sustulisti vides. audivi te cum alios consolareris. tunc conspexisse si te ipse consolatus esses si te ipse dolere vetuisses. Nolite ergo obsecro vos expavescere ista que dii inmortales velut stimulos admovent animis. Calamitas virtutis occasio est. Illos merito quis

exemplum Reguli

exemplum Socratis

dixit miseros quos nimia felicitate torpescunt
quos velut in mari lento tranquillitas iners
detinet. quicquid illis inciderit novum veniet.
magis urgent seva inexpertos. grave est
ferre cervicibus iugum. ad suspicionem vulneris
tiro pallescit. audacter veteranus cruorem su-
um spectat qui scit se sepe vicisse post sanguinem.
Hos itaque deus probat quos amat. indurat
recognoscit exercet. eos autem quibus indulgere
videtur quibus parcere molles venturis malis ser-
vat. erratis enim si quem iudicatis exceptum
veniet ad illum diu felicem sua portio. quisquis
videtur dimissus dilatus est. Quare deus optimum
quemque mala valitudine aut luctu aut incommodis
afficit. quia in castris quoque periculosa fortissimis impe-
rantur. dux electissimos mittit qui nocturnis ho-
stes aggrediantur insidiis aut explorent iter aut
presidium loco deiciant. Nemo eorum qui exeunt dicit
male de me meruit imperator sed bene iudica-
vit. Idem dicant quicumque iubentur pati timidis et
ignavisque flebilia. digni visi sumus deo in
quibus experiretur quantum humana natura posset pati.
Fugite delicias. fugite enervatam felicitatem
qua animi permadescunt et nisi aliquid intervenit quod humane
sortis admoneat velut perpetua ebrietate sopi-
ti. quem specularia semper ab afflatu vendicarunt. cu-
ius pedes inter fomenta subinde mutata tepu-
erunt. cuius cenationes subditus et parietibus
circumfusus calor temperavit. hunc levis aura
non sine periculo stringet. cum omnia que excesserunt mo-
dum noceant. periculosissima felicitatis intempe-
rantia est. movet cerebrum in vanas mentes
ymagines evocat. multum inter falsum ac verum
medie caliginis fundit. quidni satius
sit perpetuam infelicitatem advocata virtute
sustinere quam infinitis atque immodicis bonis rumpi.
lenior ieiunio mors est. cruditate dissiliunt.
Hanc itaque rationem dii sequuntur in bonis viris
quam in discipulis suis preceptores qui plus la-
boris ab hiis exigunt in quibus certior spes est.
Numquid tu invisos esse Lacedemoniis liberos suos
credis quorum experiuntur indolem publice verberibus
admotis. ipsi illos patres adhortantur ut for-
titer flagellorum ictus perferant et laceros ac
semianimes rogant. perseverant vulnera prebere
vulneribus. Quid mirum si dure generosos spiritus
deus temptat. numquam virtutis molle documentum.
verberat nos et lacerat fortuna. patiamur. non est
sevicia. certamen est. quo sepius adierimus fortio-
res erimus. Solidissima corporis pars est quam fre-
quens usus agitavit. ut contra ipsam ab ipsa duremur
paulatim nos sibi pares faciat. contemptum

periculorum assiduitas periclitandi dabit. sic sunt
nauticis corpora ferendo mari dura. agricolis
manus trite. ad excutienda tela militares
lacerti valent. agilia sunt membra cursoribus.
id in quoque solidissimum est quod exercuit. Ad
contemnendam patientiam malorum animus patientia per-
venit. quam quid efficere in nobis possit scies
si aspexeris quantum nationibus nudis et in-
opia fortioribus labor prestet. Omnes considera gen-
tes in quibus romana pax desinit. germanos
nos dico et quicquid circa istrum vagarum gentium
occursat. perpetua illos hiemps triste celum
premit. maligne solum sterile sustentat.
imbrem culmo aut fronde defendunt. super du-
rata glacie stagna persultant. in alimentum
feras captant. miseri tibi videntur. nichil mise-
rum est quod in naturam consuetudo perduxit. paulatim
enim voluptati sunt que necessitate ceperunt. nulla illis
domicilia nulleque sedes sunt nisi quas lassitudo
in diem posuit. vilis et hic querendus manu vi-
ctus. horrenda celi iniquitas. intecta corpora.
hoc quod tibi calamitas videtur tot gentium vita est.
Quid miraris bonos viros ut firmentur concu-
ti. non est arbor solida nec fortis nisi in quam
frequens ventus incursat. ipsa enim vexatione
constringitur et radices certius figit. fragiles
sunt que in aprica valle creverunt. pro ipsis
ergo bonis viris est ut ex interritis possint multum inter
formidolosa versari et equo animo ferre que
non sunt mala nisi male sustinenti. Adice nunc
quod pro omnibus est optimum quemque ut ita dicam
militare et edere operas. Hoc est propositum deo
quod sapienti viro ostendere. hec que vulgus
appetit que reformidat nec bona esse nec
mala. apparebit autem bona esse si illa non
nisi bonis tribuerit et mala esse si malis tantum
irrogaverit. Detestabilis erit cecitas si nemo
oculos perdiderit nisi cui eruendi sunt. itaque ca-
reant luce Appius et Metellus. non sunt divicie
bonum. itaque habeat illas et Elius leno. ut ho-
mines pecuniam cum in templis consecraverint vi-
deant et in fornice. nullo modo magis potest deus
concupita traducere quam si illa ad turpissimos
defert ab optimis abigit. At iniquum est bonum
virum debilitari aut configi aut alligari. ma-
los integris corporibus solutos ac delicatos
incedere. Quid porro non est iniquum fortes
viros arma sumere in castris pernoctare et
pro vallo obligatis stare vulneribus. interim
in urbe securos esse precisos et professos impudi-
ciciam. Quid porro non est iniquum nobilis-
simas virgines ad sacra facienda noctibus

V[er]ba demetry

securitate altissimo somno marcentes frau
labor optimos citat. Senatus p totum diem se
pe consulitur cu illo tpe vilissim quisq aut in cau
sis ociu suu oblectet aut i popina lateat
aut tepus talq circulo terat. Idem i hac ma
gna r.p. fit. boni viri laborant impendunt
impenduntur et volentes quidem no trahunt a
fortuna. sequuntur illam et equant gradus si scis
sent an cessissent. Hanc quoq animosam demetrii
fortissimi viri vocem audisse me memini. Hoc unum
inquit dii immortales de vobis queri possum. quod
non an mi voluntate vestra notam fecistis.
Prior enim ad ista venissem. ad que nunc vocatus
assum. vultis liberos sumere. vob illos su
stuli. vultis aliquam partem corporis sumite. non
magnam rem promitto. cito totum relinquam. vul
tis spiritum. quid ni nullam moram faciam quo minus
recipiatis quod dedistis. a volente feretis
quicquid repetieritis. quid ergo est. maluissem of
ferre quam tradere. quid opus fuit auferre. ac
cipere potuistis sed ne nunc quidem auferetis.
quia nihil eripitur nisi resistenti. nichil cogor nichil
patior invitus. nec servio deo sed assentio eo
quidem magis quod scio omnia certa et eterna di
cta lege discurrere. fata nos ducunt et quantum
cuique temporis restat prima nascentium hora
disposuit. Causa pendet ex causa privata
ac publica. longus rerum ordo trahit. Ideo
fortiter omne patiendum est quia non ut putamus
incidunt cuncta sed veniunt. Olim constitutum
est quid gaudeas quid fleas. quamvis magna
videatur varietate singulorum vita distingui.
summa in unum venit. accipimus peritura peri
turi. Quid itaque indignamur. quid querimur.
ad hoc parati sumus. utatur ut vult suis na
tura corporibus. nos leti ad omnia et fortes cogitemus
nichil perire de nostro. Quid est boni viri prebe
re se fato. grande solacium est cum universo rapi.
quicquid est quod nos sic vivere sic mori iussit.
eadem necessitate et deos alligat. irrevocabilis
humana pariter ac divina cursus vehit. Ille ipse
conditor et rector omnium. scripsit quidem fata
sed sequitur. semel iussit semper paret. Quare tamen
deus tam iniquus in distributione fati fuit
ut bonis viris paupertatem et vulnera
et acerba funera ascriberet. non potest artifex
mutare materiam. hoc passa est. quedam separari a
quibusdam non possunt. coherent. individua sunt.
languida ingenia et in somnum itura aut in vi
giliam somno simillimam. inertibus nectun
tur elementis. ut efficiatur vir cum cura dicendus
fortiore fato opus est. non erit illi iter pla

num sursum oportet ac deorsum eat fluctuetur
ac navigium i turbido regat. Contra fortunam
illi tenendus est cursus. multa accidet dura
aspera sed que molliat et conplanet ipse.
Ignis aurum probat. miseria fortes viros.
vide quam alte debeat extendere virtus scies
illi non per secura vadendum esse. Ardua prima
via est et quam vix mane recentes enituntur equi
qui media est altissima celo unde mare et
terras ipsi mi sepe videre sit timor et pa
vida trepidet formidine pectus ultima prona
via est et eget moderamine certo. tunc etiam
que me subiectis excipit undis ne ferar
in preceps thetis solet unda vereri. Hec cum au
disset ille generosus adolescens. placet inquit via
ascendo. est tanti per ista ire casuro. non desi
nit acrem animum metu territare. Utque viam
teneas nulloque errore traharis. per tamen ad
versi gradieris cornua thauri hemoniosque
arcus violentique ora leonis. post hec ait.
Iunge datos currus. his quibus me deterri
putas incitor. libet illic stare ubi sol tre
pidat. humilis et inertis est tuta sectari. per
alta virtus it. Quare tamen cum bonis viris
patitur aliquid mali deus fieri. ille non patitur.
omnia mala ab illis removit. scelera et flagi
cia et cogitationes improbas et avida consilia
et libidinem cecam et alieno imminentem avari
ciam. ipsos tuetur ac vindicat. Numquid hoc
quoque aliquis a deo exigit ut bonorum virorum et sarci
nas servet. remittunt ipsi hanc deo curam
externa contemnunt. Democritus divitias pro
iecit onus illas bone mentis existimans. quid
ergo miraris si id deus bonis viris accidere
patitur. quod vir bonus aliquando aliquid vult sibi
accidere. filios amittunt boni viri. quid ni cum
aliquando et occidunt. In exilium mittuntur. quid ni
cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquunt.
Occiduntur. quid ni cum aliquando ipsi sibi manus affe
runt. quare quedam dura patiuntur ut alios
pati doceant. nati sunt in exemplar. puta itaque
deum dicere. quid habetis quod de me queri possitis
vos quibus recta placuerunt. aliis bona falsa cir
cumdedi et animos inanes velut longo fallacique
somnio lusi. auro illos et argento et ebore ad
ornavi. intus boni nichil est. isti quos pro feli
cibus aspicitis si non qua occurrunt sed qua latent
videritis. miseri sunt. sordidi sunt. turpes
ad similitudinem parietum suorum extrinsecus cul
ti. Non est solida et sincera felicitas. crusta
est et quidem tenuis. itaque dum illis licet stare
et ad arbitrium suum ostendi et nitent. et inpo

...nunt. cum aliquid incidit quod distrahet [disturbet] ac detegat tunc apparet quantum alte ac vere foeditatis alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa, mansura, quanto magis versaverit aliquis et undique inspexerit meliora maioraque. Permisi vobis metuenda contemnere, cupiditates fastidire. Non fulgetis extrinsecus, bona vestra introrsus obversa sunt. Sic mundus exteriora contempsit spectaculo sui letus. Intus omne posui bonum. Non egere felicitate felicitas vestra est. At multa incidunt tristia, horrenda, dura toleratu. Quia non poteram vos istis subducere, animos vestros adversus omnia armavi. Ferte fortiter. Hoc est quo deum antecedatis. Ille extra patientiam malorum est, vos supra patientiam. Contemnite paupertatem: nemo tam pauper vivit quam natus est. Contemnite dolorem: aut solvetur aut solvet. Contemnite mortem, que vos aut finit aut transfert. Contemnite fortunam: nullum illi telum quo feriret animum dedi. Ante omnia cavi ne quis vos teneret invitos. Patet exitus: si pugnare non vultis, licet fugere. Ideoque ex omnibus rebus quas esse vobis necessarias volui nichil feci facilius quam mori. Prono animam loco posui: trahitur. Attendite et videbitis quam brevis ad libertatem et quam expedita ducat via. Non tam longas in exitu moras vobis quam intrantibus posui. Alioqui magnum in vobis regnum fortuna tenuisset, si homo tam tarde moreretur quam nascitur. Omne tempus, omnis vos locus doceat quam facile sit renuntiare fortune [nature] et munus suum illi impingere. Inter ipsa altaria et sollemnes sacrificantium ritus, dum optatur vita, mortem condiscite. Corpora opima taurorum exiguo concidunt vulnere et magnarum virium animalia humane manus ictus impellit. Tenui ferro commissura cervicis abrumpitur, et cum articulus qui caput collumque committit incisus est, tota illa moles corruit. Non in alto latet spiritus nec utique ferro eruendus est. Non sunt penitus impresso scrutanda precordia. In proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinavi locum: quacumque pervium est. Ipsum illud quod vocatur mori, quo anima discedit a corpore, brevius est quam ut sentiri tanta velocitas possit. Sive fauces nodus elisit, sive spiramentum aqua preclusit, sive in caput lapsos subiacentis soli duritia comminuit, sive haustus ignis cursum anime remeantis interscidit, quicquid est properat. Ecquid erubescitis? Quod tam cito fit timetis diu. Explicit.

Incipit liber Senece de contumelia ad Serenum. Nullo iniuria aut contumelia non cadit in sapientem.

Tantum inter Stoicos, Serene, et ceteros sapientiam professos interesse quantum inter mares et feminas non immerito dixerim, cum utraque turba ad vite societatem tantundem conferat, sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Ceteri sapientes molliter et blande, ut fere domestici et familiares medici egris corporibus, non qua optimum et celerrimum est medentur sed qua licet. Stoici virilem ingressi viam non ut amena ineuntibus videatur cure habent, sed ut quam primum nos eripiat et in illum editum verticem educat qui adeo extra omnem teli iactum surrexit ut supra fortunam emineat. At ardua per que vocamur et confragosa sunt. Quid enim? plano aditur excelsum? Sed ne tam abrupta quidem sunt quam quidam putant. Prima tantum pars saxa rupesque habet et invii speciem, sicut plurima [al. pleraque] ex longinquo speculantibus abscissa et connexa videri solent, cum aciem longinquitas fallat; deinde propius adeuntibus eadem illa que in unum congesserat error oculorum paulatim adaperiuntur, tum illis que precipitia ex intervallo apparebant redit lene fastigium. Nuper cum in mentionem Catonis incidissemus, indigne ferebas, sicut es iniquitatis impatiens, quod Catonem etas sua parum intellexisset, quod supra Pompeios et Cesares surgentem infra Vatinios posuisset; et indignum tibi videbatur quod illi dissuasuro legem toga in foro erepta esset quodque a Rostris usque ad arcum Fabianum per seditiose factionis manus traditus voces improbas et sputa et omnes alias insane multitudinis contumelias pertulisset. Tunc ego respondi habere te quod rei publice nomine movereris, quam hinc P. Clodius, hinc Vatinius ac pessimus quisque venumdabat et ceca cupiditate correpti non intelligebant se dum vendunt et venire; pro illo quidem Catone securum te esse iussi; nullum enim sapientem nec iniuriam accipere nec contumeliam posse; Catonem autem certius exemplar sapientis viri nobis deos immortales dedisse quam Ulixem et Herculem prioribus seculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiaverunt invictos laboribus et contemptores voluptatis et victores omnium terrorum. Cato non cum feris manus contulit, quas consectari venatoris agrestisque est, nec monstra igne et ferro persecutus est, nec in ea tempora incidit quibus credi posset celum umeris unius inniti, excussa iam antiqua credulitate et seculo ad summam perducto sollertiam. Cum ambitu congressus, multiformi malo, et cum potentie immensa cupiditate, quam totus orbis in tres divisus satiare non poterat.

adversus vitia degenerantis et pessum sua
mole sidentis stetit solus et cadentem
rem publicam quantum modo una retrahi manu
poterat retinuit, donec abreptus ab-
stractusve comitem se diu sustentate ruine
dedit. simulque extincta sunt que nefas erat
dividi. neque enim Cato post libertatem vixit
nec libertas post Catonem. Huic tu putas in-
iuriam fieri potuisse a populo quod aut preturam
illi detraxerit aut togam? quod sacrum illud ca-
put purgamentis oris (sputo) aspersit? Tutus est
sapiens nec ulla affici aut iniuria aut contumelia
potest. Videor mihi intueri animum incen-
sum et effervescentem. Paras acclamare: hec
sunt que auctoritatem preceptis vestris detra-
hant. magna promittitis et que ne optari quidem
nedum credi possint. deinde ingentia locuti
cum pauperem negastis esse sapientem non
negastis solere illi et servum et vestitum et
tectum et cibum deesse. cum sapientem negastis
insanire non negastis et alienari et parum
sana verba emittere et quicquid vis morbi
cogit audere. cum sapientem negastis servum
esse idem non itis infitias et veniturum et im-
perata facturum et domino suo servilia prestiturum
ministeria. ita sublato alte supercilio in eadem
que ceteri descenditis mutatis rerum nominibus.
Tale itaque aliquid et in hoc esse suspicor quod
prima specie pulcrum atque magnificum est: nec iniuriam
nec contumeliam accepturum esse sapientem. multum
autem interest utrum sapientem extra indigna-
tionem an extra iniurias ponas. Nam si
dicis eum equo animo laturum nullum habet privi-
legium. contingit illi res vulgaris et que discitur
ipsa iniuriarum assiduitate: patientia. Si negas
accepturum iniurias, id est neminem illi temptaturum
facere, omnibus relictis stoycus fio. Ego non
sapientem non imaginario honore verborum
adornare constitui sed eo loco ponere quo nulla
permittatur iniuria. Quid ergo? nemo erit qui
lacessat, qui temptet? Nichil in rerum natura tam sacrum
est quod sacrilegum non inveniat. Sed non
ideo divina minus in sublimi sunt si existunt
qui magnitudinem multum ultra se positam
non icturi appetant. Invulnerabile est
non quod non feritur sed quod non leditur. Ex hac
tibi nota sapientem exhibeo. Numquid du-
bium est quin certius robur sit quod non vincitur quam
quod non lacessitur, cum dubie sint vires
inexperte, at merito certissima firmitas
haberi que omnes incursus respuit. Sic tu
sapientem melioris scito nature si nulla
ei

ei nocet iniuria quam si nulla fit. et illum fortem
virum dicam quem bella non subigunt nec armo-
rum vis hostilis exterret, non cui pingue
otium est inter desides populos. Hiis igitur sapientem
dico nulli esse iniurie obnoxium. itaque non re-
fert quam in illum multa coniciantur tela cum sit
nulli penetrabilis. quomodo quorundam lapidum
inexpugnabilis (ferro) duricia est nec secari adamas
aut cedi vel deteri potest sed incurrentia ultro
retundit. quemadmodum quedam non possunt
consumi igne sed flamma circumfusa rigorem
suum habitumque conservant. quemadmodum porrecti
quidam in altum scopuli mare frangunt
nec ipsi ulla sevicie vestigia tot verberati
seculis ostendunt, ita sapientis animus solidus est
et id roboris colligit ut tam tutus sit ab omni
iniuria quam illa que retuli. Quid ergo? non erit
aliquis qui sapienti facere temptet iniuriam? temptabit
sed non perventuram ad eum. a maiore enim inter-
vallo a contactu inferiorum abductus est quam
ut ulla vis noxia usque ad illum vires suas
perferat. et cum potentes et imperio editi et consensu ser-
vientium validi nocere intendent, tam citra sa-
pientiam omnes eorum impetus deficient quam que nervo
tormentisve in altum exprimuntur, cum extra visum exi-
lierint, citra celum tamen flectuntur. Quid tu putas
cum stolidus ille rex multitudine telorum di-
em obscurasset ullam sagittam in solem incidis-
se? an demissis in profundum catenis Neptu-
num potuisse contingi? ut celestia humanas
manus effugiunt et ab hiis qui templa di-
ruunt ac simulacra conflant nichil divinitati
nocetur, ita quicquid fit in sapientem proterve
petulanter superbe frustra temptatur. At sa-
tius erat neminem esse qui facere vellet. Rem
difficilem optas, innocentiam generi humano. non
fieri eorum interest qui facturi sunt, non eius
qui pati ne si fiat quidem potest. immo nescio an
magis vires sapientia ostendat tranquillitate
inter lacessentia, sicut maximum argumentum
est imperatoris armis virisque pollentis tu-
ta securitas in hostium terra. Dividamus
si tibi videtur Serene iniuriam a contumelia. Pri-
or illa natura gravior est, hec levior et tantum deli-
catis gravis, qua non leduntur homines sed
offenduntur. Tanta est tamen animorum dissolutio et
vanitas ut quidam nichil acerbius putent.
Sic invenies servum qui flagellis quam co-
laphis cedi malit, et qui mortem ac verbera
tollerabiliora credat quam contumeliosa verba.
Ad tantas ineptias perventum est ut non do-
lore tantum sed doloris opinione vexemur.

more puerorum quibus metum incutit umbra et personarum deformitas et depravata facies. Lacrimas vero evocant nomina parum grata auribus et digitorum motus et alia que impetu quodam erroris improvidi refugiunt. Iniuria propositum hoc habet aliquem malo afficere. malo autem sapientia non relinquit locum. Unum enim illi malum est turpitudo que intrare eo ubi iam virtus honestumque est non potest. Iniuria ad sapientem non pervenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est. sapiens autem nullius mali patiens est. nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria eius diminutio est in quem incurrit nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliquo detrimento vel corporis vel dignitatis vel rerum extra nos positarum. Sapiens autem nichil perdere potest. omnia in se reposuit. nichil fortune credit. bona sua in solido habet contentus virtute que fortuitis non indiget. ideoque nec augeri nec minui potest. nam et in summum perducta incrementi non habet locum et nichil eripit fortuna nisi quod dedit. virtutem autem non dat. ideoque nec detrahit. libera est. inviolabilis. inmota. inconcussa. Sic contra casus indurat ut ne inclinari quidem nedum vinci possit. Adversus apparatus terribilium rectos oculos tenet. nichil ex vultu mutat sive illi dura sive secunda ostententur. Itaque nichil perdet quod perire sensurus sit. unius enim in possessione virtutis est. ex qua depelli numquam potest. ceteris precario utitur. Quis autem iactura movetur alieni. Quod si iniuria nichil potest quid ex hiis ledere que propria sapientis sunt quia virtute sua salva sunt. iniuria sapienti non potest fieri. Megaram Demetrius ceperat cui cognomen Poliorcetes fuit. ab hoc Stilbon philosophus interrogatus. numquid aliquid perdidisset. nichil inquit. omnia namque mea mecum sunt. Atqui et patrimonium eius in predam cesserat et filias rapuerat hostis. et patriam se in dominium restatus est. habebat enim vera secum bona in que non est manus iniectio. At que dissipata et direpta ferebantur non iudicabat sua sed adventicia et nutum fortune sequentia. Ideo ut non propria dilexerat. omnium enim extrinsecus effluentium lubrica et incerta possessio est. Cogita nunc an huic fur aut calumniator aut vicinus impotens aut dives aliquis regnum orbe senectutis gerens facere iniuriam posset cui bellum et hostis et ille egregiam artem quassandarum urbium professus eripere nichil potuit. Inter micantes undique gladios et militarem in rapina tumultum inter flammas et sanguinem

stragemque impulse civitatis inter fragorem templorum super deos suos cadentium uni homini pax fuit. Non est itaque quod audax iudices promissum. cuius tibi si parum fidei habeo sponsorem dabo. Vix enim credis tantum firmitatis in hominem aut tantam animi magnitudinem cadere. Sed si prodit in medium qui dicat non est quod dubites an attollere se homo natus supra humana possit. an dolores. damna. ulcerationes. vulnera. magnos motus rerum circa se frementium securus aspiciat et dura placide ferat et secunda moderate nec illis cedens nec hiis fretus. unus idemque inter diversa sit nec quicquam nisi se putet esse ea parte qua melior est. En adsum hoc vobis probaturus. sub isto tot civitatum eversore monimenta incursu arietis labefacta et turrium altitudinem cuniculis ac latentibus fossis repente residere et equaturum editissimas arces aggerem crescere. At bene fundatum animum nulla machinamenta posse reperiri que agitet. Erumpens domus ruinis et incendiis undique relucentibus flammas per sanguinem fugi. filias meas quis casus habeat an peior publico nescio. Solus et senior et hostilia circa me omnia videns tamen integrum censum meum incolumemque profiteor. Teneo. habeo quicquid mei habui. non est quod me victum victoremque te credas. vicit fortuna tua fortunam meam. Caduca illa et dominum mutantia ubi sint nescio. que ad res meas pertinent mecum sunt. mecum erunt. Perdiderunt divites isti patrimonia. libidinosi amores suos et magno pudoris impendio dilecta scorta. ambitiosi curiam et forum et loca exercendis in publico viciis destinata. feneratores perdiderunt tabellas quibus avaricia falso leta divitias ymaginatur. Ego quidem omnia integra illibataque habeo. Proinde istos interroga qui flent qui lamentantur strictis gladiis nuda pro pecunia corpora opponunt. qui hostem onerato sinu fugiunt. Ergo ita habes serene perfectum illum virum humanis divinisque virtutibus plenum nichil perdere. bona eius solidis et inexsuperabilibus munimentis precincta. non Babilonios illi muros contuleris quos Alexander intravit. non Carthaginis aut Numantie menia una manu capta. non capitolium arcemve. habent ista hostile vestigium. Illa que sapientem tuentur et a flamma et ab incursu tuta sunt. nullum introitum prebent. excelsa. inexpugnabilia

dignus equa. Non est quod dicas ista ut soles hunc sapientem nostrum nusquam inveniri. Non fingimus istud humani ingenii vanum decus nec ingentem ymaginem false rei concipimus, sed qualem affirmamus et exhibuimus et exhibebimus, raro et magnis etatium intervallis invenitur. Neque enim magna et excedentia solitum ac vulgarem modum crebro gignuntur. Ceterum hic ipse Cato a cuius mentione hec disputatio processit vereor ne supra nostrum exemplar sit. Denique validius debet esse quod ledit eo quod leditur. Non est autem fortior nequitia virtute. Non potest ergo ledi sapiens. Iniuria in bonos nisi a malis non temptatur. Bonis inter se pax est. Mali tam bonis perniciosi quam inter se sunt. Quod si ledi nisi infirmior non potest, malus autem infirmior est bono, nec iniuria bonis nisi a dispari verenda est, iniuria in sapientem virum non cadit. Illud enim iam non es admonendus neminem bonum esse nisi sapientem. Si iniuste igitur Socrates dampnatus est, iniuriam accepit. Hoc loco intelligere nos oportet posse evenire ut faciat aliquis iniuriam michi et ego non accipiam. Tamquam si quis rem quam e villa mea subripuit in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nichil perdiderim. Potest aliquis nocens fieri quamvis non nocuerit. Si quis cum uxore sua tamquam cum aliena concumbat, adulter erit quamvis illa adultera non sit. Aliquis michi venenum dedit, sed vim suam remixtum cibo perdidit; venenum ille dando scelere se obligavit etsi non nocuit. Non minus latro est cuius telum opposita veste elusum est. Omnia scelera etiam ante effectum operis quantum culpe satis est perfecta sunt. Quedam eius condicionis sunt et hac vice copulantur ut alterum sine altero esse possit, alterum sine altero non possit. Quod dico conabor facere manifestum. Possum movere pedes ut non curram; currere non possum ut pedes non moveam. Possum quamvis in aqua sim non natare; si nato non possum in aqua non esse. Ex hac sorte et hoc de quo agitur. Si iniuriam accepi, necesse est factam esse; si facta est, non est necesse me accepisse. Multa enim accidere possunt que summoveant iniuriam. Ut intentatam manum deicere aliquis casus potest et emissa tela declinare, ita iniurias qualescumque potest aliqua res repellere et in medio intercipere ut et facte sint nec accepte. Preterea iustitia nichil iniustum pati potest, quia non coeunt contraria. Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste; ergo sapienti iniuria non potest fieri. Nec mireris si nemo illi potest iniuriam facere; nec prodesse quisquam potest.

Et sapienti nichil deest quod accipere possit loco muneris, et malus nichil potest tribuere sapienti. Habere enim prius debet quam dare; nichil autem habet quod sapiens ad se transferri gavisurus sit. Non potest ergo quisquam nocere sapienti aut prodesse, quoniam divina nec iuvari desiderant nec ledi possunt. Sapiens autem vicinus proximusque diis consistit in persona diis, excepta mortalitate similis deo. Ad illa nitens pergensque excelsa, ordinata, intrepida, equali et concordi cursu fluentia, secura, benigna, bono publico nata et sibi et aliis necessaria, nichil humile concupiscet, nichil flebit. Qui ratione innixus per humanos casus divino incedit animo, non habet ubi accipiat iniuriam. Ab homine tantum me dicere putas? Nec a fortuna quidem, que quotiens cum virtute congressa est, numquam par recessit. Si maximum illud ultra quod nichil habent irate leges ac sevissimi domini minantur, in quo imperium suum fortuna consumit, equo placidoque animo accipimus et scimus mortem malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem, multo facilius alia tolerabiliaque sustinebimus: dampna, dolores, ignominias, locorum mutationes, orbitates, discidia, que sapientem etsi universa circumveniant non mergunt, nedum ad singulorum impulsus mereat. Et si fortune iniurias moderate fert, quanto magis hominum potentium, quos scit fortune manus esse. Omnia itaque sic patitur ut yemis rigorem et intemperantiam celi, ubi fervores morbosque et cetera forte accidentia. Nec de quoquam tam bene iudicat ut illum quicquam putet consilio fecisse, quod in uno sapiente est. Aliorum omnium non consilia sed fraudes et insidie et motus animorum inconditi sunt, quos casibus annumerat. Omne autem fortuitum circa nos sevit et iniuria. Illud quoque cogita: iniurias latissime patere in illis per que periculum nobis quesitum est, ut accusatore submisso aut criminatione falsa aut irritatis in nos potentiorum odiis, queque alia inter togatos latrocinia sunt. Est et illa iniusta frequens, si lucrum alicui excussum est aut premium diu captatum, si magno labore affectata hereditas aversa est aut questuose domus gratia erepta. Hec effugit sapiens, nec in spem nec in metum vivere. Adice nunc quod iniuriam nemo immota mente accipit, sed ad sensum eius perturbatur. Caret autem perturbatione vir ereptus erroribus, sui moderator, alte quietis et placide. Nam si tangit illum iniuria, et movet et impedit. Caret autem ira sapiens, quam excitat iniurie species, nec aliter careret ira nisi et iniuria, quam scit sibi posse non fieri. Inde tam

exceptus letus et in continuo gaudio elatus adeo ad offensiones rerum hominumque non contrahitur ut contra ipsa illi iniuria usui sit, per quam experimentum sui capit et virtutem temptat. Faveamus obsecro vos huic proposito equisque et animis et auribus assimus dum sapiens iniurie excipitur. Nec quicquam ideo petulantie vestre aut rapacissimis cupiditatibus aut cece temeritati superbieque detrahitur: salvis vitiis vestris hec sapienti libertas queritur. Non ut vobis facere non liceat iniuriam agimus, sed ut ille omnes iniurias in altum dimittat patientiaque se ac magnitudine animi defendat. Sic in certaminibus sacris plerique vicerunt cedentium manus obstinata patientia fatigando. Ex hoc puta genere sapientem eorum qui exercitati longa ac fideli robur patiendi lassandique omnem inimicam vim consecuti sunt.

Quoniam priorem partem percurrimus, ad alteram transeamus, qua quibusdam propriis plerisque vero communibus contumeliam refutabimus. Est minor iniuria quam queri magis quam exequi possimus, quam leges quoque nulla dignam vindicta iudicaverunt. Hunc affectum movet humilitas animi contrahentis se ob factum dictumve inhonorificum: ille me hodie non admisit cum alios admitteret; sermonem meum superbe adversatus est aut palam risit; et non in medio me lecto collocavit; et alia huius note, que quid vocem nisi querelas nauseantis animi? in que fere delicati et felices incidunt; non vacat enim hec notare cui peiora instant. Nimio otio ingenia natura infirma et muliebria et inopia vere iniurie lascivientia his commoventur, quorum maior pars constat vitio interpretantis. Itaque nec prudentie quicquam in se esse nec fiducie ostendit qui contumelia afficitur. Non dubie enim contemptum se iudicat, et hic morsus non sine quadam animi humilitate evenit supprimentis se ac descendentis. Sapiens autem a nullo contemnitur; magnitudinem suam novit nullique tantum de se licere renuntiat sibi, et omnes has quas non miserias animorum sed molestias dixerim non vincit sed ne sentit quidem. Alia sunt que sapientem feriunt et si non pervertunt, ut dolor corporis et debilitas aut amicorum liberorumque amissio et patrie bello flagrantis calamitas. Hec non nego sentire sapientem; nec enim illi lapidis duritiam ferri ve asserimus. Nulla virtus est que non sentiat se perpeti. Quid ergo? quosdam ictus recipit, sed receptos evincit et sanat et comprimit. Hec vero minora ne sentit quidem, nec adversus ea solita illa virtute utitur dura tolerandi, sed aut non advertit aut digna risu putat. Preterea cum magnam partem contumeliarum superbi insolentesque faciant et male felicitatem ferentes, habet quo istum inflatum affectum respuat, pulcherrimam omnium virtutem, sanitatem animi et magnitudinem. Illa quicquid huiusmodi est transcurrit ut vanas species somniorum visusque nocturnos nihil habentes solidi atque veri. Simul illud cogitat omnes inferiores esse quam ut illis audacia sit tanto excelsiora despicere. Contumelia a contemptu dicta est, quia nemo nisi quem contempsit tali iniuria notat. Nemo autem maiorem melioremque contemnit, etsi facit aliquid quod contemnentes solent. Nam et pueri os parentum feriunt et crines matris turbavit laceravitque infans et sputo aspersit aut nudavit in conspectu suorum tegenda et verbis obscenioribus non pepercit, et nihil horum contumeliam dicimus. Quare? quia qui facit contemnere non potest. Eadem causa est cur nos mancipiorum nostrorum urbanitas in domino contumeliosa delectat, quorum audacia ita demum sibi in convivas ius facit si cepit a domino; et ut quisque contemptissimus et ludibrium est, ita solutissime lingue est. Pueros quidam in hoc mercantur procaces et illorum impudentiam acuunt et sub magistro habent qui probra meditate effundunt; nec has contumelias vocamus sed argutias. Quanta autem dementia est iisdem modo delectari modo offendi, et rem ab amico dictam maledictum vocare, a servulo ioculare convicium. Quem animum nos adversus pueros habemus, hunc sapiens adversus omnes quibus et post iuventutem canosque puerilitas est. An quicquam isti profecerunt, quibus animi mala sunt auctique in maius errores, qui a pueris magnitudine tantum formaque corporum differunt? Ceterum non minus vagi incertique, voluptatum sine delectu appetentes, trepidi et non ingenio sed formidine quieti. Non ideo quicquam inter illos puerosque interesse quis dixerit, quod illis talorum nucumque et eris minuti avaritia est, his auri argentique et urbium; quod illi inter ipsos magistratus gerunt et pretextam fascesque ac tribunal imitantur, hi eadem in campo foroque et in curia serio ludunt; illi in litoribus arene congestu simulacra domuum excitant, hi ut magnum aliquid agentes in lapidibus ac parietibus et tectis moliendis occupati tutele corporum inventa in periculum verterunt. Ergo par pueris longiusque progressis sed in alia maioraque error est. Non immerito itaque horum contumelias sapiens ut iocos accipit, et aliquando illos tamquam pueros malo penaque admonet et afficit, non quia accepit iniuriam sed quia fecerunt, et ut de-

sinat facere. Sic enim et puerorum verbere dominatus
nec irascitur illis cum se possessorem recusaverit
sed compescuntur ut dolor contumeliam iniuriam
nec illud solum facias quod nobis opponitur.
Hec sine accepit iniuriam sapiens nec contu-
meliam puniet eos qui fecerunt. Non enim se ul-
ciscitur sed illos emendat. Quid est autem quare hanc
animi firmitatem non credis in animum sapientis
cadere cum tibi in aliis eam notare sed non ex
eadem causa liceat. Quis enim frenetico medi-
cus irascitur. Quis enim febricitantis et frigida
prohibiti maledicta in malam partem accipit.
Hunc affectum adversus omnes sapiens habet
quem adversus egros suos medicus. Quorum
nec obscena si remedio egent contrectare
nec reliquias et effusa intueri dedignatur
nec per furorem sevientium excipere convicia.
Scit sapiens hos qui togati purpurati
incedunt valentes coloratos male sa-
nos esse. Quos non aliter videt quam egros intem-
perantes. Itaque nec succenset quidem si quid in
morbo petulantius ausi sunt adversus meden-
tem et quo animo honores eorum nichil existimat
eodem parum honorifice facta. Quemadmodum non pla-
cebit sibi si illum mendicus coluerit nec contumeliam
iudicabit si illi homo plebis ultime salutanti
mutuam salutationem non reddiderit sic nec
suspiciet quidem si illum multi divites suspe-
xerint. Scit enim illos nichil a mendicis differre
immo miseriores esse. Illi enim exiguo hii
multo egent. Et rursus non tangetur si illum
rex Medorum Attalusve Asie salutantem
silentio ac vultu arroganti transierit. Scit
enim statum eius non magis habere quicquam
invidendum quam eius cui in magna familia cu-
ra obtigit egros insanosque compescere. Num
moleste feram si mihi non reddiderit nomen
aliquis ex hiis qui ad Castoris negotiantur nequam
mancipia ementes vendentesque quorum ta-
berne pessimorum servorum turba referte sunt.
Non ut puto. Quid enim is boni habet sub quo
nemo nisi malus est. Ergo ut huius humanitatem
inhumanitatemque negligit ita et regis. Habes
sub te Parthos et Medos et Bactrianos sed
quos metu contines sed propter quos remittere
arcum tibi non contigit sed postremos et vena-
les sed novum aucupantes dominum. Nullius
ergo movebitur contumelia. Omnes enim inter se differant.
Sapiens quidem pares illos ob equalem stultitiam
omnes putat. Nam si semel se dimiserit eo ut aut
iniuria aut contumelia moveatur non poterit umquam
esse securus. Securitas autem proprium hominis sapientis

est. Nec committet ut iudicando contumeliam sibi factam
honorem habeat ei qui fecit. Necesse est enim a quo
quisque contemni moleste fert suspici gau-
deat. Tanta quosdam dementia tenet
ut sibi contumeliam fieri posse putent a muliere. Quid
refert quam habeat quot lecticarios habentem quam
honeratas aures quam laxam sellam. Eque
imprudens animal est et nisi scientia accessit ac multa
eruditio ferum cupiditatum incontinens. Quidam
se a cinerario impulsos moleste ferunt
et contumeliam vocant hostiarii difficultatem nomenculatoris
superbiam cubicularii supercilium.
O quantus inter ista risus tollendus quanta
voluptate implendus animus ex alienorum errorum
tumultu contemplanti quietem suam. Quid ergo
sapiens non accedet ad fores quas durus
ianitor obsidet. Ille vero si res necessaria vocabit
experietur et illum quisquis erit tamquam canem acrem
obiecto cibo leniet nec indignabitur aliquid
impendere ut limen transeat cogitans et in pon-
tibus quibusdam pro transitu dari. Itaque illi
quoque quisquis erit qui hoc salutationum publicum exer-
cet donabit. Scit emere venalia. Ille pusilli
animi est qui sibi placet quod hostiario libere respondit quod vir-
gam eius fregit quod ad dominum accessit et petiit corium.
Facit se adversarium qui contendit et ut
vincat par fuit. At sapiens colaphis percussus
quid faciet. Quod Cato cum illi os percussum esset
non excanduit non vindicavit iniuriam ne re-
misit quidem sed factam negavit maiore animo
non agnovit quam ignovisset. Non diu in hoc he-
rebimus. Quis enim nescit nichil ex hiis que creduntur
mala aut bona ita videri sapienti ut om-
nibus. Non respicit quid homines turpe iudicent aut
miserum. Non it qua populus sed ut sidera contrarium
mundo iter intendunt ita hic adversus opinionem
omnium vadit. Desinite itaque dicere non accipi-
et ergo sapiens iniuriam si ceditur si oculus illi
eruetur. Non accipiet contumeliam si obscenorum voci-
bus improbis per forum agetur si in convivio le-
gis recumbere infra mensam vescique cum servis
ignominiosa officia sortitis iubebitur et si quid
aliud ferre cogetur eorum que excogitari pudori
ingenuo molesta possint. In quantumcumque ista
vel numero vel magnitudine creverint eiusdem
nature erunt. Si non tangent illum parva nec
maiora quidem. Si non tangent pauca nec
plura quidem. Sed ex imbecillitate vestra coniec-
turam capitis ingentis animi et cum cogitastis
quantum putetis vos pati posse sapientis pa-
tientie paulo ulteriorem terminum ponitis.
At illum in aliis mundi finibus sua virtus

collocauit · michi uobiscum que hostem · Nunc et
aspera et quecumque tollerantur grauia sunt · au
ditumque et uisu fugienda · non obruetur cetu eorum
et quibus singulis talibus vniuersis obsistet quod dicit
illud tollerabile sapienti id intollerabile · et
cum magnitudinem intra certos terminos tenent · ma
le agit vincit nos fortuna nisi tota vincatur
Ne putes hanc stoicorum esse duriciam · Epicurus
quem uos patronum inertie uestre assumitis pu
tatisque mollia ac desidiosa precipere et ad volu
ptates ducentia · raro inquit sapienti fortuna
interuenit · quam pene emisit uiri uocem · Hic
tu fortius loqui et illam ex toto summouere · Domus
hec sapientis angusta est · sine cultu sine strepitu
sine apparatu · nullis obseruatur ianitoribus
turbam uenali fastidio digerentibus · Sed per hoc
limen uacuum · et ab hostiariis liberum fortuna
non transit · Scit non esse illic sibi locum · ubi sui
nichil est · Quod si epicurus quoque qui corpori plurimum
indulsit aduersus iniurias exurgit quid apud
incredibile uideri potest · aut supra humane nature men
suram · Ille ait iniurias tollerabiles esse sa
pienti nos iniurias non esse · Non enim est quod dicas
hoc nature repugnare · non negamus rem incommodam
esse uerberari et impelli et aliquo membro carere
Sed omnia ista negamus iniurias esse · non sensum
illis doloris detrahimus · sed nomen iniurie · quod
non potest recepta uirtute salua · Vter uerius dicat
uidebimus ad contemptum quidem iniurie uterque conse
tit · Queris quid inter duos intersit · quod inter gla
diatores fortissimos quorum alter premit uulnus
et stat in gradu · alter respiciens ad clamantem
populum significat nichil esse et intercedi non patitur · Non est
quod putes magnum quod dissidemus · Illud quod
agitur · quod unum ad nos pertinet · utraque exempla
hortantur contemnere iniurias · et quas iniuriarum um
bras ac suspiciones dixerim · contumelias ad quas
despiciendas non sapiente opus est uiro · sed tantum
conspiciente · Qui sibi possit dicere utrum merito mihi ista
accidant vel inmerito · Si merito non est contumelia
iudicium est · Si inmerito illi qui iniusta facit est
erubescendum · Et quidem illud quod contumelia dicitur · in ca
pitis mei leuitate iocatus est et oculorum imbecil
litudinem · in crurum gracilitatem et staturam
que contumelia est quod apparet audire · coram uno ad
dictum ridemus · coram pluribus (vel indignamur) irascimur · et eorum
aliis libertatem non relinquimus · que ipsi in nos
dicere assueuimus · Iocis temperatis delecta
mur · immodicis (vel irascimur) indignamur · Crisippus ait quen
dam indignatum · quod illum quis ueruecem mari
num dixerat · In senatu flentem uidimus fidum
cornelium nasonis generum cum illum corbula

struthocamelum depilatum dixisset · aduersus
alia maledicta mores et uitam conuulnerantia
frontis illi firmitas fuit · aduersus hoc tam
absurdum lacrime prosiluerunt · tanta animorum imbe
cillitas est ubi ratio discessit · Quid quod offendimur
si quis sermonem nostrum imitatur · si quis incessum
si quis uicium aliquod corporis aut lingue exprimit
quasi notiora illa fiant alio imitante quam nobis
facientibus · Senectutem quidam inuiti audiunt
et canos et cetera ad que uoto peruenitur · paupertatis
tis maledictum quosdam perussit quam sibi obiecit
it quisquis abscondit · itaque materia petulantibus
et per contumeliam urbanis detrahitur · si ultro illam
et prior occupes · Nemo non risum prebuit qui
ex se cepit · Vatinium hominem natum et ad ri
sum et ad odium · scurram fuisse ac uenustum
et dicacem memorie proditum est · In pedes su
os ipse plurima dicebat et in fauces con
cisas · sic inimicorum quos plures habebat
quam morbos et in primis Ciceronis urbanitatem
effugerat · Si hoc ille potuit duritia oris
qui assiduis conuiciis pudere dedidicerat · cur
is non possit qui studiis liberalibus et sapie
cultu ad aliquem profectum peruenerat · Adice
quod genus ultionis est eripere ei qui fecit
facere contumelie uoluptatem · Solent dicere o mi
serum me · puto non intellexit · adeo fructus
contumelie in sensu et indignatione patientis est · Deinde
non deerit ei aliquando par · inuenietur qui te quoque
uindicet · C. cesar inter cetera uicia quibus
habundabat · contumeliosus mirabiliter ferebatur
omnes aliqua nota feriendi · ipse materia risus
benignissima · tanta illi palloris in uultu testan
tis insaniam feditas erat tanta oculorum sub
anili fronte latentium toruitas · tanta capi
tis destituti et emendicatis capillis aspersi
deformitas · Adice obsessam setis ceruicem
et exilitatem crurum et enormitatem pedum
Immensum est si uelim singula referre · per que in
parentes auos suos et suos contumeliosus fuit · per que
in vniuersos ordines · Ea referam que illum exitio
dederunt · Asiaticum ualerium in primis amicis
habebat ferocem uirum et uix equo animo aliena
iniurias laturum · huic in conuiuio id est in contione
uoce clarissima qualis in concubitu esset uxor eius
obiecit · dii boni hoc uirum audire · principem
scire et usque eo licentiam peruenisse ut non dico
consulari · non dico amico · sed tantum marito prin
ceps et adulterium suum narret et fastidium ·
Chereae tribuno militum sermo pro ma
nu erat · languidus sono et infracta uoce sus
pectior · Huic gaius signum petenti modo uene

q̄ fuit vatinius

q̄ fuit gaius cesar

ris · modo priapi dabat · aliter atque aliter
exprobrans armato mollitiam · hic ipse plu
cidus trepidatus auratus · Coegit itaque
illum uti ferro · ne sepius signum peteret · ille
primus inter coniuratos manum sustulit · ille
cervicem mediam uno ictu decidit · plurimum
deinde undique publicarum ac privatarum iniuri
arum ulciscentium gladiorum ingestum est · Sed primus
vir fuit · qui minime visus est · At idem gai
us omnia contumelias putat · et sicut ferendarum impatien
tes · faciendarum cupidissimi · Iratus fuit here
nnio macro quod illum gaium salutaverat ·
nec impune cessit primipilari qui caligulam
dixerat · hic enim in castris natus et alumnus
legionum vocari solebat · nullo nomine militibus
familiarior umquam factus · Sed iam galiculam · qui
cum et probrum iudicabat · cothurnatus · Hoc ergo ipsum
solacio erit · et si nostra facilitas ultionem omi
serit · futurum aliquem qui penas exigat a pro
caci et superbo et iniurioso · que vicia in uno homi
ne et una fortuna consumuntur · Respiciamus eorum
exempla quos laudamus patientiam · ut Socrates
qui comedias publicatos in se sales
partem bonam accepit · risitque non minus quam
cum ab uxore xantippe immunda aqua perfunderetur ·
Antistenem mater barbara et thressa obiciebatur
respondet et deorum matrem ideam esse · Non
est in rixam colluctationemque veniendum · procul
auferendi sunt pedes · et quicquid horum ab im
prudentibus fiet · fieri autem nisi ab imprudentibus non
potest · negligendum · et honores et iniurie vulgi
in promiscuo habende · et dolendum nec illis gau
dendum · alioquin multa timore conviciorum aut tedio
necessaria omittemus · publicisque ac privatis
officiis aliquando et salutaribus non occurremus
dum muliebris nos cura angit · Aliquando con
tra audendi · alias et obirati potentibus dete
gemus hunc affectum intemperanti libertate · Non
est quod libertas nichil pati · fallimur · libertas
est animum superponere iniuriis · et eum facere se proprio
solo sibi gaudenda veniant · exteriora deducere a
se · ne inquieta agenda sit vita · omnium risus
omnium linguas timenti · quis enim est qui non possit con
tumelias facere · si quisquam potest · diverso autem remedio
utetur sapiens affectatorque sapientie · Imperfectis
enim et adhuc in publicum se iudicium dirigen
tibus hoc proponendum est · inter iniurias ipsos convi
tiasque versari · omnia leviora accident expe
ctantibus · Quoque honestior fama genere
patrimonio est · hic se fortius stare faciat · me
mor in prima acie altos ordines stare · Contu
melias et verba probrosa et ignominias et tela
dehonestamenta · velut clamorem hostium
ferat · et longinqua tela et saxa sine vulnere
circa galeas crepitantia · Iniurias non ut
vulnera alia armis · alia pectori infixa non
deiectus ne motus quidem gradu sustineat
et si premeris et infesta vi urgeris · cedere tamen
turpe est · assignatum a natura locum tuere · queris quis
sit hic locus · viri sapientis · Sed aliud auxi
lium est huic contrarium · Vos enim re gentis illi
parata victoria est · ne repugnate vero bono
et hanc spem dum ad verum pervenistis alite in animis
libentesque meliora excipite · et opinione ac
voto iuvate · Esse aliquid invictum esse aliquem
in quem nichil fortuna possit · e re publica est ·
generis humani est ·

Explicit liber de otuelia Senece ad Serenum ·

Incipit liber de vita beata eiusdem ad Gallionem

Vivere gallio frater Gallione
omnes beate volunt · sed ad pervide
dum quid sit quod beatam vitam effi
ciat · caligant · adeoque non est fa
cile consequi beatam vitam · ut quisque ab ea lo
ngius recedat quo ad illam concitatius fertur
si via lapsus est · que ubi in contrarium ducit · ipsa
velocitas maioris intervalli causa fit · Propo
nendum est itaque primum quid sit quod appeta
tur · circumspiciendum qua contendere illo ce
lerrime possimus · intellecturi in ipso itinere
si modo rectum erit · quantum quotidie proficiatur
quantoque propius ab eo simus · ad quod nos cupi
ditas naturalis impellit · Quamdiu quidem pas
sim vagamur non ducem secuti sed fremitum
et clamorem dissonum in diversa vocantium · conte
retur vita inter errores · brevis et si dies noctesque
bone menti laboremus · Decernatur itaque et quo
tendamus et qua non sine perito aliquo cui
explorata sint ea in que procedimus · quoniam quidem
non eadem hic que in ceteris peregrinationibus condicio
est · in illis comprehensus aliquis limes et interroga
ti incole non patiuntur errare · At hic tritis
sima queque via et celeberrima maxime deci
pit · nichil ergo magis prestandum est quam ne pe
corum ritu sequamur antecedentium gregem · non
eundum est sed quo itur · atque nulla res nos
maioribus malis implicat quam quod ad rumo
rem componimur · optima rati ea que magno assen
su recepta sunt · quorumque exempla bona multa sunt
nec ad rationem sed ad similitudinem vivimus · Inde
ista tanta coacervatio aliorum super alios ruen

tum. Ut in strage hominum magna cum ipse se populus premit, nemo ita cadit ut non et alium in se attrahat, primique exitio sequentibus sunt, hoc in omni vita accidere videas licet. Nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris et causa et auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus, et dum unusquisque mavult credere quam iudicare, numquam de vita iudicatur, semper creditur, versatque nos et precipitat traditus per manus error. Alienis perimus exemplis. Sanabimur si separemur modo a cetu. Nunc vero stat contra rationem defensor mali sui populus. Itaque id evenit quod in comitiis, in quibus eos factos esse pretores ipsi qui fecere mirantur, cum se mobilis favor circumegit: eadem probamus, eadem reprehendimus. Hic exitus est omnis iudicii in quo secundum plures datur. Cum de beata vita agitur, non est quod mihi illud discessionum more respondeas: hec pars maior esse videtur. Ideo enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis agitur ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est. Queramus quid optimum factum sit, non quid usitatissimum, et quid nos in possessione felicitatis eterne constituat, non quid vulgo veritatis pessimo interpreti probatum sit. Vulgus autem tam clamidatos quam coronatos voco. Non enim colorem vestium quibus pretexta corpora sunt aspicio. Oculis de homine non credo. Habeo melius et certius lumen quo a falsis vera diiudicem. Animi bonum animus inveniat. Hic si umquam respiraverit illi et recedere in se vacaverit, o quam sibi ipse verum tortus a se fatebitur ac dicet: Quicquid feci adhuc infectum esse mallem; quicquid dixi cum recogito, mutis invideo; quicquid optavi inimicorum execrationem puto; quicquid timui, dii boni, quanto melius fuit quam quod concupivi. Cum multis inimicitias gessi et in gratiam ex odio, si modo ulla inter malos gratia est, redii. Mihi ipsi nondum amicus sum. Omnem operam dedi ut me multitudini educerem et aliqua dote notabilem facerem. Quid aliud quam telis me opposui et malivolentie quod morderet ostendi? Vides istos qui eloquentiam laudant, qui opes sequuntur, qui gratie adulantur, qui potentiam extollunt? Omnes aut sunt hostes aut, quod in equo est, esse possunt. Quam magnus mirantium tam magnus invidentium populus est. Quin potius quero aliquod usu bonum, quod sentiam, non quod ostendam. Ista que spectantur, ad que consistitur, que alter alteri stupens monstrat, foris nitent, introrsus misera sunt. Queramus aliquod non in speciem bonum, sed solidum et equale et a secretiore parte formosius. Hoc eruamus. Nec longe positum est: in

veniet. Scire tantum opus est quo manum porrigas. Nunc velut in tenebris vicina transimus, offensantes ea ipsa que desideramus. Sed ne te per circuitus traham, aliorum quidem opiniones preteribo, nam et enumerare illas longum est et coarguere. Nostram accipe. Nostram autem cum dico, non alligo me ad unum aliquem ex stoicis proceribus. Est et mihi censendi ius. Itaque aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam dividere, fortasse et post omnes citatus nichil improbabo ex hiis que priores decreverint et dicam: hoc amplius censeo. Interim quod inter omnes stoicos convenit, rerum nature assentior. Ab illa non deerrare et ad illius legem exemplumque formari sapientia est. Beata est ergo vita conveniens nature sue, que non aliter contingere potest quam si primum sana mens est et in perpetua possessione sanitatis sue, deinde fortis ac vehemens, tunc pulcherrima et patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiumque ad id curiosa non anxie, tum aliarum rerum que vitam instruunt diligens sine admiratione cuiusquam, usura fortune muneribus, non servitura. Intelligis, et si non adiciam, sequi perpetuam tranquillitatem, libertatem, depulsis hiis que aut irritant nos aut territant. Nam voluptatibus et pro illis que parva ac fragilia sunt et ipsis flagitiis noxia ingens gaudium subit, inconcussum et equale, tum pax et concordia animi et magnitudo cum mansuetudine. Omnis enim ex infirmitate feritas est. Potest aliter quoque diffiniri bonum nostrum, id est eadem sententia non eisdem comprehendi verbis. Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coartatur, et aut in cornua sinuata media parte curvatur aut recta fronte explicatur, vis illi, utcumque ordinatus est, eadem est et voluntas pro eisdem partibus standi, ita diffinitio summi boni alias diffundi potest et exporrigi, alias colligi et in se cogi. Idem utique erit si dixero: summum bonum est animus fortuita despiciens, virtute letus, aut invicta vis animi, perita rerum, placida in actu, cum humanitate multa et conversantium cura. Libet ita finire ut beatum dicamus hominem eum cui nullum bonum malumque sit nisi bonus malusque animus, honesti cultor, virtute contentus, quem nec extollant fortuita nec frangant, qui nullum maius bonum eo quod sibi ipse dare potest noverit, cui vera voluptas erit voluptatum contemptio. Licet, si evagari velis, idem in aliam atque aliam faciem salva et integra potestate transferre. Quid enim prohibet nos beatam vitam dicere liberum animum et erectum et interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum

cui unum bonum sit honestas unum malum est turpitudo. cetera vilis turba rerum nec detrahens quicquam beate vite nec adiciens sine auctu ac detrimento summi boni veniens ac recedens. Hunc ita fundatum necesse est velit nolit sequatur hilaritas continua et leticia alta atque ex alto veniens ut qui suis gaudeat nec maiora domesticis cupiat. Quid ni ista bene penset cum minutis et frivolis et non perseverantibus corpusculi motibus. quo die ista voluptatem fuerit et infra dolorem erit. Vides autem quam mala et noxia servitute serviturus sit quem voluptates doloresque in certissima dominia inpotentissimaque alternis vicissim possidere debuit. ergo exeundum ad libertatem est. Hanc non alia res tribuit quam fortune negligentia. Tunc illud orietur inestimabile bonum quies mentis in tuto collocata et sublimitas expulsisque terroribus ex cognitione veri gaudium grande et inmotum comitasque et diffusio animi quibus delectabitur non ut bonis sed ut ex bono suo ortis. Quoniam liberaliter agere cepi potest beatus dici qui nec cupit nec timet beneficio rationis. quoniam et saxa timore et tristicia carent nec minus pecudes nec ideo tamen quisquam felicia dixerit quibus non est felicitatis intellectus. Eodem loco pone homines quos in numerum pecorum et animalium redegit hebes natura et ignoratio sui. Nichil interest inter hos et illa. quoniam illis nulla ratio est his prava et malo suo atque in perversum sollers. beatus enim dici nemo potest extra veritatem proiectus. beata ergo vita est in recto certoque iudicio stabilita et inmutabilis. Tunc enim pura mens est et soluta omnibus malis que non tantum lacerationes sed et vellicationes effugit. statura semper ubi constitit ac sedem suam etiam irata et infestante fortuna vindicatura. Nam quod ad voluptatem pertinet licet circumfundatur undique per omnes vias influat animumque blandimentis suis leniat aliaque ex aliis admoveat quibus totos partesque nostri sollicitet. Quis mortalium cui ullum superest hominis vestigium per diem noctemque titillari velit et deserto animo corpori operam dare. Sed animus quoque voluptates habebit suas. habeat sane sedeatque luxurie et voluptatum arbiter. impleat se eis omnibus que oblectare sensus solent. deinde preterita respiciat et exoletarum voluptatum memor exultet prioribus futurisque iam immineat ac spes suas ordinet et dum corpus in presenti sagina iacet cogitationes ad futura premittat. hic mihi videbitur miserior quoniam mala pro bonis legere dementia est nec sanitate quisquam beatus est. nec sanus cui futura pro optimis appetuntur. beatus ergo est iudicii rectus. beatus est presentibus qualiacumque sunt contentus amicusque rebus suis. beatus est is cui omnem habitum rerum suarum ratio commendat. Videant et hii qui summum bonum dixerunt quam turpi illud loco posuerint. Itaque negant posse voluptatem a virtute deduci et aiunt nec honeste quemquam vivere ut non iocunde vivat nec iocunde ut non honeste quoque. non video quomodo ista diversa in eandem copulam coniciantur. Quid est oro vos cur separari voluptas a virtute non possit. videlicet omne bonum ex virtute principium est. Ex huius radicibus et ea que vos et amatis et expetitis oriuntur. Sed si ista indiscreta essent non videremus quedam iocunda sed honesta quedam vero honestissima sed aspera per dolores exigenda. Adice nunc quod voluptas etiam ad vitam turpissimam venit. at virtus malam vitam non admittit. Et infelices quidam non sine voluptate ymmo ad ipsam voluptatem sunt. non quod eveniret si virtuti se voluptas inmiscuisset qua virtus sepe caret numquam indiget. Quid dissimilia ymmo diversa componitis. altum quiddam est virtus excelsum et regale invictum et infatigabile. voluptas humile servile imbecillum caducum cuius statio ac domicilium fornices ac popine sunt. virtutem in templo invenies in foro in curia pro muris stantem pulverulentam coloratam callosas habentem manus. voluptatem latitantem sepius ac tenebras captantem circa balnea ac sudatoria ac loca edilem metuentia mollem enervem mero atque unguento madentem pallidam aut fucatam et medicamentis pollinctam. Summum bonum inmortale est nescit exire nec sacietatem habet nec penitenciam. numquam enim recta mens vertitur nec sibi odio est nec quicquam mutavit optima. At voluptas tunc cum maxime delectat extinguitur. non multum loci habet. Itaque cito implet et tedio est et post primum impetum marcet. nec id umquam certum est cuius in motu natura est. Ita ne potest quidem ulla eius esse substancia quod venit quod venit transire ve celerrime in ipso usu sui periturum. eo enim pervenit ubi desinat et dum incipit spectat ad finem. Quid quod tam bonis quam malis voluptas inest nec minus turpes dedecus suum quam honestos egregia delectant. Ideoque preceperunt veteres optimam sequi vitam non iocundissimam ut recte ac bone voluntatis non dux sed comes sit voluptas

Natura enim duce utendum est hanc ratio observat hanc consulit. Idem est ergo beate vivere et secundum naturam. Hoc quid sit iam aperiam si corporis dotes et apta nature conservabimus diligenter et impavide tamquam in diem data et fugacia si non subierimus eorum servitutem nec nos aliena possederint si corpori grata et advenientia eo nobis loco fuerint quo sunt in castris auxilia et armature leves serviant ista non imperent. Demum utilia sunt menti. Incorruptus vir sit externis et insuperabilis miratorque tantum sui fidens animo atque in utrumque paratus artifex vite fiducia eius non sine scientia sit scientia non sine constantia maneant illi semel placita nec ulla in decretis eius litura sit. Intelligitur et si non adiecero compositum ordinatumque fore talem virum et in hiis que aget cum comitate magnificum. Erit vera ratio sensibus insita et capiens inde principia nec enim habet aliud unde conetur aut unde ad verum impetum capiat in se revertatur. Nam mundus quoque cuncta complectens rectorque universi deus in exteriora quidem tendit sed tamen in totum undique in se redit. Idem nostra mens faciat cum secuta sensus suos per illos se ad externa porrexerit et illorum et sui potens sit. Hoc modo una efficietur vis ac potestas concors sibi et ratio illa certa nascetur non dissidens nec hesitans in opinionibus comprehensionibusque nec in sua persuasione que cum se disposuit et partibus suis consensit et ut ita dicam concinuit summum bonum tetigit. Nichil enim pravum nichil superest lubricum nichil in quo arietet aut labet. Omnia faciet ex imperio suo nichilque inopinatum accidet sed quidquid agetur in bonum exibit facile et parate et sine tergiversatione agentis. Nam pigricia et hesitatio pugnam et inconstantiam ostendit. Quare audacter licet profitearis summum bonum esse animi concordiam virtutes enim ibi esse debebunt ubi consensus atque unitas erit dissident vicia.

Sed tu quoque inquit virtutem non ob aliud colis quam quia aliquam ex illa speras voluptatem. Primum non si voluptatem prestatura virtus est ideo propter hanc petitur non enim hanc prestat sed et hanc nec huic laborat sed labor eius quamvis aliud petat hoc quoque assequetur. Sicut in arvo quod segeti pressum est alique flores internascuntur non tamen huic herbule quamvis delectet oculos tantum operis insumptum est aliud fuit serenti propositum hoc supervenit sic et voluptas non est merces nec causa virtutis sed accessio nec quia delectat placet sed si placet et delectat. Summum bonum in ipso iudicio est et habitu optime mentis que cum suum implevit et finibus se suis cinxit consummatum est summum bonum nec quicquam amplius desiderat nichil enim extra totum est non magis quam ultra finem. Itaque erras cum interrogas quid sit illud propter quod virtutem petam queris enim aliquid supra summum. Interrogas quid petam ex virtute ipsam nichil enim habet ipsa melius pretium sui. An hoc parum magnum est cum tibi dicam summum bonum est infragilis animi rigor et providentia et sublimitas et sanitas et libertas et concordia et decor aliquid etiamnunc exigis maius ad quod ista referantur quid mihi voluptatem nominas hominis bonum quero non ventris qui pecudibus ac beluis latior est. Dissimulas inquit quid a me dicatur ego enim nego quemquam posse iocunde vivere nisi simul et honeste vivat quod non potest mutis contingere animalibus nec bonum suum cibo metientibus. Clare inquam ac palam testor hanc vitam quam ego iocundam voco non nisi adiecta virtute contingere. Atqui quis ignorat plenissimos esse voluptatibus vestris stultissimos quosque et nequitiam habundare iocundis animumque ipsum genera voluptatis prava et multa suggerere in primis insolentiam et nimiam estimationem sui tumoremque elatum super ceteros et amorem rerum suarum cecum et improvidum delicias et fluentes et ex minimis ac puerilibus causis exultationem iam dicacitatem ac superbiam contumeliis gaudentem desidiam dissolutionemque segnis animi indormientis sibi. Hec omnia virtus discutit et aurem pervellit et voluptates estimat antequam admittat nec quas probavit magni pendit aut utique admittit nec usu earum sed temperantia leta est. Temperantia autem cum voluptates minuat summi boni iniuria est. Tu voluptatem complecteris ego compesco tu voluptate frueris ego utor tu illam summum bonum putas ego nec bonum tu omnia voluptatis causa facis ego nichil. Cum dico me nichil voluptatis causa facere de illo loquor sapiente cui soli concedis voluptatem. Non voco autem sapientem supra quem quicquam est nedum voluptas. Atqui ab hac occupatus quomodo resistet labori et periculo et egestati et tot humanam vitam circumstrepentibus minis quomodo conspectum mortis quomodo dolores feret quomodo mundi fragores et tot acerrimorum hostium a molli adversario victus. Quicquid voluptas suaserit faciet. Age non vides quam multa suasura sit. Nichil inquit poterit turpiter suadere quia adiuncta virtuti est. Non vides iterum quale sit summum bonum cui custode opus est ut bonum sit. Virtus autem quomodo voluptatem reget quam sequitur cum sequi parentis sit regere im-

imperantis · At ergo ponis quod imperat · ergo
genere aut huius virtutis apud vos officium volu
ptates pregustare · Sed videbimus an apud
quos tam contumeliose tractata virtus est
adhuc virtus sit que locum nomen suum non potest
si loco cessit · Interim de quo agitur multos
ostendam voluptatibus obsessos · in quos for
tuna omnia munera sua effudit · quos fatearis
necesse est malos · Aspice nomentanum & apitium
ceras ac maris ut isti vocant bona concoquentes
& super mensam recognoscentes omnium gentium a
nimalia · Vide hos eosdem e suggestu rosae ex
pectantes popinam suam · aures vocum sono
spectaculis oculos · saporibus palatum suum
delectantes · mollibus lenibusque fomentis totum
lacessitur eorum corpus · & ne nares interim
cessent odoribus variis inficitur locus ipse in
quo luxurie parentatur · hos esse in voluptatibus
dices · nec tamen illis bene erit quia non bono gau
dent · male inquit illis erit · quia multa interve
niunt que perturbant animum & opiniones inter se contrarie
mentem inquietabunt · Quod ita esse concedo · sed ni
chilominus illi ipsi stulti & inequales & sub ictu
penitencie positi · magis percipiunt voluptates
ut fatendum sit tam longe tum illos ab omni mo
lestia abesse quam a bona mente · Et quod plerisque
contingit · hilarem insaniam insanire ac per ri
sum furere · At contra sapientum remisse volu
ptates & modeste ac pene languide sunt com
presseque & vix notabiles · utque neque accersi
te veniant · nec quamvis per se accesserint in honore
sint · neque ullo gaudio percipientium excepte
miscent enim illas & interponunt vite · ut lu
dum iocumque inter seria · Desinat ergo inconveniens
iungere & virtuti voluptatem implicare · per
quod vitium pessimis quibusque adulantur · Ille
effusus in voluptates reptabundus semper atque
ebrius · quia scit se cum voluptate vivere · cre
dit & cum virtute · audit enim voluptatem separa
ri a virtute non posse · deinde vitiis suis sa
pientiam inscribit & abscondenda profitetur
Itaque non ab epicuro impulsi luxuriantur
sed vicijs dediti luxuriam suam in philosophie sinu
abscondunt · Et eo concurrunt ubi audiant
laudari voluptatem · nec existimant voluptas
illa Epicuri · ita me hercules sentio quam
sobria ac sicca sit · Sed ad nomen ipsum ad
volant · querentes libidinibus suis patro
cinium aliquod ac velamentum · Itaque quod unum
habebant in malis bonum perdunt peccandi vere
cundiam · laudant enim ea quibus erubescebant
& vicio gloriantur · Ideoque ne resurgere quidem

adolescentie licet · cum honestus turpi desidie
titulus accessit · hoc est cur ista voluptatis
laudatio perniciosa sit · quia honesta precepta
intra latent · quod corrumpit apparet · Ipse quidem
ipsa sententia sic · invitus hoc nostris popularibus
dicam · sancta epicuri & recta precepta & si propius
accesseris tristia · voluptas enim illa ad parvum
& exile revocatur · & quam nos virtuti legem di
cimus eam ille dicit voluptati · Iubet illam
parere nature · parum est autem luxurie · quod nature
satis est · Quid ergo est · ille qui desidiosum
ocium & gule ac libidinis vices felicitatem
vocat · bonum male rei querit auctorem · & dum
illo venit blando nomine inductus sequitur
voluptatem non quam audit sed quam attulit ·
& vicia sua cum cepit putare similia preceptis
indulget illis non timide nec obscure luxu
riatur · etiam inde aperto capite · itaque non dicam
quod plerique nostrorum sectam Epicuri flagi
ciorum magistram esse · sed illud dico · male audit
infamis est & inmerito · hoc scire qui potest nisi interius
admissus · frons eius ipsa dat locum fabule et
ad malam spem irritat · hoc tale est quale vir
fortis stolam indutus · constat tibi pudicicia · veri
tas salva est · nulli corpus tuum patientie vacat
sed in manu tympanum est · titulus itaque honestus
eligatur & inscriptio ipsa excitans animum quod statim
venerit vicia · Quisquis ad virtutem accessit
dedit spem generose indolis · qui voluptatem se
quitur · videtur enervis fractus · degenerans
vir perventurus in turpia nisi aliquis distinxerit
illi voluptates · ut sciat que ex eis intra na
turale desiderium consistant · que in preceps ferantur
infinitaeque sint & quanto magis implentur eo
magis inexplebiles · Age dum virtus ante
dat · tutum erit omne vestigium · voluptas no
cet nimia · In virtute non est verendum ne quid
nimium sit · quia in ipsa est modus · non est bonum
quod magnitudine laborat sua · Rationabilem
porro sortitis naturam · quid melius res quam ratio
proponitur · si placet ista iunctura · si hoc placet
ire ad beatam vitam ire comitatu · virtus ante
dat comitetur voluptas & circa corpus ut
umbra versetur · Virtutem quidem excellen
tissimam voluptati tradere ancillam · Nichil
magnum animo capientis est · Prima virtus eat
hec ferat signa · habebimus nichilominus volu
ptatem · sed domini eius & temperatores erimus
aliquid nos exorabit · nichil coget · At hi qui
voluptati tradidere principia · utroque caruere
Virtutem enim amittunt · ceterum non ipsi volu
ptatem sed ipsos voluptas habet · cuius aut

scr. dictos

× concupiscens

inopia torquent^r. aut copia strangulant^r. misi
si deserit^r ab illa miseriores si obruant^r. sed
deprehensi mari sicco. mo in sicco relinquun^r
modo torrente unda fluctuant^r. Fuerit autem
hoc ex nimia intemperantia et amore ceco rei. Nam
mala pro bonis petentibus periculosum est adsequi. Ut feras
cum labore periculoque uenamur. et captarum quoque illarum
sollicita possessio est. sepe enim laniant dominos.
ita habentes magnas uoluptates in magnum ma-
lum euasere captaeque cepere. que quo plures
maioresque sunt. eo ille minor atque plurium seruus
est quem felicem uulgus appellat. permanere libet
adhuc in hac huius rei imagine. Quemadmodum
qui bestiarum cubilia indagat. et laqueo captare
feras magno estimat. et latentes canibus
circumdare. itantum ut illarum uestigia premat.
potiora deserit multisque officiis renunciat
itaque sectatur uoluptatem et omnia postponit et
primam libertatem negligit ac pro uentre de-
pendit. non uoluptates sibi emit. sed se uolu-
ptatibus uendit. Quid tamen inquit prohibet
in unum uirtutem uoluptatemque confundi et ita effi-
ci summum bonum ut idem et honestum et iocundum
sit. Quia pars honesti non potest esse nisi honestum
nec summum bonum habebit sinceritatem suam si
aliquid in se uiderit dissimile meliori. Ne
gaudium quidem quod ex uirtute oritur quamuis bonum
sit absoluti tamen boni pars est. non magis quam le-
ticie tranquillitas quamuis ex pulcerrimis cau-
sis nascatur. Sunt enim ista bona sed consequentia
summum bonum non consummantia. Qui uero uirtutis
uoluptatisque societatem facit. et ne ex equo
quidem. fragilitate boni alterius quicquid in al-
tero uigoris est hebetat ^(al. hebetat) libertatemque illam
ita demum si nichil se preciosius nouit. inuictam
sub iugum mittit. Nam quod maxima seruitus est
incipit illi opus esse fortuna. Sequitur uita
anxia. suspiciosa. trepida. casum pauens.
temporum suspensa momenta sunt. Non das ui-
tuti fundamentum graue inmobile. sed iubes
illam in loco uolubili stare. Quid autem tam uolu-
bile est quam fortuitorum expectatio et corporis
rerumque corpus afficientium uarietas. Quomodo
hic potest deo parere et quicquid euenit bono animo
excipere. nec de fato queritur casuum suorum
benignus interpres. Si ad uoluptatum dolo-
rumque puncticulos concutitur. Sed nec patrie
quidem bonus tutor aut uindex est. nec amicorum
propugnator si ad uoluptates uergit. Illuc ergo sum-
mum bonum ascendat. unde nulla ui detra-
hitur. quo neque dolori. neque timori nec spei
aditus nec ulli rei quod deterius summi boni ius fa-
ciat. Escendere autem illo sola uirtus potest. illius
gradu cliuus iste frangendus est. Illa forti-
ter stabit. et quicquid euenerit feret. non pa-
tiens tantum sed etiam uolens. omnemque temporum diffi-
cultatem sciet legem esse nature et ut bonus mi-
les feret uulnera. enumerabit cicatrices et
transuerberatus telis moriens amabit eum pro
quo cadet imperatorem. habebit illud in animo
uetus preceptum. deum sequere. Quisquis autem
queritur plorat et gemit imperata facere ui
cogitur. et inuitus rapitur ad iussa nichilominus.
Que autem dementia est potius trahi quam sequi?
Tam mehercules quam stultitia est et ignorantia
condicionis sue dolere. quod aliquid incidit
durius. et quo mirari. aut indigne ferre ea
que tam bonis quam malis accidunt. morbos
dico funera debilitates et cetera ex transuerso
in uitam humanam incurrentia. Quicquid ex
uniuersi constitutione patiendum est magno ani-
mo excipiatur. Ad hoc sacramentum adacti sumus
ferre mortalia. nec perturbari hiis que uitari
non est nostre potestatis. In regno nati sumus
deo parere libertas est. ergo in uirtute posita est
uera felicitas. Quid hec tibi uirtus suadebit.
Ne quid aut bonum aut malum existimes
quod nec uirtute nec malicia continget. deinde ut
sis inmobilis et contra malum et ex bono. ut qua
fas est deum effingas. Quid tibi pro hac expe-
ditione promittit ingentia et equa di-
uinis. Nichil cogeris. nullo indigebis. li-
ber eris. tutus. indempnis. nichil frustra
temptabis. nichil prohibeberis. omnia tibi ex sen-
tentia cedent. nichil aduersum accidet. nichil
contra opinionem ac uoluntatem. Quid ergo
uirtus ad bene uiuendum sufficit perfecta illa et
diuina. Quidni sufficiat. immo superfluat.
Quid enim deesse potest extra desiderium omnium posito?
Quid extrinsecus opus est ei qui omnia sua in se
collegit. Sed ei qui ad uirtutem tendit etsi mul-
tum processit. opus est tamen aliqua fortune indul-
gentia adhuc inter humana luctanti. dum
nodum illum exsoluit et omne uinculum mortale.
Quid ergo interest. quod alii alligati sunt. alii astri-
cti. alii destricti quoque. hic qui ad superiora
progressus est et se altius extulit laxam cathe-
nam trahit. non dum liber. iam tamen pro libero.
Si quis ergo ex istis qui philosophiam collatrant quod
solent dixerit. Quare ergo tu fortius loqueris
quam uiuis. Quare et superiori uerba summittis
et pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas. et dam-
pno moueris. et lacrimas audita con-
iugis aut amici morte dimittis. et respicis

famam et malignis sermonibus tangentis. Quare
cultus tibi rus est quam naturalis usus (vel desiderat) desen-
deret. Cur non ad prescriptum tuum cenas
Cur tibi nitidior supellex est. Cur apud
te vinum etate tua vetustius bibitur. Cur
aurum disponitur. Cur arbores nichil pre-
ter umbram dature conservantur. Quare uxor
tua locupletis domus censum auribus ge-
rit. Quare de pedagogium preciosa veste
succingitur. Quare ars est apud te mini-
strare. nec temere et ut libet collocatur argen-
tum sed perite struitur. et est aliquis scindendi
obsonii magister. Adice si vis cur trans mare
possides. Cur plura quam nosti. turpiter ci-
tam negligens es ut non noveris paucos
servulos. aut tam luxuriosus ut plures ha-
beas quam quorum notitie memorie sufficiat
adiuvabo postmodum convicia et plura michi
quam putas obiciam. Nunc hoc respondeo tibi.
non sum sapiens. et ut malivolentiam
tuam pascam nec ero. Exige itaque a me
ut non optimis par sim sed ut malis me-
lior. hoc michi satis est. Cotidie aliquid ex vi-
ciis meis demere et errores meos ob-
iurgare. non perveni ad sanitatem ne perve-
niam quidem. delinimenta magis quam reme-
dia podagre mee compono. Contentus
si rarius accedit et si minus verminatur.
vestris quidem pedibus comparatione vestri debilis cur-
sor sum. Hec non pro me loquor. Sum ego
in alto viciorum sum. sed pro illo cui aliquid
actum est. Aliter inquit loqueris aliter vivis. Hoc
malignissima capita et optimo cuique ini-
micissima Platoni obiectum est. obiectum
Epicuro obiectum Zenoni. Omnes enim isti di-
cebant non quemadmodum ipsi viverent sed quemadmodum
esset vivendum. De virtute non de me loquor
et cum viciis convicium facio in primis meis
facio cum potuero vivam ut oportet. Nec
malignitas me ista multo veneno tincta
deterrebit ab optimis. nec virus quidem
istud quo alios spargitis quo vos ne-
catis impediet me quominus perseverem
laudare vitam. non quam ago sed quam a-
gendam scio quominus virtutem adorem et
ex intervallo ingenti reptabundus sequar.
Expectabo scilicet ut quicquam malivolentie invi-
olatum sit cui sacer nec Rutilius fuit nec
Cato. Cur et aliquis. An istis nimis dives
videatur quibus Demetrius cinicus parum
pauper. virum acerrimum et contra omnia nature
desideria pugnantem. hic pauperiorem quam

ceteros cinicos. quod cum sibi interdixerit habere. Ne-
gant satis egere. Vides enim non virtutis
scientiam sed egestatis professus est. Diodorum
epicureum philosophum qui intra paucos dies finem
vite sue manu sua imposuit. negant ex
decreto epicuri fecisse quod sibi gulam precidit
alii dementiam videri volunt factum hoc eius
alii temeritatem. Ille interim beatus ac ple-
nus bona conscientia reddidit sibi testimonium vita
excedens laudavitque etatis in portu et ad
anchoram acte quietem et dixit quod vos invi-
di audistis quasi vobis quoque faciendum sit Vixi et
quem dederat cursum fortuna peregi. De
alterius vita de alterius morte disputa-
tis. et ad nomen magnorum ob aliquam eximi-
am laudem virorum sicut ad occursum igno-
torum inimici canes latrant. Expedit enim
vobis neminem videri bonum quasi aliena vir-
tus exprobratio delictorum omnium sit. Invidi
splendida cum sordibus vestris confertis nec
intelligitis quanto id vestro detrimento audiatis.
Nam si illi qui virtutem sequuntur avari libidino-
si ambitiosique sunt. quid vos estis quibus ip-
sum nomen virtutis odio est. Negatis quemquam pre-
stare quod eloquitur nec ad exemplar orationis
sue vivere. Quid mirum cum loquantur ingentia
fortia. et omnes humanas tempestates evadentia.
cum refigere se crucibus conentur in quas unus-
quisque vestrum clavos suos ipse adigit ad sup-
plicium acti stipitibus singulis pendent hii
qui in se ipsis animum advertunt. Hii cupiditatibus
tot crucibus distrahuntur. At maledici in ali-
enam contumeliam venusti sunt. Crederem illis hoc
vacare nisi quidam ex patibulo suos compla
spectatores conspuerent. Non prestant philosophi que
loquuntur. Multum tamen prestant quod loquuntur
quod honesta mente concipiunt. Nam quidem et si
paria dictis agerent quid esset illis beatius.
Interim non est quod contemnas bona verba et bonis
cogitationibus plena precordia. studiorum salu-
tarium et citra effectum laudanda tractatio est.
Quid mirum si non ascendunt in altum ardua ag-
gressi. sed viros suspice et si decidunt magna
conantes generosa res est respice non ad vi-
res sed ad nature sue vires. conari alta te-
mptare et mente maiora concipere quam que etiam
ingenio adornatis effici possint. Quid sibi
hoc proposuit. Ego mortem eodem vultu quo
audiam videbo. Ego laboribus quantique illi
erunt parebo animo fulciens corpus. Ego di-
vicias et presentes et absentes eque contemnam
nec si aliubi iacebunt tristior nec si circa

fulgebit animo dicor. Ego fortunam nec venientem nec recedentem sentio. Ego terras omnes tamquam meas videbo, meas tamquam omnium. Ego sic vivam quasi sciam aliis me esse natum, et nature rerum hoc nomine gratias agam: quo enim melius genere negotium meum agere potuit? Unum me donavit omnibus, uni michi omnes. Quicquid habebo nec sordide custodiam nec prodige spargam. Nichil magis me possidere credam quam bene donata. Non numero nec pondere beneficia nec ulla nisi accipientis extimatione perpendam. Numquam michi id multum erit quod dignus accipiet. Nichil opinionis causa, omnia conscientie faciam; populo spectante fieri credam quicquid me conscio faciam. Edendi erit bibendique finis desideria nature restringere, non implere alvum et exinanire. Ego amicis iocundus et inimicis mitis et facilis exorabor antequam roger, honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundum sciam et presides deos, hos supra me circaque me stare factorum dictorumque censores. Quandoque autem natura spiritum repetet aut ratio dimittet, testatus exibo bonam me conscientiam amasse, bona studia, nullius per me libertatem diminutam, minime meam. Qui hec facere proponet, volet, temptabit, ad deos iter faciet, nec ille etsi non tenuerit, magnis tamen excidit ausis. Vos quidem quod virtutem cultoremque eius odistis, nichil novi facitis. Nam et solem et lucem egra formidant et aversantur diem splendidum nocturna animalia, que ad primum eius ortum stupent et latibula passim petunt, abduntur in latebris timida lucis. Gemite et infelicem linguam bonorum exercete convitio, instate, commordete: multo frangetis dentes quam imprimetis. Cur ille philosophie studiosus est et tam dives vitam ducit? Cur opes contemnendas dicit et habet? Vitam contemnendam putat et tamen vivit? Valitudinem contemnendam et tamen illam diligentissime tuetur atque optimam mavult? Et exilium vanum nomen putat et ait: Quid enim est mali mutare regiones? Et tamen si licet senescit in patria? Et inter longius tempus et brevius nichil interesse iudicat, tamen si nichil prohibet extendit etatem et in multa etate placidus viret? Ait ista debere contempni, non ne habeat sed ne sollicitus habeat. Non abigit illa a se, sed abeuntia securus prosequitur. Divitias quidem ubi tutius fortuna deponet quam ibi unde sine querela reddentis recipiet? M. Cato cum laudaret Curium et Coruncanium et illud seculum in quo censorium crimen erat pauce argenti lamelle, possidebat ipse quadragies sestertium, minus sine dubio quam Crassus, plus quam Censorius Cato. Maiore spatio si comparentur proavum vicerat quam a Crasso vinceretur, et si maiores illi obvenissent opes non sprevisset. Nec enim se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat. Non amat divitias sed mavult; non in animum illas sed in domum recipit, nec respuit possessas sed continet et maiorem virtuti sue materiam subministrari vult. Quid autem dubium est quin hec maior materia sapienti viro sit in divitiis quam in paupertate, cum in hac unum genus virtuti sit non inclinari nec deprimi, in divitiis et temperantia et liberalitas et diligentia et dispositio et magnificentia campum habeat patentem? Non contemnet se sapiens etsi fuerit minime stature, esse tamen se procerum volet; et exilis corpore ac amisso oculo valebit, malet tamen sibi esse corporis robur, et hoc ita ut sciat esse aliud in se valentius. Malam valitudinem tolerabit, bonam optabit. Quedam enim etsi in summa rei parva sunt et subduci sine ruina principali possunt, adiciunt tamen aliquid ad perpetuam leticiam et ex virtute nascentem. Sic illum afficiunt divitie et exhilarant ut navigantem secundus et ferens ventus, ut dies bonus et in pruina et frigore apricus locus. Quis porro sapientum, nostrorum dico, quibus unum est bonum virtus, negat et hec que indifferentia vocamus habere aliquid in se pretii et alia aliis esse potiora? Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris, quibusdam multum. Ne erres itaque, inter potiora divitie sunt. Quid ergo, inquis, me derides, cum eundem apud te locum habeant quem apud me? Vis scire quam non eundem locum habeant? Michi divitie si effluxerint nichil auferent nisi semetipsas; tu stupebis et videberis tibi sine te relictus si ille a te recesserint. Apud me divitie aliquem locum habent, apud te summum; et postremo divitie mee sunt, tu divitiarum es. Desine ergo penuriam damnare. Nemo sapientiam paupertate damnavit. Habebit philosophus amplas opes, sed nulli detractas nec alieno cruentas sanguine, sine cuiusquam iniuria partas, sine sordidis questibus, quarum tam honestus sit exitus quam introitus, quibus nemo ingemescat nisi malignus. In quantum vis exaggera illas, honeste sunt, in quibus cum multa sint que sua quisque dici velit, nichil est quod suum quisquam dicere possit. Ille vero for-

nunc benignitatem a se non submovebit, et patrimonio per honesta quesito nec gloriabitur nec erubescet. Habebit tamen etiam quo glorietur si domo aperta et admissa in res suas civitate poterit dicere: quod quisque agnoverit tollat. O magnum virum, optime divitem, si opus ad hanc vocem consonet. Ita si tuto et securus scrutatorem populo prebuerit, si nichil quisquam apud illum invenerit quo manus iniciat, audacter et propalam erit dives. Si sapiens nullum denarium intra limen suum admittet male intrantem, idem magnas opes munus fortune fructumque virtutis non repudiabit nec excludet. Quid enim est cur illis bono loco invideat? veniant, hospitentur. Nec iactabit illas nec abscondet. alterum infronti animi est, alterum timidi et pusilli, velud magnum bonum intra sinum continentis. Nec ut dixi eiciet illas e domo. Quid enim dicet? utrum inutiles estis, an ego uti divitiis nescio? Quemadmodum etiam pedibus suis poterit iter conficere, ascendere tamen vehiculum mallet, sic pauper si poterit esse dives volet, et habebit itaque opes, sed tamquam leves et avolaturas, nec ulli alii nisi sibi graves esse patietur. Cui donabit? donabit aut bonis aut eis quos poterit facere bonos. donabit cum summo consilio dignissimos eligens, ut qui meminerit tam expensorum quam acceptorum rationem esse reddendam. donabit ex recta et probabili causa. Nam inter turpes iacturas malum munus est. habebit sinum facilem, non perforatum, ex quo multa exeant et nichil excidat. Errat si quis existimat facilem rem esse donare. plurimum ista res habet difficultatis. Si modo consilio tribuitur, non casu et impetu spargitur. hunc promereor, illi reddo. huic succurro, huius misereor. illum instruo dignumque non deducat paupertas neque occupatum teneat. Quibusdam non dabo quamvis desit, quia et si dedero erit defuturum. Quibusdam offeram, quibusdam et inculcabo. Non possum in hac re esse negligens. Numquam magis nomina facio quam cum dono. Quid tu inquis? recepturus donas? Immo non perditurus. Eo loco sit donatio ubi repeti non debeat, reddi possit. Beneficium collocetur quemadmodum thesaurus alte obrutus, quem non eruas nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa divitis viri, quantam habet benefaciendi materiam? Quis enim liberalitatem tantum ad togatos vocat? hominibus prodesse natura iubet. servi liberine sint hi, ingenui an libertini, iuste libertatis an inter amicos date, quid refert? Ubicumque homo est, ibi beneficii locus est. Potest itaque pecuniam etiam intra limen suum diffundere et liberalitatem exercere, que non quia liberis debetur, sed quia a libero animo proficiscitur ita nominata est. Hec apud sapientem nec umquam in turpes indignosque impingitur, nec umquam ita defatigata errat, ut non quotiens dignum invenerit quasi ex pleno. Non est ergo quod perperam exaudiatis que honeste fortiter studiose a studiosis sapientie dicuntur. Et hoc primum attendite. aliud est studiosus sapientie, aliud iam adeptus sapientiam. Ille tibi dicet: optime loquor, sed adhuc inter mala volutor plurima. Non est quod me ad formulam meam exigas. Cum maxime facio me et formo et ad exemplar ingens attollo. Si processero quantum proposui, exige ut dictis facta respondeant. Assecutus vero humani boni summam aliter tecum aget. Non est quod tu permittas de melioribus ferre sententiam. Michi iam quod argumentum est recti contingit malis displicere. Sed ut tibi rationem reddam, quam nulli mortalium invideo, audi quid promittam et quanti quecumque estimem. Divitias nego bonum esse. Nam si essent bonos facerent. Nunc quod apud malos deprehenditur dici bonum non potest. Hoc illis nomen nego. Ceterum et habendas esse et utiles et magna commoda vite afferentes fateor. Quid ergo est? quare illas non in bonis numerem, et quid prestem in illis aliud quam vos, quoniam inter utrosque convenit habendas, audite. Pone in opulentissima me domo, pone aurum argentumque in promiscuo usu sit. Non suspiciam me ob ista que etsi apud me, extra me tamen sunt. In sublicium pontem me transfer et inter egentes abige. non ideo tamen me despiciam quod in illorum numero consedero qui manum ad stipem porrigunt. Quid enim ad rem an frustum panis desit cui non deest mori posse? Quid ergo est? Domum illam splendidam malo quam pontem. Pone in instrumentis splendentibus et delicato apparatu, nichilo me feliciorem credam quod michi molle erit amiculum, quod purpura convivis meis substernatur. nichilo miserior ero si lassa cervix mea in manipulo feni acquiescat, si super circense tomentum per sarturas veteris lintei effluens incubabo. Quid ergo est? malo quid michi animi sit ostendere pretextatus et causatus quam nudis scapulis aut sententiis. Omnes michi ex voto dies cedant, nove gratulationes prioribus subtexantur. non ob hoc michi placebo. muta in contrarium hanc indulgentiam temporis. hinc illinc percutiatur animus da

imo luctu · inter fremitus uarios · Nullus
homo sine aliqua querela sit · non ideo me
dicam inter miserrima miseriarum · non ideo ali-
quem execrabor diem · Prouisum est enim a me · ne
quis mihi ater dies esset · Quid ergo est · Ma-
lo gaudia temperare quam dolores compescere · Hoc
tibi ille Socrates dicet · Fac me uictorem
uniuersarum gentium · delicatus ille Liberi
currus triumphantem usque ad Thebas uehat ·
a solis ortu iura reges imponant · me ex
hominem maxime cogitabo · cum deus undique
que sua sit requiratur · Huic tam sublimi fa-
stigio me coniunge protinus precipitem mutationem
in aliena imponar · uehiculum exornaturus
uictoris superbi ac populi feri · non humilior
sub alieno curru agar quam in meo steteram ·
Quid ergo est · uincere tamen quam capi malo · to-
tum fortune regnum despiciam · Sed ex illo si
dabitur electio meliora sumam · Quicquid ad me
uenerit bonum fiet · Sed malo iocundiora ac
faciliora ueniant et minus uexatura tractantem ·
Non est enim quod existimes ullam sine labore uirtutem
Sed quedam uirtutes stimulis · quedam frenis egent
Quemadmodum corpus in procliui retineri debet · aduer-
sus ardua impelli · quedam ita uirtutes in procli-
ui sunt · quedam in cliuum tendunt · An dubium sit quin
in altum tendit nitatur · obluctetur patientia for-
titudo perseuerantia · et quecumque alia · Duris op-
posita uirtus est et fortunam subigit · Quid ergo ·
non eque manifestum est per deuexum ire libera-
litatem · temperantiam · mansuetudinem · In his con-
tinemus animum ne prolabatur · in illis exhorta-
mur incitamusque acerrime · Ergo paupertati
adhibebimus illas que pugnare sciunt fortiores
diuitiis · illas diligentiores que suspensum
gradum ponunt · et pondus suum sustinent ·
Cum hoc diuisum sit · malo has in usum mihi esse
que exercende tranquillius sunt · quam eas quarum experi-
mentum sanguis et sudor sit · Ergo non ego
aliter inquit sapiens uiuo quam loquor · sed uos
aliter auditis · Sonus tantummodo uerborum ad aures
uestras peruenit · quid significet non queritis
Quid ergo inter me stultum et te sapientem
interest · si uterque habere uolumus · Plurimum
Diuitie enim apud sapientem uirum in serui-
tute sunt · apud stultum in imperio · Sapiens
diuitiis nihil permittit · uobis diuitie
omnia · Vos tamquam aliquis uobis eternam pos-
sessionem earum promiserit · Assuescitis illis
et heretis · Sapiens tunc maxime paupertatem
meditatur · cum in mediis diuitiis constitit ·
Numquam imperator ita paci credit · ut non se
bello preparet · quod etiam si non geritur indi-
ctum est · Vos domus formosa tamquam nec
ardere nec ruere possit insolentes · uos
opes tamquam periculum omne transcenderint maio-
resque sint uobis quam quibus consumendis satis
uirium habeat fortuna obstupefaciunt · Ociosi
diuitiis luditis nec prouidetis illarum pericu-
lum · Sicut barbari plerumque inclusi et ignari ma-
chinarum · segnes laborem obsidentium spe-
ctant · nec quo illa ex longinquo struantur
intelligunt · Idem uobis euenit marcetis in
uestris rebus · nec cogitatis quot casus undique
immineant iam iamque preciosa spolia laturi
Sapienti quisquis abstulerit diuitias omnia
illi sua relinquet · Viuit enim presentibus letus
futuri securus · Nichil magis Socrates ille
inquit · aut aliquis alius cui idem aduersus hu-
mana potestas est · persuasi mihi quam ne ad
opiniones uestras actum uite mee flecterem ·
Solita conferte undique uerba · non conuiciari
uos putabo · sed uagire uelut infantes miser-
rimos · Hec dicet ille cui sapientia contigit
quem animus uitiorum immunis increpare alios
non quia odit · sed in remedium iubet · Adiciet
his illa · Existimatio me uestra non meo nomine
sed uestro mouet · quia clamitantis odisse et la-
cessere uirtutem · bone spei eiuratio est · nul-
lam mihi iniuriam facitis · sed ne diis quidem hi
qui aras euertunt · sed malum propositum apparet
malumque consilium · et ibi ubi nocere non po-
tuit · Sic uestras alucinationes fero quemadmodum
Iupiter optimus · maximus · ineptias poe-
tarum · quorum alius illi alas imposuit · a-
lius cornua · alius adulterum illum induxit
et abnoctantem · Alius seuum in deos · alius in-
iquum in homines · alius ingenuorum corrupto-
rem et cognatorum quidem · alius parricidam et regni
alieni paternique expugnatorem · Quibus nichil
aliud actum est · quam ut pudor hominibus pec-
candi demeretur · si tales deos credidissent
Sed quamquam ista me nichil ledant · uestra tamen uos
moneo causa · Suspicite uirtutem · credite his
qui illam diu secuti magnum quiddam ipsos
et in dies magis apparuit sequi clamant
et ipsam ut deos ac professores eius ut anti-
stites colite · et quotiens mentio sacrarum litterarum
interuenerit fauete linguis · Hoc uerbum
non ut plerique existimant a fauore trahitur
sed imperat silentium · ut rite peragi possit
sacrum nulla uoce mala obstrepente · quod mul-
to magis necessarium est imperari uobis · ut quotiens
aliquid ex illo proferetur oraculo · intenti et compressa

Socra·

voce audiatis. Cum sinistram ad ignem Mucius ex imperio mittit, cum aliquis secandi lacertos suos artifex brachia atque humeros suspensa manu cruentat, cum aliquis genibus per viam repens ululat laureatusque linteatus senex medioque lucernam die praeferens clamat iratum aliquem deorum, concurritis et auditis et divinum esse eum invicem mutuum alentes stuporem affirmatis. Ecce Socrates ex illo carcere quem intrando purgavit omnique honestiorem curia reddidit proclamat: Quis iste furor, quae ista inimica diis hominibusque natura est infamare virtutes et malignis sermonibus sancta violare? Si potestis, bonos laudate; si minus, transite. Quod si vobis exercere tetram istam licentiam placet, alter in alterum incursitate. Nam cum in caelum insanitis, non dico sacrilegium facitis, sed operam perditis. Praebui ego aliquando Aristophani materiam iocorum; tota illa comicorum poetarum manus in me venenatos sales suos effudit. Illustrata est virtus mea per ea ipsa per quae petebatur; produci enim illi et temptari expedit, nec ulli magis intelligunt quanta sit quam qui vires eius lacessendo senserunt. Duritia silicis nullis magis quam ferientibus nota est. Praebeo me non aliter quam rupes aliqua in vadoso mari destituta, quam fluctus non desinunt undique moti sunt verberare. Nec ideo autem loco eam movent nec per tot aetates crebro incursu suo consumunt. Assilite, impetum facite: ferendo vos vincam. In ea quae firma et inexsuperabilia sunt quicquid incurrit malo suo vim suam exercet. Proinde quaerite aliquam mollem cedentemque materiam in qua tela vestra figantur. Vobis autem vacat aliena scrutari mala et sententias ferre de quoquam? Quare hic philosophus laxius habitat? Quare hic splendidius cenat? Papulas observatis alienas, obsiti plurimis ulceribus? Hoc tale est quale si quis pulcherrimorum corporum naevos aut verrucas derideat quem fera scabies depascitur. Obicite Platoni quod petierit pecuniam, Aristoteli quod acceperit, Democrito quod neglexerit, Epicuro quod consumpserit; mihi ipsi Alcibiadem et Phaedrum obiectate. O vos usu maxime felices, cum primum vobis imitari vitia nostra contigerit! Quin potius mala vestra circumspicitis, quae vos ab omni parte confodiunt, alia grassantia extrinsecus, alia in visceribus ipsis ardentia? Non eo loco res humanae sunt, et si statum vestrum parum nostis, ut vobis tantum otia supersit ut in proba melius agitare linguam vacet. Hoc vos non intelligitis et alienum fortunae vestrae vultum geritis, sicut plurimi quibus in circo aut theatro desidentibus iam funesta domus est nec annunciatum malum. At ego ex alto prospiciens video quae tempestates aut immineant vobis paulo tardius rupturae nimbum suum aut iam vicinae vos et vestra rapturae propius accesserint. Quid porro? Nonne nunc quoque, et si parum sentitis, turbo quidam animos vestros rotat et involvit fugientes petentesque eadem et nunc in sublime allevatos nunc in infima allisos?

magno vos consensu in vitia rapit. Licet nihil aliud quod sit salutare temptemus, proderit tamen per se ipsum secedere: meliores erimus singuli. Quid quod secedere ad optimos viros et aliquod exemplum eligere ad quod vitam dirigamus licet? quod in otio fit. Tunc potest obtineri quod semel placuit, ubi nemo intervenit qui iudicium adhuc imbecille populo adiutore detorqueat. Tunc potest vita aequalis et uno tenore procedere quam propositis diversissimis scindimus. Nam cetera inter mala illud pessimum est quod vitia ipsa mutamus. Sic ne hoc quidem nobis contingit, permanere in malo iam familiari. Aliud ex alio placet, vexatque nos hoc quoque quod iudicia nostra non tantum prava sed et levia sunt. Fluctuamur aliudque ex alio comprehendimus; petita relinquimus, relicta repetimus; alternae inter cupiditatem et paenitentiam nostram vices sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudiciis, et id optimum nobis videtur quod petitores laudatoresque multos habet, non quod laudandum petendumque est, nec viam bonam ac malam per se aestimamus sed turba vestigiorum in quibus nulla sunt redeuntium. Dices mihi: Quid agis, Seneca? deseris partes? Certe Stoici vestri dicunt: usque ad ultimum vitae finem in actu erimus. Non desinemus communi bono operam dare, adiuvare singulos, opem ferre etiam inimicis senili manu. Nos sumus qui nullis annis vacationem damus. Et quod ait ille vir disertissimus, canitiem galea premimus. Nos sumus apud quos usque eo nihil ante mortem otiosum est ut, si res patitur, non sit ipsa mors otiosa. Quid nobis Epicuri praecepta in ipsis Zenonis principiis loqueris? Quin tu bene gnaviter, si partium piget, transfugis potius quam prodis? Hoc tibi in praesentia respondebo: Numquid vis amplius quam ut me similem ducibus meis praestem? Quid ergo? non quo miserint me illi, sed quo duxerint ibo. Nunc probabo tibi non discedere me a praeceptis Stoicorum. Nam ne ipsi quidem a suis discesse

runt. Et hi certissimus erit. Et si non praecepta illos sequeremur sed exempla. Hoc quod dico in duas dividam partes: primum ut possit aliquis vel a prima aetate contemplationi veritatis totum se tradere, rationem vivendi quaerere atque exercere secreto. Deinde ut possit hoc aliquis emeritis iam stipendiis, profligatae aetatis, iure optimo facere et ad alios actus animos referre, virginum vestalium more, quae annos inter officia divisit, discunt facere sacra et cum didicerunt docent. Hoc Stoicis quoque placere ostendam, non quia mihi legem dixerim nihil contra dictum Zenonis Crisippive committere, sed quia res ipsa patitur me ire in illorum sententiam, quia si quis semper unius sequitur, non in curia sed in factione est. Utinam quidem iam tenerentur omnia et in aperto confessa veritas esset nihilque ex decretis mutaremus. Nunc veritatem cum eis ipsis qui docent quaerimus. Duae maxime et hac re dissident sectae, Epicureorum et Stoicorum, sed utraque ad otium diversa via mittit. Epicurus ait: Non accedet ad rem publicam sapiens nisi si quid intervenerit. Zenon ait: Accedet ad rem publicam sapiens nisi si quid impedierit. Alter otium ex proposito petit, alter ex causa. Causa autem illa late patet: si res publica corruptior est quam adiuvari possit, si occultata est malis, non nitetur sapiens in supervacuum nec se nihil profuturus impendet. Si parum habebit auctoritatis aut virium nec illum erit admissura res publica, si valitudo illum impediet. Quomodo navem quassatam non deduceret in mare, quomodo nomen in militiam non daret debilis, sic ad iter quod inhabile sciet non accedet. Potest ergo et ille cui omnia adhuc in integro sunt, antequam ullas experiatur tempestates, et protinus se bonis artibus commendare et in tuto subsistere et illud beatum otium exigere virtutum cultor, et quietissimus possit exerceri. Hoc nempe ab homine exigitur ut prosit hominibus, si fieri potest multis, si minus paucis, si minus proximis, si minus sibi. Nam cum se utilem ceteris efficit, commune agit negotium. Quomodo qui se deteriorem facit non sibi tantum nocet sed etiam omnibus quibus melior factus prodesse potuisset, sic quisquis bene de se meretur hoc ipso aliis prodest quod illis profuturum parat. Duas res publicas animo complectamur, alteram magnam et vere publicam, qua dii atque homines continentur, in qua non ad hunc angulum respicimus aut ad illum sed terminos civitatis nostrae cum sole metimur; alteram cui nos adscripsit condicio nascendi. Haec aut Atheniensium erit aut Carthaginiensium aut alterius alicuius urbis, quae non ad omnes pertineat homines sed ad certos. Quidam eodem tempore utrique rei publicae dant operam, maiori minorique, quidam tantum minori, quidam tantum maiori. Huic maiori rei publicae et in otio deservire possumus, immo vero nescio an in otio melius, ut quaeramus quid sit virtus, una an plures sint; natura an ars bonos viros faciat; unum sit hoc quod maria terrasque et ista complectitur, an multa eiusmodi corpora deus sparserit; continua sit omnis et plena materia ex qua cuncta gignuntur, an diducta et solidis inane permixtum sit; deus sedens opus suum spectet an tractet; utrum extrinsecus illi circumfusus sit an toti inditus; immortalis sit mundus an inter caduca et ad tempus nata numerandus. Haec qui contemplatur quid deo praestat? Ne tanta eius opera sine teste sint. Solemus dicere summum bonum esse secundum naturam vivere. Natura nos ad utrumque genuit, et contemplationi rerum et actioni. Nunc id probemus quod prius diximus. Quid porro? Hoc non erit probatum si se unusquisque consuluerit quantam cupidinem habeat ignota noscendi, quam ad omnes fabulas excitetur? Navigant quidam et labores peregrinationis longissimae una mercede perferunt cognoscendi aliquid abditum remotumque. Haec res ad spectacula congregat populos, haec cogit praeclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates evolvere, mores barbararum audire gentium. Curiosum nobis natura ingenium dedit et artis sibi ac pulchritudinis suae conscia spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida et non uno genere formosa solitudini ostenderet. Ut scias illam spectari voluisse, non tantum aspici, vide quem nobis locum dederit. In media nos sui parte constituit et circumspectum omnium nobis dedit; nec erexit tantummodo hominem, sed et ad contemplationem factura, ut ab ortu sidera in occasum labentia prosequi posset et vultum suum circumferre cum toto, sublime fecit illi caput et collo flexili imposuit. Deinde sena per diem, sena per noctem signa perducens nullam non partem sui explicuit, ut per haec quae obtulerat oculis cupiditatem faceret etiam ceterorum. Nec enim omnia nec tanta visimus quanta sunt, sed acies nostra aperit sibi investigandi viam et fundamenta vero iacit, ut inquisitio transeat ex apertis in obscura et aliquid ipso mundo inveniat antiquius: unde ista sidera exierint, quis fuerit universi status antequam singula in partes discederent, quae ratio mersa et confusa diduxerit, suapte natura gravia descenderint, evolaverint levia, an praeter nisum pondusque corporum altior

aliq[ui]s ius legem singulis induxerit an illud uerum sit quod maxime probat homines diuini esse spiritus partem an ueluti scintillas quasdam sacrorum in terram desiluisse atque alieno loco hesisse. Cogitacio nostra celi munimenta perrupit nec contenta est id quod ostendi scire. Illud inquit scrutor quod ultra mundum iacet. Utrum ne profunda uastitas sit an et hec propriis terminis suis claudatur. Qualis sit habitus exclusis quam forma confusa sint an in omnem partem tamen eundem loci obtineant an et illa in aliquem cultum descripta sit. Huic cohereant mundo an longe ab hoc secesserint et hic in uacuo uolutetur. Indiuidua sint per que struitur omne quod natum est atque futurum est an continua eorum materia sit et per totum mutabilis. Utrum contraria elementa inter se sint an non pugnent sed per diuersa conspirent. Ad hec querenda natus estima quam non multum acceperit temporis et si illud totum sibi uendicat cum licet multum facile sit eripi etiam negligencia patiatur excidere. Licet horas suas auarissime seruet eiusque in ultimum humane etatis terminum uita procedat. Nec quicquam illi ex eo quod natura constituit fortuna concutiat tamen homo ad inmortalium cognitionem nimis mortalis est. Ergo secundum naturam uiuo si totum me illi dedi si illius admirator cultorque sum. Natura autem utrumque facere me uoluit et agere et contemplacioni uacare. Utrumque facio quoniam nec contemplacio quidem sine actione est. Sed refert inquis an ad illam uoluptatis causa accesseris nichil aliud ex illa petens quam assiduam contemplacionem sine exitu est. Est enim dulcis et habet illecebras suas. Aduersus hoc tibi respondeo. Eque refert quo animo ciuilem agas uitam an semper inquietus sis nec unquam sumas ullum tempus quo ab humanis ad diuina respicias. Quod res appetere sine ullo uirtutum amore et sine cultu ingenii ac nudas edere operas minime probabile est. Misceri enim ista inter se et conseri debent. Sic imperfectum ac languidum bonum est in ocium sine actu proiecta uirtus nunquam id quod didicit ostendens. Quis negat illam debere profectus suos in opere temptare. Nec tamen quid faciendum sit temptare. Nec tamen quid faciendum sit cogitare sed etiam aliquando manum exercere et ea que meditata sunt ad uerum producere. Quid si per ipsum sapientem non est mora si non actor deest sed agenda desunt. Hoc quid illi secum esse permittes. Quo animo ad ocium sapiens secedit ut sciat tamen quam ea acturus per que posteris prosit. Nos certe sumus qui dicimus Zenonem

et crisippum maiora egisse quam si duxissent exercitus gessissent honores leges tulissent. Quod non unam ciuitatem sed totum humanum genus tulerunt. Quid ergo quare tale ocium non conueniat uiro bono per quod futura secula ordinet. Nec apud paucos contionetur sed apud omnes omnium gentium homines qui sunt quique fuerunt. Ad summam quero an ex preceptis suis uixerunt cleantes et crisippus et zenon. Dubie uidebis sic illos uixisse quadam dixerant esse uiuendum. At quia nemo illorum rem publicam administrauit. Non fuit inquit illis aut ea fortuna aut dignitas illa que admitti ad rem publicam solet. Sed hii nichilominus non segnem egerunt uitam. Inuenerunt quadam plus quietis illorum hominibus profuisset quam aliorum discursus et sudor. Ergo nichilominus hii multum egisse uisi sunt quamuis nichil publice agerent. Preterea tria sunt genera uite inter que quod sit optimum queri solet. Unum uoluptati uacat alterum contemplacioni tercium actioni. Primum deposita contentione depositoque odio quod implacabile diuersa sequentibus indiximus uideamus. Hec omnia ad idem sub alio atque alio titulo perueniunt. Nec ille qui uoluptatem probat sine contemplacione est nec ille qui contemplacioni eligit sine uoluptate est nec ille cuius uita actionibus destinata est sine contemplacione. Plurimum inquis distimus utrum aliqua res propositum an propositi alterius accessio sit. Sane grande discrimen. Alterum tamen sine altero non est. Nec ille sine actione contemplatur nec ille sine contemplacione agit. Nec ille tercius de quo male existimare consensimus uoluptatem inertem probat sed eam quam ratione efficit firmam sibi. Ita et hec ipsa uoluptaria secta in actu est. Quid ni in actu est cum ipse dicat epicurus aliquando se recessurum a uoluptate dolorem et appetiturum si aut uoluptati inminebit penitencia aut dolor minor pro graviore sumetur. Quo pertinet hoc dicere ut appareat contemplacionem placere omnibus. Alii petunt illam nobis hec statio non portus est. Adice nunc huc quod e lege crisippi uiuere ocioso licet. Non dico ut ocium patiatur sed ut eligat. Negant nostri sapientem ad quamlibet rem publicam accessurum. Quid autem interest quo sapiens ad ocium ueniat utrum quia res publica illi deest an quia ipse rei publice. Si omnibus futura res publica est semper autem deerit fastidiose querentibus. Interrogo ad quam rem publicam sapiens sit accessurus ad athenensium in qua socrates damnatur aristoteles ne damnaretur fugit. In qua

opprimit inuidia uirtutes.

opprimit invidia virtutes. Negabis mihi ac-
cessurum ad hanc rem publicam sapientem. Ad athe-
niensium ergo rem publicam accedet, in qua continua
sedicio et optimo cuique infesta libertas est,
summa equi ac boni vilitas, adversus ho-
stes inhumana crudelitas et adversus suos ho-
stilis? Et hanc fugiet sapiens. Si percensere si-
gula voluero, nullam inveniam que sapientem
aut quam sapiens pati possit. Quod si non invenitur
illa res publica quam nobis fingimus, incipit omnibus
esse otium necessarium, quia quod unum preferri poterat o-
cio nusquam est. Si quis dicat optimum esse na-
vigare, deinde neget navigandum in eo mari
in quo naufragia fieri soleant et frequenter
subite tempestates sint que rectorem in contra-
rium rapiant, puto hic me vetat navem sol-
vere qui laudat navigationem.

Explicit liber A. L. S. de vita beata

Incipit liber Annei Senece ad Serenum de tranquillitate animi

Inquirenti mihi in me quedam vicia apparebant, Serene,
in aperto posita, que manu prenderem,
quedam obscuriora et in recessu, quedam
non continua sed ex intervallis redeuntia, que
molestissima dixerim, ut hostes vagos et
ex occasionibus assilientes, per quos neutro licet
nec tamquam in bello paratum esse nec tamquam in pace securum.
Illum tamen habitum in me maxime deprehendo (quare
enim non ut medico fatear?) nec bona fide
liberatum eis que timebam et oderam nec rursus
obnoxium. In statu ut non pessimo, ita maxime que-
rulo et moroso positus sum: nec egroto
nec valeo. Non est quod dicas omnium virtutum tenera
esse principia, tempore illis duramentum et robur
accedere. Non ignoro etiam que in speciem laborant, di-
gnitatem dico et eloquentie famam et quicquid ad ali-
enum suffragium venit, mora convalescere. Et
que veras vires parant et que ad placendum
fuco quodam subornantur expectant annos donec
paulatim colorem diuturnitas ducat. Sed ego
vereor ne consuetudo, que rebus affert constan-
tiam, hoc vicium mihi altius figat. Tam malorum quam
bonorum longa conversatio amorem induit. Hec
animi inter utrumque dubii nec ad recta fortiter nec
ad prava vergentis infirmitas qualis sit, non
tam semel est possum quam per partes ostendere. Di-
cam que accidant mihi: tu morbo nomen invenies.
Tenet me summus amor parsimonie, fate-
or: placet non in ambitionem cubile compositum,
non ex arcula prolata vestis, non ponderibus
ac mille tormentis splendere cogentibus ex-
pressa, sed domestica et vilis, nec servata nec
sumenda sollicite. Placet cibus quem nec
parent familie nec spectent, non ante multos
imperatus dies nec multorum manibus ministratus,
sed parabilis faciliisque, nichil habens arcessita pre-
cii, sed ubilibet non defuturus, nec patrimonio
nec corpori gravis, non rediturus qua intravit.
Placet minister incultus et rudis vernula,
argentum grave rustici patris sine ullo no-
mine artificis, et mensa non varietate ma-
cularum conspicua nec per multas dominorum elega-
tium successiones civitati nota, sed in usum
posita, que nullius convive oculos nec voluptate
moretur nec accendat invidia. Cum bene ista
placuerint, perstringit animum apparatus alicuius
pedagogii diligentius quam in tralatu vesti-
ta et auro culta mancipia et agmen servorum
nitentium, iam domus etiam qua calcatur preciosa
et divitiis per omnes angulos dissipatis te-
cta ipsa fulgentia et assectator comesque
patrimoniorum pereuntium populus. Quid plu-
centes ad ymum aquas et circumfluentes ipsa con-
vivia, quid epulas loquar scena sua
dignas? Circumfudit me ex longo fruga-
litatis situ venientem multo splendore luxu-
ria et undique circumsonuit. Paulum titubat
acies, facilius adversus illam animum quam oculos
attollo. Recedo itaque non peior sed tri-
stior, nec inter illa frivola mea tam altus
incedo tacitusque morsus subit et dubitatio
numquid illa meliora sint. Nichil horum me
mutat, nichil tamen non concutit. Placet imperium pre-
ceptorum sequi et in mediam ire rem publicam. Placet
honores fascesque non scilicet purpura aut vir-
gis abductum capessere, sed ut amicis propinquis-
que et omnibus civibus, omnibus deinde mortalibus
paratior utiliorque sim. Promptus compositus
sequor Zenonem, Cleanthem, Crisippum, quorum
tamen nemo ad rem publicam accessit et nemo non misit.
Ubi aliquid animum insolitum arietari percussit,
ubi aliquid occurrit aut indignum, ut in
omni vita humana multa sunt, aut parum ex faci-
li fluens, aut multum temporis res non magno esti-
mande poposcerunt, ad otium convertor et
quemadmodum pecoribus fatigatis quoque velocior
domum gradus est. Placet intra parietes suos
vitam coercere. Nemo ullum auferat diem
nichil dignum tanto impendio redditurus. Sibi
ei animus hereat, se colat, nichil alienum a-
gat, nichil quod ad iudicem spectet; ametur expers
publice privateque cure tranquillitas. Sed

ubi lectio fortior erexit animum et aculeos
subdiderunt exempla nobilia, prosilire libet
in forum, commodare alteri vocem, alteri ope-
ram, etsi nihil profuturam, tamen conaturam
prodesse, alicuius coercere in foro superbiam
male secundis rebus elati. In studiis puto
mehercules melius esse res ipsas intueri
et harum causa loqui, ceterum verba rebus permittere, ut
qua duxerint hac inelaborata sequatur oratio.
Quid opus est seculis duratura componere? Vis
tu non id agere ne te posteri taceant? Mor-
ti natus es; minus molestiarum habet funus
tacitum. Itaque occupandi temporis causa in usum tuum,
non in preconium aliquid simplici stilo scribe;
minore labore opus est studentibus in diem.
Rursus ubi se animus cogitationum mag-
nitudine levavit, ambiciosus in verba est, altius-
que ut spirare ita eloqui gestit, et ad digni-
tatem rerum exit oratio; oblitus tunc legis pressiorisque
iudicii sublimius feror et ore iam non meo.
Ne singula diutius persequar, in omnibus rebus
hec me sequitur bone mentis infirmitas,
cui ne paulatim defluam vereor, aut quod est
sollicitius, ne semper casuro similis pendeam, et plus
fortasse sit quam quod ipse pervideo. Familiariter
enim domestica aspicimus, et semper iudicio favor
officit. Puto multos potuisse ad sapientiam
pervenire, nisi putassent se pervenisse, nisi quedam
in se dissimulassent, quedam apertis oculis
transiluissent. Non est enim quod magis aliena iu-
dices adulatione perire quam nostra. Quis sibi verum
dicere ausus est? Quis non inter laudantium blan-
dientiumque positus greges plurimum tamen sibi
ipse assentatus est? Rogo itaque, si quod habes
remedium quo hanc fluctuationem meam sistas,
dignum me putes qui tibi tranquillitatem debeam.
Non esse motus periculosos animi nec quicquam tumultu-
osi afferentes scio; ut vera tibi similitudine
id de quo queror exprimam, non tempestate vexor
sed nausea. Detrahe ergo quicquid hoc est mali, et
succurre in conspectu terrarum laboranti. Quero

Responsio Senece Sereno, quia usque huc dixit

mehercules iamdudum, Serene, ipse tacitus
cui talem affectum animi similem putem, nec ulli
propius admoveam exemplo quam eorum qui ex longa
et gravi valitudine expliciti motiunculis
levibusque interim offensis perstringuntur, et cum reli-
quias effugerunt, suspicionibus tamen inquietantur
medicisque iam sani manum porrigunt, et omnem
calorem sui corporis calumpniantur. Horum, Se-
rene, non parum sanum est corpus, sed sanitati
parum assuevit. Sicut est quedam tremor et
tranquilli maris, ut cum ex tempestate
requievit. Opus est itaque non illis durioribus
que iam transcurrimus, ut alicubi obstes tibi, ali-
cubi irascaris, alicubi instes gravis, sed
quod ultimum venit, ut fidem tibi habeas
et recta via te ire credas, nihil avocatus
transversis multorum vestigiis passim discurrenti-
um, quorundam circa ipsam errantium viam.
Quod autem desideras magnum et summum est, deo-
que vicinum: hanc stabilem animi sedem non concuti Gre-
ci euthimiam vocant, de qua Democriti
volumen egregium est. Ego tranquillitatem vo-
co. Nec enim imitari et transferre verba ad illorum
formam necesse est. Res ipsa de qua agitur aliquo
signanda nomine est, quod appellationis grece
vim debet habere, non faciem. Ergo querimus quo-
modo animus semper equali secundoque cursu eat, propici-
usque sibi sit, et sua letus aspiciat, et hoc gau-
dium non interrumpat, sed placido statu ma-
neat, nec attollens se umquam nec deprimens:
id tranquillitas erit. Quomodo ad hanc perveniri
possit in universum queramus; sumes tu ex pu-
blico remedio quantum voles. Totum interim vi-
cium in medium protrahendum est, ex quo agno-
scet quisque partem suam; simul intelliges
quanto minus negotii habeas cum fastidio tu-
i quam hii quos ad professionem speciosam alligatos
et sub ingenti titulo laborantes in sua simula-
tione pudor magis quam voluntas tenet. Omnes
in eadem causa sunt, et hii qui levitate vexantur ac
tedio assiduaque mutatione propositi, quibus semper
magis placet quod reliquerunt, et illi qui marcent
et oscitantur. Adice eos qui non aliter quam quibus
difficilis sompnus est versant se, et hoc atque illo
modo componunt donec quietem lassitudine
inveniant: statum vite sue formando in eo no-
vissime manent in quo illos non mu-
tandi odium sed senectus ad novandum pigra
deprehendit. Adice et illos qui non constantie
vicio parum leves sunt sed inertie, et vivunt non
quomodo volunt, sed quomodo ceperunt. Innumerabiles
deinceps proprietates sunt, sed unus effectus vicii,
sibi displicere. Hoc oritur ab intemperie animi et cu-
piditatibus timidis aut parum prosperis, ubi aut
non audent quantum concupiscunt aut non consequuntur
et in spem toti prominent; semper instabiles mo-
bilesque sunt, quod necesse est accidere pendentibus;
ad vota sua omni via tendunt, et inhonesta
se ac difficilia docent coguntque, et ubi sine pre-
mio labor est, torquet illos irritum dedecus,
nec dolent prava se sed frustra voluisse. Tunc il-
los et penitentia cepti tenet et incipiendi
timor, subrepitque illa animi iactatio non inve-

[illegible]

mentis exitu. quod nec imperare cupiditatibus suis nec obsequi possunt. et cunctatio vite parum se explicantis et inter destituta vota torpentis animi situs. Que omnia graviora sunt ubi odio infelicitatis operose ad otium perfugerunt. Ad secreta studia que pati non potest animus ad civilia erectus agendique cupidus. parum quidem in se solaciorum habens ideo detractis oblectationibus quas ipse occupationes discurrentibus prebent. domum solitudinem parietes non fert. invitus aspiciat se sibi relictus est. hinc id provenit tedium. et displicentia sui et nusquam residentis animi volutatio et otii sui tristis atque egra patientia. Utique ubi causas fateri pudet. et tormenta introrsus egit verecundia. in angusto incluse cupiditates. sine exitu se ipse strangulant. Inde meror marcorque et mille fluctus mentis incerte. quam inchoate suspensam habent. deploratam tristem. Inde ille affectus otium suum detestantium querentiumque nichil ipsos habere quod agant. et inimicissima alienis incrementis invidia. Alit enim livorem infelix inertia. et omnes destrui cupiunt. quia se provehere non possunt. Et ex hac deinde adversatione alienorum processuum et suorum desperatione obirascens fortune animus et de seculo querens et in angulo se retrahens et pene incubans sue. dum illum tedet sui pigetque. Natura enim humanus animus agilis est et pronus ad motus. Grata omnis illi excitandi occupationibus libenter deteruntur. Ut ulcera quedam nocituras manus appetunt et tactu gaudent. et fedam corporum scabiem delectat quicquid exasperat. non aliter dixerim his mentibus in quas cupiditates velut mala ulcera eruperunt voluptati esse laborem vexationemque. Sunt enim et quedam que corpus nostrum cum quodam et dolore delectent ut versare se et mutare nondum fessum latus et alio atque alio positu ventilari. Qualis ille homericus achilles est. modo pronus modo supinus et varios habitus ipse componens quod proprium egri est. nichil diu pati. et mutationibus ut remediis uti. Inde peregrinationes suscipiuntur vage et litora pererrantur. et modo mari se modo terra experitur semper presentibus infesta levitas. Nunc campaniam petamus. Iam delicata fastidio sunt. inculta videantur. Bruttios et lucanie saltus persequamur. Aliquid tamen inter secreta amenum requiritur in quo luxuriosi oculi longo locorum horrentium squalore releventur. Tarentum petatur laudatusque portus et hiberna celi mitioris et recto velantis. que satis opulenta turbe est. Iam flectamus cursum ad urbem nimis diu a plausu et fragore aures vacaverunt. iuvat iam et humano sanguine frui. Aliud ex alio iter suscipitur et spectacula spectaculis mutantur. ut ait lucretius hoc se quisque modo semper fugit. Sed quid prodest si non effugit. Sequitur se ipse et urget gravissimus comes. Itaque scire debemus non locorum vitium esse quo laboramus sed nostrum. Infirmi sumus ad omne tolerandum nec laboris patientes nec voluptatis nec nostri nec ullius rei diutius. Hoc quosdam egit ad mortem quod proposita sepe mutando in eadem revolvebantur. et non reliquerant novitati locum. et cepit illis esse vita fastidio et ipse mundus. et subit illud rabidarum deliciarum quousque eadem. Adversus hoc tedium quo auxilio putem utendum queris. Optimum erat ut ait athenodorus actione rerum et rei publice tractatione et officiis civilibus se detinere. Nam ut quidam sole atque exercitatione corporis et cura diem educunt athletisque longe utilissimum est lacertos suos et robur cui se uni dicaverunt maiore temporis parte nutrire ita nobis animum ad rerum civilium certamen parantibus in opere esse non longe pulcherrimum est. Nam cum utilem se efficere civibus mortalibusque propositum habeat simul exercetur et proficit qui in mediis se officiis posuit communia privataque pro facultate administrans. Sed quia in hac inquit tam insana hominum ambitione tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus parum tuta simplicitas est et plus futurum est semper quod obstet quam quod succedat. A foro quidem et publico recedendum est. Sed habet ubi se etiam in privato laxe explicet magnus animus. Nec ut leonum animaliumque impetus caveis coercetur sic hominum quorum in seducto maxime actiones sunt. Ita tamen delituerit ubicumque otium suum absconderit. prodesse velit singulis universis sui ingenio voce consilio. Nec enim hic solus rei publice prodest. qui candidatos extrahit et tuetur reos et de pace belloque censet. sed qui iuventutem exhortatur. qui in tanta bonorum preceptorum inopia virtutem instituat animos. qui ad pecuniam luxuriamque ruentes prensat ac retrahit. et si nichil aliud certe moratur in privato publicum negotium agit. An ille plus prestat qui inter peregrinos et

cives et urbanos sive peregrinos adeuntibus assessoris verba promunciat. scire quid sit iusticia quid pietas quid paciencia quid fortitudo quid mortis contemptus quid deorum intellectus quam gratuitum homini sit bona conscientia declarat. Ergo si tempus in studia conferas quod de officiis subduxeris non deserueris nec munus detrectaveris. Neque enim ille solus militat qui in acie stat et cornu levum dextrumque defendit sed qui portas tuetur et statione minus periculosa non ociosa tamen fungitur vigilias servat et armamentario preest. Que ministeria quamvis incruenta sint in numerum stipendiorum veniunt. Si te ad studia revocaveris omne vite fastidium effugies nec noctem fieri optabis tedio lucis nec tibi gravis eris nec aliis supervacuus multos in amiciciam attrahes. affluet ad te optimus quisque. Numquam enim quamvis obscura virtus latet sed mittit sui signa. Quisquis dignus fuerit vestigiis illam colliget. Nam si omnem conversacionem tollimus et generi humano renunciamus vivimusque in nos tantum conversi sequetur hanc solitudinem omni studio carentem inopia rerum agendarum. Incipiemus edificia alia ponere alia subvertere et mare summovere et aquas contra difficultatem locorum educere et male dispensare tempus quod nobis natura consumendum dedit. alii illo parce utimur alii prodige. alii sic impendimus ut possimus rationem reddere alii ut nullas habeamus reliquias. Quare nichil turpius est. Sepe grandis natu senex nullum habet aliud argumentum quo se probet diu vixisse preter etatem. Michi carissime Serene nimis videtur submisisse temporibus se Athenodorus nimis cito refugisse. Nec ego negaverim aliquando cedendum sed sensim relato gradu et salvis signis salva militari dignitate. Sanctiores tutioresque sunt hostibus suis qui in fidem cum armis veniunt. Hoc puto virtuti faciendum studiosoque virtutis si prevalebit fortuna et preciderit agendi facultatem non statim aversus inermisque fugiat latebras querens quasi ullus locus sit in quo non possit fortuna persequi sed parcius se inferat officiis et cum dilectu inveniat aliquid in quo utilis civitati sit. Si militare non licet honores petat. Privato vivendum est sit orator. Silentium indictum est tacita advocatione cives iuvet. Periculosum est etiam in forum ingredi in domibus spectaculis et conviviis bonum contubernalem fidelem amicum temperantem convivam agat. Officia civis amisit hominis exerceat. Ideo

magno animo nos non unius urbis menia clusimus et in totius orbis commercium emisimus patriamque nobis mundum professi sumus ut liceret latiorem virtuti campum dare. Preclusum tibi tribunal est et rostris prohiberis aut comiciis. Respice post te quantum latissimarum regionum pateat quantum populorum. Numquam ita magna pars tibi obstruetur ut non maior relinquatur. Sed vide ne totum hoc tuum vicium sit. Non vis enim nisi consul aut prytanis aut ceryx aut sufes administrare rem publicam. quid si militare nolis nisi imperator aut tribunus. Et si alii primam frontem tenebunt te sors inter triarios posuerit. inde voce adhortatione exemplo animo milita. precisis quoque manibus ille in prelio invenit quod partibus conferat qui stat tamen et clamore iuvat. tale quiddam facias si a prima te parte rei publice fortuna summoverit stes tamen et clamore iuves et si quis fauces oppresserit stes tamen et silentio iuves. Numquam inutilis est opera civis boni. Auditus enim visusque vultu nutu obstinatione tacita incessuque ipso prodest. Ut salutaria quedam citra gustum tactumque odore proficiunt ita virtus utilitatem ex longinquo et latens fundit. sive spaciatur et utitur suo iure sive precarios habet excessus cogiturque vela contrahere sive ociosa mutaque est et anguste circumsepta sive adaperta in quocumque habitu est prodest. Quid tu parum utile putas exemplum bene quiescentis. Longe itaque optimum est miscere ocium rebus quociens actuosa vita impedimentis fortuitis aut civitatis condicione prohibebitur. Numquam enim usque eo interclusa sunt omnia ut nulli actioni honeste locus sit. Numquid potes invenire urbem miseriorem quam Atheniensium fuit cum illam triginta tyranni divellerent. Mille trecentos cives optimum quemque occiderant nec finem ideo faciebant sed irritabat se ipsa sevicia. In qua civitate erat Areos pagos religiosissimum iudicium in qua senatus populusque senatui similis coibat cottidie carnificum triste collegium et infelix curia tyrannis angustabatur. poteratne illa civitas conquiescere in qua tot tyranni erant quot satellites essent. Ne spes quidem ulla recipiende libertatis animis poterat offerri nec ulli remedio locus apparebat contra tantam vim malorum. unde enim misere civitati tot Armodios. Socrates tamen in medio erat et lugentes patres consolabatur et desperantes de re publica exhortabatur et divitibus opes suas metuentibus expro-

videbat, ferat periculose avaritie penitentiam
et imitari volentibus magnum circumferebat
exemplar, cum inter triginta dominos liber
incederet. Hunc tamen athene ipse in carcere occide-
runt, et qui tuto insultaverat agmini tyran-
norum, eius libertatem libertas non tulit.
Et ut scias in afflicta re publica esse occasionem
sapienti viro ad se proferendum, et in florenti
ac beata petulantiam, invidiam, mille et alia in-
ertia vitia regnare. Utcumque ergo res publica se pre-
bebit, utcumque fortuna permittet, ita aut ex-
plicabimus nos aut contrahemus, utique move-
bimus nec alligati metu torpebimus. Immo
ille vir fuerit qui periculis undique imminentibus
armis circa et cathenis frementibus non
alliserit virtutem nec absconderit; non est enim
servare se obruere. Ut opinor Curius
Dentatus aiebat malle esse se mortuum quam vi-
vere. Ultimum malorum est e vivorum numero exi-
re antequam moriaris. Sed faciendum erit, si in rei
publice tempus minus tractabile incideris, ut plus
otio ac litteris vindices, nec aliter quam in periculo-
sa navigatione subinde portum petas, nec expec-
tes donec res te dimittant, sed ab illis te ipse
disiungas. Inspicere autem debemus primum
nosmetipsos, deinde ea que aggrediemur
negotia, deinde eos quorum causa aut cum quibus. Ante
omnia necesse est se ipsum estimare, quia fere plus no-
bis videmur posse quam possumus. Alius eloquentie fidu-
cia prolabitur, alius patrimonio suo plus im-
peravit quam ferre posset, alius infirmum cor-
pus laborioso pressit officio. Quorundam pa-
rum ydonea est verecundia rebus civilibus, que
firmam frontem desiderant; quorundam contumacia
non facit ad aulam; quidam non habent iram
in potestate et illos ad temeraria verba quelibet
indignatio effert; quidam urbanitatem
nesciunt continere nec periculosis abstinent
salibus: omnibus his utilior negotio quies
est. Ferox impatiensque natura irritamenta
nocitura libertatis evitet. Estimanda sunt deinde
ipsa que aggredimur, et vires nostre cum rebus quas
temptaturi sumus comparande. Debet enim semper
plus esse virium in auctore quam in onere. Necesse
est opprimant onera que ferente maiora sunt. Quedam
preterea non tam magna sunt negotia quam fecunda
multumque negotiorum ferunt, et hec refugienda sunt
ex quibus nova occupatio multiplexque na-
scetur. Nec accedendum eo unde liber regres-
sus non sit; his admovenda manus est
quorum finem aut facere aut certe sperare
possis. Relinquenda que latius actu procedunt

nec ubi proposueris desinunt. Hominum utique de-
lectus habendus est, an digni sint quibus par-
tem vite nostre impendamus, an ad illos temporis
nostri iactura perveniat. Quidam enim ultro
officia nobis nostra imputant. Athenodorus
ait ne ad cenam quidem se iturum ad eum qui
sibi nichil pro hoc debiturus sit. Puto intelligis
multo minus ad eos iturum qui cum amicorum of-
ficiis pares mensas faciunt, qui fercula pro
congiariis numerant, quasi in alienum honorem
intemperantes sint. Deme illis testes spe-
ctatoresque, non delectabit popina secreta.
Considerandum est utrum natura tua agendis
rebus an otioso studio contemplationique a-
ptior sit, et eo inclinandum quo te vis ingenii
feret. Ysocrates Ephorum iniecta manu a foro
subduxit, utiliorem componendis monumentis
hystoriarum ratus. Male enim respondent coacta
ingenia; reluctante natura irritus labor est.
Nichil tamen eque oblectaverit animum quam ami-
citia fidelis et dulcis. Quantum bonum est ubi pre-
parata sunt pectora in que tuto secretum omne desce-
dat, quorum conscientiam minus quam tuam timeas,
quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia con-
silium expediat, hylaritas tristitiam dissipet,
conspectus ipse delectat. Quos scilicet vacuos
quantum fieri potest a cupiditatibus eligemus. Ser-
punt enim vitia in proximum quemque transi-
liunt et contactu nocent. Itaque ut quod in
pestilentia curandum est ne correptis iam cor-
poribus et morbo flagrantibus assideamus, quia
pericula trahemus afflatuque ipso laborabimus,
ita in amicorum legendis ingeniis dabimus
operam quam ut minime inquinatos assumamus.
Initium morbi est egris sana miscere. Nec hoc
preceperim tibi ut neminem nisi sapientem sequaris
aut attrahas. Ubi enim istum invenies quem
tot seculis querimus? Pro optimo est minime malus.
Vix tibi esset facultas delectus felicioris,
si inter Platonas et Xenophontas et illum Socratici
fetus proventum bonos quereres, aut si tibi potestas
Cathoniane fieret etatis, que plerosque di-
gnos tulit qui Catonis seculo nascerentur,
sicut multos peiores quam umquam alias, maxi-
morumque molitores scelerum. Utraque enim turba
opus erat ut Cato posset intelligi; habere
debuit et bonos quibus se approbaret et ma-
los in quibus vim suam experiretur. Nunc vero in
tanta bonorum egestate minus fastidiosa fi-
at electio. Precipue tamen vitentur tristes et
omnia deplorantes, quibus nulla non causa in quere-
las placet. Constet illi licet fides et be-

afflatuque ipso

inviolata tranquillitati tamen minima est.
Omnes perturbatus et omnia gemens. Trans-
eamus ad patrimonia et maximam humanarum erum-
narum materiam. Nam si omnia alia quibus
angimur compares, mortes, egrotaciones, me-
tus, desideria, dolorum laborumque pacienciam
cum hiis que nobis mala pecunia nostra exhibe-
t, hec pars multum pregravabit. Itaque cogitandum est
quanto levior sit dolor non habere quam perdere, et
intelligimus paupertati eo minorem tormento-
rum quo minorem dampnorum esse materiam. Erras
enim si putas animosius detrimenta divites fer-
re. Maximis minimisque corporibus par est dolor
vulneris. Bion eleganter ait non minus mo-
lestum esse calvis quam comatis pilos velli.
Idem scias licet de pauperibusque par illis esse
tormentum; utrique pecunia sua obhesit
nec sine sensu revelli potest. Tollerabilius
autem est ut dixi faciliusque non acquirere quam
amittere. Ideoque leciores videbis quos numquam
fortuna respexit quam quos deseruit. Vi-
dit hoc Dyogenes vir ingentis animi et efficit
ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem
inopiam egestatem voca, quod voles in-
gnominiosum securitati nomen impone. Puta-
bo hunc non esse felicem si quem mihi alium inve-
neris cui nichil pereat. Aut ego fallor
aut regnum est inter avaros, circumscriptores,
latrones, plagiarios, unum esse cui noceri
non possit. Si quis de felicitate Dyoge-
nis dubitat, potest idem dubitare et de deorum
an parum beate degant quod illis nec predia
nec orti sint nec alieno colono rura pre-
ciosa nec grande in foro fenus. Non te pudet
quisquis divitiis ad stupores respice. Age-
dum mundum, nudos videbis deos, omnia
dantes, nichil habentes. Hunc tu pauperem putas
an diis immortalibus similem qui se fortuitis
omnibus exuit? Feliciorem tu Demetrium Pom-
peianum putas qui non puduit locuple-
tiorem esse Pompeio? Numerus illi cottidie ser-
vorum velut imperatori exercitus referebatur
cui iam dudum divicie esse debuerant duo
vicarii et cella laxior. At Dyogenem servus
unus fugit nec eum reducere cum monstraretur
tanti putavit. Turpe est inquit Mathen
sine Dyogene posse vivere, Dyogenem sine
Mathen non posse. Videtur mihi dixisse: Age
tuum negocium fortuna, nichil apud Dyoge-
nem iam tuum est. Fugit michi servus, ymo li-
ber abii. Familia petit vestiarium vi-
ctumque; tot ventres avidissimorum animalium

Nota de dyogene

gulam temperare

vii

ad

tuendi sunt, emenda vestis et custodiende ra-
pacissime manus et flentium detestantiumque
ministeriis utendum. Quanto ille felicior
qui nichil ulli debet nisi quod facillime
negat sibi. Sed quoniam non est nobis tantum roboris,
angustanda certe sunt patrimonia ut minus ad
inopias iniurias fortune simus exposita. Ha-
biliora sunt corpora imbecilla quam in arma sua
contrahi possunt quam que superfunduntur et undique
magnitudo sua vulneribus obiecit. Optimus
pecunie modus est qui nec in paupertatem cadit
nec procul a paupertate discedit. Placebit
autem hec nobis mensura si prius parsimonia pla-
cuerit, sine qua nec nulle opes sufficiunt
nec ulle non satis patent, presertim cum in vi-
cino remedium sit et possit ipsa paupertas in
divitias se advocata frugalitate convertere.
Assuescamus a nobis removere pompam
et usus rerum non ornamenta metiri. Cibus fa-
mem domet, potio sitim, libido quo necesse est
fluat. Discamus membris nostris inniti, cultum
victumque non ad nova componere exempla sed ut
maiorum mores suadent. Discamus continenciam
augere, luxuriam coercere, gloriam temperare, ira-
cundiam lenire, paupertatem equis oculis aspicere,
frugalitatem colere et si plus os pudebit, ei
plus desideriis naturalibus parvo parata reme-
dia adhibere, spes effrenata et animum in futura
imminentem velut sub vinculis habere, id agere
ut divitias a nobis potius quam a fortuna
petamus. Non potest umquam tanta varietas et
iniquitas casuum ita depelli ut non multum
procellarum irruat magna armamenta pan-
dentibus. Cogende in artum res sunt ut tela in
vanum cadant. Ideoque exilia interim calami-
tates que in remedium cessere et levioribus in-
commodis graviora sanata sunt. Ubi parum au-
dit precepta animus nec curari mollius potest, quid
non consulitur si et paupertas et ignominia re-
rum versio adhibetur? Malum malo opponitur.
Assuescamus ergo cenare posse sine populo et
servis paucioribus servire et vestes parare
in quod invente sunt et habitare contractius. Non
in cursu tantum circique certamine sed in hiis spaciis
vite interius flectendum est. Studiorum quoque que libera-
lissima impensa est tam diu rationem habet quam diu
modum. Quo innumerabiles libros et bibliothecas
quarum dominus vix tota vita indices perlegit?
Onerat discentem turba, non instruit; multo-
que satius est paucis te auctoribus tradere
quam errare per multos. xv milia librorum Allexan-
drie arserunt, pulcerrimum opulentie regie

monimentum. Alius laudaverat sic huius
quod elegantie regum curaeque egregium id opus
ait fuisse. Non fuit elegantia illud aut
cura sed studiosa luxuria, immo ne studio
sa quidem, quoniam non in studium sed in spectaculum
comparaverant. Sic plerisque ignaris et simi
lium literarum libri non studiorum instrumenta sed
cenationum ornamenta sunt. Parent itaque libro
rum comparatores satis sit. Nichil in apparatu ho
nestius inquis. Sed te impensis quam in corinthia
pictasque tabulas effundi, vitiosum est,
utrique quod nimium est. Illud hec tua ignosce
horum armario cedro atque ebore captantium
corpora conquireri et ignotorum autorum et im
buttorum et inter tot milia librorum oscitantium du
voluminumque frontes macie placeret
tuli quam apud desidiosissimos quod inde b quam
otiorumque historiarumque et temporum exteri
eta iocalamenta iam et inter balnearia et ther
mas bibliotheca quam necessaria domus ornamentum
expolitur. Ignosce plane si studiosos nimia
cupiditate urgeri. Nunc ista conquirita etiam ymaginibus
sunt descripta et sacros opera
ingeniosos in spe et celum. piorum comparant
dicit ad aliquemnus vite difficile incumsti et
tibi ignorata vel publica fortuna vel priva
ta laqueum impegit que non solvere posses
nec erumpere. Cogita compedibus primo egre
ferre onera et impedimenta crurum. Deinde
ubi non indignari illa sed pati proposuerunt
necessitas fortiter ferre docet. Consuetudo
fatale invenies in quolibet genere vite oblecta
menta et remissiones et voluptates, si vo
lueris mala putare mea potius quam invidi
osa facere. Nullo melius nove de nobis
nature meruit quam cum sciret quibus erumnis
nasceremur. Calamitatum mollimentum consue
tudinem invenit, cito in familiaritatem gravis
sima adducens. Nemo duraret si rerum ad
versarum eandem vim assiduitas haberet
quam primus ictus. Omnes cum fortuna copula
ti sumus. Aliorum aurea catena est, aliorum la
xa, aliorum arta et sordida. Sed quid refert,
eadem custodia universos circumdedit. Alligati
sunt etiam qui alligaverunt, nisi forte tu leviorem
in sinistram catenam putas. Alium honores, ali
um opes vinciunt. Quosdam nobilitas pre
mit, quibusdam aliena supra caput im
peria sunt, quibusdam sua. Quosdam exilia uno
no loco tenent, quosdam sacerdotia. Omnis
vite servitium est. Assuescendum itaque condi
cioni sue et quam minimum de illa querendum et

quecunque habet circa se commodi apprehendendum.
Nichil tam acerbum est in quo non equus animus
solacium inveniat. Exigue sepe aree in mul
tos usus describentis arte patuerunt et quamvis
angustum pedem dispositio fecit habitabilem.
Adhibe rationem difficultatibus: possunt et dura
molliri et angusta laxari et gravia scire fe
rentis minus premere. Non sunt preterea cupiditates
in longinquum mittende sed in vicinum illis exire
gradi permittamus, quoniam includi ex toto non
patiuntur. Relictis hiis que aut non possunt fieri
aut difficulter possunt, proposita spe eiusque nunc
ad ludentia sequamur sed sciamus omnia eque le
via esse extrinsecus diversas facies habentia,
introrsus pariter vana. Nec invideamus
altius stantibus. Que excelsa videbantur pre
rupta sunt. Illi rursus quos sors iniqua
in ancipiti posuit tutiores erunt superbia
detrahendo rebus per se superbis et fortunam
suam quam maxime poterunt in planum deferendo.
Multa quidem sunt quibus necesse horrendum sit
in vestigio suo ex quo non possunt nisi decidendo
descendere. Sed hoc ipsum testentur maximum onus suum
esse quod aliis graves esse coguntur, nec suble
vatos se sed suffixos. Iustitia mansuetudine
humana larga et benigna manu preparent mul
ta ad secundos casus presidia quorum spe securi
us pendeant. Nichil tamen eque nos ab hiis
animi fluctibus vendicaverit quam semper aliquem
incrementis terminum figere, nec fortune arbitrium
desinendi dare sed ipsos multo quidem citra
exempla hortentur consistere. Sic et aliquas cupiditates
animum acuerent et finite non in immensum incer
tumque producent. Ad imperfectos et mediocres
et male sanos hic meus sermo pertinet non
ad sapientem. Huic non timide nec pedetem
tim ambulandum est. Tanta enim fiducia sui
est ut obviam fortune ire non dubitet, nec umquam
loco illi cessurus sit. Nec habet ubi illam ti
meat, quia non mancipia tantum possessionesque
et dignitatem sed corpus quoque suum et oculos et ma
num et quicquid cariorem vitam facturum est
seque ipsum inter precaria numerat vivitque ut commo
datus sibi et reposcentibus tristis redditurus.
Nec ideo vilis est sibi quia scit se suum non esse,
sed omnia tam diligenter faciet tam circumspecte
quam religiosus homo solet tueri fidei commissa.
Quandoque autem reddere iubebitur, non queretur
cum fortuna sed dicet: Gratias ago pro eo
quod possedi habuique. Magna quidem res tu
a mercede colui, sed quia imperas do cedo.
Gratus libensque. Si quidem habere me tuum vo

lucris et nunc servabo. Si alium placet ergo
vero faciam. Signatumque argentum, domum,
familiamque meam reddo restituo. Appellavit
nos qui prior nobis credidit. Et huic dicamus:
Recipe animum meliorem quam dedisti. Non tergi
versor nec refugio. Paratum habes a volente quod
non sencienti dedisti. Aufer. Reverti unde
veneris quid grave est. Male vivet quisquis
nesciet bene mori. Huic itaque primum rei
precium detrahendum est et spiritus in servicia nume
randus. Gladiatores ut ait Cicero invisos
habemus si omni modo vitam impetrare cupiunt. Fa
vemus si contemptum eius preferunt. Idem evenire
nobis scias. Sepe enim causa moriendi est timi
de mori. Fortuna illa que ludos sibi facit: quo
inquit te reservare malum et trepidum animal.
Eo magis convulneraberis et confodieris quia ne
scis prebere iugulum. At tu et vives diucius
et morieris expedicius qui ferrum non subducta
cervice nec manibus oppositis sed animose recipis.
Qui mortem timebit nichil umquam pro homine
vivo faciet. At qui sciat hoc sibi cum concipere
tur statim condictum vivet ad formulam et simul illud
quoque eodem animi robore prestabit ne quid ex hiis
que veniunt subitum sit. Quicquid enim fieri potest
quasi futurum sit prospiciendo malorum omnium
impetus molliet qui ad preparatos expecta
tesque nichil afferunt novi. Securis et beata
tantum spectantibus graves veniunt. Morbus
est captivitas ruina ignis. Nichil horum re
pentinum est. Sciebam in quam tumultuosum me
contubernium natura clusisset. Totiens in vicinia
mea clamatum est, totiens preter limen immaturas
exequias fax cereusque precessit. Sepe alte
rius ruentis edificii fragor sonuit. Mul
tos ex hiis quos forum curia sermo mecum
contraxerat nox abstulit. Vinctas sodali
um manus copulatas intercidit. Mirer ad
me aliquando pericula accessisse que circa me
semper erraverunt. Magna pars hominum est que navi
gatura de tempestate non cogitat. Numquam
me in bona mali pudebit auctoris. Pu
blius tragicis comicisque vehementior inge
niis quociens mimicas ineptias et verba
ad summam caveam spectancia reliquit inter
multa alia cothurno non tantum sipario fortiora
et hoc ait: cuivis potest accidere quod cuiquam potest.
Hoc si quis in medullas demiserit et omnia
aliena mala quorum ingens cotidie copia est sic
aspexerit tamquam liberum illis et ad se iter sit
multo ante se armabit quam petatur. Sero animus
ad periculorum pacienciam post pericula instruitur. Non
putavi hoc futurum. Et umquam tu hoc eventurum cre
didisses. Quare autem non. Que sunt divicie
quas non egestas et mendicitas a tergo sequatur.
Que dignitas cuius non pretextam et augura
lem et lora patricia sordes comitentur et
exportatio nota et mille macule et extrema
contemptio. Quod regnum est cui non parata sit ru
ina et proculcatio et dominus et carnifex. Nec
magnis ista intervallis divisa sed hore mome
tum interest inter solium et aliena genua. Sci
to ergo omnem condicionem versabilem esse et quic
quid in ullum incurrit posse in te quoque incurrere.
Locuples es. Numquid divicior Pompeio. Cui
cum Gaius vetus cognatus hospes novus
aperuisset Cesaris domum ut suam cluderet
defuit panis aqua. Cum tot flumina pos
sideret in suo orientia in suo cadentia me
dicavit stillicidia. Fame ac siti periit in
pallacio cognati dum illi heres publicum
funus esurienti locat. Honoribus summis
functus es. Numquid aut tam magnis aut tam
insperatis aut tam universis quam Seianus. Quo
die illum senatus deduxerat populus in frusta
divisit. In quem quicquid congeri poterat dii ho
minesque contulerant. Ex eo nichil superfuit
quod carnifex traheret. Rex es. Non ad Cresum
te mittam qui rogum suum et descendit iussus
et extingui vidit factus non regno tantum et
morti sue superstes. Non ad Iugurtam quem populus Romanus
intra annum quam timuerat spectavit. Ptolome
um Africe regem Armenie Mithridatem
inter Gaianas custodias vidimus. Alter in
exilium missus est. Alter ut meliore fide mit
teretur optabat. In tanta rerum sursum ac de
orsum euncium versacione si non quicquid fieri
potest pro futuro habes das in te vires rebus adver
sis quas infregit quisquis prior vidit. Proximum
ab hiis erit ne aut in supervacuis aut in
supervacuo laboremus, id est ne que non possumus
consequi concupiscamus aut adepti vanitatem cupi
ditatum nostrarum sero post multum pudorem
intelligamus, id est ne aut labor irritus sit sine
effectu aut effectus labore indignus. Fere enim
ex hiis tristicia sequitur si aut non suc
cessit aut successus pudet. Circumcidenda
concursio qualis est magne parti hominum do
mos et theatra et fora perrancium. Alienis
se negociis offerunt semper aliquid agentibus
similes. Horum si aliquem exeuntem e do
mo interrogaveris quo tu quid cogitas
respondebit tibi: non me hercules scio sed aliquos
videbo aliquid agam. Sine proposito vagantur.

querentes negotia, nec quod destinauerunt
agunt, sed in quod incurrerunt. Inconsultus illis ua
nusque cursus est, qualis formicis per arbusta
repentibus, que in summum cacumen et inde in
imum inanes aguntur. His plerique similem
uitam agunt, quorum non inmerito quis inquietam
inertiam dixerit. Quorundam quasi ad incendi
um currentium misereberis, usque eo impellunt
obuios et se aliosque precipitant, cum interim
cucurrerunt aut salutaturi aliquem non resaluta
turum, aut funus ignoti hominis prosecuturi, aut ad
iudicium litigantis, aut ad sponsalia sepe nu
bentium, et lecticam assectati quibusdam locis
etiam tulerunt. Deinde domum cum superuacua re
deuntes lassitudine iurant nescisse se ipsos
quare exierint, ubi fuerint, postero die erraturi
per eadem uestigia. Omnis itaque labor aliquo
referatur, aliquo respiciat. Non industria
inquietos et insanos, falso rerum imagines
agitant. Nam ne illi quidem sine aliqua spe
mouentur. Proritat illos alicuius rei species, cu
ius uanitatem capta mens non coarguit. Eodem mo
do unumquemque ex his qui ad augendam turbam
exeunt, inanes et leues cause per urbem circum
ducunt. Nichilque habentem in quod laboret lux or
ta expellit, et cum multorum frustra liminibus illi
sus nomenculatores persalutauit, a multis
exclusus, neminem ex omnibus difficilius domi
quam se conuenit. Ex hoc malo dependet illud te
terrimum uitium, auscultatio et publicorum se
cretorumque inquisitio et multarum rerum scientia, que
nec tuto audiuntur. Hoc secutum puto Demo
critum ita cepisse: qui tranquille uolet uiuere,
nec priuatim agat multa nec publice, ad super
uacua scilicet referentem. Nam si necessaria sunt, et
priuatim et publice non multa tantum sed innumera
bilia agenda sunt. Ubi uero nullum officium so
lemne nos citat, inhibende actiones. Nam qui
multa agit, sepe fortune potestatem sui facit,
quam tutissimum est raro experiri. Ceterum semper de illa
cogitare et nichil sibi de fide eius promittere. Naui
gabo nisi si quid inciderit, et pretor fiam nisi
quid obstiterit, et negotiatio mihi respondebit
nisi si quid interuenerit. Hoc est quare sapienti nichil contra
opinionem dicimus accidere. Non illum casibus
hominum excepimus, sed erroribus; nec illi omnia ut
uoluit cedunt, sed ut cogitauit. In primis autem
cogitauit aliquid posse propositis suis resi
stere. Necesse est autem leuius ueniat animo destitu
te cupiditatis dolorem, cui successum non uti
que promiseris. Faciles etiam nos facere debemus,
ne nimis destinatis rebus indulgeamus. Trans
eamus in ea in que nos casus deduxerit, nec
mutationes aut consilii aut status pertimescamus,
dum nos leuitas, inimicissimum quieti uitium,
non excipiat. Nam et pertinacia inquieta est an
xia et misera sit, cui fortuna sepe aliquid extor
quet; et leuitas multa grauior, nusquam
se continens. Utrumque infestum est tranquillitati, et
nichil mutare posse et nichil pati. Utique animus
ab omnibus externis in se reuocandus est. Sibi
confidat, se gaudeat, sua suspiciat, recedat
quantum potest ab alienis et se sibi applicet,
damna non sentiat, et aduersa benigne interpretetur.
(Nunciato naufragio Zenon noster, cum omnia
sua audiret submersa, iubet, inquit, me fortu
na expeditius philosophari. Minabatur Theodoro
philosopho tirannus mortem et quidem insepultam.
Habes, inquit, cur tibi placeas, hemina
sanguinis in tua potestate est. Nam quod ad se
pulturam pertinet, o te ineptum, si putas me
interesse supra terram an infra putre
scam. Canius Iulius uir in primis magnus,
cuius admirationi nec hoc quidem obstat quod no
stro seculo natus est, cum Gaio diu altercatus, postquam
abeunti Phalaris ille dixit: Ne forte in
epta spe tibi blandiaris, duci te iussi. Gratias
inquit ago, optime princeps. Quid senserit
dubito. Multa enim mihi occurrunt. Contumeliosus
esse uoluit et ostendere quanta crudelitas esset
in qua mors beneficium erat. An exprobrauit
illi cotidianam dementiam. Agebant enim
gratias et quorum liberi occisi et quorum bona
ablata erant. An tanquam libertatem liben
ter accepit. Quicquid est, magno animo respondit.
Dicet aliquis: potuit post hoc iubere illum Gaius
uiuere. Non timuit hoc Canius. Nota erat Gaii
in talibus imperiis fides. Credis nec illum
decem medios usque ad supplicium dies illa
sollicitudine exegisse. Verisimile non est que
uir ille dixerit, que fecerit, quam in tranquillo
fuerit. Ludebat latrunculis cum centurio agmen
periturorum trahens illum quoque citari iubet.
Vocatus numerauit calculos et sodali suo uide
inquit ne post mortem meam mentiaris te ui
cisse. Tum annuens centurioni: testis, inquit,
eris uno me antecedere. Lusisse tu Canium
illa tabula putas? Illusit. Tristes erant a
mici talem amissuri uirum. Quid mesti, inquit,
estis? Vos queritis an inmortales anime sint;
ego iam sciam. Nec desiit ueritatem in ipso fine
scrutari et ex morte sua questionem habere. Prose
quebatur illum philosophus suus, nec iam procul erat tu
mulus in quo Cesari deo nostro fiebat cotidianum

[illegible] Zenonis

mum sacrius. Is quidem mihi kane nunc co-
gitatis a' que times. Obseruare ist ka-
ne ut cogitatis atque timetis. Obseruare ist
kanus propositum illo uelocissimo momento an
sensurus sit animus exire se perinsit. quod si
quid explorasset exsequiantur amicos amici
catus quis esset animi status. ecce in me
dia tempestate tranquillitas. ecce animus eter-
nitate dignus qui fatum suum in argumentum
ueri uocat. qui in ultimo illo gradu posi-
tus exeuntem animam percunctatur. nec usque ad
mortem tantum sed aliquid ex ipsa morte discit.
Nemo diucius philosophatus. sed non raptim reli-
quetur magnus uir et cum cura dicendus.
dabimus te in omnem memoriam clarissimum
caput. gaiane cladis magna porcio. Sed
nichil prodest priuate tristicie causas abiecisse.
occupat enim non nunquam odium generis humani.
et occurrit tot scelerum felicium turba. cum
cogitaueris quam sit rara simplicitas et quam
ignota innocentia et uix unquam nisi cum expedit
fides. et lucra dampnaque pariter inuisa et am-
bicio usque eo iam suis se non continens termi-
nis ut per turpitudinem splendeat. agitur animus in
noctem et uelut euersis uirtutibus quas nec
sperare licet nec habere prodest tenebre obo-
riuntur. In hoc itaque flectendi sumus ut
omnia uulgi uicia non inuisa nobis sed ridicula
uideantur et democritum pocius imitemur quam
eraclitum. Hic enim quotiens in publicum proces-
serat flebat. ille ridebat. huic omnia que
agimus miserie. illi inepcie uidebantur. Ele-
uanda ergo omnia et facili animo ferenda. Hu-
manius est deridere uitam quam deplorare. Adice quod
de humano genere melius meretur qui ridet illud
quam qui luget. Ille et spei bone aliquid relinquit.
Hic autem stulte deflet que corrigi posse de-
sperat. et uniuersa contemplatus maioris animi
est qui risum non tenet quam qui lacrimas.
quam leuissimum affectum animi mouet et nichil
magnum. nichil seuerum. Ne miserum quidem
ex tanto paratu putat. Singula propter que leti
ac tristes sumus sibi quisque proponat et sciet
uerum esse quod Bion dixit. Omnia hominum nego-
cia simillima initiis esse. nec uitam illorum ma-
gis sanctam aut seueram esse quam conceptus incho-
natus. Sed satius est publicos mores et huma-
na uicia placide accipere nec in risum nec in la-
crimas excidentem. Nam alienis malis tor-
queri eterna miseria est. alienis delectari
malis uoluptas inhumana. Sicut illa
inutilis humanitas flere quia non aliis filium effe-
rat et frontem suam fingere. In suis quoque ma-
lis id agere te oportet ut dolori des tantum quantum
consuetudo. Plerique enim lacrimas fundunt
ut ostendant. et totiens siccos oculos habent
quotiens spectator defuit. turpe iudican-
tes non flere cum omnes faciant. adeo penitus
hoc se malum fixit ex aliena opinione pen-
dere. ut in simulacionem eciam res simplicissima
dolor ueniat. Sequitur pars que solet non inmerito
contristare et in sollicitudinem adducere. ubi bo-
norum exitus mali sunt. ubi socrates cogitur
in carcere mori. rutilius in exilio uiuere. Pom-
peius et cicero clientibus suis prebere ceruicem.
Cato ille uirtutum uiua ymago incumbens
gladio simul de se ac de re publica palam facere.
Necesse est torqueri tam iniqua premia fortunam
persoluere. et quid sibi quisque nunc speret cum
uideat pessima optimos pati. Quid ergo est.
Vide quomodo quisque illorum tulerit. et si fortes
fuerunt ipsos illos animo desidera. si muliebri-
ter et ignaue perierunt nichil periit. Aut di-
gni sunt quorum uirtus tibi placeat aut indigni
quorum desideretur ignauia. Quid enim est turpius quam
si maximi uiri timidos fortiter moriendo fa-
ciunt. Laudemus totiens dignum laudibus et di-
camus tanto fortior tanto felicior. humanos
effugisti casus liuorem morbum. existi ex
custodia. Non tu dignus mala fortuna
dis uisus es sed indignus in quem iam aliquid
fortuna posset. Subducentibus uero se et in ipsa
morte ad uitam respectantibus manus
inicienda est. neminem flebo letum. neminem
flentem. ille lacrimas meas ipse abstersit.
hic suis lacrimis effecit ne ullis dignus sit.
Ego herculem fleam quod uiuus uritur. aut regulum
quod tot clauis transfigitur. aut catonem quod uulnera
sua omnes isti leui temporis impensa inuenerunt
quomodo eterni fierent. Ad immortalitatem mo-
riendo uenerunt. Est et illa sollicitudinum
non mediocris materia si te anxie componas
nec ullis simpliciter ostendas qualis multorum
uita est ficta et ostentacioni parata. Torquet
enim assidua obseruacio sui et deprehendi aliter
ac solet metuit. Nec unquam cura soluimur
ubi totiens nos estimari putamus quotiens
aspici. Nam et multa incidunt que
inuitos denudent. et ut bene cedat tanta
sui diligencia non tamen iocunda uita aut se-
cura est semper sub persona uiuencium. At illa
quantum habet uoluptatis sincera et per se ornata
simplicitas nichil obtendens moribus su-
is. Subit tamen et hec uita contemptus periculum sed

omnia omnibus patet. Sed ei qui fastidiant quamquam prius audiatur. Sed non vitu ti periculum est ne admota oculis revelletur. et satius est simplicitate contemni quam perpetua simulatione torqueri. Modum tamen rei adhibeamus. multum interest simpliciter vivas an neglegenter. multum et in se recedendum est. Conversatio enim dissimilium bene composita disturbat et renovat affectus et quicquid imbecillum in animo nec percuratum est exulcerat. Miscenda tamen ista et alternanda sunt solitudo et frequentia. Illa nobis faciet hominum desiderium haec nostri. et erit altera alterius remedium. odium turbe sollicitudo sanabit. tedium sollicitudinis turba. Nec in eadem intentione retinenda mens est. sed ad iocos devocanda. Cum puerulis Socrates ludere non erubescebat et Cato vino laxabat animum curis publicis fatigatum. et Scipio triumphale illud ac militare corpus movebat ad numeros non molliter se infringens ut nunc mos est etiam incessu ipso ultra muliebrem mollitiem fluentibus sed ut antiqui illi viri solebant inter lusum ac festa tempora virilem in modum tripudiare non facturi detrimentum etiam si ab hostibus suis spectarentur. Danda est animis remissio. meliores acrioresque requieti surgent. Ut fertilibus agris non est imperandum. cito enim illos exhauriet numquam intermissa fecunditas. ita animorum impetus assiduus labor franget. vires recipient paulum resoluti et remissi. Nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio quedam et languor. Nec ad hoc tanta hominum cupiditas tenderet nisi naturalem quandam voluptatem haberet lusus iocusque. quorum frequens usus omne animis pondus omnemque vim eripiet. Nam et somnus refectioni necessarius est. hunc tamen si per diem noctemque continues mors erit. Multum interest remittas aliquid an solvas. Legum conditores festos instituerunt dies ut ad hilaritatem homines publice cogerentur. tamquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. et magni ut dixi viri quidam sibi menstruas certis diebus ferias dabant. Quidam nullum diem inter otium et curas dividebant. qualem Pollionem Asinium oratorem meminimus quem nulla res ultra decimam retinuit. Ne epistolas quidem post eam horam legebat ne quid nove cure nasceretur. sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidam medio die interiunxerunt et in post meridianas horas aliquid levioris opere distulerunt. Maiores quoque nostri novam relationem post horam decimam in senatu fieri vetabant. Miles vigilias dividit et mox immunis est ad expeditionem redeuntium. Indulgendum est animo dandumque subinde otium quod alimenti ac virium loco sit. Et in ambulationibus apertis vagandum ut celo libero et multo spiritu augeat attollatque animus se. Aliquando vectatio iterque et mutata regio vigorem dabunt. convictusque et liberalior potio. Nonnumquam et usque ad ebrietatem veniendum. non ut mergat nos sed ut deprimat. Eluit enim curas et ab imo animum movet. et ut morbis quibusdam ita tristitie medetur. Liberque non ob licentiam lingue dictus est inventor vini. sed quia liberat servitio curarum animum et asserit vegetatque et audaciorem in omnes conatus facit. Solonem Archesilamque indulsisse vino credunt. Catoni ebrietas obiecta est. facilius efficiet quisquis obiecerit hoc crimen honestum quam turpem Catonem. Sed nec sepe faciendum est ne animus malam consuetudinem ducat. et aliquando tamen in exultationem libertatemque extrahendus. tristisque sobrietas removenda paulisper. Nam sive Greco poete credimus. aliquando et insanire iocundum est. sive Platoni frustra poeticas fores compos sui pepulit. sive Aristoteli nullum magnum ingenium sine mixtura dementie fuit. Non potest grande aliquid et super ceteros loqui nisi mota mens. Cum vulgaria et solita contempsit instinctuque sacro surrexit excelsior. Tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali. Non potest sublime quicquam et in arduo positum contingere quamdiu apud se est. Desistat oportet a solito et efferatur et mordeat frenos et rectorem rapiat suum eoque ferat quo per se timuisset ascendere. Habes Serene remedia que possint tranquillitatem tueri que restituant que subrepentibus vitiis resistant. Illud tamen scito nichil horum satis esse validum rem imbecillam servantibus nisi intenta et assidua cura circuit animum labentem.

Explicit liber Lucii Annei Senece de tranquillitate animi ad Serenum.

Incipit liber eiusdem de brevitate vite ad Paulinum. Sequitur.

Maior pars mortalium Pauline de nature malignitate conqueritur quod in exiguum evi gignimur quod hec tam velociter tam rapide data nobis temporis spacia decurrant adeo ut exceptis ad modum paucis ceteros ipso vite apparatu vita destituat. Nec huic publico ut opinantur malo turba tantum et imprudens vulgus ingemuit. clarorum quoque virorum hic affectus querelas evocavit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est vitam brevem esse longam artem. Inde Aristotelis cum rerum natura exigenti minime conveniens sapienti viro lis est. Aut illi iam aetatibus tantum indulsisse ut quinque aut decem secula educerent homini tam multa ac maiora genito tam citeriorem terminum stare. Non exiguum temporis habemus sed multum perdidimus. Satis longa vita et in maximarum rerum consummationem satis large data est si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligenciam defluit ubi nulli bone rei impenditur ultima demum necessitate cogente quam ire non intelleximus transisse sentimus. Ita est. Non accepimus brevem vitam sed fecimus nec inopes eius sed prodigi sumus. Sicut ample et regie opes ubi ad malum dominum pervenerunt momento dissipantur. At quamvis modice si bono tradite custodi sunt usu crescunt ita etas nostra bene disponenti multum patet. Quid de rerum natura querimur. illa se benigne gessit. Vita si uti scias longa est. Alium insatiabilis tenet avaricia. alium in supervacuis laboribus operosa sedulitas. alius vino madet alius desidia torpet. alium defatigat ex alienis iudiciis suspensa semper ambitio. alium mercandi preceps cupiditas circa omnes terras omnia maria spe lucri ducit. quosdam torquet cupido militie. nunquam non aut alienis periculis intentos aut suis anxios. Sunt quos ingratus superiorum cultus voluntaria servitute consumat. Multos aut affectatio aliene forme aut sue detinuit. plerosque nichil certum sequentes vaga et inconstans et sibi displicens nominas per nova consilia iactavit. Quibusdam nichil quo cursum dirigant placet. Sed marcentes oscitantes que fata deprendunt. adeo ut quod apud maximum poetarum more oraculi dictum est verum esse non dubitem. Exigua pars est vite qua vivimus. Ceterum quidem omne spacium non vita sed tempus est. Urgentia circumstant vicia undique nec surgere aut in dispectu veri attollere oculos sinunt. et emersos et in cupiditatem infixos premunt. Nunquam illis recurrere ad se licet. Si quando aliqua fortuito quies contigit velut profundo mari in quo post ventum volutatio est fluctuantur. de istis me putas dicere quorum in confesso mala sunt. Aspice illos ad quorum felicitatem concurritur bonis suis effocantur. Quam multis divicie graves et quam multorum eloquencia quotidiano ostentandi ingenii spacio sanguinem educit. Quam multi continuis voluptatibus pallent. Quam multis nichil liberi relinquit circumfusus clientum populus. Omnes denique istos ab infimis usque ad summos pererra. hic advocat. hic adest. Ille defendit. Ille iudicat. nemo se sibi vendicat. alius in alium consumitur. Interroga de istis quorum nomina ediscuntur. hijs illos dinosci videbis notis. Ille illius cultor est. hic illius. suus nemo est. Deinde dementissima quorundam indignatio est. Queruntur de superiorum fastigio quod ipsis adire volentibus non vacaverit. audet quisquam de alterius superbia queri qui sibi ipse nunquam vacavit. Ille tamen te quisquis est insolenti quidem vultu et aliquando respexit. Ille aures suas ad tua verba dimisit. Ille te ad latus suum recepit. Tu inspicere te nunquam non audire dignatus es. Non est itaque quod ista officia cuiquam imputes quoniam quidem cum illa faceres non esse cum alio volebas sed tecum esse non poteras. Omnia licet que unquam ingenia fulserunt in hoc unum consenciant. nunquam satis hanc humanarum mencium caliginem mirabuntur. predia sua occupari a nullo patiuntur. Et si exigua contentio est de modo finium et ad lapides et arma discurrunt. In vitam suam incedere alios sinunt. immo vero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt. Nemo invenitur qui pecuniam suam dividere velit. Vitam unusquisque quam multis distribuit. Astricti sunt in continendo patrimonio. simul ad iacturam temporis ventum est profusissimi in eo cuius unius honesta avaricia est. Libet itaque ex seniorum turba comprehendere aliquem. pervenisse te ad ultimum etatis humane videmus. Centesimus tibi super premitur annus. Agedum ad computacionem etatem tuam revoca. et percensere quantum ex isto tempore creditor quantum amica quantum rex quantum cliens abstulerat. quantum lis uxoria. quantum servorum coercitio. quantum officiosa per urbem discursatio. Adice morbos quos manu fecimus. Adice quod et sine usu

iaceant in debiis et paucioribus? Hec animos quam multos repente memoria teneat? quam certi consilii fueris, quanto quesitis dies, ut destinaveris, recesserit, quam tibi usus tui fuerit quam in statu suo minus, quam interpositis aliquid tibi vitam longo ero facti opus sit, quam multi vitam diripuerit te non sentiente, quid perdideris, quantum vanus dolor, stulta leticia, avida cupiditas, blanda conversatio abstulerit, quam exiguum tibi de tuo relictum sit, intelliges te inmaturum mori. Quid ergo est in causa? tamquam semper victuri vivitis, numquam vobis fragilitas vestra succurrit, non observatis quantum iam temporis transierit, velud ex pleno et habundanti perditis, cum interim fortasse ille ipse qui alicui vel homini vel rei donatur dies ultimus sit. Omnia tamquam mortales timetis, omnia tamquam immortales concupiscitis. Audies plerosque dicentes: A quinquagesimo anno in ocium secedam, sexagesimus me annus ab officiis dimittet. Et quem tandem longioris vite accipis? quis ista sicut disponis ire patietur? Non pudet te reliquias vite tibi reservare et id solum tempus bone menti destinare quod in nullam rem conferri possit? Quam serum est tunc incipere vivere cum desinendum est? Que tam stulta mortalitatis oblivio in quinquagesimum et sexagesimum annum differre sana consilia et inde velle vitam inchoare quo pauci perduxerunt? Potentissimis et in altum sublatis hominibus excidere voces videbis quibus ocium optent, laudent, omnibus bonis suis preferant; cupiunt interim ex illo fastidio suo si tuto liceat descendere. Nam ut nichil extra lacessat aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit. Divus Augustus cui dii plura quam ulli prestiterunt non desiit quietem sibi precari et vacationem a re publica petere. Omnis eius sermo ad quod semper revolutus est ut speraret ocium. Hoc labores suos et si falso dulci tamen oblectabat solacio. In quadam ad senatum missa epistola cum requiem suam non vacuam fore dignitatis nec a priore gloria discrepantem pollicitus esset, hec verba inveni: Sed ista fieri speciosius quam promitti possunt. Me tamen cupido temporis optatissimi mihi provexit ut quoniam rerum leticia moratur adhuc, perciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine. Tanta visa est res ocium ut illam quia usu non poterat cogitatione presumeret. Qui omnia videbat ex se uno pendentia, qui hominibus ac gentibus fortunam dabat, illum diem letissimum cogitabat quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat quantum illa per omnes terras fulgentia sudoris exprimeret, quantum occultas sollicitudines tegeret; cum civibus primum, deinde cum collegis, novissime cum affinibus coactus armis decernere mari terraque sanguinem fudit. Per Macedoniam, Siciliam, Egiptum, Syriam, Asiamque et omnes prope horas bello circumactus, Romana cede lassos exercitus ad externa bella convertit. Dum Alpes pacat immixtosque medie paci et imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum et Eufraten et Danubium terminos movet, in ipsa urbe Murene, Cepionis, Lepidi, Egnatiorum in eum mucrones acuebantur. Nondum horum effugerat insidias, filia et tot nobiles iuvenes adulterio velut sacramento adacti iam infractam etatem terrebant, plusque et iterum timenda cum Antonio mulier. Hec ulcera cum ab ipsis membris absciderat, alia subnascebantur; velut grave multo sanguine corpus partes semper aliquam rumpebant. Itaque ocium optabat et huius spe et cogitatione labores eius residebant. Hoc votum erat eius qui voti compotes facere poterat.

M. Cicero inter Catellinas, Clodios iactatus, Pompeiosque et Crassos, partim manifestos inimicos, partim dubios amicos, cum fluctuatur cum re publica et illam pessum euntem tenet, novissime abductus, nec secundis rebus quietus nec adversarum patiens, quotiens illum ipsum consulatum suum non sine causa sed sine fine laudatum detestatur? Quam flebiles voces exprimit in quadam ad Atticum epistola, iam victo patre Pompeio, adhuc filio in Hispania fracta arma refovente: Quid agam, inquit, hic queris? moror in Tusculano meo semiliber. Alia deinceps adiciat quibus et priorem etatem complorat et de presenti queritur et de futura desperat. Semiliberum se dicit Cicero. At me hercules numquam sapiens in tam humile nomen procedet, numquam semiliber erit, integre semper libertatis et solide, solutus et sui iuris et altior ceteris. Quid enim supra eum potest esse qui supra fortunam est?

Livius Drusus vir acer et vehemens cum leges novas et mala Gracchana movisset, stipatus ingenti totius Ytalie cetu, exitum rerum non pervidens, quas nec agere licebat nec iam liberum erat semel inchoatas relinquere, execratus inquietam a primordiis vitam dicitur dixisse uni sibi ne puero quidem umquam ferias contigisse. Ausus est enim et pupillus adhuc et pretextatus iudicibus

ser. c. iii

Seneca ad Marciam? [illegible]

Seneca? Livius

reos commendare et gratiam suam foro imponere tam efficaciter quidem ut quedam iudicia constet ab illo rapta. Quo non erumperet tam immatura ambicio? Scires et mala ingens et privatum et publicum evasuram tam precoquem audaciam. Sero itaque querebatur nullas sibi ferias contigisse a puero seditiosus et foro gravis. Disputatur an ipse sibi manus attulerit. Subito enim vulnere per inguen accepto collapsus est, aliquo dubitante an mors eius voluntaria esset, nullo an tempestiva.

Supervacuum est commemorare plures qui cum aliis felicissimi viderentur ipsi in se verum testimonium dixerunt perosi omnem actum annorum suorum. Sed his querelis nec alios mutaverunt nec se ipsos. Nam cum verba erupere, affectus ad consuetudinem relabuntur. Vestra mehercules vita licet supra mille annos exeat in artissimum contrahetur. Ista vicia nullum non seculum devorabunt. Hoc vero spacium quod quamvis natura currit ratio dilatat cito vos effugiat necesse est. Non enim apprehenditis nec retinetis nec velocissime omnium rei moram facitis, sed abire ut rem supervacuam ac reparabilem sinitis.

In primis autem et illos numero qui nulli rei nisi vino ac libidini vacant. Nulli enim turpius occupati sunt. Ceteri etiam si vana glorie ymagine teneantur, speciose tamen errant. Licet avaros mihi licet iracundos enumeres vel odia exercentes iniusta vel bella, omnes isti virilius peccant. In ventrem ac libidinem proiectorum inhonesta labes est. Omnia istorum tempora excute, aspice quamdiu computent, quamdiu insidientur, quamdiu timeant, quamdiu colant, quamdiu colantur, quamdiu vadimonia sua atque aliena occupent, quantum convivia que iam officia sunt. Videbis quemadmodum illos respirare non sinant vel mala sua vel bona.

Denique inter omnes convenit nullam rem exerceri bene posse ab homine occupato, non eloquentiam, non liberales disciplinas, quando districtus animus nichil altius recipit, sed omnia velut inculcata respuit. Nichil minus est hominis occupati quam vivere. Nullius rei difficilior scientia est. Professores aliarum artium vulgo multi sunt, quasdam vero ex his pueri admodum ita percepisse visi sunt ut et precipere possent. Vivere tota vita discendum est et, quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori. Tot maximi viri relictis omnibus impedimentis, cum diviciis officiis voluptatibus renunciassent, hoc unum in extremam usque etatem egerunt ut vivere

scirent. Plures tamen ex his hoc idem se scire confessi vita abierunt, nedum ut isti sciant. Magni mihi crede et supra humanos errores eminentis viri est nichil ex suo tempore delibari sinere, et ideo eius vita longissima est quia quantumcumque patuit totum ipsi vacavit. Nichil inde incultum otiosumque vacavit, nichil sub alio fuit, neque enim quicquam repperit dignum quod cum tempore suo permutaret custos eius parcissimus. Itaque satis illi fuit. His vero necesse est defuisse ex quorum vita multum populus tulit.

Nec est quod putes hunc illos aliquando non intelligere dampnum suum. Plerosque certe audies ex his quos magna felicitas gravat inter clientium greges aut causarum actiones aut ceteras honestas miserias exclamare interdum: vivere non licet. Quidni non liceat? Omnes illi qui te sibi advocant tibi abducunt. Ille reus quot dies abstulit, quot ille candidatus, quot illa anus efferendis heredibus lassa, quot ille ad irritandam avariciam captantium simulatus eger, quot ille potentior amicus qui vos non in amiciciam sed in apparatum habet. Dispunge inquam et recense vite tue dies: videbis paucos admodum et reiculos apud te resedisse. Assecutus ille quos optaverat fasces cupit ponere et subinde dicit: quando hic annus preteribit? Facit ille ludos quorum sortem sibi obtingere magno extimavit: quando inquit istos effugiam? Diripitur ille toto foro patronus et magno concursu omnia ultra quam audiri potest complet: quando inquit res proferentur? Precipitat quisque vitam suam et futuri desiderio laborat, presentium tedio. At ille qui nullum non tempus in usus suos confert, qui omnes dies tamquam vitam ordinat, nec optat crastinum nec timet. Quid enim est quod iam ulla hora nove voluptatis possit afferre? Omnia nota, omnia ad sacietatem percepta sunt. De cetero fortuna ut volet ordinet: vita iam in tuto est. Huic adici potest, detrahi nichil, et adici sic quemadmodum saturo iam ac pleno aliquid cibi quod nec desiderat capit. Non est itaque quod quemquam propter canos aut rugas putes diu vixisse. Non ille diu vixit sed diu fuit. Quid enim si illum multum putes navigasse quem seva tempestas a portu exceptum huc et illuc tulit ac vicibus ventorum ex diverso furentium per eadem spacia in orbem egit? Non ille multum navigavit sed multum iactatus est.

Mirari soleo cum video aliquos tempus petere

tes et eos qui rogant facilius illud vitare sperat. pro quod tempus petitum est ipsum quidem nemo quia michil petitur quasi nichil datur. Res omnium preciosissima luditur. ymo pene nullum eius precium est. Annua et congiaria homines karissime accipiunt et in hijs aut laborem aut operam aut diligentiam suam locant. Nemo extimat tempus. utuntur illo laxius quasi gratuito. At eosdem egros vide si mortis periculum propius admotum est medicorum genua tangentes. Si metuunt capitale supplicium omnia sua ut vivant paratos impendere. tanta in illis discordia affectuum est. Quod si posset quemadmodum preteritorum annorum cuiusque numerus proponi sic futurorum. quomodo illi qui paucos viderent superesse trepidarent. quomodo illis parcerent. Atqui facile est quamvis exiguum dispensare quod certum est. id debet servari diligentius quod nescias quando deficiat. Nec est tamen quod putes illos ignorare quam cara res sit. dicere solent eis quos validissime diligunt paratos se partem annorum suorum dare. dant nec intelligunt. dant autem ita ut sine illorum detrimento sibi detrahant. sed hoc ipsum an detrahant nesciunt. ideo tolerabilis est illis iactura detrimenti latentis. Nemo restituet annos. nemo iterum te tibi reddet. ibit qua cepit etas nec cursum suum aut revocabit aut supprimet. nichil tumultuabitur. nichil admonebit velocitatis sue. tacita labetur. Non illa se regis imperio non favore populi longius proferet. Sicut missa est a primo die curret. nusquam devertetur. nusquam remorabitur. Quid fiet. tu occupatus es. vita festinat. mors interim aderit. cui velis nolis vacandum est. Potestne quicquam sensus hominum eorum dico qui prudentiam iactant operosius occupati sunt. ut melius possint vivere impendio vite vitam instruunt. Cogitationes suas in longum ordinant. Maxima porro vite iactura dilatio est. illa primum quemque extrahit diem. illa eripit presentia dum ulteriora promittit. Maximum vivendi impedimentum est expectatio que pendet ex crastino. perdit hodiernum. quod in manu fortune positum est disponis. quod in tua dimittis. Quo spectas. quo te extendis. omnia que ventura sunt in incerto iacent. protinus vive. clamat ecce maximus vates et velud divino ore instinctus salutare carmen canit. Optima queque dies miseris mortalibus evi prima fugit. Quid cunctaris inquit. quid cessas. nisi occupas fugit. et cum occupaveris tamen fugiet. Itaque cum celeritate temporis utendi velocitate certandum est. et velud ex torrenti rapido nec semper casuro cito hauriendum est. Hoc quoque pulcherrime ad exprobrandam infinitam cogitationem quod non optimam quamque etatem sed diem dicit. Quid securus et in tanta temporum fuga lentus menses tibi et annos et longam seriem utcumque aviditati tue visum est exporrigis. De die tecum loquitur et de hoc ipso fugiente. Non dubium est ergo quin prima queque optima dies fugiat mortalibus miseris id est occupatis. quorum puerilis adhuc animos senectus opprimit. ad quam imparati et inermes perveniunt. Nichil provisum est. subito in illam nec opinantes inciderunt. accedere eam quottidie non sentiebant. Quemadmodum aut sermo aut lectio aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit et pervenisse ante sciunt quam appropinquasse. sic hoc iter vite assiduum et citatissimum quod vigilantes dormientesque facimus occupatis non apparet nisi in fine. ¶ Quod proposui si in partes velim et argumenta diducere multa mihi occurrent per que probem brevissimam esse occupatorum vitam. Solebat dicere Fabianus non ex hijs cathedrariis philosophis sed ex veris et antiquis contra affectus impetu non subtilitate pugnandum. nec minutis vulneribus sed incursu avertendam aciem. non probabat cavillationes. enim contundi debere non vellicari. Tamen ut illis error exprobraretur suus docendi non tantum deplorandi sunt. ¶ In tria tempora vita dividitur. quod fuit. quod est. quod futurum est. Ex hijs quod agimus breve est. quod acturi sumus dubium. quod egimus certum. Hoc est enim in quod fortuna ius perdidit. quod in nullius arbitrium reduci potest. Hoc amittunt occupati. Nec enim illis vacat preterita respicere. et si vacet iniocunda est penitende rei recordatio. Inviti itaque ad tempora male exacta animum revocant. nec audent ea retemptare quorum vitia etiam que aliquo presentis voluptatis lenocinio surripiebantur retractando patescunt. Nemo nisi quo omnia acta sunt sub censura sua que numquam fallitur libenter se in preteritum retorquet. Ille qui multa ambitiose concupivit. superbe contempsit. impotenter vicit. insidiose decepit. avare rapuit. prodige effudit. necesse est memoriam suam timeat. Atqui hec est pars temporis nostri sacra ac dedicata. omnes humanos casus supergressa. extra regnum fortune subducta. quam non inopia. non metus. non morborum incursus exagitet. hec nec turbari

nec eripi potest. perpetua eius et intrepida possessio est. Singuli tantum dies et hi per momenta presentes sunt. At preteriti temporis omnes cum iusseris aderunt. ad arbitrium tuum inspici se ac detineri patientur. quod facere occupatis non vacat. Securitate et quiete mentis est in omnes vite sue partes discurrere. Occupatorum animi velut sub iugo sunt. flectere se ac respicere non possunt. Abiit ergo vita illorum in profundum. et ut nichil prodest licet quantumlibet ingeras. si non subest quod excipiat ac servet. sic nichil refert quantum temporis detur. si non est ubi subsidat. per quassos foratosque animos transmittitur. Presens tempus brevissimum est. adeo quidem ut quibusdam nullum videatur. In cursu enim semper est. fluit et precipitatur. ante desinit esse quam venit. nec magis moram patitur quam mundus aut sidera. quorum irrequieta semper agitatio numquam in eodem vestigio manet. Solum igitur ad occupatos presens pertinet tempus. quod tam breve est ut arripi non possit. et id ipsum illis districtis in multa subducitur. Denique vis scire quam non diu vivant. vide quam cupiant diu vivere. Decrepiti senes paucorum annorum accessionem votis mendicant. minores natu se ipsos fingunt. mendatio sibi blandiuntur. et libenter se fallunt quam si una fata decipiant. Iam vero cum illos aliqua imbecillitas mortalitatis admonuit. quemadmodum paventes moriuntur. non tamquam exeant de vita sed tamquam extrahantur. Stultos se fuisse ut non vixerint clamitant. et si modo evaserint ex illa valitudine in otio victuros. Tunc quam frustra paraverint quibus non fruerentur. quam in cassum omnis ceciderit labor cogitant. At quibus vita procul ab omni negotio agitur. quid ni spatiosa sit. Nichil ex illa delegatur. nichil alio atque alio spargitur. nichil inde fortune traditur. nichil neglegentia interit. nichil largitione detrahitur. nichil supervacuum est. tota ut ita dicam in reditu est. Quantulacumque itaque abunde sufficit. et ideo quandoque ultimus dies venerit. non cunctabitur sapiens ire ad mortem certo gradu. Queris fortasse quos occupatos vocem. non est quod me solos putes dicere quos a basilica immissi demum canes eiciunt. quos aut in sua videas turba speciosius elidi aut in aliena contemptius. quos officia domibus suis evocant ut alienis foribus illidant. quos hasta pretoris infami lucro et quandoque suppuraturo exercet. Quorundam otium occupatum est. in villa aut in lecto suo in media solitudine. quamvis ab omnibus recesserint sibi ipsi molesti sunt. Quorum non otiosa vita dicenda est

sed desidiosa occupatio. Illum tu otiosum vocas. qui Corinthia paucorum furore pretiosa anxia subtilitate concinnat. et maiorem dierum partem in eruginosis lamellis consumit. qui in ceromate nam pro facinus ne Romanis quidem vitiis laboramus spectator puerorum rixantium sedet. qui iumentorum suorum greges in etatum et colorum paria diducit. qui athletas novissimos pascit. Quid illos otiosos vocas. quibus apud tonsorem multe hore transmittuntur. dum decerpitur si quid proxima nocte subcrevit. dum de singulis capillis in consilium itur. dum aut disiecta coma restituitur aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur. Quomodo irascuntur si tonsor paulo neglegentior fuit. tamquam virum tonderet. Quomodo excandescunt si quid ex iuba sua decisum est. si quid extra ordinem iacuit. nisi omnia in anulos suos reciderint. Quis est istorum qui non malit rem publicam suam turbari quam comam. qui non sollicitior est de capitis sui decore quam de salute. qui non comptior esse malit quam honestior. Hos tu otiosos vocas inter pectinem speculumque occupatos. Quid illi in componendis audiendis discendis canticis operati sunt. dum vocem cuius rectum cursum natura et optimum et simplicissimum fecit. inflexu modulationis inertissime torquent. quorum digiti aliquid inter se carmen metientes semper sonant. quorum cum ad res serias et sepe tristes adhibiti sunt exauditur tacita modulatio. Non habent isti otium sed iners negotium. Convivia mehercules horum non posuerim inter vacantia tempora. cum videam quam solliciti argentum ordinent. quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant. quam suspensi sint quomodo aper a coco exeat. qua celeritate signo dato glabri ad ministeria discurrant. quanta arte scindantur aves in frusta non enormia. quam curiose infelices pueruli ebriorum sputa detergeant. Ex his elegantie lautitieque fama captatur. et usque eo in omnes vite secessus mala sua illos sequuntur. ut nec bibant sine ambitione nec edant. Ne illos quidem inter ambitiosos numeraveris. qui sella se et lectica huc et illuc ferunt. et ad gestationum suarum quasi deserere illas non liceat horas occurrunt. quos quando lavari debeant. quando natare. quando cenare alius admonet. et usque eo nimio delicati animi languore solvuntur. ut per se scire non possint an esuriant. Audio quendam ex delicatis si modo delicie vocande sunt vitam et consuetudinem humanam dedidicisse. cum ex balneo inter manus

elatus et in sella positus esset, dixisse interrogando: Iam sedeo? Hunc tu ignorantem an sedeat putas sive an vivat an videat an otiosus sit? Non facile dixerim utrum magis miserear si hoc ignoravit aut si ignorare se finxerit. Multarum quidem rerum oblivionem sentiunt, sed multarum et imitantur. Quedam vicia illos quasi felicitatis argumenta delectant. Nimis humilis et contempti hominis esse videtur scire quid faciat. I nunc et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. Plura me hercules pretereunt quam fingunt, et tanta incredibilium viciorum copia ingenioso in hoc unum seculo processit ut iam mimorum arguere negligentiam ex aliqua. Qui usque eo deliciis interierit ut an sedeat alteri credat. Non est ergo hic otiosus, aliud illi nomen imponas: eger est, immo mortuus est. Ille otiosus est cui otii sui et sensus est. Hic vero semivivus, cui ad intelligendos corporis sui habitus indice opus est, quomodo potest hic ullius temporis dominus esse? Persequi singulos longum est quorum aut latrunculi aut pila aut excoquendi in sole corporis cura consumpsit vitam. Non sunt ociosi quorum voluptates multum negotii habent. Nam de illis nemo dubitabit quin operose nichil agant qui litterarum inutilium studiis detinentur, que iam apud Romanos quoque magna manus est. Grecorum iste morbus fuit querere quem numerum remigum Ulixes habuisset, prior scripta esset Ilias an Odissea, preterea an eiusdem esset auctoris, alia deinceps huius note que sive contineas nichil tacitam conscientiam iuvant, sive proferas non doctior videaris sed molestior. Ecce Romanos quoque invasit inane studium supervacua discendi. His diebus audivi quendam referentem que primus quisque ex Romanis ducibus fecisset: primus navali prelio Duillius vicit, primus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantes. Etiam nunc ista et si ad veram gloriam non tendunt, circa civilium tamen operum exempla versantur. Non est profutura talis scientia, et tamen que nos speciosa rerum vanitate detineat. Hoc quoque querentibus remittamus: quis Romanis primus persuaserit navem conscendere. Claudius is fuit Caudex ob hoc ipsum appellatus quia plurium tabularum contextus caudex apud antiquos vocatur, unde publice tabule codices dicuntur, et naves nunc quoque que ex antiqua consuetudine commeatus per Tiberim subvehunt caudicarie vocantur. Sane et hoc ad rem pertineat quod Valerius Corvinus primus Messanam vicit et primus ex familia Valeriorum urbis capte translato in se nomine Messana appellatus est paulatimque vulgo permutante litteras Messalla dictus est. Num et hoc cuiquam curare permittes quod primus L. Sulla in circo leones solutos dedit, cum alioquin alligati darentur, ad conficiendos eos missis a rege Boccho iaculatoribus? Et hoc sane remittatur. Num et Pompeium primum in circo elephantorum duodeviginti pugnam edidisse commissis more prelii noxiis hominibus ad ullam rem bonam pertinet? Princeps civitatis et inter antiquos principes, ut fama tradidit, bonitatis eximie memorabile putavit spectaculi genus novo more perdere homines. Depugnant? Parum est. Lancinantur? Parum est. Ingenti mole animalium exterantur. Satius erat ista in oblivionem ire ne quis postea potens disceret invideretque rei minime humane. O quantum caliginis mentibus nostris obicit magna felicitas! Ille se supra rerum naturam esse tunc credidit, cum tot miserorum hominum catervas sub alio celo natis beluis obiceret, cum in conspectu populi Romani multum sanguinis funderet, mox plus ipsum fundere coacturus. At idem postea Alexandrina perfidia deceptus ultimo mancipio transfodiendum se prebuit, tunc demum intellecta inani iactatione cognominis sui. Sed ut illo revertar unde discessi et in eadem materia ostendam supervacuam quorundam diligentiam, idem narrabat Metellum victis in Sicilia Penis triumphantem unum omnium Romanorum ante currum centum et viginti captivos elephantes duxisse; Sullam ultimum Romanorum protulisse pomerium, quod numquam provinciali sed Italico agro acquisito proferre moris apud antiquos fuit. Hoc scire magis prodest quam Aventinum montem extra pomerium esse, ut ille affirmabat, propter alteram ex duabus causis, aut quod plebs eo secessisset, aut quod Remo auspicante illo loco aves non addixissent. Alia deinceps innumerabilia que aut ficta sunt aut mendaciis similia. Nam ut concedas omnia eos fide bona dicere, ut ad prestationem scribant, tamen cuius ista errores minuent? cuius cupiditates prement? quem fortiorem, quem iustiorem, quem liberaliorem facient? Dubitare se interim Fabianus noster aiebat an satius esset nullis studiis admoveri quam his implicari. Soli omnium otiosi sunt qui

sapientie vacant soli vivunt nec enim suam tantum
etatem tuentur. bene omne evum suo adii
ciunt. Quicquid annorum ante illos actum est
illis acquisitum est. Nisi ingratissimi sumus
illi clarissimi sacrarum opinionum conditores
nobis nati sunt. nobis vitam preparaverunt.
ad res pulcerrimas ex tenebris ad lucem
erutas alieno labore deducimur. Nullo
nobis seculo interdictum est. in omnia admit
timur. Et si magnitudinem animi egredi humane
imbecillitatis angustias libet multum
per quod spacietur temporis est. disputare cum Socrate
libet dubitare cum Carneade cum Epycu
ro quiescere hominis naturam cum stoycis vin
cere cum cinicis excedere cum rerum natura
in consortium omnis evi patiatur incedere. Quidni
ab hoc exiguo et caduco temporis transitu il
la nos totos demus animo que immensa que eterna sunt
que cum melioribus. Quid isti qui per officia dis
cursant qui se aliosque inquietant cum bene
insaniam erunt cum omnium limina cottidie peram
bulaverint nec ullas apertas fores preterierint
cum per diversissimas domos meritoriam salu
tationem circumtulerint quotum quemque ex tam
immensa et variis cupiditatibus districta
urbe poterunt videre. Quam multi erunt quorum il
los aut somnus aut luxuria aut inhumanitas
summoveat. Quam multi illos cum diu torserint
simulata festinatione transcurrent. Quam multi
per refertum clientibus atrium prodire vitabunt
et per obscuros edium aditus profugient quasi non
sit inhumanius decipere quam excludere. Quam multi
externa crapula semisomnes et graves illis
miseris suum somnum rumpentibus ut alienum
expectent vix adlevatis labiis insusurratum
milies nomen oscitatione superbissima reddent.
Hos in veris officiis morari putamus licet
dicamus qui Zenonem qui Pytagoram cottidie
et Democritum ceterosque antistites bonarum
artium qui Aristotilem et Theofrastum volent
habere quam familiarissimos. Nemo horum non vaca
bit. nemo non venientem ad se beatiorem
amantioremque sui dimittet. Nemo quemquam va
cuis a se manibus abire patietur. Nocte con
veniri et interdiu ab omnibus mortalibus possunt.
Horum te mori nemo coget omnes docebunt.
Horum nemo annos tuos conteret suos tibi con
tribuet. nullius ex his sermo periculosus erit
nullius amicitia capitalis. nullius sumptuosa
observatio. Feres ex illis quicquid voles
per illos non stabit quominus plurimum capere
cepis haurias. Que illum felicitas quam

pulcre senectutis manet qui se in horum clien
telam contulit. habebit cum quibus de minimis
maximisque rebus deliberet quos de se cottidie
consulat a quibus audiat verum sine con
tumelia laudetur sine adulatione ad quorum
se similitudinem effingat. Solemus dicere non
fuisse in nostra potestate quos sortiremur parentes
forte nobis datos. nobis vero ad nostrum arbitrium
nasci licet. Nobilissimorum ingeniorum familie
sunt. elige in quam ascisci velis. non in nomen tantum
adoptaberis sed in ipsa bona. Que non erunt
sordide nec maligne custodienda. maiora
fient quo illa pluribus diviseris. Hec tibi dabunt
ad eternitatem iter et te in illum locum ex quo nemo
deicitur sublevabunt. Hec una ratio est exten
dende mortalitatis immo in immortalitatem vertende.
Honores monimenta et quicquid aut decretis
ambitio iussit aut operibus constituit cito
subruitur. nichil non longa demolitur vetustas
et movet ocius. Sed que consecravit sapientia noceri non potest.
nulla abolebit etas. nulla deminuet. sequens
ac deinde semper ulterior aliquid ad venerationem
confert. quoniam quidem in vicino versatur invidia
simplicius longe posita miramur. Sapienti
ergo multum patet vita. non idem illum qui ceteros
terminus cludit. Solus generis humani legibus
solvitur. Omnia illi secula ut deo serviunt.
Transiit tempus aliquod hoc recordatione com
prehendit. instat hoc utitur. venturum est hoc
precipit. longam illi vitam facit omnium
temporum in unum collatio. Illorum brevissima ac
sollicitissima etas est qui preteritorum obliviscuntur
presentia negligunt de futuro timent.
Cum ad extrema venerunt sero intelligunt
miseri tam diu se dum nichil agunt occu
patos fuisse. Nec est quod hoc argumento probari
putes longam illos agere vitam quod interdum
mortem invocant. vexat illos imprudentia in
certis affectibus et incurrentibus in ipsa que metu
unt. mortem sepe ideo optant quia timent. Illud
quoque argumentum non est quod putes diu vive
tam quod sepe illis longus videtur dies. quod
dum veniat ad condictum tempus cene tar
de ire horas querantur. nam si quando illos deseru
erunt occupationes in otio relicti estuant
nec quid id disponant ut extrahant sciunt.
Itaque ad occupationem aliquam tendunt et quod
interiacet omne tempus grave est. tam mehercules
quam cum dies muneris gladiatorum edi
ctus est aut cum alicuius alterius vel spe
ctaculi vel voluptatis expectatio constituitur
transilire medios dies volunt. Omnes illis

sperare tam longa dilatio est. At illud tempus quod amant breve est et precipitatur breviusque multo suo vicio. aliud enim ex alio transfugiunt et consistere in una cupiditate non possunt. Non sunt illis longi dies sed invisi. At contra quam exigue noctes videntur quas in complexu scortorum aut vino exigunt. Inde est poetarum furor fabulis humanos errores alencium quibus visus est Iupiter voluptate concubitus delinitus duplicasse noctem. Quid aliud est vicia nostra incendere quam auctores illis inscribere deos et dare morbo exemplo divinitatis excusatam licenciam. Possunt illis tam brevissime videri noctes quas tam care mercantur. diem noctis expectatione perdunt noctem lucis metu. Ipse voluptates eorum trepide et variis terroribus inquiete sunt subitque cum maxime exultantes sollicita cogitatio hec quamdiu. Ab hoc affectu reges suam flevere potenciam nec illos magnitudo fortune sue delectavit sed venturus aliquando finis exterruit. Cum per magna camporum spacia porrigeret exercitum nec numerum eius sed mensuram comprehenderet Persarum rex insolentissimus lacrimas profudit quod intra centum annos nemo ex tanta iuventute superfuturus esset. At illis admoturus erat fatum ipse qui flebat perditurusque alios in mari alios in terra alios prelio alios fuga et intra exiguum tempus consumpturus illos quibus centesimum annum timebat. Quid quod gaudia quoque eorum trepida sunt. non enim solidis causis innituntur sed eadem qua oriuntur vanitate turbantur. Qualia autem putas esse tempora etiam ipsorum confessione misera cum hec quoque quibus se attollunt et super hominem efferunt parum sincera sint. maxima queque bona sollicita sunt nec ulli fortune minus bene quam optime creditur. Alia felicitate ad tuendam felicitatem opus est et pro ipsis que successere votis vota facienda sunt. Omne enim quod fortuito obvenit instabile est. quo altius surrexerit opportunius est in occasum. Neminem porro casura delectant. Miserrimam ergo necesse est non tantum brevissimam vitam esse eorum qui magno parant labore quod maiore possideant. Operose assequuntur que volunt anxii tenent que assecuti sunt. nulla interim nunquam amplius redituri temporis est ratio. Nove occupationes veteribus substituuntur. Spes spem excitat ambitionem ambitio. Miseriarum non finis queritur sed materia mutatur. Nostri nos honores torserunt. plus temporis alieni auferunt. Candidati laborare desivimus. Suffragatores incipimus. Accusandi deposuimus molestiam. iudicandi nanciscimur. Iudex desiit esse questor est. alienorum bonorum mercenaria procuratione consenuit suis opibus distinetur. Marium caligo dimisit consulatu exercet. Quintius dictaturam properat pervadere ab aratro revocabitur. Ibit in Penos nondum tante maturus rei Scipio victor Hanibalis victor Anthiochi sui consulatus decus fratrum sponsor ne per ipsum mora sit cum Iove reponetur. civiles servatorem agitabunt sediciones et post fastiditos a iuvene diis equos honores iam senem contumacis exilii delectabit ambicio. Nunquam derit vel felices vel misere sollicitudinis cause. Per occupationes vita trudetur ocium nunquam agetur semper optabitur.

Excerpe itaque te vulgo Pauline karissime et in tranquilliorem portum non pro etatis spacio iactatus tandem recede. Cogita quot fluctus subieris quot tempestates partim privatas sustinueris partim publicas in te converteris. Satis iam per laboriosa et inquieta documenta exhibita virtus est. Experire quid in ocio faciat. Maior pars etatis et certe melior rei publice data est. aliquid temporis tui sume et tibi. Nec te ad segnem aut inertem quietem voco. Non ut somno et caris turbe voluptatibus quicquid est in te indolis vive demergas. Non est istud acquiescere. Invenies maiora omnibus adhuc strenue tractatis operibus que repositus et securus agites. Tu quidem orbis terrarum rationes administras tam abstinenter quam alienas tam diligenter quam tuas tam religiose quam publicas. In officio amorem consequeris in quo odium vitare difficile est. sed tamen mihi crede satius est vite sue rationem quam frumenti publici nosse. Istum animi vigorem rerum maximarum capacissimum a ministerio honorifico quidem sed parum ad beatam vitam apto revoca et cogita non id egisse te ab etate prima omni cultu studiorum liberalium ut tibi multa milia frumenti committerentur. Maius quiddam et altius de te promiseras. Non deerunt et frugalitatis exacte homines et laboriose opere. Tanto aptiora portandis oneribus tarda iumenta sunt quam nobiles equi quorum generosam pernicitatem quis unquam gravi sarcina pressit. Cogita preterea quantum sollicitudinis sit ad tantam te molem obicere. Cum ventre tibi humano negocium est. Nec rationem patitur nec equitate mitigatur nec ulla prece flectitur populus esuriens. Modo intra paucos illos dies quibus G. Cesar periit si quis inferis sensus est hoc gravissime

G. cesar

ferens. quod dicebat p. R. superstite. septem aut octo certe dierum cibaria superesse. Dum ille pontes navibus iungit. et viribus imperii ludit. aderat ultimum malorum obsessis quoque alimentorum egestas. exitium pene ac fame constitit. et que famem sequitur rerum omnium ruina furiosi et externi et infelicis superbi regis imitatio. Quem tum animum habuerunt illi quibus ille erat mandata frumenti publici cura. ferrum saxa ignes gaium excepturi. summa dissimulatione tantum inter viscera latentis mali tegebant cum ratione scilicet. Quedam enim ignorantibus egris curanda sunt. Causa multis moriendi fuit morbum suum nosse. Recipe te ad hec tranquilliora tutiora maiora. Simile tu putas esse utrum cures ut incorruptum et a fraude advehentium et a neglegentia frumentum transfundatur in horrea. ne conceptu humoris vitietur et concalescat ut ad mensuram pondusque respondeat. An ad hec sacra et sublimia accedas. scituros que materia sit dei. que voluptas. que condicio. que forma. quis animum tuum casus expectet. ubi nos a corporibus dimissos natura componat. Quid sit quod huius mundi gravissima queque in medio sustineat. supra levia suspendat in summum ignem ferat. sidera vicibus suis excitet. cetera deinceps ingentibus plena miraculis. Vis tu relicto solo mente ad ista respicere. Nunc dum calet sanguis vigentibus ad meliora eundum est. Expectat te in hoc genere vite multum bonarum artium amor. virtutum usus. oblivio vivendi ac moriendi. Alta rerum quies.

Omnium quidem occupatorum condicio misera est. eorum tamen miserrima qui ne suis quidem laborant occupationibus. ad alienum ambulant gradum. amare et odisse rem omnium liberrimam iubentur. Hi si volent scire quam brevis ipsorum vita sit cogitent ex quota parte sua sit. Cum videris itaque pretextam sepe iam sumptam. cum celebrem in foro nomen. ne invideris. Ista vite damno parantur. ut unus ab illis numeretur annus omnes annos suos conterent. Quosdam antequam in summum ambitionis eniterentur inter prima luctantes etas reliquit. Quosdam cum in consummationem dignitatis per mille indignitates erupissent. misera subiit cogitatio laborasse ipsos in titulum sepulcri. Quorundam ultima senectus dum in novas spes ut iuventa disponitur. inter conatus magnos et improbos invalida defecit. Fedus ille quem in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandem natu et imperite corone assentiones captantem spiritus liquit. Turpis ille quem vivendo lapsum citius quam laborando inter ipsa officia collapsus est. Turpis quem accipiendis immorientem rationibus diu tractus risit heres.

Preterire quod mihi occurrit exemplum non possum. Turannius fuit exacte diligentie senex. qui post annum nonagesimum cum vacationem procurationis a gaio cesare ultro accepisset. componi se in lecto et velud exanimem a circumstante familia plangi iussit. Lugebat domus ocium domini senis. nec finivit ante tristiciam quam labor illi suus restitutus est. adeo ut iuvat occupatum mori. Idem plerisque animus est. Diutius cupiditas illis laboris quam facultas est. Cum imbecillitate corporis pugnant. Senectutem ipsam nullo alio nomine gravem iudicant quam quod illos seponit. Lex a quinquagesimo anno militem non legit. a sexagesimo senatorem non citat. difficilius homines a se ocium impetrant quam a lege. Interim dum rapiuntur et rapiunt. dum alter alterius quietem rumpit. dum mutuo miseri sunt vita est sine fructu. sine voluptate. sine ullo profectu animi. Nemo in conspicuo mortem habet. nemo non procul spes intendit. Quidam vero disponunt et illa que ultra vitam sunt. magnas moles sepulcrorum et operum publicorum dedicationes et ad rogum munera et ambitiosas exequias. At mehercules istorum funera tamquam minimum vixerint ad faces et cereos ducenda sunt.

Explicit liber lucii annei Senece de Brevitate vite ad Paulinum.

Incipit liber eiusdem ad Polibium de consolatione fratris.

Vre comparates firma sunt. si redigas ad conditionem nature omnia destruentis et unde edidit eodem revocantis caduca sunt. Quid enim immortale mortalis manus fecerit. Septem illa miracula et si qua his multo mirabiliora sequentium annorum extruxit ambitio aliquando solo equata visentur. Ita est. Nihil perpetuum. pauca diuturna sunt. aliud alio modo fragile est. rerum exitus variantur. Ceterum quicquid cepit et desinet. Mundo quidam minantur interitum. et hoc universum quod omnia divina humanaque complectitur si fas putas credere dies aliquis dissipabit et in confusionem veterem tenebrasque demerget. Eat nunc aliquis et singulas comploret animas. Carthaginis et Numantie corinthique cinerem et si quid aliud altius cecidit lamentetur. Cum et hoc

quod non habet quo cadat sit miratus. Et aliquos et fata unde alii nefas ausa sibi non peperisse conqueruntur. Cuius tam superbe impotentieque arrogantie est ut in hac nature necessitate omnia ad eundem finem revocantis se unum ac suos seponi velit ruineque ipsi mundo imminenti aliquam domum subtrahat. Magnum ergo solacium est cogitare id sibi accidisse quod omnes ante se passi sunt omnesque passuri. Et ideo mihi videtur rerum natura quod gravissimum fecerat commune fecisse ut crudelitatem fati consolaretur equalitas. Illud quoque te non minimum adiuverit si cogitaveris nichil profuturum dolorem tuum nec illi quem desideras nec tibi. Nolles tibi longum esse quod irritum est. Nam si quicquam tristicia profecturi sumus non recuso quicquid lacrimarum fortune mee superfuit tue fundere. Inveniam et nunc per hos exhaustos fletibus domesticos oculos quod effluat si modo id tibi futurum bono est. Quid cessas? Conqueramur. Atque adeo ipse hanc litem meam faciam. Iniquissima omnium fortuna iudicio, adhuc videbaris eum hominem continuisse qui munere tuo tanta veneratione receperat ut quod raro ulli contigit felicitas eius effugeret invidiam. Ecce eum dolorem illi quem salvo Cesare accipere maximum poterat impressisti et cum bene illum undique circuisses intellexisti hac parte tantummodo patere ictibus tuis. Quid enim aliud illi faceres? Pecuniam eriperes? Numquam illi obnoxius fuit. Nunc quoque quantum potest illam a se abigit et in tanta felicitate acquirendi nullum maiorem ex ea fructum quam contemptum eius petit. Eriperes illi amicos? Sciebas eum tam habilem esse ut facile amissorum loco posset alios substituere. Unum enim hunc ex eis quos in principali domo potentes vidi cognovisse videor quem omnibus amicum habere cum expediat magis tamen et libet. Eriperes illi bonam opinionem? Solidior est hec apud eum quam ut a te quoque ipsa concuti possit. Eriperes illi bonam valitudinem? Sciebas animum eius liberalibus disciplinis quibus non innutritus tantum sed innatus est sic esse fundatum ut supra omnes corporis dolores emineret. Eriperes spiritum? Quantulum nocuisses. Longissimum illi ingenii evum fama promisit. Id egit ipse ut meliore sui parte duraret et compositis eloquentie preclaris operibus a mortalitate se vindicaret. Quamdiu fuerit ullus litteris honor, quamdiu steterit aut latine lingue potentia aut grece gratia, vigebit cum maximis viris quorum se ingeniis vel contulit vel si hoc verecundia eius recusat applicuit. Hoc ergo unum excogitasti quomodo maxime illi posses nocere. Quo melior est enim quisque hoc sepius ferre te consuevit sine ullo delectu furentem et inter ipsa beneficia metuendam. Quantulum erat tibi immunem ab hac iniuria prestare hominem in quem videbatur indulgentia tua ratione certa pervenisse et non ex tuo more temere cecidisse. Adiciamus si vis ad has querelas ipsius adolescentis interceptam inter prima incrementa indolem. Dignus fuit ille te fratre. Tu certe eras indignissimus qui ne ex digno quidem quicquam doleres fratre. Redditur illi testimonium equale hominum; desideratur in tuum honorem, laudatur in suum. Nichil in illo fuit quod non libenter agnosceres. Tu quidem et minus bono fratri fuisses bonus, sed in illo pietas tua idoneam nacta materiam multo se liberius exercuit. Nemo potentiam eius iniuria sensit, numquam ille te fratrem ulli minatus est. Ad exemplum se modestie tue formaverat cogitabatque quantum tu et ornamentum tuorum esses et onus. Sufficit ille huic sarcine. O dura fata et nullis equa virtutibus. Antequam felicitatem tuam nosceret frater tuus exceptus est. Parum autem indignor scio. Nichil est enim difficilius quam magno dolori paria verba reperire. Iam nunc si quid proficere possumus conqueramur. Quid tibi voluisti tam iniusta et tam violenta fortuna? Tam cito te indulgentie tue penituit? Que ista crudelitas est in medios fratres impetum facere et tam cruenta rapina concordissimam turbam imminuere? Tam bene stipatam optimorum adolescentium domum, in nullo fratre degenerantem, perturbare et sine ulla causa delibare voluisti? Nichil ergo prodest innocentia ad omnem legem exacta, nichil antiqua frugalitas, nichil felicitatis summe potentia summa conservata abstinentia, nichil sincerus et tutus litterarum amor, nichil ab omni labe mens vacans. Luget Polibius et in uno fratre quid de reliquis possit metuere admonitus et de ipsis doloris sui solaciis timet. Facinus indignum! Luget Polibius et aliquid propicio dolet Cesare. Hoc sine dubio impotens fortuna captasti ut ostenderes neminem contra te ne a Cesare quidem posse defendi. Diutius accusare fata possumus, mutare non possumus. Stant dura et inexorabilia. Nemo illa convicio, nemo fletu, nec causa movet. Nichil umquam ulli remittunt. Proinde parcamus lacrimis nichil proficientibus. Facilius enim nos illis dolor iste adiciet quam illas a nobis reducat. Que si nos torquet

nos adiuuat. Primo ergo tempore deponendus est et
ab inanibus solaciis atque amara quadam
libidine dolendi animus recipiendus est. Nam
lacrimis nostris nisi ratio finem fecerit fortuna
non faciet. Omnes agedum mortales circumspi-
ce. Larga ubique flendi et assidua materia est.
Alium ad cotidianum opus laboriosa ege-
stas vocat. Alium ambitio numquam quieta sol-
licitat. Alius diuicias quas optauerat me-
tuit et voto laborat suo. Alium sollicitudo
alium labor torquet. Alium semper vestibulum obsi-
dens turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdi-
disse. Lacrime nobis deerunt antequam cause dolendi.
Non vides qualem nobis vitam rerum natura promi-
serit, que primum nascentium hominum fletum esse vo-
luit. Hoc principio edimur. Huic omnis sequen-
tium annorum ordo consentit. Sic vitam agimus.
Ideo moderate id fieri debet a nobis quod sepe
faciendum est. Et respicientes quantum a tergo
rerum tristium immineat, si non finire lacrimas
at certe reseruare debemus. Nulli magis
parcendum est rei quam huic cuius tam frequens usus
est. Illud quoque te non minimum adiuuerit si cogi-
taueris tu illi minus gratum esse dolorem tuum
quam ei cui prestare videtur. Torqueri ille te aut
non vult aut non intelligit. Nulla itaque eius
officii ratio est quod ei cui prestatur si nichil sentit
superuacuum est, si sentit ingratum est. Neminem
esse toto orbe terrarum qui delectetur lacrimis
tuis audacter dixerim. Quid ergo? quem nemo
aduersus te animum gerit, eum esse tu credis fra-
tris tui ut cruciatu tuo noceat tibi ut te
velit abducere ab occupationibus tuis id est a stu-
dio et a Cesare. Non est hoc simile veri. Ille enim
indulgentiam tibi tamquam fratri prestitit, venera-
tionem tamquam parenti, cultum tamquam superiori.
Ille desiderio tibi esse vult, tormento esse non
vult. Quid itaque iuuat dolori intabescere
quem si quis defunctis sensus est finiri frater tuus
cupit. De alio fratre cuius incerta posset volun-
tas videri omnia hec dubie ponerem et
dicerem: siue te torqueri lacrimis numquam desinen-
tibus frater tuus cupit, indignus hoc affectu
tuo est; siue non vult, utrique vestrum inherentem
dolorem dimittite. Nec impius frater sic deside-
rari debet nec pius sic velit. In hoc vero cuius
tam explorata pietas est, pro certo habendum est
nichil esse illi posse acerbius quam si tibi casus eius
acerbus est, si te ullo modo torquet, si oculos
tuos indignissimos hoc malo sine ullo flendi
fine et conturbat idem et exhaurit. Pietatem
tuam nichil eque lacrimis tam inutilibus

abducat quam si cogitaueris te fratribus tuis exem-
plo esse debere fortiter hanc fortune iniuriam
sustinendi. Quod duces magni faciunt rebus
affectis ut hilaritatem de industria simulent
et aduersas res adumbrata abscondant,
ne militum animi si fractam ducis sui mentem
viderint et ipsi conlabantur, id nunc tibi quoque facien-
dum est. Indue dissimilem animo tuo vultum et
si potes proice omnem ex toto dolorem; si mi-
nus introrsus abde et contine ne appareat. Et
da operam ut fratres tui te imitentur qui hone-
stum putabunt quodcumque te facientem viderint
animumque ex vultu tuo sument. Et solatium esse
debes illorum et consolator. Non poteris autem horum
merori obstare si tuo indulseris. Potest et
illa res a luctu te prohibere nimio, si tibi ipse
renuntiaueris nichil horum que facis posse subduci. Ma-
gnam tibi personam hominum consensus imposuit.
Hec tibi tuenda est. Circumstat te omnis consolantium
frequentia et animum tuum inquirit ac perspicit quantum
roboris ille aduersus dolorem habeat et utrumne
tu tantum rebus secundis uti dextere scias
an et aduersas possis viriliter ferre. Obseruan-
tur oculi tui. Liberiora sunt omnia hiis quorum affe-
ctus tegi possunt; tibi nullum secretum liberum
est. In multa luce fortuna te posuit. Omnes
scient quomodo te in isto loco gesseris vulne-
re, utrum statim percussus arma submiseris
an in gradu steteris. Olim te in altiorem
honorem et amor Cesaris extulit et tua stu-
dia deduxerunt. Nichil te plebeium decet, nichil
humile. Quid autem tam humile ac muliebre est
quam consumendum se dolori committere. Non idem tibi
in luctu pari quod tuis fratribus licet. Multa tibi
non permittit opinio de studiis ac moribus
tuis recepta. Multum a te homines exigunt,
multum expectant. Si volebas omnia tibi licere
ne conuertisses in te ora omnium. Nunc autem tantum tibi pre-
standum est quantum promisisti. Omnes illi qui opera
ingenii tui laudant, qui describunt, quibus etsi
fortuna tua opus non sit, ingenio opus est,
custodes animi tui sunt. Nichil umquam ita potes
indignum facere perfecti et eruditi viri professione
ut non multos admirationis de te sue peni-
teat. Non licet tibi flere immodice. Nec hoc
tantum tibi non licet: nec somnum quidem extendere
in partem diei licet aut a tumultu rerum in otium
ruris quietis confugere aut assidua laboriosi
officii statione fatigatum corpus voluptaria
peregrinatione recreare aut spectaculorum varietate
animum detinere aut ex tuo arbitrio diem dispo-
nere. Multa tibi non licent que humillimis et

qui in angulo iacentibus licet. Magna servi
tus est magna fortuna. Non licet tibi quicquam
ex arbitrio tuo facere. Audienda sunt tot ho
minum milia tot disponendi libelli tantus
rerum ex orbe toto coeuntium congestus ut
possit per ordinem suum principis maximi offi
cium geri. Animus ubique deligendus est. Non li
cet tibi flere ut multos flentes audire
possis ut periclitantium et ad misericordiam mitissimi
Cesaris pervenire cupientium lacrime tibi
tue exsiccande sunt. Hec n t non levioribus te
remediis adiuvabit. Cum voles omnium obli
visci Cesarem cogita. Vide quanta huius erga te
indulgentie fidei quantam industriam debeas
intelliges non magis tibi incurvari licere quam illi
si quis modo est fabulis traditus in humeris
mundum innititur. Cesari quoque ipsi cui omnia licent
omnes domos illius vigilia defendit omnium o
tium illius labor omnium delicias illius industria
omnium vacationem illius occupatio. Ex quo se Cesar
orbi terrarum dedicavit sibi eripuit et siderum
more que irrequieta cursus explicant semper nunquam
illi licet subsistere nec quicquam sua facere. Ad quendam
itaque modum tibi quoque eadem necessitas iniungitur.
Non licet tibi ad utilitates tuas ad studia tu
a respicere. Cesare orbem terrarum possidente im
pertire te nec voluptati nec dolori nec ulli alii rei
potes. Totum te Cesari debes. Adice nunc
quod cum semper predices cariorem tibi spiritu tuo ca
riorem fratribus cariorem liberis esse optimum
principem et privata nota tuo sit fas tibi non
est salvo Cesare de fortuna queri. Hoc incolumi
salva tibi sunt tua. Nihil perdidisti. Non tantum
siccos oculos tuos esse sed et letos oportet. In hoc tibi
omnia sunt hic pro omnibus est. Quod longe a sensibus tuis
prudentissimis piissimisque abest. Adversus fe
licitatem tuam parum gratus es si tibi quicquam hoc
salvo flere permittis. Demonstrabo et nunc
non quidem firmius remedium sed familiarius. Si
quando te domum receperis tunc erit metuenda
tristicia. Nam quamdiu numen tuum intuebere
nullum illa ad te inveniet accessum. Omnia in
te Cesar tenebat. Cum ab illo discesseris
et veluti occasione data insidiabitur solitudini
tue dolor et requiescenti animo tuo paulatim
irrepit. Itaque non est quod ullum tempus vacare pa
tiaris a studiis. Tunc tibi littere tam diu a
tam fideliter amate gratiam referant. Tunc te
ille antistitem et cultorem suum vindicent. Tunc
Homerus et Virgilius tam bene de humano
genere meriti quantum et de omnibus et de illis me
ruisti quos pluribus esse notos voluisti quam scri

pserat (sic) multum tecum morentur. Tutum id
erit omne tempus quod illis tuendum commiseris.
Tunc Cesaris tui opera ut per omnia secula dome
stico narrentur precomio quantum potes compone.
Nam ipse tibi optime formandi condendique res
gestas et materiam dabit et exemplum. Non
audeo te usque producere ut fabellas quoque et e
sopeos logos intemptatum romanis ingeniis
opus solita tibi venustate conectas. Diffi
cile est quidem ut ad hec hilariora studia tam vehe
menter perculsus animus tam cito possit accedere.
Hoc tamen argumentum habeo iam corroborati eius et
redditi sibi si poterit a severioribus scriptis ad
hec solutiora procedere. In illis enim quamvis eg
rum adhuc et secum reluctantem advocat ipsa
rerum quas tractabat austeritas. Hec que remissa
fronte commendanda sunt non feret nisi cum iam sibi
ab omni parte constiterit. Itaque debebis illum
severiorem primum materia exercere deinde hilariorem
temperare. Illud quoque magno tibi erit levamento
si sepe te sic interrogaveris utrum meo nomine
doleo an eius qui decessit. Si meo perit indulgen
tie iactatio et incipit dolor hoc uno excusa
tus quod honestus est cum ad utilitatem respicit
a pietate descendere. Nihil autem minus bono viro
convenit quam in fratris luctu calculos ponere. Si
illius nomine doleo necesse est alterutrum ex his du
obus esse iudicem. Nam si nullus defunctis sen
sus superest evasit omnia frater meus vite incom
moda et in eum restitutus est locum in quo fuerat
antequam nasceretur et expers omnis mali nihil
timet nihil cupit nihil patitur. Quis est
iste furor pro eo me nunquam dolere desinere qui
nunquam doliturus est. Si est aliquis defunctis sensus
nunc animus fratris mei velut ex diutino car
cere emissus tandem sui iuris et arbitrii
gestit et rerum nature spectaculo fruitur et huma
na omnia ex loco superiore despicit. Divina vero
quorum rationem tam diu frustra quesierat pro
pius intuetur. Quid itaque eius desiderio ma
ceror qui aut beatus aut nullus est. Beatum deflere
invidia est nullum dementia. An hoc te movet
quod videtur ingentibus et cum maxime circumfusis
bonis caruisse. Cum cogitaveris multa esse que
perdiderit cogita plura esse que non timet.
Non ira eum torquebit non morbus affliget
non suspicio lacesset. Non edax et inimica
semper alienis processibus invidia consectabitur.
Non metus sollicitabit non levitas fortu
ne cito munera sua transferentis inquietabit.
Si bene computes plus illi remissum quam erep
tum est. Non opibus fruetur non tua simul ac

sua gra. Non accipiet beneficia n dabit
Miserum putas qd ista amisit an btm qd n
desiderat. mi crede is beatior e cui fortu
supuacua e qm is cui parata e. Oia ista
bona q nos speciosa s3 fallaci volupte dele
ctant. pecunia dignitas potentia aliaq3 opla
ad que gnis humani ceca cupiditas obstu
pescit cu3 labore possident. Cu3 inuidia o
spiciunt. eosde3 ipos quos exornat 7 pmut
plus minant qm psunt lubrica 7 incerta
st. nuqm bene tenent. Na3 ut nich d tpe
futuro timeat. ipa tn magne felicitatis
tutela sollicita e. Si velis crede altius ve
ritatem intuentibus. ois vita suppliciu e. In hoc
profundu inquietuq3 proiecti mare alter
nis estibus reciprocu. 7 mo alleuas nos su
bitis incrementis. mo maioribus dampnis
deferens assidueq3 iactas nuqm stabili co
sistimus loco. Pendemus 7 fluctuamus 7 alt
i alteru illudim 7 aliqn naufragiu3 facim9
s timem9. In hc tam procelloso 7 ad oes tem
pestates exposito mari nauigantibus nlls
portus nisi mortis e. Ne itaq3 inuideris fri
tuo. Quiescit tandem liber. tandem tutus tan
dem eternus e. Superstite3 cesare3 oe3 ei9 prole
supstite3 te cu3 coibus hz fribus. Anteqm qcqm
ex suo fauore fortuna mutaret. stante3
adhuc illa3 7 munera plena manu conge
rente3 reliquit. Fruit nuc apto 7 libero celo
Ex humili atq3 depsso in eu3 emicuit locu3
quisquis ille e. qui solutas vinclis aias be
ato recipit sinu 7 nuc illic libe vagat.
omiaq3 reru nre bona cu3 summa voluptate
pspicit. Erras no pdidit luce3 fr tuus. s3
sinceriore3 sortitus est. Oibus illo nobis coe
e iter. Quid fata deflem9. no reliqt ille
nos. s3 antecessit. Est ei crede magna felicitas
i ipa felicitate moriendi. Nich ne i totum
quide die3 certi e. Quis itaq3 obscura et
inuoluta veritate diuinat. utrum ne fri tuo
mors inuiderit an psuluerit. Illud qq3 qua
iusticia in oibus rebus nece e te adiuuet
cogitante3 no iniuria3 tibi facta3 qd tale fra
tre3 amisisti. s3 beneficiu datu3 qd tam diu
ut pietate eius uti fruiq3 licuit. Iniquus
e q muneris sui arbitriu3 danti no reli
quit. Auidus qui no lucri loco hz quod
accepit. s3 dampni qd reddidit. Ingratus est
q iniuria3 vocat fine3 voluptatis. Stultus
q nullu3 fructu putat ee bonor n psentiu3
qui no 7 i pteritis acquiescit. 7 ea iudi
cat certiora q abierut. qr de illis ne desi
nat no e timendu3. Nimis agustat gau
dia sua. qui eis tm que hz ac videt frui
se putat. 7 habuisse eade3 p nichilo ducit.
Cito n nos ois voluptas relinquit. que
fluit 7 transit. 7 pene anqm veniat aufert
Itaq3 i pteritu tpus anim9 mittend9 e. Et
qcquid nos unqm delectauit reducendu ac fre
quenti cogitacoe ptractandu e. Longior fideli
orq3 e memoria voluptatu qm presentia.
Qd habuisti ergo optimu3 fra3 i summis bonis
pone. Non e qd cogites qnto diutius habe
potueris. Reru na illu tibi sicut ceteris fribus
suis no mancipio dedit s3 comodauit. Cum
visum e deinde repetit. Nec tua3 i eo satietate3
secuta e s3 sua3 lege3. Si qs pecunia3 credita3
soluisse se moleste ferat. ea3 psertim cuius
vsum gratuitu3 accepit. nonne iniustus vir
habeat. Dedit na fratri tuo vita3. 7 tibi
que iure suo usa e. A quo voluit debitu
suu citius exegit. no illa i culpa erat cuius
nota erat pdicio. s3 mortalis ai spes aui
da q subinde quid reru na sit obliuiscit. nec
unqm sortis sue memi nisi cu admonetur.
Gaude itaq3 habuisse te tam bonu fra3 7 usu
fructu qz eius qmuis breuior voto tuo fuit
boni psule. Cogita iocundissimu ee qd ha
buisti. huanu3 qd pdidisti. Nec ei quicqm
minus sibi psentaneu e qm aliqm moueri
qd sibi talis fr parum diu ptigerit no gau
dere qd tn ptigerit. At inopinanti ereptus e.
Sua quemq3 credulitas decipit 7 i eis que
diligit voluntaria mortalitatis obliuio. na
nulli se necitatis sue gra3 facturam ee testata
e. Quottidie pt oclos nros transeut notoru
ignotoru funera. Nos tn aliud agimus et
subitu putamus ee qd nobis tota vita
denuciat futuru. No est itaq3 ista fatoru3
iniqtas. s3 metis huane prauitas insacia
bilis reru3 oim. q indignat inde se exire
quo admissa e precario. Quanto ille iustior
qui nunciata filii morte. digna3 magno
viro voce emisit. Ego cu genui tu3 mori
turos sciui. Prorsus n mireris ex hc na
tu ee qui fortit mori poss3. No accepit
tamqm nouu nunciu3 filii morte3. Quid e eni
nouu hoie3 mori. cuius tota vita nich aliud
qm ad morte iter est. Ego cu3 genui tum
morituros sciui. deinde adiecit re3 maioris 7
prudentie 7 ai. 7 huic rei sustuli. Oes huic
rei tollimur. Quisq3 ad vita3 edit ad morte
destinat. Gaudeamus eo qd dabit. reddam9
id cu3 reposcemur. Aliu alio tpe fata cophedet

omnemque preteribunt. In procinctu stet animus et id quod necesse est numquam timeat, quod incertum est semper expectet. Quid dicam duces ducumque progeniem et multis aut consulatibus conspicuos aut triumphis sorte defunctos inexorabili? Tota cum regibus regna populique cum gentibus tulere fatum suum. Omnes, immo omnia in ultimum diem spectant. Non idem universis finis est: alium in medio cursu vita deserit, alium in ipso aditu relinquet, alium in extrema senectute fatigatum iam et exire cupientem vix emittit. Alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus. Utrum ne stultius sit nescio mortalitatis legem ignorare an impudentius recusare. Agedum illa que multo ingenii tui labore celebrata sunt in manus sume utriuslibet auctoris carmina, que tu ita resolvisti ut quamvis structura illorum recesserit permaneat tamen gratia. Tu enim illa ex alia lingua in aliam transtulisti, ut quod difficillimum erat, omnes virtutes in alienam te orationem secute sint. Nullus erit in illis scriptis libris qui non plurima varietatis humane incertorumque casuum et lacrimarum ex alia atque alia causa fluentium exempla tibi suggerat. Lege quanto spiritu ingentibus intonueris verbis: pudebit te subito deficere et ex tanta orationis magnitudine desistere. Ne commiseris ut quisquis exemplo ac modo scripta sua mirabitur querat quomodo tam grandia tamque solida tam fragilis animus conceperit. Potius ab istis te que torquent ad hec tot et tanta que consolantur converte ac respice optimos fratres, respice uxorem, filium respice; pro omnium horum salute hac tecum portione fortuna decidit. Multos habes in quibus acquiescas. Ab hac te infamia vindica. Ne videatur omnibus plus apud te valere unus dolor quam hec tam multa solacia. Omnes istos una tecum perculsos vides nec posse tibi subvenire, immo ultro expectare ut a te subleventur intelligis; et ideo quanto minus in illis doctrine minusque ingenii est, tanto magis obsistere te necesse est communi malo. Est autem hoc ipsum solacii loco inter multos dolorem suum dividere, qui quia dispensatur inter plures exiguus debet apud te parte subsidere. Non desinam totiens tibi offerre Cesarem: illo moderante terras et ostendente quanto melius beneficiis imperium custodiatur quam armis, illo rebus humanis presidente non est periculum ne quid perdidisse te sentias. In hoc uno tibi solacium est. Attolle te et quotiens lacrime oborte oculis tuis, totiens illos in Cesarem derige: siccabuntur maximi et clarissimi conspectu numinis; fulgor eius illos ut nichil aliud possint aspicere perstringet et in se herentes detinebit. Hic tibi quem tu diebus intueris ac noctibus, a quo numquam deicis animum, cogitandus, hic contra fortunam advocandus. Nec dubito, cum tanta illi adversus omnes suos mansuetudo sit tantaque indulgentia, quin iam multis solaciis tuum istud vulnus obduxerit, iam multa que dolori obstarent tuo congessit. Quid porro? Ut nichil horum fecerit, nonne protinus ipse per se conspectus tantummodo cogitatusque Cesar maximo tibi solatio est? Di illum deeque terris diu commodent. Acta hic divi Augusti equet, annos vincat. Quamdiu inter mortales erit, nichil ex domo sua mortale esse sentiat. Rectorem Romano imperio filium longa fide approbet et ante illum consortem patris quam successorem aspiciat. Sera et nepotibus demum nostris dies nota sit qua illum gens sua celo asserat. Abstine ab hoc manus tuas, Fortuna, nec in isto potentiam tuam nisi ea parte qua prodes ostenderis. Patere illum generi humano iam diu egro et affecto mederi, patere quicquid prioris principis furor concussit in suum locum restituere ac reponere. Sidus hoc quod precipitato et depresso in tenebras orbi refulsit semper luceat. Hic Germaniam pacet, Britanniam aperiat et patrios triumphos ducat et novos, quorum me quoque spectatorem futurum quod ex virtutibus eius primum obtinet locum promittit clementia. Nec enim sic me deiecit ut nollet erigere, immo ne deiecit quidem, sed impulsum a fortuna et cadentem sustinuit et in preceps euntem leniter divine manus usus moderatione deposuit: deprecatus est pro me senatum et vitam mihi non tantum dedit sed etiam petiit. Viderit: qualem volet esse existimet causam meam; vel iustitia eius bonam perspiciat vel clementia faciat bonam; utrumque in equo mihi eius beneficium erit, sive innocentem me scierit esse sive voluerit. Interim magnum miseriarum mearum solatium est videre misericordiam eius totum orbem pervagantem; que cum ex hoc ipso angulo in quo ego defixus sum complures multorum iam annorum ruina obrutos effoderit et in lucem reduxerit, non vereor ne me unum transeat. Ipse autem optime novit tempus quo cuique debeat succurrere; ego omnem operam dabo ne pervenire ad me erubescat. O felicem clementiam tuam, Cesar, que efficit ut quietiorem sub te agant exules vitam quam nuper sub Gaio egere principes. Non trepi-

ingenio uti tuo. Noli adeo dolori tuo
Et quidem eloquentia tua que prima se appro-
bare pro magnis Reuisus attenuare et
ad minima reducere. Sed alio ista uerte-
re seruet suas. Nunc tota se in solacium tuum con-
ferat. Et iterum despice ne hoc iam quam ipsum sit
superuacuum. Aliquid enim a nobis natura exigit
plus uanitate contrahit. Numquam autem ego
a te ne ex toto merere exigam et scio inue-
niri quosdam dure magis quam fortis pru-
dentie uiros qui negent doliturum esse sapien-
tem. Hii tamen uidentur numquam in eiusmodi
casum incidisse alioquin excussisset illis fortuna
superbam sapientiam et ad confessionem eos ueritatis
et inuitos compulisset. Satis prestiterit ratio si ad
unum ex dolore quod et superest et superabun-
dat exciderit. Ut quidem nullo modo esse eum
patiatur nec sperandum illi nec concupiscendum.
Hunc potius modum seruet qui nec impietatem
imitetur nec insaniam et nos in eo teneat ha-
bitu qui et pie mentis est nec mote. Fluant
lacrime sed eedem et desinant. Trahantur ex
imo gemitus pectore sed idem et finiantur.
Sic rege animum tuum ut et sapientibus te ap-
probare possis et fratribus. Effice ut frequenter
fratris tui memoria tibi uelis occurrere ut et
sermonibus celebres et assidua recordatione
representes tibi. Quod ita demum consequi poteris
si tibi memoriam eius iocundam magis quam fle-
bilem feceris. Naturale est enim ut animus ab eo
effugiat ad quod cum tristicia reuertitur.
Cogita modestiam eius, cogita in rebus
agendis solertiam, in exequendis indu-
striam, in promissis constantiam. Omnia dicta
eius et facta et aliis expone et tibi met
ipse commemora. Qualis fuerit cogita, qualis-
que sperari potuit. Quid enim de illo non
tuto sponderi fratre posset. Hec utcumque potui
in longo iam situ obsoleto et hebetato animo
composui. Que si aut parum respondere ingenio
tuo aut parum mederi dolori uidebuntur,
cogita quam non possit is aliene uacare con-
solationi quem sua mala occupatum tenent
et quam non facile latina ei homini uerba succur-
rant quem barbarorum inconditus et barbaris
quoque humanioribus grauis fremitus circumsonat.

Liber Annei lucii Senece ad Polibium de consolatione fratris explicit

Incipit liber eiusdem ad Marciam de consolatione filii sui Rubrica. Se.

Nisi te Marcia scirem tam longe
ab infirmitate muliebris ani-
mi quam a ceteris uiciis recessisse
et mores tuos uelud antiquum
aliquod exemplar aspici, non auderem obui-
am ire dolori tuo cui uiri quoque libenter herent
et incubant (al. incumbunt), nec spem concepissem tam iniquo tem-
pore, tam iniquo iudice, tam inuidioso crimine posse me
efficere ut fortunam tuam absolueres. Fiduciam
michi dedit exploratum iam robur animi et magno
experimento approbata (al. exprobata) uirtus tua. Non est ignotum
qualem te in personam patris tui gesseris, quem
non minus quam liberos dilexisti, excepto eo quod
non optabas superstitem. Nec scio an et opta-
ueris. Permittit enim sibi quedam contra bonum morem
magna pietas. Mortem acte uti cordi pa- (al. patris)
rentis tui quantum poteras inhibuisti. Postquam
tibi apparuit inter sillamanos satellites
illam unam patere seruitutis fugam, non fauisti
consilio eius sed dedisti manus uicta fudi-
stique lacrimas palam et gemitus deuorasti
quidem non tamen hilari fronte texisti et hoc illo
seculo quo magna pietas erat nichil impie facere.
Ut uero aliquam occasionem mutato tempore dedit,
ingenium patris tui de quo sumptum erat sup-
plicium in usum hominum reduxisti et a uera il-
lum uindicasti morte ac restituisti in publica
monumenta libros quos uir ille fortissimus san-
guine suo scripserat. Optime meruisti de
romanis studiis: magna illorum pars arserat.
Optime de posteris ad quos ueniet incorrupta
rerum fides auctori suo magno imputata.
Optime de ipso cuius uiget uigebitque memoria
quamdiu in precio fuit romana nosse, quamdiu
quisquam erit qui reuerti uelit ad actum maiorum,
quamdiu quisquam qui uelit scire quid sit uir romanus,
quid subactis iam ceruicibus omnium et ad sillam
anum iugum adactis indomitus, quid sit ho-
mo ingenio animo et manu liber. Magnum mehercu-
les detrimentum res publica ceperat si illum ob du-
as res pulcherrimas in obliuionem coniectum e-
loquentiam et libertatem non eruisses. Legitur, flo-
ret, in manus hominum, in pectora receptus uetu-
statem nullam timet. At illorum carnificum cito
scelera quoque quibus solis memoriam meruere
tacebuntur. Hec magnitudo animi tui uetuit me
ad sextum tuum respicere, uetuit ad uultum
que tot annorum continua tristicia ut semel
obduxit tenet. Et uide quam non subrepam tibi
nec furtum facere affectibus tuis cogitem. Antiqua
mala in memoriam reduxi. Et ut scire hanc
quoque plagam esse sanandam ostenderem tibi eque magnam

vulneris cicatricem. alii itaque molliter agant et blandiantur. ego confligere cum tuo merore constitui et defessos exhaustosque oculos si verum vis magis iam ex consuetudine quam ex desiderio fluentes continebo. si fieri poterit favente te remediis tuis. si minus vel invita teneas licet et amplexeris dolorem tuum quem tibi in filii locum superstitem fecisti. Quis enim erit finis. omnia in supervacuum temptata sunt. fatigate adlocutiones amicorum auctoritates magnorum et adfinium tibi virorum studia hereditarium et paternum bonum surdas aures irrito et vix ad brevem occupationem proficiente solacio transeunt. Illud ipsum remedium naturale temporis quod maximas quoque erumnas componit in te una vim suam perdidit. Tertius iam preterit annus cum interim nichil ex primo illo impetu cecidit. Renovat se et corroborat cotidie luctus et iam sibi ius mora fecit eoque adductus est ut putet turpe desinere. quemadmodum omnia vicia penitus insidunt nisi dum surgunt oppressa sunt ita hec quoque tristia et misera in se sevientia ipsa novissime acerbitate pascuntur et fit infelicis animi prava voluptas dolor. Cupissem itaque primis temporibus ad istam curationem accedere. leniore medicina fuisset oriens adhuc restringenda vis. vehementius contra inveterata pugnandum est. Nam vulnerum quoque sanitas facilis est dum a sanguine recentia sunt. tunc et uruntur et in altum revocantur et digitos scrutantium recipiunt ubi corrupta in malum ulcus verterunt. Non possum nunc per obsequium nec molliter adgredi tam durum dolorem. frangendus est.

Scio a preceptis incipere omnes qui monere aliquem volunt in exemplis desinere. mutari hunc interim morem expedit. aliter enim cum alio agendum est. Quosdam ratio ducit. quibusdam nomina clara opponenda sunt et auctoritas que liberum non relinquat animum ad speciosa stupenda. Duo tibi ante oculos maxima et sexus et seculi tui exempla ponam. alterius femine que se tradidit ferendam dolori. alterius que pari affecta casu maiore damno non tamen dedit longum in se malis suis dominium sed cito animum in sedem suam reposuit. Octavia et livia altera soror augusti altera uxor amiserunt filios iuvenes utraque spe futuri principis certa. Octavia marcellum cui et avunculus et socer incumbere ceperat in quem onus imperii reclinare adolescentem animo alacrem ingenio potentem sed frugalitatis continentieque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirande. patientem laborum voluptatibus alienum quantumcumque imponere illi avunculus et ut ita dicam inedificare voluisset laturum. bene legerat nulli cessura ponderi fundamenta. Nullum finem per omne vite sue tempus flendi gemendique fecit nec ullas admisit voces salutare aliquid afferentes. nec avocari quidem se passa est intenta in unam rem et toto animo affixa. talis per omnem vitam fuit qualis in funere. non dico non est ausa consurgere sed allevari recusans. secundam orbitatem iudicans lacrimas mittere. nullam habere ymaginem filii karissimi voluit nullam sibi de illo fieri mentionem. Oderat omnes matres et in liviam maxime furebat quia videbatur ad illius filium sibi promissa felicitas. tenebris et solitudini familiarissima nec ad fratrem quidem respiciens carmina celebrande marcelli memorie composita. aliosque studiorum honores reiecit et aures suas adversus omne solacium clausit. a solempnibus officiis seducta et ipsam magnitudinis fraterne nimis circumlucentem fortunam exosa defodit se et abdidit. assidentibus nepotibus liberis lugubrem vestem non deposuit non sine contumelia omnium suorum quibus salvis orba sibi videbatur.

Livia amiserat drusum filium magnum futurum principem iam magnum ducem. intraverat penitus germaniam et ibi signa romana fixerat ubi vix ullos esse romanos notum erat. in expeditione decesserat ipsis illum hostibus egrum cum veneratione et pace mutua prosequentibus nec optare quod expediebat audentibus. accedebat ad hanc mortem quam ille pro re publica obierat ingens civium provinciarumque et totius ytalie desiderium per quam effusis in officium lugubre municipiis coloniisque usque in urbem ductum erat funus triumpho simillimum. non licuerat matri ultima filii oscula gratumque extremi sermonem oris haurire. longo itinere reliquias drusi sui prosecuta tot per omnem ytaliam ardentibus rogis quasi totiens illum amitteret irritata ut primum tamen intulit tumulo simul et illum et dolorem suum posuit nec plus doluit quam aut honestum erat cesari aut equum salvo. Non desiit itaque drusi sui celebrare nomen ubique illum sibi privatim publiceque representare. libentissime de illo loqui de illo audire. cum memoria illius vixit quam nemo potest retinere et frequentare qui illam tristem sibi reddidit. Elige itaque utrum exemplum putes probabilius. si illud prius sequi vis eximes te numero vivorum. aversaberis et alienos liberos et tuos ipsumque quem desideras. triste matribus omen occurres. voluptates honestas permissas tamquam parum decoras fortune tue reicies. invisa herebis in luce et etati tue quod non precipitet te quam primum et finiat infestissima eris. quod turpissimum ali

carissimumque caro tuo in meliore noto parte
ostendes te vivere nolle mori non posse. Si
ad hoc maxime femine te exemplum applicueris
moderatioris mitiorisque, non eris in erumpnis nec te
tormentis macerabis. Que enim malum amentia
est penas a se infelicitatis exigere et mala sua
non augere. Eam in omni vita servasti morum probi
tatem et verecundiam in hac quoque re prestabis.
Est enim quedam et dolendi modestia. Illum ipsum
iuvenem dignissimum quietam semper nominatum cogi
tatumque faciat. Meliore pones loco si matri
sue qualis adhuc vivus solebat ylaris que
et cum gaudio occurrit. Nec te ad fortiora
ducam precepta ut inhumane ferre humana iu
beam, ut ipso funebri die oculos ma
tris exsiccem. Ad arbitrum tecum veniam. Hoc
inter nos queretur utrum magnus dolor esse de
beat an perpetuus. Non dubito quin Iulie Au
guste quam familiariter coluisti magis tibi pla
ceat exemplum. Illa te ad consilium vocat. Illa
in primo fervore cum maxime impatientes ferocesque
sunt miserie consolationi philosopho viri sui prebuit
et multum eam rem profuisse sibi confessa plus quam
populum Romanum quem nolebat tristem tristitia sua facere
plus quam Augustum qui subducto altero adminiculo
titubabat nec luctu suorum inclinandus erat
plus quam Tiberium filium cuius pietas efficie
bat ut in illo acerbo et defleto gentibus fu
nere nichil sibi nisi numerum deesse sentiret. Hic ut
opinor aditus illi fuit hoc principium apud feminam
opinionis sue custodem diligentissimam. Usque
in hunc diem Iulia quantum quidem ego sciam assi
dua viduitatis comes cum non tantum que in publicum
emittuntur nota sed omnes sunt secretiores animi
nostri motus. Dedisti operam ne quid esset
quod in te quisquam reprehenderet. Nec id in maioribus mo
do observasti sed in minimis ne quid faceres cui famam
liberrimam principum iudicem velles ignosce
re. Nec quicquam pulchrius existimo in fastigio collocatis
multarum rerum veniam dare nullius petere. Ser
vandus itaque tibi in hac re tuus mos est ne
quid committas quod minus aliter factum velis.
Deinde oro atque obsecro ne te difficilem a
micis et intractabilem prestes. Non est enim quod ig
nores omnes hos nescire quemadmodum se gerant, loquantur
aliquid circa te de Druso aut nichil, ne a
oblivio clarissimi iuvenis illis faciat iniu
riam ad mentionem eius. Cum secessimus et in unum conven
ta eius dicta quanto meruit suspectu ce
lebramus, coram te aliud nobis de illo silen
tium est. Cares itaque maxima voluptate fi
lii tui laudibus quas non dubito quin ut credo

vite si potestas detur in eum omnes sis prorogatura.
Quare patere immo arcessere sermones quibus
ille narratur et apertis auribus prebe ad nomen
memoriamque filii tui. Nec hoc grave duxeris
ceterorum more qui in eiusmodi casu partem mali
putant audire solacia. Nunc incubuisti
tota in alteram partem et oblita meliorum fortunam
tuam qua deterior est aspicias. Non convertisti te ad
convictus filii tui occursusque iocundos non ad
pueriles dulcesque blanditias non ad incre
menta studiorum ultimam illam faciem rerum premis
illi tamquam si parum ipsa per se horrida sit quicquid
potes congeris. Ne obsecro te concupieris per
versissimam gloriam infelicissima videri. Simul co
gita non esse magnum rebus prosperis fortem
se gerere ubi secundo cursu vita procedit. Ne
gubernatoris quidem artem tranquillum mare et obse
quens ventus ostendit. Adversi aliquid incurrat oportet
quod animum probet. Quomodo ne submiseris te, immo
contra fige stabilem gradum et quicquid oneris supra
cecidit sustine primo dumtaxat strepitu conterrita.
Nulla re maior invidia fortune fit quam equo animo.
Post hoc ostendit illi filium incolumem ostendit ex
amisso nepotes. Tuum illic Marcia negotium
actum tibi Areus assedit mutata persona te
consolatus est. Sed puta Marcia ereptum tibi
amplius quam ulla umquam mater amiserat. Non
permulceo te nec extenuo calamitatem tuam. Si
fletibus fata vincuntur conferamus. Eat omnis in
luctu dies noctem sine somno tristitia consumat
ingerantur lacerato pectori manus et in ipsam
faciem impetus fiat atque omnis ex genere sevitie
profectus merore exerceatur. Sed si nullis planctibus
defuncta revocantur si sors immota et in eternum
fixa nulla miseria mutatur et mors tenuit
quicquid abstulit desinat dolor qui perit. Quare
regamur nec nos ista vis transversos auferat.
Turpis est navigii rector cui gubernacula
fluctus eripuit qui fluctuantia vela deseruit
permisit tempestati ratem. At ille vel in naufra
gio laudandus quem obruit mare navem te
nentem et obnixum. At enim naturale desiderium suo
rum est. Quis negat quamdiu modicum est. Nam
discessu non solum amissione karissimorum necessarius mor
sus est et firmissimorum quoque animorum contractio. Sed plus
est quod opinio adicit quam quod natura imperavit. Aspi
ce mutorum animalium quam concitata sint desideria
et tamen quam brevia. Vaccarum uno die altero ve
mugitus auditur nec diutius equarum vagus
ille amensque discursus est. Fere cum vestigia catu
lorum consumpta sunt et silvas pervagate cum sepe ad
cubilia expilata redierunt rabiem ... cognitam

tempus extinguit. Aves cum stridore magno
manes nidos circumfremuerunt intra momentum
tamen quiete volatus suos repetunt. nec ulli a-
nimali longum fetus sui desiderium est nisi homini
qui adest dolori suo. Nec tamen quantum sentit
sed quantum constituit afficitur. Ut scias autem non
esse naturale luctibus frangi primum magis fe-
minas quam viros magis barbaros quam
placidos eruditorum gentis homines magis
indoctos quam doctos eadem orbitas vulne-
rat. Atque que a natura vim acceperunt e-
andem in omnibus servant. Apparet non esse natu-
rale quod varium est. Ignis omnes etates omniumque urbium
cives tam viros quam feminas uret. Ferrum in omni
corpore exhibebit secandi potentiam. Quare quia vi-
res illi a natura date sunt que nichil in personam consti-
tuit. Paupertatem luctum ambitionem alius ali-
ter sentit prout illum consuetudo infecit. et imbecil-
lum impatientemque reddit presumpta opinio de
non timendis terribilis. Deinde quod naturale est non
decrescit mora. dolorem dies longa consumit.
licet contumacissimum cotidie insurgentem et contra
remedia effervescentem tamen illum efficacissimum
mitigande ferocie tempus enervat. Manet tibi
quidem Marcia et nunc ingens tristicia et iam
videtur duxisse callum non illa concitata qualis
in illo fuit sed pertinax et obstinata. tamen hanc quoque
tibi etas minutatim eximet. Quotiens aliud
egeris animus relaxabitur. nunc te ipsa custodis.
Multum autem interest utrum tibi permittas me-
rere an imperes. Quanto magis hoc morum
tuorum elegantie convenit finem luctus potius
facere quam expectare. nec illum opperiri diem quo
te invita dolor desinat. Ipsa illi renuncia.
Unde ergo tanta nobis pertinacia in deploratione
nostri si id non fit nature iussu. Quod nichil nobis
mali antequam eveniat proponimus sed ut immunes
ipsi et aliud pacatius ingressi iter alienis
non admoniti casibus illos esse communes. Tot
preter domum nostram ducuntur exequie de mor-
te non cogitamus. Tot acerba funera nos to-
gam nostrorum infantium nos militiam et patrie
hereditatis successionem agitamus animo. Tot
divitum subita paupertas in oculos incidit et nobis
numquam in mentem venit nostras quoque opes eque in lu-
brico positas. Necesse est itaque ut magis corru-
amus quasi ex inopinato ferimur que multo ante
provisa sunt languidius incurrunt. Vis tu scire
te ad omnes expositum ictus stare et illa que alios te-
la fixerunt circa te vibrasse. velut murum aliquem
aut obsessum multo hoste locum et arduum ascensu
inermis adeas. Expecta vulnus et illa
superne volantia cum sagittis telisque saxa in
tuum puta librata corpus. Quotiens aliquis ad
latus aut pone tergum ceciderit exclama.
Non decipies me fortuna nec securum aut negli-
gentem opprimes. scio quid pares. alium quidem per-
cussisti sed me petisti. Quis umquam res suas
quasi periturus aspexit. Quis umquam nostrum de exilio
de egestate de luctu cogitare ausus est.
Quis non si admoneatur et cogitet tamquam
dirum omen respuat et in capita inimicorum
aut ipsius intempestivi monitoris abire illa
iubeat. Non putavi futurum. Quicquam tu pu-
tas non futurum quod multis scis posse fieri. quod
multis vides evenisse. Egregium versum et di-
gnum qui non e pulpito exiret. cuivis potest acci-
dere quod cuiquam potest. Ille amisit liberos
et tu amittere potes. Ille damnatus est et tu-
a innocentia sub ictu est. Error decipit hic
effeminat dum patimur que numquam pati nos
posse providimus. Aufert vim presentibus
malis qui futura prospexit. Quicquid est hoc
Marcia quod circa nos ex adventicio ful-
get liberi honores opes ampla atria
et exclusorum clientium turba referta vestibu-
la clarum nobilis aut formosa coniux ceteraque
ex incerta et mobili sorte pendentia alieni
commodatique apparatus sunt. Nichil horum do-
no datur. Collaticiis et ad dominos redituris
instrumentis scena adornatur. Alia ex hiis primo
die alia secundo referentur. pauca usque ad fi-
nem perseverabunt. Itaque non est quod nos su-
spiciamus tamquam inter nostra positi. mutuo ac-
cepimus. usufructus noster est cuius tempus ille
arbiter muneris sui temperat. Nos oportet
in promptu habere que in incertum diem data sunt et ap-
pellatos sine querela reddere. pessimi
debitoris est creditori facere convicium. Omnes ergo
nostros et quos superstites lege nascendi optamus
et quos precedere iustissimum ipsorum votum est
sic amare debemus tamquam nichil nobis de perpe-
tuitate immo nichil de diuturnitate eorum promis-
sum sit. Sepe admonendus est animus amet ut
recessura immo tamquam recedentia quicquid a for-
tuna datum est tamquam exempto auctore possideas.
Rapite ex liberis voluptates fruendos vos
invicem liberis date et sine dilatione omne gaudium
haurite. Nichil de hodierna nocte promittitur. Ni-
mis magnam advocationem dedi. Nichil de
hac hora. Festinandum est. Instatur a tergo. Iam
disiciet iste comitatus. iam contubernia ista
sublato clamore solventur. Rapina rerum omnium est.
miseri nescitis in fuga vivere. Si mor-

tum tibi filium doleres, cuius temporis quo natus est crimen est. Mors enim illi nascenti determinata est: in hanc legem datus, hoc fatum illum ab utero statim prosequebatur. In regnum fortune et quidem durum atque invictum pervenimus, illius arbitrio digna atque indigna passuri. Corporibus nostris impotenter contumeliose crudeliter abutetur. Alios ignibus perurit et in pena admotos vel in remedium; alios vinctos nunc hostibus, nunc civibus permittet; alios per incerta nudos maria iactabit et luctatos cum fluctibus ne in arenam quidem aut litus explodet, sed in alicuius ventrem immense belue decondet. Alios morbis variis generibus emaciatos diu inter vitam mortemque medios detinebit; ut varia et libidinosa mancipiorumque suorum negligens domina et penis et muneribus errabit. Quid opus est partes deflere? Tota flebilis vita est. Urgebunt nova incommoda prius quam veteribus satisfeceris. Moderanda est itaque vobis maxime que immoderate fertis, et in multos dolores humani pectoris (al. pectoris) vis dispensanda. Que tunc demum ista sue publice conditionis oblivio est? Mortalis nata es et mortales peperisti. Putre ipsa fluidumque corpus et causis morbos repetita sperasti tam imbecilla materia solida et eterna gestasse? Decessit filius tuus, id est decurrit ad hunc finem ad quem que feliciora partu tuo putas properant. Hoc omnis ista que in foro litigat, in theatris spectat, in templis precatur turba dispari gradu vadit; et quos diligis venerarisque et quos despicis unus exequabit cinis. Hoc videlicet illa Pythicis oraculis adscripta vox: Nosce te. Quid est homo? Quodlibet quassum vas et quodlibet fragile iactatum. Non tempestate magna ut dissiperis opus est: ubicumque arietaveris solveris. Quid est homo? Imbecillum corpus et fragile, nudum, suapte natura inerme, alienis opis indigens, ad omnes fortune contumelias proiectum; cum bene lacertos exercuit, cuiuslibet fere pabulum, cuiuslibet victima; ex infirmis fluidisque contextum et lineamentis exterioribus nitidum, frigoris estus laboris impatiens, ipso rursus situ et otio iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modo inopia rumpitur, anime sollicitaeque tutele, precarii spiritus et male herentis, quem pavor repentinus aut dietus ex improviso sonus auribus gravis excutit, soli semper sibi nutrimentum vitiosum et inutile. Miramur in hoc mortem, que unius singultus opus est? Numquid enim ut concidat res magni molimenti est? Odor illi saporque et lassitudo et vigilia et humor et cibus et sine quibus vivere non potest mortifera sunt. Quocumque se movit statim infirmitatis

sue conscium, non omne celum ferens, aquarum novitatibus flatuque non familiaris aure et tenuissimis causis atque offensionibus morbidum, putre causarumque fletu vitam auspicatum. Cum interim quantos tumultus hoc tam contemptum animal movet! In quantas cogitationes oblitum conditionis sue venit! Immortalia eterna volutat animo et in nepotes pronepotesque disponit, cum interim longa conantem eum mors opprimit (al. ...), et hoc quod senectus vocatur paucissimorum circuitus annorum est. Dolor tuus, si modo ulla illi ratio est, utrum sua spectat incommoda an eius qui decessit? Utrum te in amisso filio movet quod nullas ex ipso voluptates cepisses, an quod maiores si diutius vixisset percipere potuisses? Si nullas te percepisse dixeris, tolerabilius efficies detrimentum tuum; minus enim homines desiderant ea ex quibus nihil gaudii leticieque perceperant. Si confessa fueris percepisse magnas voluptates, oportet te non de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod contigisti. Provenerunt enim satis magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione, nisi forte hii qui catulos avesque et frivola animorum oblectamenta summa diligentia nutriunt fruuntur aliqua voluptate ex visu tactuque et blanda adulatione mutorum, liberos nutrientibus non fructus educationis ipsa educatio est. Licet itaque nihil tibi industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia suaserit, ipsum quod habuisti, quod amasti, fructus est. At potuit longior esse, maior, melius. Tamen tecum actum est quam si omnino non contigisset, quoniam si ponatur electio utrum satius sit non diu felicem esse an numquam, melius est discessura nobis bona quam nulla contingere. Utrum malles degenerem aliquem et numerum tantum nomenque filii expleturum habuisse, an tante indolis quante tuus fuit iuvenis, cito prudens, cito pius, cito maritus, cito pater, cito omnis officii curiosus, cito sacerdos, ad omnia tamquam properans (al. properans)? Nulli fere magna bona et diuturna contingunt. Non durat nisi ad ultimum exit, nisi lenta felicitas. Filium tibi dii immortales non diu daturi statim talem dederunt qualis diu effici potest. Ne illud quidem dicere potes electam (al. electam) te a diis cui frui non liceret filio. Circumfer per omnem notorum et ignotorum frequentiam oculos: occurrent tibi passi ubique maiora. Senserunt ista magni imperatores, senserunt principes. Ne deos quidem fabule immunes reliquerunt, puto ut nostrorum funerum levamentum esset etiam divina concidere. Circumspice omnes: nullam tam miseram nominabis domum que non inveniat in miseriore solatium. Non mehercule tam male de moribus tuis sentio ut putem posse te levius pati casum tuum si tibi ingentem

mi luget tu pducea malivoli solam grey
e turba miseror. Quosdaz tn referaz. no
ut scias hc solere hoibus accidere. Ridiculu
e ei mortalitatis exempla colligere. sz ut sci
as fuisse multos qui leniter asperam placi
du ferendo. Ille felicissimo mancipatum l. silla
filiu amisit. n ea res a maliciaz ei9 et
acerrima ultutez i hostes crudelitas contulit a ef
fecit ut cognomen illud usurpasse saluo uide
retur. qd amisso filio assumpsit. nc odia hom
inum meruit. contra illos male nimis seuiendo res
constat nc inuidiaz deor. contra illud crimen
erat. silla tam felix. Contra istud michi res nondu
iudicatam abeat qualis silla fuit et inimici
fatebunt bn illu arma sumpsisse bn posuisse
sz de quo agit constabit no ee maximum ma
lum. qd et ad felicissimos puenit. Ne nimio
admireris quia illuz patrez. qui i ipso sacrificio
nunciata filii morte tibicinez tm tacere iussit
et corona capite detractam cetera rite pfecit.
Pulvillus effectat pontifex cum postez tene
ret et capitolium dedicaret mortez filii nunciataz
quaz ille exaudisse dissimulans. et solemnia po
tificat carminum uba concepit. gemitu no inter
rumpente precatoz et ad filii sui no iove precato
Putasses eu luctu aliquem sine ee debere. Cu
primus dies primus impetus ab altaribus publi
cis et faustis imprecatoe no abduxit. Prem
Dignus me hercle fuit memorabili dedicatione
dignus amplissimo sacerdotio. qui colere deos ne
iratos quidez destitit. Idez tn ut redit domu
repleuit oculos et aliquas uoces flebiles mi
sit et patris qui mos erat prestare defunctis ad
capitolium hilari redit vultu. Paulus ille
nobilissimi triumphi dux. quo uictu an cu
egit ipse illum regis nomen. duos filios in
adoptionez dedit. quos et seruauerat extulit.
quales rectos putas cu ille comodatos su
spicio fuisse. no sine motu natum pauli tamen
ipsis ... aspexerit. Contionatus e tn et egit diis
gratias. qd opus non factus eet. ptatuz. n. sz ut
si quid ob ingentez uictoriaz inuidia dampnumz
eet id suo potius qz publico damno solueret. Vi
des qz magno aio tulerit orbitati sue gratula
tus e. et qz magis potuit moue tanta mutatio
solacia sit atz cuiuslibz pdit. no contigit sic ta
ciz Paulus sine uide. Sed ne te p innumerabilia
magis uiros extra duaz et graz miseros qui in
difficilius sit uenire feliciis. Cui ei quz domus
usqz ad exitu ambo pribus suis constat i q no
aliqz ptatu sit. Domi quelibz anuz occupa
tyrio et xiro migratis orta luctuz siue bibu

lu et Cesare ridebis. int collegas nimi
tissimos concordez fortunaz. l. bibuli melioris qz
fortioris uiri. duo simul filii interfecti sunt
Egypto quidez militi ludibrio habiti ut no
minis ipsa orbitate autor eius dignus res la
crimis est. Bibulus tn qui toto honoris sui
anno ob inuidiaz collige domi latuerat
postea die qz geminum finis renunciatu e. p
cessit ad solita i publica officia. Quid magis
pt qz prim diez duobus filiis dare. taz cito
liberos luctuz finiuit. qz consulatu annum
luxerat. Cesar cu britanniaz pagaret
nc occeano felicitez suaz gemme posset. audi
uit decessisse filiaz publica sortez fata du
centez. quam oculis erat iaz. c. n. pompeius
no eque latuz aio qui ipm alui ee i rep
magnu et modu impositurus incremetis q
quia illi uidebant. et cu i dextre crescen
ti i tantuz dieiz ipatoria obit uiria. et taz
cito dolore uicit qz oia solebat. Quid a
lioru tibi funera cesaris. qs i hac m uide
mira uiolare fortuna. ut sic qz gnis huano
possit ostendes ne eos quidez qui diis ge
niti deorumqz gemini dicat sit suaz fortunaz
i ptate hre quadmodum alienaz. Diuus au
gustus amissis liberis nepotibus. exhausta q
suaz turba. adoptioe desertaz domum susti
tulit tn fortit. qz cuius iaz res agebat. eius
qz magis iteret. de diis neuz qui. Cesar
sar et que genuerat et que adoptauerat a
misit. ipse tn p rostris laudauit filium. stetit
i conspectu posito corpe interiecto tm uelamto
qd pontificis oculos a funere arcet. et flere p. r.
no flexit uultu. Experiend se dedit seiano
ad latus stanti qz patienter posset suos
pdere. Vides ne quanta copia maxi maiorum
sit. qs no excepit hic oia psterne casus
i qs tot ac bona tot ornamenta publica pua
timqz congesta erant. Sz uidelz ut i orbez ista tem
pestas et sn delectu uastat oia. agitz ut
sua iube singulos cofere res. nulli contingit
impune nasci. Potio quid dicas obliuis es
feminez et consolari uiros referas exempla. Res
at dixit iaz maligne mulier ingenuis
cepisse. uirtutes illas i certuz rexisse. par il
lis in corde uigor. par ad honesta libera
facultas e. dolorez laboreqz ex equo si q
sincere patiunt. In qua istud urbe dii boni
loquimur i qua regez romanis capitibus lucre
cia et brutus deiecerant. bruto libertatez debe
lucretie brutu. i qua cohelicez graprio hoste
a flumine ob insignez audaciaz. tm no in

viros tristapsimus equestri insidens statue
in sacra via celeberrimo loco Cloelia exprobat
iuvenibus nostris pulvinum escendentibus in
ea illos urbe sic ingredi in qua et feminas
equo donavimus. Quod si tibi vis exempla referri femi-
narum que suos fortiter desideraverint, non ho-
stiatim queram. Ex una tibi familia duas Cor-
nelias dabo: primam Scipionis filiam, Graccho-
rum matrem. Duodecim illa partus totidem funeribus
recognovit. Et de ceteris facile est quos
nec editos nec amissos civitas sensit. Grac-
cos quos et qui bonos viros negavit magnos
fatebitur, et occisos vidit insepultos. Conso-
lantibus tamen miseramque dicentibus: numquam inquit non
felicem me dicam que Gracchos peperi. Cornelia

de Cornel.

Livii Drusi clarissimum iuvenem illustris inge-
nii vadentem per Graccana vestigia inperfectis
tot rogationibus intra penates interceptum su-
os amiserat incerto cedis auctore. Tamen et a-
cerbam mortem filii et inultam tam magno animo tulit
quam ipse leges tulerat. Iam cum fortuna in gratiam
Marcia reverteris, si tela que in Scipiones Scipi-
onumque matres ac filios exegit, quibus Cesares
petit, ne a te quidem continuit. Plena et infesta
variis casibus vita est, a quibus nulli longa
pax, vix indutie sunt. Quattuor liberos sus-
tuleras Marcia. Nullum aiunt frustra cadere
telum quod in confertum agmen immissum est. Mi-
rum est tantam turbam non potuisse sine invidia
sine damno pretervehi. At hoc iniquior fortuna
fuit quod non tantum filios eripuit sed elegit. Numquam
tamen iniuriam dixeris ex equo cum potentiore
dividere. Duas tibi reliquit filias et harum nepo-
tes, et ipsum quem maxime luges prioris obli-
ta non ex toto abstulit. Habes ex illo du-
as filias similes. Fors magna honera, si bene
magna solacia. In hoc te perducit ut illas cum vi-
deris admonearis filii non doloris. Agri-
cola eversis arboribus quas aut ventus radicitus
evulsit aut contortus repentino impetu turbo
prefregit, subolem ex illis residuam fovet et in
amissarum semina statim plantas disponit et mo-
mento. Nam ut in damna ita ad incrementa
rapidum velox tempus est, adolescunt amissis
letiora. Has nunc Metilii tui filias in eius
vicem substitue et vacantem locum exple. Unum do-
lorem geminato solatio leva. Est quidem hec na-
tura mortalium ut nichil magis placeat quam quod
amissum est. Iniquiores sumus adversus relic-
ta ereptorum desiderio. Sed si estimare volueris
quam valde tibi fortuna etiam cum seviret pepercerit, scies
te habere plus quam solacia. Respice tot nepo-

tes, duas filias. Dic illud quoque Marcia: move-
rer si esset cuique pro moribus fortuna et numquam
mala bonos sequerentur. Nunc video exempto
discrimine eodem modo malos bonosque iactari.
Grave est tamen quem educaveris iuvenem iam ma-
tri iam patri presidium ac decus amittere. Quis negat
grave esse? Sed humanum est. Ad hoc genitus es ut per-
deres, ut perires, ut sperares, metueres, ali-
os teque inquietares, mortem et timeres et opta-
res, et quod est pessimum, numquam scires cuius esses
status. Si quis Siracusas petenti diceret: Omnia
incommoda, omnes voluptates future peregrinationis
tue ante cognosce, deinde ita naviga. Hec
sunt que mirari possis. Videbis primum ipsam
insulam ab Ytalia angusto interscissam freto
quam continenti quondam coherisse constat. Subitum
illo mare irrupit et Hesperium Siculo latus ab-
scidit. Deinde videbis, licebit enim tibi avidis-
simum maris verticem destringere, stratam illam
fabulosam Caribdim quamdiu ab austro vaca-
t. At si quid inde vehementius spiravit, magno
hiatu profundoque navigia sorbentem. Videbis
celebratissimum carminibus fontem Arethusam
nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni geli-
dissimas aquas profundentem, sive illas ibi primum
nascentes invenit, sive in ipsum [illegible] integrum subter
tot maria et a confusione peioris unde servatum
reddidit. Videbis portum quietissimum omnium
quos aut natura posuit in tutelam classium aut adiu-
vit manus, sic tutum ut ne maximarum quidem
tempestatum locus furori sit. Videbis ubi A-
thenarum potentia fracta, ubi tot milia captivorum
ille excisis in infinitam altitudinem saxis nat-
ivus carcer incluserat, ipsam ingentem civitatem
et laxius territorium quam multarum urbium fines sunt,
tepidissima hyberna et nullum diem sine inter-
ventu solis. Sed cum ista omnia cognoveris, gra-
vis et insalubris estas hyberni celi bene-
ficia corrumpet. Erit Dionisius illic tyrannus,
libertatis iustitie legum exitium, dominationis cupi-
dus et post Platonem vite, et post exilium alios
uret, alios verberabit, alios ob levem offen-
sam iubebit truncari. Arcessit ad libidinem
mares feminasque et inter fedos regie intempe-
rantie greges parum erit simul binis coire.
Audisti quid te invitare possit, quid absterre-
re; proinde aut naviga aut resiste. Post hanc
denuntiationem si quis dixisset intrare se Siracu-
sas velle, satisne iustam querelam de ullo
nisi de se habere posset, qui non incidit in illa sed
prudens sciensque venisset? Dicit omnibus nobis natura: Ne-
minem decipio. Tu si filios sustuleris poteris

hec formosos et deformes potius fortasse. nulla nascentem ex diis ex illis tam servator patrie quam proditor poterit. Non est quod spe-res tam dignationem suinares ut nemo illos vel maledicere audeat. Propone tibi et tantum futuros turpitudinis ut ipsis maledicere sit. Nichil vetat illos tibi suprema prestare et laudari te a liberis tuis sed sic te para tamquam in ignem positura vel puerum vel iuvenem vel senem. Nichil in ad te pertinet annum quia nullum non acerbum funus est quod parens sequitur. Post has leges propositas si liberos tollis omnes deos invidia liberas qui tibi nil spoponderunt certi. Hanc ymaginem agedum ad totius vite introitum referamus. Syracusas visere desideranti quicquid delectare poterat quicquid offendere exposui. Puta nascenti me tibi venire consilium mutaturus es urbem diis hominibusque communem omnia complexam certis legibus eternisque devinctam indefatigata celestium officia volventem. Videbis illic innumerabiles stellas micare mirabis uno sidere omnia impleri. Videbis solem cotidiano cursu diei noctisque spatia signantem, annuo estates hyemesque equalius dividentem. Videbis nocturnam lune successionem a fraternis occursibus lene remissumque lumen mutuantem et modo occultam modo toto ore terris imminentem accessionibus damnisque mutabilem semper proxime dissimilem. Videbis quinque sidera diversas agentia vias et contra precipitem mundum nitentia. Ex horum levissimis motibus fortune populorum dependent et maxima ac minima proinde formantur prout equum iniquumve sidus incessit. Mirabaris congesta nubila et cadentes aquas et obliqua fulmina et celi fragorem. Cum satiatus spectaculo supernorum in terram oculos deieceris excipiet te alia forma rerum aliterque mirabilis. Hinc camporum in infinitum patentium fusa planicies hinc montium magnis et nivalibus surgentium iugis erecti in sublime vertices. Deiectus fluminum et ex uno fonte in orientem occidentemque diffusi amnes. Et summis cacuminibus nemora nutantia et tantum silvas cum suis animalibus aviumque concentu dissono. Varii urbium situs et seclusae nationes locorum difficultate quarum alie se in erectos subtrahunt montes. Alie ripis lacu vallibus palude circumfunduntur. Adiuta cultu seges et arbusta sine cultore fertilia et rivorum lenis inter prata discursus et amenissimus et littora in portum recedentia. Sparse tot per vastum insule que interventu suo maria distinguunt. Quid lapidum gemarumque fulgor et inter rapidos torrentium

aurum arenis influens et in mediis terris medioque rursus mari terre ignium faces et vinculum terrarum occeanus continuationem gentium triplici sinu scindens ingenti licentia exestuans. Videbis hic inquietis et sine vento fluctuantibus aquis in mari et excedenti terrestria magnitudine animalia quedam gravia et alieno se magisterio moventia quedam velocia et concitatis perniciora remigiis quedam haurientia undas et magno prenavigantium periculo efflantia. Videbis hic navigia que non novere terras querentia. Videbis nichil humane audacie intemptatum eris quoque et spectator et ipse pars magna conatuum. Disces docebisque artes alias que vitam instruant alias que ornent alias que regant. Sed illic erunt mille corporum animorum pestes et bella et latrocinia et venena et naufragia et intemperies celi corporisque et carissimorum acerba desideria et mors incertum utrum facilis an per penam cruciatumque. Delibera tecum et perpende quid velis ut ad illa venias per illa exeundum est. Respondebis velle te vivere. Quidni? Immo puto ad illud non accedes ex quo tibi aliquid decuti doles. Vive ergo ut convenit. Nemo inquis nos consuluit. Consulti sunt hiis de nobis parentes nostri qui cum condicionem vite nossent ad hanc nos sustulerunt. Sed ut ad solacia veniam videbis primum quid curandum sit deinde quemadmodum. Movet lugentem desiderium eius quem dilexit. Id per se tollerabile apparet. Absentes enim futurosque dum vivent non flemus quamvis omnis usus nobis illorum conspectusque sit ereptus. Opinio est ergo que nos cruciat et tanti quodque malum est quanti illud taxamus. In nostra potestate remedium habemus. Iudicemus illos abesse et nos ipsos fallamus. Dimisimus illos immo consecuturi premisimus. Et hoc te lugentem non erit qui me defendat qui a contemptu vindicet. Ut minime probabili sed vero solacio utar. In civitate nostra plus gratie orbitas confert quam eripit adeoque senectutem solitudo que solebat destruere ad potentiam ducit ut quidam odia filiorum simulent et liberos eiurent et orbitatem manu faciant. Scio quid dicas. Non movet me detrimentum meum. Etenim non est dignus solacio qui filium sibi decessisse sic moleste fert tamquam mancipium in filio respicit quid ipse putat. Quid ergo te maxime movet? Quod filius tuus decessit an quod non diu vixit. Si quod decessit, semper debuisti dolere. Semper enim scisti moriturum. Cogita nullis defunctum malis affici. Illa que nobis inferos faciunt terribiles fabula esse. Nullas imminere mortuis tenebras. Nec carcerem. Nec fulmina

igne flagrantium nec oblivionis amnes nec tribunalia et reos et in illa reos libertate tam laxa ullos iterum tyrannos: lusterunt ista poete et vanis nos agitavere terroribus. Mors omnium dolorum et solutio est et finis, et ultra quam mala nostra non exeunt, que nos in illam tranquillitatem in qua antequam nasceremur iacuimus reponit. Si mortuorum aliquis miseretur, et non natorum misereatur. Mors nec bonum nec malum est; id enim potest aut bonum aut malum esse quod aliquid est; quod vero ipsum nichil est et omnia in nichilum redigit, nulli nos fortune tradit. Mala enim bonaque circa aliquam versantur materiam. Non potest id fortuna tenere quod natura dimisit, nec potest miser esse qui nullus est. Excessit filius tuus terminos intra quos servitur; excepit illum magna et eterna pax. Non paupertatis metu, non divitiarum cura, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessitur; non invidia felicitatis aliene tangitur, non sue premitur; non conviciis quidem ullis verecunde aures verberantur; nulla publica clades prospicitur, nulla privata; non sollicitus futuri pendet et ex eventu semper incertiora disponenti. Tandem ibi constitit unde nichil eum pellat, ubi nichil terreat. O ignaros malorum suorum, quibus non mors ut optimum inventum nature laudatur, que sive felicitatem includit sive calamitatem repellit sive satietatem ac lassitudinem senis terminat sive iuvenile evum dum meliora sperantur in flore deducit sive pueritiam ante duriores gradus revocat, omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum, nullis melius merita quam de hiis ad quos venit antequam invocaretur. Hec servitutem invito domino remittit; hec captivorum catenas levat; hec e carcere educit quos exire imperium impotens vetuerat; hec exulibus in patriam semper animum oculosque tendentibus ostendit nichil interesse infra quod quis iaceat; hec ubi res communes fortuna male divisit et equo iure genitos alium alii donavit, exequat omnia; hec est post quam nichil quisquam alieno fecit arbitrio; hec est in qua nemo humilitatem suam sensit; hec est que nulli paruit; hec est, Marcia, quam pater tuus concupiit; hec est inquam que efficit ut nasci non sit supplicium, que efficit ut non concidam adversus minas casuum, ut servare animum salvum ac potentem sui possim. Habeo quod appellem. Video istic cruces non unius quidem generis sed aliter ab aliis fabricatas: capite quidam conversos in terram suspendere, alii per obscena stipitem egerunt, alii brachia patibulo explicuerunt; video fidiculas, video verbera, et membris singulis articulis singula docuerunt machinamenta, et video mortem. Sunt istic hostes cruenti, cives superbi:

sed video istic et mortem. Non est molestum servire ubi, si dominii pertesum est, licet uno gradu ad libertatem transire. Caram te, vita, beneficio mortis habeo. Cogita quantum boni opportuna mors habeat, quam multis diutius vixisse nocuerit. Si Gneum Pompeium, decus istud firmamentumque imperii, Neapoli valitudo abstulisset, indubitatus populi Romani princeps excesserat. At nunc exigui temporis adiectio fastigio illum suo depulit: vidit legiones in conspectu suo cesas, et ex illo prelio in quo prima acies senatus fuit, quam infelices reliquie sunt, ipsum imperatorem superfuisse; vidit Egiptium carnificem et sacrosanctum victoribus corpus satelliti prestitit, etiam si incolumis fuisset penitentiam salutis acturus. Quid enim erat turpius quam Pompeium vivere beneficio regis? M. Cicero si illo tempore quo Catiline sicas devitavit, quibus pariter cum patria petitus est, concidisset, liberata re publica servator eius, si denique filie sue funus secutus fuisset, etiam tunc felix mori potuit. Non vidisset strictos in civilia capita mucrones nec divisa percussoribus occisorum bona, ut etiam de suo perirent, non hastam consularia spolia vendentem nec cedes nec locata publice latrocinia bella rapinas, tantum Catilinarum. M. Catonem si a Cypro et hereditatis regie dispensatione redeuntem mare devorasset vel cum illa pecunia quam afferebat civili bello stipendium, nonne illi bene actum foret? Hoc certe secum tulisset, neminem ausurum coram Catone peccare. Nunc annorum adiectio paucissimorum virum libertati non sue tantum sed publice natum coegit Cesarem fugere, Pompeium sequi. Nichil ergo illi mali immatura mors attulit; omnium malorum remisit patientiam. Nimis tamen cito periit et immaturus. Primum puta illi superfuisse. Comprehende quantum plurimum procedere homini licet: quantum est? Ad brevissimum tempus editi, cito cessuri loco venienti, impositum hospitium hoc prospicimus. De nostris etatibus loquor, quas incredibili celeritate convolvi constat? Computa urbium secula: videbis quam non diu steterint etiam que vetustate gloriantur. Omnia humana brevia et caduca sunt et infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc cum urbibus populisque et fluminibus et ambitu maris puncti loco ponimus ad universa referentes: minorem portionem etas nostra quam puncti habet, si omni tempori comparetur, cuius maior est mensura quam mundi, ut pote cum ille se intra huius spatium totiens remetiatur. Quid ergo interest id extendere cuius quantumcumque fuerit incrementum non multum aberit a nichilo? Uno modo multum est quod vivimus, si satis est. Licet mihi vivaces

& i mediaz eradice senectutis uiros · Noce
centenos denosq3 percenseas anos · tu ad
omne tpus dimiseris aim · nulla erit illa
breuissimi logissimiq3 cui dati · si inspecto
quto cuiq3 uixerit spacio · cparaueris quto no
uixit · Dein si tpriatus decessit · uixit n
quatuz debuit uiue · nich illi iaz ultra sperat
Non una hoib9 senectus e · ut ne alalib9 qd
m̄ · qui uordeni quaz anos defatigat · & h ill
logissia etas e q hoi pima · dispar cuiq3 ui
uendi facultas data e · Nemo nimis ci
to morit · q̄ uicturus diuti9 qm uixit n fuit
fixus e cuiq3 tmin9 · manebit sp ubi positus
n illu ulti9 diligētia aut gra pmouebit
sic limit illu ultim9 ex csilio pdidisse · tu
lit q3 suu · metasq3 dati puenit ad eui · Non
e itaq3 q sic te honerat · potuit diuti9 uiue
no e interrupta ei9 uita · n unq se anis [al. annumis et]
corp9 i(n)tra(n)t · soluit · qd cuiq3 pmissu e · Eut
ut sua fata · n adiaut qsqm · nec ex pro
misso scl demit · frustra uota ac studia sr̄
habebit qsq quati3 illi dies pimus ascripsit
Ex illo q primu lucaz uidit · iter mort igr
sus e · accessit q3 fato ppior · & illi ipsi q adiciebat
bat adolescentie anni uite detrahebat · In h
os errore uersam ut no putem9 ad morte
n senes inclinatosq3 iaz uergere · tu illo in
fantia statim & iuuenta · ois etas ferat dugu
rii opus suu · fata nobiz sensu3 nre mortis
auferunt · quoq3 facilius obrepat mors sub
ipso uite noie latet · Infantiz i se pueri
tia · pueritiaz pubertas · iuuenez senex abs
tulit · incrementa ipa si bene cputas damna
sut · Queraris Marcia · non tam diu filium
tuu uixisse qm potuisse · vnde ei scis an diu
ei illi expedierit · an illi hac morte csultu
sit · quez inuenire hodie potes · cui9 res tam
bene posite sit & fundate · ut nich illi pro
deunti tpe timeduz sit · labunt humana ac flu
unt · nec ulla ps uite nre · taz obnoxia ac te
nera est qm que maxie placet · ideoq3 felicissimis
optandu mors e · qr in tanta inconstantia t(ur)bas
rerum nich n qd pterit certuz e · Quis tibi re
pit illud filii tui pulcerimi corp9 · & summa
pudoris cura · cudia · inter luxurie urbis oculos
cseruatuz · potuisse ita morbos euade · ut
ad senectute illesu pferre fore · decus · Cogita
ac mille labes · nez n ceciu ingenia gliaz in
adolescentia spē suu fecerunt · usq3 i senectute [al. tergu]
pdurat · sz ut usa plerumq3 sz ea ferre · turpi [al. coqnit] se
dior luxuria inuasit · cogit dehonestare specio
sa principia · aut i popina uentreq3 proq3 sumā

q3 illis curaest fuit · qd essent · qd biberent · Adi
ce incendia ruinas naufragia lacerationes
nosq3 medicor ossa uiuis legentiu & totas
i uiscera manus demittetiuz · & no simplici
dolore pudenda curantiuz · post hec exiliu · No
fuit innocentior filius tuus qm rutilius · Carcere
no fuit sapientior qm socrates · Voluntarie
uolnere transfixum pectus · no fuit sanctior qm ca
to · Cuz ista pspexeris · scies optime cu hijs a
gi q a na · q illos hec manebat uite sti
pendiuz · cito intuz recepit · Nich e tam
fallax qm uita humana · nich taz insidiosuz
Non me hercle quisqm illaz accepisset n daret
inscijs · Itaq3 felicissimu e no nasci · proxime
puto breuitate defunctos · cito i integrum restitui
Pone illud tempus acerbissimu tps quo seianum pa
trem tuu clienti suo atq3 sedis cgiarium dedit
Irascebatur ille ob unu aut alterū liberius dictum
qd tacite ferre no poterat · seianu i ciu
ces nras ne ipom quidem se descende detinē
bat · illi statua i pompeij theatro poneda
qd exustum cesar reficiebat · Exclamauit [al. cordus]
cordus tunc uere theatrū perire · Quid g̃o n rupe
sup cineres · Cn · pompeij cstitui seianum & i
monumentis maximi imperatoris cseccrari · psi
du militez · cseccrā subscriptio & acerrimi ca
nes q ille ut sibi uni mansuetos · oibus
feroces haberet · sanguine humano pascebat ·
circūlatrare & hoc illu ipm cu inciperet
quid faceret si uiue uellet · seianus rogandus
erat · si mori · filia uterq3 inexorabilis · csti
tuit filiaz fallere · Usus itaq3 balneo · et
quo plurimu ponet i cubiculu · se qsi gusta
turus ctulit · & dimissis pueris · qdaz p fene
stram ut uideretur edisse proiecit · a cena
deinde qsi iaz satis i cubiculo edisset abstinu
it · altero q3 die & tercio idez fecit · quartus ipa
infirmitate corporis faciebat indiciu · cplexus
itaq3 te karissima inquit filia · & hec unica tota
celata uita · iter mortis ingressus sum · &
mediu fere teneo · reuocare me n debes
nec potes · Atq3 ita iussit lumen oe pcludi
& se i tenebras cdidit · Cognito csilio ei9
publica uoluptas erat · qr e faucib9 aui
dissimorum luporum educeretur preda · accusa
tores seiano auctore adeunt csulu tribu
nalia · queruntur mori cordum · ut interpellar
qd coegerant · Adeo illis cordus uidebatur
effugere · magna res erat i qone an mort
reus pderet · dum deliberat · dum accusatores
iterum adeunt ille se absoluerat · Uides ne
Marcia · qnta iniquorum tpm uices ex impro

nato irritant. Fles quod alicui tuorum mori ne-
cesse fuit? perire non licuit. Preter hoc quod
omne futurum incertum est et ad deteriora certius, facil-
limum ad superos iter est animis cito ab huma-
na conversatione dimissis. minimum enim fecis et pon-
deris traxerunt. antequam obducerent et altius ter-
rena conciperent liberati leviores ad originem
suam revolant et facilius quicquid est illud obsole-
ti illitique eluunt. Nec umquam magnis ingeniis
cara in corpore mora est. exire atque erumpere ge-
stiunt. egre has angustias ferunt. vagi per
omne sublime et ex alto assueti humana despi-
cere. Inde est quod Plato clamat sapientis animum
totum in mortem prominere. hoc velle hoc meditari
hac semper cupidine ferri in exteriora tendentem.
Quid tu Marcia cum videres senilem in iuvene
prudentiam victorem omnium voluptatum animum
emendatum carentem vitio. divitias sine avaritia
honores sine ambitione. voluptates sine luxuria
appetentem. diu tibi putabas illum sospitem
posse contingere? Quicquid ad summum pervenit ad
exitum prope est. eripit se aufertque ex oculis
perfecta virtus. nec ultimum tempus expectat que
in primo maturuerit. Ignis quo clarius fulsit citius
extinguitur. Vivacior est qui cum lenta difficilique
materia commissus fumoque demersus ex sordi-
do lucet. eadem enim detinet causa que maligne
alit. Sic ingenia quo illustriora breviora sunt.
Nam ubi incremento locus non est vicinus occa-
sus est. Fabianus ait id quod nostri quoque parentes
videre. puerum Rome fuisse statura ingentis viri.
sed hic cito decessit. et non moriturum brevi nemo
prudens dixit. Non poterat enim ad illam eta-
tem pervenire quam preceperat. Ita est exitium im-
minentis exitii maturitas. et appetit finis ubi
incrementa consumpta sunt. Incipe virtutibus illum
non annis estimare. satis diu vixit. pu-
pillus relictus sub tutorum cura usque ad quar-
tumdecimum annum fuit. sub matris tutela sem-
per. cum haberet suos penates relinquere tuos nolu-
it. adolescens statura pulcritudine certo cor-
poris robore castris natus militiam
recusavit ne a te discederet. Computa Mar-
cia quam raro liberos videant que in diversis
domibus habitant. cogita totos illos annos
perire matribus et per sollicitudinem exigi quibus
filios in exercitu habent. scies multum patuisse
hoc tempus ex quo nichil perdidisti. Numquam e conspectu
tuo recessit. sub oculis tuis studia formavit
excellentis ingenii et equaturi avum nisi obsti-
tisset verecundia que multorum profectus silen-
tio pressit. Adolescens rarissime forme in

tam magna feminarum turba viros corrumpentium
nullius se spei prebuit. et cum quarundam usque ad
temptandum pervenisset improbitas. erubuit
quasi peccasset quod placuerat. Hac sanctitate morum
effecit ut puer admodum dignus sacerdotio vide-
retur. materna sine dubio suffragatione. sed ne mater
quidem nisi pro bono candidato valuisset. Harum contem-
platione virtutum filium gere. que si non ille
magis tibi vacat. nunc nichil habet quo avocetur.
numquam tibi sollicitudini numquam erit merori. quod
unum ex tam bono filio poteras dolere doluisti.
Cetera exempta casibus plena voluptatis sunt.
si modo uti filio scis. si modo quid in illo pretiosis-
simum fuerit intelligis. Imago dumtaxat filii tui
periit et effigies non simillima. ipse quidem eternus
meliorisque nunc status est. despoliatus oneri-
bus alienis et sibi relictus. Hec que vides ossa circum-
voluta nervis et obductam cutem vultumque et
ministras manus et cetera quibus involuti sumus
vincula animorum tenebreque sunt. obruitur hiis a-
nimus effugatur inficitur arcetur a veris et
suis et in falsa coniectus. omne illi cum hac carne
grave certamen est ne abstrahatur et su-
dat. nititur illo unde dimissus est. ubi illum eterna
requies manet e confusis crassisque pura et liquida
visentem. Proinde non est quod ad sepulcrum filii
tui curras. pessima eius et ipsi molestissima
istic iacent ossa cineresque. non magis illius
partes quam vestes aliaque tegumenta corporum.
Integer ille nichilque in terris relinquens sui fu-
git et totus excessit. paulumque supra nos commo-
ratus dum expurgatur et inherentia vitia situmque
omnis mortalis evi excutit. Deinde ad excel-
sa sublatus inter felices currit animas. Excepit
illum cetus sacer. Scipiones Catonesque. interque contem-
ptores vite et beneficio liberos. parens tuus
Marcia. Ille nepotem suum. quamquam illic omnibus om-
ne cognatum est. applicat sibi nova luce gauden-
tem. et vicinorum siderum meatus docet. nec ex con-
iectura sed omnium ex vero peritus in archana
nature libens ducit. utque ignotarum urbium
monstrator hospiti gratus est ita sciscitanti cele-
stium causas domesticus interpres. et in profunda terrarum
permittit aciem. iuvat enim ex alto relicta re-
spicere. Sic itaque Marcia te gere tamquam sub
oculis patris filiique posita. non illorum quos nove-
ras sed tanto excellentiorum et in summo locatorum.
Erubesce quicquam humile aut vulgare et mutatos
in melius tuos flere. per eterna rerum per libera et
vasta spacia dimissos non illos interfusa
maria discludunt nec altitudo montium aut invie
valles aut incertarum vada sirtium. omnia plana

trantite plam & ex fatali mobiles & repe-
dit & iulet pnis sunt intermixtus sideribus.
Puta itaque ex illa arce celesti patrem
tuum marcia & cui tantum apud te auctoritatis
erat quantum tibi apud filium tuum non illo in-
genio quo civilia bella defluuit (al. deflevit) quo proscri-
bentes in eternum ipse proscripsit sed tanto elatio-
rem quanto est ipse sublimior dicere. cur te filia tam
longa tenet egritudo. cur in tanta veri igno-
rantia versaris ut inique actum iudices cum
filio tuo quod integro domus statu integer ipse ad ma-
iores recepit suos. Nescis quantis fortuna pro-
cellis disturbet omnia quam nullis benignam facile-
que se prestiterit nisi qui minimum cum illa contraxerat. Re-
ges ne tibi nominem felicissimos futuros si ma-
turius illos mors instantibus subtraxisset malis. an
romanos duces quorum nichil magnitudini deerit si
aliquid etati detraxeris. an nobilissimos vi-
ros clarissimosque ad ictum militaris gladii compo-
sita cervice formatos. Respice patrem atque
avum tuum. ille in alieni percussoris venit arbi-
trium. ego nichil in me cuiquam permisi & cibo prohibitus
ostendi tam magno me quam vivebat animo scripsisse.
cur in domo nostra diutissime lugetur qui felicissime
moritur. Coimus omnes in unum videmusque non alta
nocte circumdati nil apud vos ut putatis o-
ptabile nil excelsum nil splendidum sed humilia
cuncta & gravia & anxia & quotam partem luminis
nostri cernentia. Quid dicam nulla hic arma mu-
tuis furere concursibus nec classes classibus fran-
gi nec parricidia aut fingi aut cogitari nec fo-
ra litibus strepere dies perpetuos nichil in obscuro
detectas mentes & aperta precordia & in publico
medioque vitam & omnis evi prospectum venientiumque.
Iuvabat unius me seculi facta componere in
parte ultima mundi & inter paucissimos gesta
tot secula tot etatum contextum seriem quicquid
annorum est licet visere licet surrectura licet ruitura
regna prospicere & magnarum urbium lapsus & ma-
ris novos cursus. Nam si tibi potest solatio
esse desiderii tui commune fatum nichil quo stat
loco stabit omnia sternet abducetque secum ve-
tustas. nec hominibus solum. quota enim ista for-
tuite potentie portio est sed locis sed regionibus
sed mundi partibus ludet & tot supprimet mon-
tes & alibi rupes in altum novas exprimet. ma-
ria sorbebit flumina avertet & commercio gen-
tium rupto societatem generis humani cetumque dis-
solvet. Alibi hiatibus vastis subducet ur-
bes tremoribus quatiet & ex infimo pestilentie
halitus mittet & inundationibus quicquid habitatur
obducet. Necabitque omne animal orbe submerso
& ignibus vastis torrebit incendetque morta-
lia & cum tempus advenerit quo se mundus renova-
turus extinguat viribus ista se suis cedent
& sidera sideribus incurrent & omni flagrante ma-
teria uno igne quicquid nunc ex disposito lucet ar-
debit. Nos quoque felices anime & eterna sortite cum
deo visum erit iterum ista moliri labentibus
cunctis & ipse parva ruina ingentis accessio
in antiqua elementa vertemur. Felicem fi-
lium tuum marcia qui ista iam novit.

L. A. S. ad Marciam de consolatione filii sui liber explicit.

Incipit liber eiusdem ad helviam matrem de consolatione sui

Sepe iam mater optima impetum cepi consolandi
te sepe continui. ut auderem mul-
ta me impellebant. primum vide-
bar depositurus omnia incommoda cum lacrimas
tuas & si supprimere non potuissem interim certe
abstersissem. deinde plus habiturum me aucto-
ritatis non dubitabam ad excitandam te si
prior ipse consurrexissem. preterea timebam ne a
me victa fortuna aliquem meorum vinceret. Itaque
utcumque conabar manum super plagam meam im-
posita ad obliganda vulnera vestra reptare. hoc
propositum meum erat rursus que retardabant. du-
rarens seviret dolori tuo sciebam occurrendum
non esse ne illum ipsa solatia irritarent & ac-
cenderent. nam in morbis quoque nichil est perniciosius
quam inmatura medicina. Expectabam itaque dum
ipse vires suas frangeret & ad sustinenda re-
media mora mitigatus tangi se ac tractari
pateretur. Preterea cum omnia clarissimorum ingeniorum
monimenta ad compescendos moderandosque luc-
tus composita evolverem non inveniebam exem-
plum eius qui consolatus suos esset cum ipse ab illis
comploraretur. Ita in re nova hesitabam vere-
barque ne hec non consolatio esset sed exulceratio.
Quid quod novis verbis nec ex vulgari & coti-
diana sumptis allocutione opus erat homini ad
consolandos suos ex ipso rogo caput alleva-
nti. Omnis autem magnitudo doloris modum exce-
dentis necesse est dilectum verborum eripiat cum
sepe vocem quoque ipsam intercludat. utcumque conni-
tar non fiducia ingenii sed quia possum instar ef-
ficacissime consolationis esse ipse consolator. cui
nichil negares huic hoc utique te non esse
negaturam licet omnis meror contumax sit spero ut
desiderio tuo velis a me modum statui. Vi-
de quantum de indulgentia tua promiserim mihi poten-
tiorem me futurum apud te non dubito quam

dolorem tuum quam michi est apud miseros potentius. Itaque ne statim tecum congrediar, adeo prius illi et quibus excitet ingeram omnia proferam et rescindam que iam obducta sunt. Dicat aliquis quod hoc est genus consolandi oblita mala revocare et talem in omnes erumnas suarum conspectu collocare vix unius patientem. Sed is cogitet quecumque usque eo periculosa sunt ut contra remedium convaluerint plerumque contrariis curari. Omnes itaque luctus illi suos, omnia lugubria admonebo. hoc autem erit non molli via mederi sed urere ac secare. Quid consequar ut pudeat animum tot miseriarum victorem egre ferre unum vulnus in corpore tam cicatricoso. Illi autem itaque diutius et gemant quorum delicatas mentes enervavit longa felicitas et ad levissimarum iniuriarum motus collabantur. At quorum omnes anni per calamitates transierunt, gravissima quoque forti et immobili constantia perferant. Unum habet assidua infelicitas bonum, quod quos semper vexat novissime indurat. Nullam tibi fortuna vacationem dedit a gravissimis luctibus, ne natalem quidem tuum excepit. Amisisti matrem statim nata, immo dum nascereris, et ad vitam quodammodo exposita es. Crevisti sub noverca, quam tu quidem omni obsequio et pietate quanta vel in filia conspici potest matrem fieri coegisti. Nulli tamen magno constitit et bona noverca. Avunculum indulgentissimum optimum ac fortissimum virum cum adventum eius expectares amisisti. et ne sevitiam suam fortuna leviorem diducendo faceret, intra tricesimum diem karissimum virum ex quo mater trium liberorum eras extulisti. Lugenti tibi luctus nunciatus est, omnibus quidem absentibus liberis, quasi quidem de industria in id tempus coniectis malis tuis ut nichil esset ubi se dolor tuus reclinaret. Transeo tot pericula, tot metus quos sine intervallo in te incursantes pertulisti. modo in eundem sinum ex quo tres nepotes emiseras ossa trium nepotum recepisti. Intra vicesimum diem quam filium meum in manibus et in osculis tuis mortuum funeraveras raptum me audisti. hoc adhuc defuerat tibi lugere vivos. Gravissimum est ex omnibus que unquam in corpus tuum descenderunt recens vulnus fateor. non summam cutem rupit. pectus et viscera ipsa divisit. Sed quemadmodum tirones leviter saucii tamen vociferantur et manus medicorum magis quam ferrum horrent, At veterani quamvis confossi patienter ac sine gemitu velut aliena corpora exsecari patiuntur. ita tu nunc debes fortiter te prebere curationi. lamentationes quidem et eiulatus et talia per que fere muliebris dolor tumultuatur amove. perdidisti enim tot mala si nondum misera esse didicisti. Et quidem videor non timide tecum egisse. Nichil tibi subduxi ex malis tuis, sed omnia coacervata ante te posui. Magno id animo feci. Constitui enim vincere dolorem tuum, non circumscribere. Vincam autem, puto, primum si ostendero nichil me pati propter quod dici possim miser, nedum propter quod miseros etiam quos contingo faciam; deinde si ad te transiero et probavero ne tuam quidem gravem esse fortunam, que tota ex mea pendet. Hoc prius aggrediar quod pietas tua audire gestit: nichil mali esse michi. Si potero, ipsas res quibus me putas premi non esse intollerabiles faciam manifestum. Sin id credi non potuerit, at ego michi magis placebo quod inter res beatus ero que miseros solent facere. Non est quod de me aliis credas: ipse tibi, ne quid incertis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum. Adiciam quo securior sis: nec fieri quidem me posse miserum. Bona condicione geniti sumus, si eam non deseruerimus. Id egit rerum natura ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset: unusquisque facere se beatum potest. Leve momentum in adventiciis rebus est et quod in neutram partem magnas vires habeat: nec secunda sapientem evehunt nec adversa demittunt. Laboravit enim semper ut in se plurimum poneret, intra se omne gaudium peteret. Quid ergo? sapientem me esse dico? minime. Nam id quidem si profiteri possem, non tantum negarem miserum esse me sed omnium fortunatissimum et in vicinum deo perductum predicarem. Nunc, quod satis est ad omnes miserias leniendas, sapientibus viris me dedi et nondum in auxilium mei validus in aliena castra confugi, eorum scilicet qui facile se ac suos tuentur. Illi me iusserunt stare assidue et velut in presidio positum omnes conatus fortune et omnes impetus prospicere multo ante quam incurrant. Illis gravis est quibus est repentina; facile eam sustinet qui semper expectat. Nam et hostium adventus eos prosternit quos inopinato occupavit; at qui futuro se bello ante bellum paraverunt, compositi et aptati primum qui tumultuosissimus est ictum facile excipiunt. Nunquam ego fortune credidi, etiam si videretur pacem agere. Omnia illa que in me diligentissime conferebat, pecuniam, honores, gloriam, eo loco posui unde posset sine motu meo repetere. Intervallum inter illa et me magnum habui. Itaque abstulit illa, non avulsit. Neminem adversa fortuna comminuit nisi quem secunda decepit. Illi qui munera eius velud sua et perpetua amaverunt, qui se suspici propter illa voluerunt, iacent et merent cum vanos et pueriles animos omnis solide voluptatis ignaros falsa et mobilia oblectamenta destituunt. At ille qui se letis rebus non inflavit nec

mutatas contraxit. Adversus utrumque statum
invictum animum tenet. Exploratam iam firmitatem
esse quam in ipsa felicitate quid contra felicitatem
valeret expertus est. Itaque ego in illa quam omnes ob-
stupescunt existimatione michi semper verum bonum esse. Cum ina-
nia et speciosa ac decepturo fuco circumlita
invenirem michi hominum fronti sue simile. Nunc
in hiis que mala vocantur nichil tam terribile
ac durum invenimus quam opinio vulgi mina-
batur. Verbum quidem ipsum persuasione quadam et
consensu iam asperius ad aures venit et au-
dientes tamquam triste et exsecrabile ferit. Ita enim
populus iussit, sed populi scita ex magna parte sa-
pientes abrogant. Remoto ergo iudicio plu-
rium quos prima rerum facies (al. species) utcumque credi-
ta est aufert, videamus quid sit exilium. Nem-
pe loci commutatio est. Angustare videor vim
eius et quicquid pessimum in se habet subtrahe-
re: hanc commutationem loci sequuntur et incommoda, pauper-
tas, ignominia, contemptus. Adversus ista postea
confligam. Interim primum illud intueri volo quid
acerbi afferat ipsa loci commutatio. Carere pa-
tria intollerabile est. Aspice agedum hanc frequen-
tiam cui vix urbis immense tecta sufficiunt. Ma-
xima pars istius turbe patria caret. Ex muni-
cipiis et coloniis suis ex toto denique orbe terra-
rum confluxerunt. Alios adduxit ambicio, alios
necessitas officii publici, alios imposita legatio,
alios luxuria oportunum et opulentum viciis
locum querens, alios liberalium studiorum cupiditas,
alios spectacula, quosdam traxit amicicia, quosdam
industria laxam ostendende virtuti nacta ma-
teriam. Quidam venalem formam attulerunt,
quidam venalem eloquenciam. Nullum non homi-
num genus concurrit in urbem et virtutibus et viciis ma-
gna precia ponentem. Iube ergo omnes istos ad no-
men citari et unde domo quisque sit querere: vi-
debis maiorem partem esse que relictis sedibus
suis venerit in maximam quidem ac pulcherrimam
urbem, non tamen suam. Deinde ab hac civitate disce-
de que veluti communis potest dici. Omnes urbes circui:
nulla non magnam partem peregrine multitudinis
habet. Transi ab hiis quarum amena posicio et
oportunitas regionis plures allicit. Deserta
loca et asperrimas insulas Sciathum et Seriphum
et Gyaram et Corsicam percense: nullum invenies
exilium in quo non aliquis animi causa moretur. Quid tam
nudum inveniri potest, quid tam abruptum un-
dique quam hoc saxum? Quid ad copias respicienti
ieiunius? Quid ad homines immansuetius? Quid
ad ipsum loci situm horridius? Quid ad celi na-
turam intemperancius? Plures tamen hic peregrini quam
cives consistunt. Usque eo ergo commutatio ipsa loco-
rum gravis non est, ubi hic quoque locus a patria quos-
dam abduxerit. Invenio qui dicant esse natura-
lem quandam irritationem animis commutandi sedes
et transferendi domicilia. Mobilis enim et inquieta
homini mens data est. Numquam se tenet (al. continet), spargitur
et cogitationes suas in omnia nota atque ignota
dimittit, vaga et quietis impaciens et novitate
rerum letissima. Quod non miraberis si primam eius
originem aspexeris. Non ex terreno et gravi
concreta corpore sed ex illo celesti spiritu descendit.
Celestium autem natura semper in motu est, fugit et velo-
cissimo cursu agitur. Aspice sidera mundum
illustrancia: nullum eorum perstat. Labitur assidue
et locum ex loco mutat. Et cum omnis universi
vita in conversione motuque ipsi mundo refert,
per omnes signorum partes discurrit, numquam resistit. Per-
petua eius agitatio et aliunde alio commi-
gratio est. Omnia volvuntur semper, in transitu sunt,
ut lex et nature necessitas ordinavit. Aliunde alio
deferuntur. Cum per certa annorum spacia orbes su-
os explicuerint, iterum ibunt per que venerant.
I nunc et animum humanum ex eisdem quibus divina
constant seminibus compositum moleste ferre trans-
itum ac migrationem puta, cum dei natura assidua
et citatissima commutatione vel delectet se vel conservet.
A celestibus agedum te ad humana converte:
videbis gentes populosque universos mutasse se-
dem. Quid sibi volunt in mediis (al. barbarorum) regio-
nibus Grece urbes? Quid inter Indos Persasque
Macedonicus sermo? Scythia et totus ille fe-
rarum indomitarumque gencium tractus civitates
Achaie Ponticis impositas litoribus ostendat (al. ostentat).
Non perpetue yemis sevicia, non hominum ingenia
ad similitudinem celi sui horrencia transferentibus
domos suas obstiterunt. Atheniensis in Asia
turba est. Miletus quinque et septuaginta ur-
bium populum in diversa effudit. Totum Ytalie latus
quod infero mari alluitur maior Grecia fuit.
Tuscos Asia sibi vendicat. Tyrii Affricam inco-
lunt, in Hispaniam Peni. Greci se in Galliam
immiserunt, in Greciam Galli. Pireneos Ger-
manos transitus non inhibuit. Per invia, per
incognita versavit se humana levitas. Libe-
ros coniugesque et graves senio parentes tra-
xerunt. Alii longo errore iactati non iudicio
elegerunt locum sed lassitudine proximum occupaverunt.
Alii armis sibi ius in aliena terra fecerunt. Quas-
dam gentes cum ignota peterent mare hausit, que-
dam ibi consederunt ubi illas rerum omnium inopia depo-
suit. Nec omnibus eadem causa relinquendi querendique
patriam fuit. Alios excidia urbium suarum hosti-

libus armis elapsos in aliena spoliatos
suis expulerunt. Alios domestica seditio
summovit. Alios nimie superfluentis populi
frequentia ad exonerandas vires emisit.
Alios pestilentia aut frequens terrarum hiatus
aut aliqua intoleranda infelicis soli vitia
eiecerunt. Quosdam fertilis ore et in maius lau
date fama corrupit. Alios alia causa exciuit
domibus suis. Et ita utique est manifestum nichil
eodem loco mansisse quo genitum est. Assiduus
humani generis discursus est. Cotidie aliquid
in tam magno orbe mutatur. Nova urbium
fundamenta iaciuntur. Nova gentium nomina ex
tinctis nominibus prioribus aut in accessionem validioris
conversis oriuntur. Omnes autem iste populorum transporta
tiones quid aliud quam publica exilia fuerunt?
Quid tam longo te circuitu traho? Quid interest
enumerare Antenorem Patavii conditorem et Evan
drum in ripa Tyberis regna Archadum collo
cantem? Quid Diomedem aliosque quos Troianum
bellum victos simul victoresque per alienas terras
dissipavit? Romanum imperium nempe auctorem
exulem respicit, quem profugum capta patria
exiguas reliquias trahentem necessitas et victo
ris metus longinqua querentem in Ytaliam detulit.
Hic deinde populus quot colonias in omnem provinciam
misit! Ubicumque vicit romanus habitat. Ad
hanc commutationem locorum libentes nomina dabant
et relictis aris suis transmaria sequebantur co
lonos senex. Res quidem non desiderat plu
rium enumerationem. Unum tamen adiciam quod in
oculos se ingerit. Hec ipsa insula sepe iam cul
tores mutavit. Ut antiquiora que vetustas
iam obduxit transeam, Phocide relicta Graii
qui nunc Massiliam incolunt prius in hac insu
la consederunt. Ex qua quid eos fugaverit incer
tum est: utrum celi gravitas an prepotentis Ytalie
conspectus an natura importuosi maris. Nam
in causa non fuisse feritatem accolarum eo apparet
quod maxime tunc trucibus et inconditis Gallie po
pulis se interposuerunt. Transierunt deinde Li
gures in eam. Transierunt et Hyspani, quod ex simi
litudine rituum apparet. Eadem enim tegmina capi
tum idemque genus calciamenti quod Cantabris
est, et verba quedam. Nam totus sermo conversatione
Grecorum Ligurumque a patrio descivit. Deducte
deinde sunt due Romanorum colonie, altera
a Mario, altera a Silla. Totiens huius aridi
et spinosi saxi mutatus est populus. Vix denique
invenies ullam terram quam etiam nunc indigene
colant. Permixta omnia et insitiva sunt. Alius alii
successit. Hic concupivit quod illi fastidio fuit.

ille unde expulerat eiectus est. Ita fato pla
cuit nullius rei eodem semper loco stare fortunam.
Adversus ipsam commutationem locorum detractis
ceteris incommodis que exilio adherent satis
hoc remedii putat Varro doctissimus Romanorum
quod quocumque venimus eadem rerum natura utendum est.
M. Brutus satis hoc putat quod licet in exsil
ium euntibus virtutes suas secum ferre. Hec etiam
si quis singula parum iudicat efficacia ad con
solandum exulem, utraque in unum collata fa
tebitur plurimum posse. Quantulum enim est quod perdi
dimus! Duo que pulcherrima sunt quocumque nos mo
verimus sequentur: natura communis et propria virtus. Id actum
est mihi crede ab illo quisquis formator universi
fuit, sive ille deus est potens omnium, sive in
corporalis ratio ingentium operum artifex, sive di
vinus spiritus per omnia maxima ac minima equali
intentione diffusus, sive fatum et immutabilis
causarum inter se coherentium series; id inquam actum est ut
in alienum arbitrium nisi vilissima quoque non ca
derent. Quicquid optimum homini est id extra humanam
potentiam iacet, nec dari nec eripi potest. Mundus
quo nichil neque maius neque ornatius rerum natura ge
nuit, animus contemplator admiratorque mundi
pars eius magnificentissima, propria nobis et perpetua
et tam diu nobiscum mansura quam diu ipsi mane
bimus. Alacres itaque et erecti quocumque res tu
lerit intrepido gradu properemus. Emetia
mur quascumque terras: nullum inveniemus intra
mundum est alienum homini est. Undique ex equo
ad celum erigitur acies, paribus intervallis omnia
divina ab omnibus humanis distant. Proinde dum
oculi mei ab illo spectaculo cuius insatiabi
les sunt non abducantur, dum mihi lunam solemque in
tueri liceat, dum ceteris inherere sideribus, dum
ortus eorum occasusque et intervalla et causas inve
stigare velocius meandi vel tardius, spectare
tot per noctem stellas micantes et alias immo
biles, alias non in magnum spatium exeuntes
sed intra suum se circumagentes vestigium, quasdam
subito erumpentes, quasdam igne fuso per
stringentes aciem quasi decidant, vel longo tractu
cum luce multa pretervolantes, dum cum hiis sim
et celestibus qua homini fas est immisceam, dum animum
ad cognatarum rerum conspectum tendentem in subli
mi semper habeam, quantum refert mea quid calcem?
At non est hec terra frugiferarum aut letarum ar
borum ferax; non magnis nec navigabilibus
fluminum alveis irrigatur; nichil gignit quod
alie gentes petant, vix ad tutelam incolentium
fertilis; non preciosus hic lapis ceditur,
non auri argentique vene eruuntur. Angu

situs animus est qui terrena deseruit. ad illa ad-
ducendus est que ubique eque apparent ubique eque
splendent. et hoc cogitandum est ista veris bonis
per falsa et prave credita obstare. quo longiores
porticus expedierit quo altius turres sustulerit
quo latius vicos porrexerit quo depressius estivos
specus foderit quo maiori mole fastigia ce-
nationum subduxerit hoc plus erit quod illi celum
abscondat. In eam regionem casus eiecit in qua
latissimum receptaculum casa est. Ne tu pu-
sille animi es et sordide se consolantis si ideo id for-
titer pateris quia Romuli casam nosti. dic illud
potius istud humile tugurium nempe virtutes re-
cipit. iam omnibus templis formosius erit cum illic
iusticia conspecta fuerit cum continencia cum pru-
dencia pietas et omnium officiorum recte dispensan-
dorum racio divinorum humanorumque sciencia. Nullus
angustus est locus qui hanc tam magnarum virtu-
tum turbam capit. nullum exilium grave est in quo
licet cum hoc ire comitatu. Brutus in eo libro
que de virtute composuit ait se Marcellum
vidisse Mitilenis exulantem et quantum modo na-
tura hominis pateretur beatissime viventem. nec umquam
cupidiorem bonarum artium quam illo tempore. Itaque
adicit visum sibi se magis in exilium ire quam
sine illo rediturus esset quam cum illo in exilio relinqui.
O fortunatiorem Marcellum eo tempore quo exilium
suum Bruto approbavit quam quo rei publice consulatum. Quan-
tus ille vir fuit qui effecit ut aliquis exul sibi videretur
quia ab exule recederet. Quantus vir ille fuit qui
in admiracionem sui adduxit hominem et Catoni
suo mirandum. Idem Brutus ait Cesarem
Mitilenas pretervectum quia non sustineret videre
deformem virum. Illi quidem reditum impetravit
senatus publicis precibus tam sollicitus ac me-
stus ut omnes isto die Bruti habere animum viderentur
et non pro Marcello sed pro se deprecari ne exules
essent si sine illo fuissent. Sed plus multo
consecutus est quo die illum exulem Brutus relin-
quere non potuit. Cesar videre. contigit enim illi
testimonium utriusque. Brutus sine Marcello re-
verti se doluit. Cesar erubuit. Num dubitas
quin se ille Marcellus tantus vir sic ad tolle-
randum equo animo exilium sepe adhortatus sit.
Quod patria cares non est miserum. ita te disci-
plinis imbuisti ut scires omnem locum sapienti
viro patriam esse. Sed porro hic qui te expulit
non ne ipse per annos decem continuos patria
caruit propagandi sine dubio imperii causa sed
nempe caruit. Nunc ecce trahit illum ad se Af-
frica resurgentis belli minis plena. trahit
Hyspania que fractas et afflictas partes

refovet. trahit Egiptus infida totus denique
orbis qui ad occasionem concussi imperii intentus est.
Cui primum rei occurret. cui parti se opponet. A-
get illum per omnes terras victoria sua. Illum su-
spiciant et colant gentes. tu vive Bruto mira-
tore contentus. Bene ergo exilium tulit Mar-
cellus nec quicquam in animo eius mutavit loci mu-
tatio quamvis eam paupertas sequeretur. in qua ni-
chil mali esse quisquis modo nondum pervenit in insaniam
omnia subvertentis avaricie atque luxurie intelligit.
Quantulum enim est quod in tutelam hominis necessarium sit.
et cui deesse hoc potest ullam modo virtutem habenti.
Quod ad me quidem pertinet intelligo me
non opes sed occupaciones perdidisse. Corporis exi-
gua desideria sunt. frigus summoveri vult. alimen-
tis famem ac sitim extinguere. Quicquid extra con-
cupiscitur viciis non usibus laboratur. Non est
necesse omne perscrutari profundum nec strage a-
nimalium ventrem honerare nec conchylia ul-
timi maris ex ignoto littore eruere. Dii
istos deeque perdant quorum luxuria tam invi-
diosi imperii fines transcendit. Ultra Phasim
capi volunt quod ambitiosam popinam instru-
at. Nec piget a Parthis a quibus nondum penas
repetimus aves petere. Undique convehunt omnia
nota fastidienti gule. quod dissolutus deliciis
stomachus vix admittit ab ultimo portatur
oceano. Vomunt ut edant edunt ut vomant.
et epulas quas toto orbe conquirunt nec coquere dignan-
tur. Ista si quis despicit quid illi paupertas
nocet. si quis concupiscit illi paupertas et quam prodest.
Invitus enim sanatur et si remedia ne coactus quidem
recipit. interim certe dum non potest illa nolenti si-
milis est. Gaius Cesar Augustus quem michi videtur rerum natura
edidisse ut ostenderet quid summa vicia in sum-
ma fortuna possent centiens sestercio cenavit
uno die et in hoc omnium adiutus ingenio vix
tamen invenit quomodo trium provinciarum tributum una
cena fieret. O miserabiles quorum palatum nisi
ad preciosos cibos non excitatur. preciosos autem
non eximius sapor aut aliquis faucium
dulcedo sed raritas et difficultas parandi facit.
Alioquin si ad sanam illi mentem placeat rever-
ti quid opus est tot artibus ventri servientibus.
quid mercaturis. quid vastacione silvarum.
quid profundi perscrutacione. Passim iacent ali-
menta que rerum natura omnibus locis disposuit.
Sed hec velut ceci transeunt et omnes regiones
peragrant. maria traiciunt et cum famem exi-
guo possint sedare magno irritant. Libet
dicere. quid deducitis naves quid manus
et adversus homines et adversus feras armatis. quid

tanto tumultu distructis. Ad opes opibus aggeratis. Non vultis cogitare quam parva nobis corpora sint. Nonne furor et ultimus mentium error est cum tam exiguum capias cupere multum. Licet itaque augeatis census, promoveatis fines, numquam tamen corpora vestra laxabitis. Cum bene cesserit negotiatio, multum militia rettulerit, cum indagati undique cibi coierint, non habebitis ubi istos apparatus vestros collocetis. Quid tam multa conquiritis. Scilicet maiores nostri quorum virtus etiam nunc vitia nostra substentat infelices erant qui sua manu parabant sibi cibum, quibus terra cubile erat, quorum tecta nondum auro fulgebant, quorum templa nondum gemmis nitebant. Itaque tunc per fictiles deos religiose iurabatur: qui illos invocaverant ad hostem morituri, ne fallerent, redibant. Scilicet minus beate vivebat dictator noster qui Samnitium legatos audit cum vilissimum cibum in foco ipse manu sua versaret, illa qua iam saepe hostem percusserat laureamque in Capitolini Iovis gremio reposuerat, quam Apicius nostra memoria vixit, qui in ea urbe ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuventutis abire iussi sunt, scientiam popinae professus disciplina sua saeculum infecit. Cuius exitum nosse operae pretium est. Cum sestertium milies in culinam congessisset, cum tot congiaria principum et ingens Capitolii vectigal singulis comissationibus exsorbuisset, aere alieno oppressus rationes suas tunc primum coactus inspexit: superfuturum sibi sestertium centies computavit et velut in ultima fame victurus, si in sestertio centies vixisset, veneno vitam finivit. Quanta luxuria erat cui centies sestertium egestas fuit. I nunc et puta pecuniae modum ad rem pertinere, non animi. Sestertium centies aliquis extimuit, et quod alii voto petunt veneno fugit. Illi vero tam pravae mentis homini ultima potio saluberrima fuit: tunc venena edebat bibebatque cum immensis epulis non delectaretur tantum sed gloriaretur, cum vitia sua ostentaret, cum civitatem in luxuriam suam converteret, cum iuventutem ad imitationem sui sollicitaret etiam sine malis exemplis per se docilem. Haec accidunt divitias non ad rationem revocantibus, cuius certi fines sunt, sed ad vitiosam consuetudinem, cuius immensum et incomprehensibile arbitrium est. Cupiditati nihil satis est, naturae satis est et parum. Nullum ergo paupertas exulis incommodum habet; nullum enim tam inops exilium est quod non alendo homini abunde fertile sit. An vestem ac domum desideraturus est exul. Si haec quoque ad usum tantum desiderabit, neque tectum ei deerit neque velamentum; aeque enim exiguo te-

gitur corpus quam alitur. Nihil homini natura quod necessarium faciebat fecit operosum. Sed desiderat saturatam multo conchylio purpuram, intextam auro variisque coloribus distinctam et artibus. Non fortunae iste vitio sed suo pauper est. Et si illi quicquid amisit restitueris, nihil ages: plus enim restituendo deerit ex eo quod cupit quam exuli ex eo quod habuit. Sed desiderat aureis fulgentem vasis supellectilem et antiquis nominibus artificum argentum nobile, aes paucorum insania pretiosum et servorum turbam quae quamvis magnam domum angustet, iumentorum corpora differta et coacta pinguescere et nationum omnium lapides. Ista congerantur licet, numquam explebunt inexplebilem animum, non magis quam ullus sufficiet humor ad satiandum eum cuius desiderium non ex inopia sed ex aestu ardentium viscerum oritur. Non enim sitis illa sed morbus est. Nec hoc in pecunia tantum aut alimentis evenit. Eadem natura est in omni desiderio quod non ex inopia sed ex vitio nascitur. Quicquid illi congesseris, non finis erit cupiditatis sed gradus. Qui continebit itaque se intra naturalem modum, paupertatem non sentiet; qui naturalem modum excedet, eum in summis opibus paupertas sequetur. Necessariis rebus et exilia sufficiunt, supervacuis nec regna. Animus est qui divites facit; hic in exilia sequitur et in sollicitudinibus asperrimis, cum quantum satis est sublevando corpori invenit, ipse bonis suis habundat et fruitur. Pecunia nihil ad animum pertinet, non magis quam ad deos immortales. Omnia illa quae imperita ingenia et nimis corporibus suis addicta suspiciunt, lapides, aurum, argentum et magni levatique mensarum orbes terrena sunt pondera, quae non potest amare sincerus animus ac naturae suae memor, levis ipse, expers curae et, quandoque emissus fuerit, ad summa emicaturus. Interim quantum per moras membrorum et hanc circumfusam gravem sarcinam licet, celeri et volucri cogitatione divina perlustrat. Ideoque nec exulare umquam potest, liber et deis cognatus et omni mundo omnique aevo par. Nam cogitatio eius circa omne caelum et in omne praeteritum futurumque tempus immittitur. Corpusculum hoc, custodia et vinculum animi, huc atque illuc iactatur; in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur; animus quidem ipse sacer et aeternus est et cui non possunt inici manus. Ne me putes ad elevanda incommoda paupertatis, quam nemo gravem sentit nisi qui putat, uti praeceptis sapientium, primum aspice quanto maior pars sit pauperum, quos nihilo notabis tristiores sollicitioresque divitibus; immo nescio an eo laetiores sint quo animus illorum in pauciora distringitur.

(Margin: de morte Apicii)

Transeamus opes non obueniamus ad locu-
pletes. Quam multa tempora sunt quibus pauperibus
similes sint. Circumcise sunt peregrinancium sar-
cine. et quotiens festinacio necessitas itineris
exegit comitum turba dimittitur. Militantes
quotam partem rerum suarum secum habent cum omnem
apparatum castrensis disciplina submoueat.
Nec tamen condicio illos temporum aut locorum inopia
pauperibus exequat. Sumunt quosdam dies cum
iam illos diuiciarum tedium cepit quibus humi
cenent et remoto auro argentoque fictilibus
utuntur. Dementes hoc quod aliquando concupiscunt semper ti-
ment. O quanta illos caligo mentium quanta igno-
rancia ueritatis excecat quam uoluptatis causa
imitantur. Me quociens antiqua exempla respi-
ci paupertatis uti solaciis pudet. Quoniam quidem
eo temporum luxuria prolapsa est ut maius uia-
ticum exulum sit quam olim patrimonium principum
fuit. Unum fuisse Homero seruum, tres Platoni,
nullum Zenoni a quo cepit stoycorum rigida
ac uirilis sapiencia satis constat. Numquid ergo quisquam
eos misere uixisse dicat ut non ipse miserri-
mus ob hoc omnibus uideatur. Menenius Agrippa qui inter
patres ac plebem publice gracie sequester fuit
ere collato funeratus est. Attilius Regulus cum
Penos in Affrica funderet ad senatum scri-
psit mercenarium suum discessisse et ab eo de-
sertum esse rus quod senatui publice curari dum
abesset Regulus placuit. Fuit ne tanti seruum
non habere ut colonus eius populus Romanus esset. Scipionis
filie ex erario dotem acceperunt quia nichil illis
reliquerat pater. Equum me hercle erat populum Romanum tri-
butum Scipioni semel conferre cum a Cartagine
semper exigeret. O felices uiros puellarum quibus
populus Romanus loco soceri fuit. Beatiores ne istos pu-
tas quorum pantomime decies sestercio nubunt
quam Scipionem cuius liberi a senatu tutore suo
in dotem es graue acceperunt. Dedignatur aliquis
paupertatem cuius tam clare ymagines sunt.
Indignatur exul aliquid sibi deesse cum defuerit Scipioni
in dotem, Regulo mercennarius, Menenio fu-
nus, cum omnibus illis quod deerat ideo honestius
suppletum sit quia defuerat. Hiis ergo aduocatis
non tantum tuta est sed et graciosa paupertas. ¶
Responderi potest: quid artificiose ista diducis
que singula sustineri possunt, collata non possunt.
Commutacio loci tolerabilis est si tantum locum mutes.
Paupertas tolerabilis est si ignominia absit
que uel sola opprimere animos solet. Aduersus
hunc quisquis me malorum turba terrebit hiis uer-
bis utendum erit. Si contra unam quamlibet partem
fortune satis tibi roboris est idem aduersus omnes
erit. Cum semel animum uirtus indurauit un-
dique inuulnerabilem prestat. Si auaricia di-
misit uehementissima humani generis pestis mo-
ram tibi ambicio non faciet. Si ultimum diem
non quasi penam sed quasi nature legem aspicis ex quo
pectore metum mortis eieceris in id nullius
rei timor audebit intrare. Si cogitas libi-
dinem non uoluptatis causa homini datam sed propa-
gandi generis, quem non uiolauit hoc secretum et
infixum uisceribus ipsis exicium. Omnis alia cu-
piditas intactum preteribit. Non singula uicia
racio sed pariter omnia prosternit in uniuersum semel
uincitur. Ignominiam tu putas quemquam sa-
pientem moueri posse qui omnia in se reposuit qui
ab opinionibus uulgi secessit. Plus est quam ig-
nominia est mors ignominiosa. Socrates tamen eodem
illo uultu quo triginta tyrannos solus aliquando
in ordinem redegerat carcerem intrauit ignominiam
ipsi loco detracturus. Neque enim poterat carcer uide-
ri in quo Socrates erat. Quis usque eo ad con-
spiciendam ueritatem excecatus est ut ignominiam
putet Marcum Catonem fuisse duplicem in peti-
cione pretore et consulatus repulsam. Ignominia
pretoris et consulatus fuit quibus ex Catone honor
habebatur. Nemo ab alio contempnitur nisi a se an-
te contemptus est. Humilis et proiectus animus sit isti
contumelie oportunus. Qui uero aduersus seuissi-
mos casus se extollit et ea mala quibus
alii opprimuntur euertit ipsas miserias infu-
larum loco habet. Quoniam ita affecti sumus ut nichil
eque magnam apud nos admiracionem occupet
quam homo fortiter miser. Ducebatur Athenis ad
supplicium Aristides cui quisquis occurrerat deici-
ebat oculos et ingemiscebat non tamquam in ho-
minem iustum sed tamquam in ipsam iusticiam animaduer-
teret. Inuentus est tamen qui in faciem eius inspueret.
Poterat ob hoc moleste ferre quia sciebat neminem
id ausurum puri oris. At ille abstersit faciem
et subridens ait comitanti se magistratui: Admo-
ne istum ne postea tam improbe oscitet. Hoc fuit con-
tumeliam ipsi contumelie facere. Scio quosdam
dicere contemptu nichil esse grauius mortem in
ipsis pociorem uideri. Hiis ego respondebo et exi-
lium sepe contemptione omni carere. Si magnus uir
cecidit magnus iacuit. Non magis ille con-
temnitur quam cum contemptu edium sacrarum ruine
calcantur quas religiosi eque ac stantes adorant.
¶ Quoniam meo nomine nichil habes mater karissima
quod te in infinitas lacrimas agat sequitur ut
cause tue te stimulent. Sunt autem due. Nam aut id
te mouet quod presidium aliquod uideris amisisse
aut id quod desiderium ipsum per se pati non potes.

Exemplum Socratis.
Exemplum de Catone
Exemplum de Aristide

prior pars in leniendo perstringenda est. Non inanem titulum matris in suos pro illis amare videtur ille mores que potentiam liberorum muliebri impotentia exercent, que quia feminis honores non licet gerere per illos ambitiose sunt, que patrimonia filiorum et exhauriunt et captant, que eloquentiam commodando aliis fatigant. Tu liberorum tuorum bonis plurimum gavisa es, minimum usa. Tu liberalitati nostre semper imposuisti modum cum tue non imponeres. Tu filia familie locupletibus filiis ultro contulisti. Tu patrimonia nostra sic administrasti ut tamquam in tuis laborares, tamquam alienis abstineres. Tu gratie nostre tamquam alienis rebus utereris pepercisti, et ex honoribus nostris nichil ad te nisi voluptas et impensa pertinuit. Numquam indulgentia ad utilitatem respexit. Non potes itaque erepto filio desiderare que incolumi numquam ad te pertinere duxisti. Illo omnis consolatio mihi vertenda est unde vera vis materni doloris oritur. Ergo complexu filii karissimi careo, non conspectu eius, non sermone possum frui. Ubi est ille quo viso tristem vultum relaxavi, in quo omnes sollicitudines meas deposui? Ubi colloquia quorum inexplebilis eram? Ubi studia quibus libentius quam femina, familiarius quam mater intereram? Ubi ille occursus? Ubi matre visa semper puerilis hilaritas? Adicis istis loca ipsa gratulationum et convictuum et ut necesse est efficacissimas ad vexandos animos recentis conversationis notas. Nam hoc quoque adversus te crudeliter fortuna molita est quod te ante tertium demum diem quo perculsus sum securam nec quicquam tale metuentem digredi voluit. Bene nos longinquitas locorum diviserat, bene aliquot annorum absentia huic te malo preparaverat. Redisti non ut voluptatem ex filio perciperes sed ut consuetudinem desiderii perderes. Si multo ante abfuisses fortius tulisses ipso intervallo desiderium molliente. Si non recessisses ultimum certe fructum biduo diutius videndi filium tulisses. Nunc crudele fatum ita composuit ut nec fortune mee interesses nec absentie assuesceres. Sed quanto ista duriora sunt tanto maior tibi virtus advocanda est et velut cum hoste noto ac sepe iam victo acrius congrediendum. Non ex intacto corpore tuo sanguis hic fluxit, per ipsas cicatrices percussa es. Non est quod utaris excusatione muliebris nominis cui pene concessum est inmoderatum in lacrimas ius, non inmensum tamen. Et ideo maiores decem mensium spacium lugentibus viros dederant ut cum pertinacia muliebris meroris publica constitutione deciderent. Non prohibuerunt luctus sed finierunt. Nam et infinito dolore cum aliquem ex karissimis amiseris affici stulta indulgentia est et nullo inhumana duricia. Optimum inter pietatem et rationem temperamentum est et sentire desiderium et opprimere. Non est quod ad quasdam feminas respicias quarum tristiciam semel sumptam mors finivit. Nosti quasdam que amissis filiis imposita lugubria numquam exuerunt. A te plus exigit vita ab inicio fortior. Non potest muliebris excusatio contingere ei a qua omnia muliebria vitia abfuerunt. Non te maximum seculi malum impudicicia in numerum plurium adduxit. Non gemme te, non margarite flexerunt. Non tibi divicie velud maximum generis humani bonum refulserunt. Non te bene in antiqua et severa institutam domo periculosa et probis peiorum detorsit imitatio. Numquam te fecunditatis tue quasi exprobraret etatem puduit. Numquam more aliarum quibus omnis commendatio ex forma petitur tumescentem uterum abscondisti quasi indecens onus, nec intra viscera tua conceptas spes liberorum elisisti. Non faciem coloribus ac lenociniis polluisti. Numquam tibi placuit vestis que nichil amplius quam nuditatem tuam honeste tegeret. Unicum tibi ornamentum pulcherrima et nulli obnoxia etati forma, maximum decus visa est pudicicia. Non potes itaque ad obtinendum dolorem muliebre nomen pretendere ex quo te virtutes tue seduxerunt. Tantum debes a feminarum lacrimis abesse quantum a viciis. Ne femine quidem te sinent intabescere vulneri tuo, sed leviore necessario merore defunctam iubebunt exsurgere, si modo illas intueri voles feminas quas conspecta virtus inter magnos viros posuit. Corneliam ex XII liberis ad duos fortuna redegerat. Si numerare funera Cornelie velles, amiserat X; si extimare, amiserat Gracchos. Flentibus tamen circa se et fatum eius execrantibus interdixit ne fortunam accusarent que sibi filios Gracchos dedisset. Ex hac femina debuit nasci qui diceret in contione: tu matri mee maledicas que me peperit? Multo mihi videtur animosior vox matris. Filius magno extimabat Gracchorum natales, mater et funera. Rutilia Cottam filium secuta est in exilium et usque eo fuit indulgentia constricta ut mallet exilium pati quam desiderium, nec ante in patriam quam cum filio rediit. Eundem iam reducem et in re publica florentem tam fortiter amisit quam secuta est, nec quisquam lacrimas eius post elatum filium notavit. In expulso virtutem ostendit, in amisso prudentiam. Nam et nichil illam a pietate deterruit et nichil in tristicia supervacua stultaque detinuit. Cum his te numerari feminis volo quarum vitam semper imitata es, earum in coercenda comprimendaque egritudine

optime sequeris exemplum. Quod autem non esse in nostra potestate scio nec ullum affectum servire minime non eum qui ex dolore nascitur. Ferox enim et adversus omne remedium contumax est. Volumus interim illum obruere et devorare gemitus per ipsum tamen compositum fictumque vultum lacrime profunduntur. Ludis interim aut gladiatoribus animum occupamus. At illum inter ipsa quibus avocatur spectacula levis aliqui desiderii nota subruit. Ideo melius est vincere illum quam fallere. Nam qui delusus et voluptatibus aut occupationibus abductus est resurgit et ipsa quiete impetum ad seviendum colligit. At quisquis rationi cessit in perpetuum componitur. Non sum itaque tibi illa monstraturus quibus usos esse multos scio ut peregrinatione te vel longa detineas vel amena delectes ut rationum accipiendarum diligentia patrimonii administratione multum occupes temporis ut semper novo te aliquo negotio implices. Omnia ista ad exiguum momentum prosunt nec remedia doloris sed impedimenta sunt. Ego autem malo illum desinere quam decipi. Itaque illo te duco quo omnibus qui fortunam fugiunt confugiendum est ad liberalia studia. Illa sanabunt vulnus tuum illa omnem tristiciam tibi evellent. His etsi numquam assuesses nunc utendum erat. Sed quantum tibi patris mei antiquus rigor permisit omnes bonas artes non quidem comprehendisti attigisti tamen. Utinam quidem virorum optimus pater meus minus maiorum consuetudini deditus voluisset te preceptis sapientie erudiri potius quam imbui. Non parandum tibi nunc esset auxilium contra fortunam sed proferendum. Propter ista que litteris non ad sapientiam utuntur sed ad luxuriam instruuntur minus te indulgere studiis passus est. Beneficio tamen rapacis ingenii plus quam pro tempore hausisti. Iacta sunt disciplinarum omnium fundamenta. Nunc ad illa revertere tutam te prestabunt. Ille consolabuntur. Ille delectabunt. Ille si bona fide in animum tuum intraverint numquam amplius intrabit dolor numquam sollicitudo numquam afflictionis irrite supervacua vexatio. Nulli horum patebit pectus tuum. Nam ceteris viciis iam pridem preclusum est. Hec quidem certissima presidia sunt et que sola te fortune eripere possint. Sed quia dum in illum portum que tibi studia promittunt pervenis adminiculis quibus innitaris opus est volo interim solacia tibi tua ostendere. Respice fratres meos quibus salvis fas tibi non est accusare fortunam. In utroque habes quod te diversa virtute delectet. Alter honores industria consecutus est. Alter sapienter contempsit. Acquiesce alterius filii dignitate alterius quiete utriusque pietate. Novi fratrum meorum intimos affectus. Alter in hoc dignitatem excolit ut tibi ornamento sit. Alter in hoc se ad tranquillam quietamque vitam recepit ut tibi vacet. Bene liberos tuos et in auxilium et oblectamentum fortuna disposuit. Potes alterius dignitate defendi alterius ocio frui. Certabunt in te officiis et unius desiderium duorum pietate supplebitur. Audacter possum promittere nichil tibi deerit preter numerum. Ab his ad nepotes quoque respice. Marcum blandissimum puerum ad cuius conspectum nulla potest durare tristicia. Nichil tam magnum nichil tam recens in cuiusquam pectore furit quod non circumfusus ille permulceat. Cuius non lacrimas illius hilaritas supprimit. Cuius non contractum sollicitudine animum illius argutie solvant. Quem non in iocos vocabit illa lascivia. Quem non in se convertet et abducet infixum cogitationibus illa neminem satiatura garrulitas. Deos oro contingat hunc habere nobis superstitem. In me omnis fatorum crudelitas lassata consistat. Quicquid matri dolendum fuit in me transierit quicquid avie in me. Floreat reliqua in suo statu turba. Nichil de orbitate nichil de condicione mea querar. Fuerim tantum nichil amplius doliture domus piamentum. Tene in gremio cito tibi daturam pronepotes Novatillam quam sic in me transtuleram sic mihi adscripseram ut possit videri quod me amisit quamvis salvo patre pupillam. Hanc et pro me dilige. Abstulit illi nuper fortuna matrem tua potest efficere pietas ut perdidisse se matrem doleat tantum non sentiat. Nunc mores eius compone nunc forma. Altius precepta descendunt que ceteris [teneris] imprimuntur etatibus. Tuis assuescat sermonibus ad tuum fingatur arbitrium. Multum illi dabis et si nichil dederis preter exemplum. Hoc tibi tam sollempne officium pro remedio erit. Non potest enim animum pie dolentem a sollicitudine avertere nisi aut ratio aut [hon...] occupatio. Numerarem inter magna solacia patrem quoque tuum nisi abesset. Nunc tamen ex affectu tuo quid illius intersit cogita intelliges quanto iustius sit te illi servari quam mihi impendi. Quotiens te immodica vis doloris invaserit et sequi te iubebit patrem cogita. Cui tu quidem tot nepotes pronepotesque dando effecisti ne unica esses. Consummatio tamen etatis acte feliciter in te vertitur. Illo vivo nephas est te quod vixeris queri. Maximum adhuc solacium tuum tacueram sororem tuam illud fidelissimum pectus tibi in quod omnes cure tue pro indiviso transfunduntur. Illum animum omnibus nobis maternum. Cum hac tu lacrimas tuas miscuisti in huius primum respirasti. Illa quidem affectus tuos semper sequitur in mea tamen persona non tantum pro te

dolet. Illius manibus in urbem prolatus sin-
gularis (?) pio maternoque nutricio per longum tempus
eger convalui. Illa pro questura mea gratiam
suam extendit et que ne sermonis quidem ad
clare salutationis sustinuit audaciam pro
me vicit indulgentia verecundiam. Nichil
illi seductum vite genus, nil modestia et in
tanta feminarum petulantia rustica, nichil quies,
nichil secreti et ad otium repositi mores ob-
stiterunt quominus ambitiosa pro me fieret.
Hoc est, mater karissima, solatium quo reficiaris: illi quantum
potes te iunge, illius artissimis amplex-
ibus alliga. Solent merentes ea que maxime
diligunt fugere et libertatem dolori suo querere;
tu ad illam te, quicquid cogitaveris, confer. Sive
servare istum habitum voles sive deponere,
apud illam invenies vel finem doloris tui vel
comitem. Sed si prudentiam perfectissime femine
novi, non patietur te nichil profuturo merore con-
sumi et exemplum tibi suum, cuius ego etiam specta-
tor fui, narrabit. Karissimum virum amise-
rat, avunculum nostrum, cui virgo nupserat,
in ipsa quidem navigatione; tulit tamen eodem
tempore et luctum et metum evictisque tempestatibus
corpus eius naufraga evexit. O quam multarum
egregia opera in obscuro iacent! Si huic
illa simplex admirandis virtutibus contigisset
antiquitas, quanto ingeniorum certamine cele-
braretur uxor que oblita imbecillitatis, oblita
metuendi etiam firmissimis maris caput suum peri-
culis pro sepultura obiecit et dum cogitat de
viri funere nichil de suo timuit. Nobilitatur
carminibus omnium que se pro coniuge vicariam dedit;
hoc amplius est, discrimine vite sepulcrum viro que-
rere. Maior est amor qui pari periculo minus
redimit. Post hoc nemo miratur quod per sedecim
annos quibus Egyptum maritus eius obtinuit
numquam in publico conspecta est, neminem provincia-
lem in domum suam admisit, nichil a viro petiit,
nichil a se peti passa est. Itaque loquax et in
contumelias prefectorum ingeniosa provincia, in
qua et qui vitaverunt culpam non effugerunt in-
famiam, velut unicum sanctitatis exemplum
suspexit, et quod illi difficillimum est cui etiam
periculosi sales placent, omnem verborum licentiam
continuit et hodie similem sibi quamvis numquam
speret semper optat. Multum erat si per sedecim annos
illam provincia probasset; plus est quod ignoravit.
Hec non ideo refero ut laudes eius exsequar, quas
circumscribere parum est, sed ut
intelligas magni animi esse feminam quam
non ambitio, non avaritia, comites omnis potentie

et pestes vicerunt, non metus mortis eam
exarmata nave naufragium suum spectantem
deterruit quominus exanimi viro herens non que-
reret quemadmodum inde exiret sed quemadmodum effer-
ret. Huic parem virtutem exhibeas oportet et animum
a luctu recipias et id agas ne quis te putet
partus tui penitere. Ceterum, quia necesse est, cum omnia
feceris, cogitationes tamen tuas subinde ad me
recurrere, nec quemquam nunc ex liberis tuis fre-
quentius tibi observari, non quia illi minus cari
sint, sed quia naturale est manum sepius ad id referre
quod dolet, qualem me cogites accipe: letum
et alacrem velut optimis rebus. Sunt enim optime,
quoniam animus omnis occupationis expers
operibus suis vacat et modo se levioribus stu-
diis oblectat, modo ad considerandam suam uni-
versique naturam veri avidus insurgit. Ter-
ras primum situmque earum querit, deinde condicionem circum-
fusi maris cursusque eius alternos et recursus;
tunc quicquid inter celum terrasque plenum for-
midinis interiacet perspicit et hoc tonitribus
fulminibus ventorum flatibus ac nimborum nivisque
et grandinis iactu tumultuosum spatium;
tum peragratis humilioribus ad summa perrumpit et
pulcherrimo divinorum spectaculo fruitur, eterni-
tatis sue memor in omne quod fuit futurumque
est vadit omnibus seculis. Explicit.

Epythaphium Senece.

Cura labor meritum sumpti pro munere honores,
Ite alias post hac sollicitate animas.
Me procul a vobis deus evocat. Ilicet actis
Rebus terrenis, hospita terra, vale.
Corpus avara tamen solempnibus accipe saxis,
Namque animam celo reddimus, ossa tibi.

Incipit liber Annei Senece ad Novatum De ira.

Exegisti a me, Novate, ut scriberem
quemadmodum posset ira leniri.
Nec immerito michi videris hunc
precipue affectum pertimuisse maxime ex omnibus
tetrum ac rabidum. Ceteris enim aliquid quieti
placidique inest, hic totus concitatus et in impetu
est, doloris armorum sanguinis suppliciorum minime
humana furens cupiditate, dum alteri
noceat sui negligens, in ipsa irruens tela
et ultionis secum ultorem tracture avidus.
Quidam itaque e sapientibus viris iram
dixerunt brevem insaniam; eque enim impotens
sui est, decoris oblita, necessitudinum imme-
mor, in quod cepit pertinax et intenta, rationi
consiliisque preclusa, vanis agitata causis, ad

dispectu equi uertice inhabilis ruine simillima que super id quod oppressere franguntur. Ut scias autem non esse sanos quos ira possedit, ipsum illorum habitum intuere. Nam ut furentium certa indicia sunt audax et minax uultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquiete manus, color uersus, crebra et uehementius acta suspiria, ita irascentium eadem signa sunt. Flagrant emicant oculi, multus ore toto rubor exestuante ab imis precordiis sanguine, labra quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum se ipsos torquentium sonus, gemitus quoque et mugitus et parum explanatis uocibus sermo preruptus, et complose sepius manus et pulsata humus pedibus, et totum concitum corpus magnasque ire minas agens, feda uisu et horrenda facies deprauantium se atque intumescentium. Nescias utrum magis detestabile uicium sit an deforme. Cetera licet abscondere et in abdito alere; ira se profert et in faciem exit, quantoque maior, hoc efferuescit manifestius. Non uides ut omnium animalium, simul ad nocendum insurrexerunt, procurrant note ac tota corpora solitum quietumque egrediantur habitum et feritatem suam exasperent? Spumant apris ora, dentes acuuntur attritu, taurorum cornua iactantur in uacuum et arena pulsu pedum spargitur, leones fremunt, inflantur irritatis colla serpentibus, rabidorum canum tristis aspectus est. Nullum est animal tam horrendum perniciosumque natura ut non appareat in illo, simul ira inuasit, noue feritatis accessio. Nec ignoro ceteros quoque affectus uix occultari, libidinem metumque et audaciam dare sui signa et posse prenosci. Neque enim ulla uehementior intrat cogitatio que nichil moueat in uultu. Quid ergo interest? quod alii affectus apparent, hic eminet. Iam uero si effectus eius dampnaque intueri uelis, nulla pestis humano generi pluris stetit: uidebis cedes ac uenena et reorum mutuas sordes et urbium clades et totarum exitia gentium et principum sub ciuili hasta capita uenalia et subiectas tectis faces nec intra menia coercitos ignes sed ingentia spacia regionum hostili flamma relucentia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta uix notabilia: has ira deiecit. Aspice solitudines per multa milia sine habitatore desertas: has ira exhausit. Aspice tot memorie proditos duces mali exempla fati: alium ira in cubili suo confodit, alium intra sacra mense iura percussit, alium intra leges celebrisque spectaculum fori lancinauit,

alium filii parricidio dare sanguinem iussit, alium seruili manu regalem aperire iugulum, alium in cruce membra diffindere. Et adhuc singulorum supplicia narro: quid tibi si libuerit relictis in quos ira uiritim exarsit aspicere cesas gladio contiones et plebem immisso milite contrucidatam et in perniciem promiscuam totos populos capitis dampnatos, tanquam aut curam nostram deserentibus aut auctoritatem contempnentibus? Quid gladiatoribus quare populus irascitur, et tam inique ut iniuriam putet quod non libenter pereunt? Contempni se iudicat et uultu gestu ardore ex spectatore in aduersarium uertitur. Quicquid est tale, non est ira sed quasi ira, sicut puerorum qui si ceciderunt terram uerberari uolunt et sepe nesciunt quidem cui irascantur, sed tantum irascuntur sine causa et sine iniuria, non tamen sine aliqua iniurie specie nec sine aliqua pene cupiditate. Deluduntur itaque imitatione plagarum et simulatis deprecantium lacrimis placantur, et falsa ultione falsus dolor tollitur. Irascimur, inquit, sepe non illis qui leserunt sed his qui lesuri sunt, ut scias iram non ex iniuria nasci. Uerum est irasci nos lesuris, sed ipsa cogitatione nos ledunt, et iniuriam qui facturus est iam facit. Ut scias, inquit, non esse iram pene cupiditatem, infirmissimi sepe potentissimis irascuntur nec penam concupiscunt quam non sperant. Primum diximus cupiditatem esse pene exigende, non facultatem; concupiscunt autem homines et que non possunt. Deinde nemo tam humilis est qui penam summi hominis sperare non possit; ad nocendum potentes sumus. Aristotilis finitio non multum a nostra abest; ait enim iram esse cupiditatem doloris reponendi. Quid inter nostram et hanc finitionem intersit, exequi longum est. Contra utramque dicitur feras irasci nec iniuria irritatas nec pene dolorisue alieni causa; nam etsi hec efficiunt, non hec petunt. Sed dicendum est feras ira carere et omnia preter hominem; nam cum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur nisi ubi rationi locus est. Impetus habent fere, rabiem, feritatem, incursum; iram quidem non magis quam luxuriam. Et in quasdam uoluptates intemperantiores homine sunt. Non est quod credas illi qui dicit: non aper irasci meminit, non fidere cursu cerua nec armentis incurrere fortibus ursi. Irasci dicit incitari, impingi; irasci quidem non magis sciunt quam ignoscere. Muta animalia humanis affectibus carent, habent autem similes illis quosdam impulsus. Alioquin si amor in illis esset et odium, esset et amicitia et simultas, et dissensio et concordia, quorum aliqua in illis quoque extant uestigia. Ceterum humanorum pectorum bona malaque sunt; nulli nisi homini prudentia est.

providentia · diligentia · cogitatio · nec tantum virtu-
tibus humanis communia · sed etiam moribus prohibi-
ta sunt · tota illorum ut extra ita intus forme
humane dissimilis est · Regium est illis et principale aliter
ductum · ut vox est quidem sed non explanabilis et
perturbata · et verborum inefficax ut lingua sed de-
vincta non in motus varios soluta · Ita ipsum
principale parum subtile · parum exactum · capit ergo
visus speciesque rerum quibus ad impetum evocetur
sed turbidas et confusas · Ex eo procursus illorum tu-
multusque vehementes sunt · metus autem sollicitudi-
nesque et tristicia et ira non sunt · sed hiis quedam simi-
lia · Ideo cito cadunt et mutantur in contrarium · et cum acerri-
me severint expaverintque pascuntur · et ex fremitu
discursuque vesano statim quies soporque sequitur.
Quid esset ira satis explicitum est · quo distet
ab iracundia apparet · quo ebrius ab ebrioso ·
et timens a timido · Iratus potest non esse iracundus ·
iracundus non potest aliquando iratus non esse · Cetera
que pluribus apud Grecos nominibus in species iram
distinguunt · quia apud nos vocabula sua non habent
preteribo · et si amarum nos acerbumque dicimus · nec minus
stomachosum · rabiosum · clamosum · difficilem · as-
perum · que omnia irarum differentie sunt · inter hos moro-
sum ponas · licet delicatum iracundie genus · quedam
enim sunt ire que intra clamorem considant · quedam non
minus pertinaces quam frequentes · quedam seve manu
verbis parciores · quedam in verborum maledicto-
rumque amaritudinem effuse · quedam ultra querelas
et aversationes non exeunt · quedam alte gravesque
sunt et introrsus verse · mille alie species sunt mali
multiplicis · Quid esset ira quesitum est · an in ullum
aliud animal quam in hominem caderet · quo ab iracun-
dia distaret · et que eius species essent · Nunc queramus
an ira secundum naturam sit · et an utilis atque ex aliqua
parte retinenda · an secundum naturam sit manifestum erit si hominem
inspexerimus · quo quid est mitius dum in recto ani-
mi habitu est · Quid autem ira crudelius est · Homine aliorum
amantius · quid ira infestius · Homo in adiutorium mu-
tuum genitus est · ira in exitium · hic congregari vult
illa discedere · hic prodesse illa nocere · hic et ignotis
succurrere · illa et carissimos petere · hic aliorum com-
modis vel impendere se paratus est · illa in periculum
dummodo deducat descendere · Quis ergo magis
naturam ignorat quam qui optimo eius operi et eme-
datissimo hoc ferum ac perniciosum vicium assi-
gnat · Ira ut diximus avida pene est · cuius cu-
piditatem inesse pacatissimo hominis pectori minime
secundum eius naturam est · Beneficiis enim humana (al. vita) vita con-
stat et concordia · nec terrore sed mutuo amore in fe-
dus auxiliumque commune constringitur · Quid ergo non aliquando
castigatio necessaria est · Quidni · sed hec sincera cum

ratione · non enim nocet · sed medetur specie nocendi ·
Quemadmodum quedam hastilia (al. detorta) detorta ut corrigamus
adurimus · et adactis cuneis non ut frangamus
sed explicemus elidimus · sic ingenia vicio prava
dolore corporis animique corrigimus · Nempe medicus
primo in levibus viciis temptat non multum ex coti-
diana consuetudine inflectere · et cibis · potionibus ·
exercitationibus ordinem imponere · ac valitudinem
tantum mutata vite dispositione firmare · Proximum est
ut modus proficiat · si modus et ordo non proficit ·
subducit aliqua et circumcidit · si ne adhuc quidem
respondet · interdicit cibis et abstinentia corpus exo-
nerat · si frustra molliora cesserunt · ferit venam
membris · quia si adherentia nocent et morbum diffun-
dunt · manus affert · nec ulla dura videtur curatio
cuius salutaris effectus est · Ita legum presidem civi-
tatisque rectorem decet quamdiu potest verbis et mollio-
ribus hiis ingenia curare · ut facienda suadeat (al. ...)
deat · cupiditatem honesti et equi conciliet ani-
misque vitiorum odium · precium virtutum · transeat deinde
ad tristiorem orationem que moneat adhuc et expro-
bret · novissime ad penas · et has adhuc leves et revo-
cabiles decurrat · ultima supplicia sceleribus ultimis
ponat · ut nemo pereat nisi quem perire etiam pereuntis inter-
sit · Hoc uno medentibus erit dissimilis · quod damna-
tis cum dedecore et traductione vitam exigit · non
quia delectetur ullius pena · procul est enim a sapiente
tam inhumana feritas · sed ut documentum omnium sint · et quia
alicui noluerunt prodesse · morte certe eorum res pu-
blica utatur · Non est ergo natura hominis pene appetens · ideo
ne ira quidem secundum naturam hominis quia pene appetens est.
Et Platonis argumentum afferam · Quid enim prodest
alienis uti ex parte qua nostra sunt · Vir igitur bonus
non ledit · ira ledit · bono ergo pena non convenit ·
ob hoc nec ira · quia pena ire convenit · Si vir bonus
pena non gaudet · non gaudebit nec eo quidem affe-
ctu cui pena voluptati est · ergo non est naturalis ira.
Numquid quamvis non sit naturalis ira assumenda est · quia u-
tilis sepe fuit · Extollit animos et incitat · nec
quicquam sine illa magnificum in bello fortitudo gerit ·
nisi hinc flamma subdita est · et hic stimulus peragitat
misitque in pericula audaces · Optimum itaque quidam
putant temperare iram non tollere · eoque detra-
cto quod exundat · ad salutarem modum cogere ·
id vero retinere sine quo languebit actio · et vis ac
vigor animi resolvetur · Primum facilius est excludere
perniciosa quam regere · et non admittere quam admissa
moderari · Nam cum se in possessione posuerunt · poten-
tiora rectore sunt · nec recidi se minuive patiuntur.
Deinde ratio ipsa cui freni traduntur · tamdiu potens est
quamdiu deducta est ab affectibus · Si miscuit
se illis et inquinavit · non potest continere quos submovere

potuisset. commota non sua sed excussa ratione fertur quo impellitur. Quaedam incipere in nostra potestate est, ulteriora nos vi sua rapiunt nec regressum relinquunt. Ut in praeceps datis corporibus nullum sui arbitrium est nec resistere morarive deiecta potuerunt, sed consilium omne et paenitentiam irrevocabilis praecipitatio abscidit et non licet eo non pervenire quo non ire licuisset, ita animus, si in iram, amorem aliosque se proiecit affectus, non permittitur reprimere impetum; rapiat illum oportet et ad imum agat pondus suum et vitiorum natura proclivis. Optimum est primum irritamentum irae protinus spernere ipsisque repugnare seminibus et dare operam ne incidamus in iram. Nam si coepit ferre transversos, difficilis ad salutem recursus est, quoniam nihil rationis est ubi semel affectus inductus est iusque illi aliquod voluntate nostra datum est: faciet de cetero quantum volet, non quantum permiseris. In finibus hostis arcendus est; nam cum intravit et portis se intulit, modum a captivis non accipit. Neque enim sepositus est animus et extrinsecus speculatur affectus, ut illos non patiatur ultra quam oportet procedere, sed in affectum ipse mutatur ideoque non potest utilem illam vim et salutarem proditam iam infirmatamque revocare. Non enim, ut dixi, separatas ista sedes suas diductasque habent, sed affectus et ratio in melius peiusque mutatio animi est. Quomodo ergo ratio occupata et oppressa vitiis resurget, quae irae cessit? Aut quemadmodum ex confusione se liberabit in qua peiorum mixtura praevaluit? Sed quidam inquit in ira se continent. Utrum ergo ita ut nihil faciant eorum quae ira dictat an ut aliquid? Si nihil faciunt, apparet non esse ad actiones rerum necessariam iram, quam vos quasi fortius aliquid ratione haberet advocabatis. Denique interrogo: valentior est quam ratio an infirmior? Si valentior, quomodo illi modum ratio poterit imponere, cum parere nisi imbecilliora non soleant? Si infirmior est, sine hac per se ad rerum effectus sufficit ratio nec desiderat imbecillioris auxilium. At irati quidam constant sibi et se continent. Quando? Cum iam ira evanescit et sua sponte decedit, non cum in ipso fervore est; tunc enim potentior est. Quid ergo? Non aliquando in ira quoque et dimittunt incolumes intactosque quos oderunt et a nocendo abstinent? Faciunt: quando? Cum affectus repercussit affectum et aut metus aut cupiditas aliquid impetravit. Non rationis tunc beneficio quievit, sed affectuum infida et mala pace. Deinde nihil habet in se utile nec acuit animum ad res bellicas; numquam enim virtus vitio adiuvanda est se contenta. Quotiens impetu opus est, non irascitur sed exsurgit et in quantum putavit opus esse concitatur remittiturque, non aliter quam quae tormentis exprimuntur tela in potestate mittentis sunt in quantum torqueantur. Ira inquit Aristoteles necessaria est nec quicquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum et spiritum accendit. Utendum autem illa est non ut duce sed ut milite. Quod est falsum. Nam si exaudit rationem sequiturque qua ducitur, iam non est ira, cuius proprium est contumacia; si vero repugnat et non ubi iussa est quiescit sed libidine ferociaque provehitur, tam inutilis animi minister est quam miles qui signum receptui neglegit. Itaque si modum adhiberi sibi patitur, alio nomine appellanda est, desinit ira esse, quam effrenatam et indomitam intellego; si non patitur, perniciosa est nec inter auxilia numeranda. Ita aut ira non est aut inutilis est. Nam si quis poenam exigit non ipsius poenae avidus sed quia oportet, non est adnumerandus iratis. Hic erit utilis miles qui scit parere consilio; affectus quidem tam mali ministri quam duces sunt. Ideo numquam assumet ratio in adiutorium improvidos et violentos impetus, apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat, quos numquam comprimere possit nisi pares illis similesque opposuerit, ut irae metum, inertiae iram, timori cupiditatem. Absit hoc a virtute malum, ut umquam ratio ad vitia confugiat. Non potest hic animus fidele otium capere, quatiatur necesse est fluctueturque qui malis suis tutus est, qui fortis esse nisi irascitur non potest, industrius nisi cupiat, quietus nisi timeat: in tyrannide illi vivendum est in alicuius affectus venienti servitutem. Non pudet virtutes in clientelam vitiorum demittere? Deinde desinit quicquam posse ratio, si nihil potest sine affectu, et incipit par illi similisque esse. Quid enim interest, si aeque affectus inconsulta res est sine ratione quam ratio sine affectu inefficax? Par utrumque est, ubi esse alterum sine altero non potest. Quis autem sustineat affectum exaequare rationi? Ita inquit utilis affectus est, si modicus est. Immo si natura utilis est. Sed si impatiens imperii rationisque est, hoc dumtaxat moderatione consequetur, ut quo minor fuerit minus noceat: ergo modicus affectus nihil aliud quam malum modicum est. Sed adversus hostes inquit necessaria est ira. Nusquam minus: ubi non effusos esse oportet impetus sed temperatos et oboedientes. Quid enim est aliud quod barbaros tanto robustiores corporibus, tanto patientiores laborum comminuat nisi ira infestissima sibi? Gladiatores quoque ars tuetur, ira denudat. Deinde quid opus est ira, cum idem proficiat ratio? An tu putas venatorem irasci feris? Atqui et venientes excipit et fugientes persequitur, et omnia illa sine ira facit ratio. Quid Cimbrorum Teutonorumque tot milia superfusa Alpibus ita sustulit, ut tantae cladis notitiam ad suos non nuntius sed fama pertulerit, nisi quod erat illis pro virtute ira? Quae ut aliquando perculit stravitque obvia, ita saepius sibi exitio est. Germanis quid est animosius? quid ad

Nota hic de victoria que fit per famam

mēsur̄ acrius. Sed armos cupidior qbus
īnascūt̄ ītractabilitr. q̄ id ūna illis cura est
ī alia negligētib9. Sed īduratos ad omē
patiam ut quib9 magr̄ ex pte nō tegimīta
corpor̄ pmissa sit nō suffragia adu'sus ṗcnu
celi rigorē hos ēn hispanos gallosq̄ ⁊ asp̄e si
riaq̄ molles bello uiri an q̄ legio inicat ce
dūt. ob uitam aliarum rez optimos q̄ iracundiam
Age dū illis corporib9 illis animis delicias
luxū opes ignoratib9. da rōnē. da discipli
nam. ut mi̇ amplius dicā nece est ēē nobis
mores huanos repetere. Quo alio Fabius
affectas impy uires restituit. q̄ q̄ cūctari
⁊ trahe ⁊ morari sciret. Quia irati instituit.
Pericat ipm̄ q̄d tūc ī extremo stabat. si Fa
bius tantū ausus eēt q̄ntū ira suadebat. ha
buit ī consilio fortunā publicam ⁊ extimatis uiri
bus ex qb9 iam pene mi̇ s̄ omiso potat do
lorē ulciorisq̄ seposuit ī una utilitatis ⁊ occa
sionum intentus iram an uicit q̄ hanibalem. Quid
Scipio. Non relicto hanibale ⁊ punico exer
citu omnibusq̄ qb9 irascēdū erat. bellū ī affri
cam trāstulit. tā lentus ut opinionē luxie
segniciesq̄ malignis daret. Quid alter Scipio
nō ne numanciam multum diuq̄ sedit. ⁊ hūc
suū publicūq̄ dolorē eq̄ aīo tulit. diucius
numantiam q̄ kartaginem uinci. dū circumual
lat ⁊ includit hostem. eo cōpulit. ut ferro ipi
suo caderent. Non est itaq̄ utilis nec ī plyis
ā bellis ira. ī temeritatem n̄ pna ē. ⁊ picula
dum inferre uult nō cauet. illa certissima ē
uirtus que se diu multumq̄ circumspexerit ⁊ rexit
⁊ ex lento ac destinato pduxerit. Quid
ergo inq̄t uir bonus nō irascetur. si cedi patrē
suū uiderit. si rapi patrem nō irascetur. s̄ uin
dicabit. s̄ tuebitur. quid aut̄ times ne parū
magnus illi stimulus ⁊ s̄ ira pietas sit.
aut dic eodem mō. Quid ergo cū uideat secari
patrē suū filium ne uir bonus nō flebit n̄ lingt
aīo. q̄ accide feminis uidemus. q̄ties illas
leuis piculi suspicio pculit. Officia sua uir
bonus exequetur. inconfusus intrepidus ⁊ sic bono
uiro digna faciet. ut nichil faciet uiro indi
gnum. Pater cedet̄ defendam. cesus ē exequar
q̄ oportet nō q̄ dolet. Cū hoc dicis Theophraste. queris
inuidiam preceptis forcioribus. ⁊ relicto iudice
ad coronam uenis. q̄ ī eiusmodi casu ī eius suos
casu irascitur. Putas iudicaturos homines id
fieri debere q̄d faciunt. fere n̄ iustum q̄sit affe
ctū iudicat quem agnoscat. Irascuntur boni
uiri p suos iniurias. s̄ idem faciunt. si calida
nō bn̄ pbetur. si uitrum fractum ē. si calceus

luto aspersus ē. nō pietas illam iram s̄
infirmitas mouet. sicut pueri amissis pa
rentibus tam flebunt q̄ nucibus. Irasci p suis
nō ē pii aī s̄ infirmi. Illud pulcrum dignūq̄
parentibus amicis liberis ciuib9 pdire de
fensorē ipso officio ducente uolentē iudi
cantē prouidentē nō impulsum et rabidum.
Nullus n̄ affectus uindicandi cupidior est
q̄ ira. ⁊ ob id ipm ad uindicandum inhabilis pra
bidus ⁊ amens. ut oēs fere cupiditates ipsa s̄
ī id ī quo pueniat opponit. Itaq̄ n̄ ī pace n̄
ī bello unq̄ bona fuit. pacem em̄ similem bel
li efficit. ī armis obliuiscitur martem eē com
munem ī alienaq̄ ptatem dū ī sua nō ē.
Deinde nō ideo uicia ī usum recipienda sunt. quia
aliqn ad effecerit. Nam ⁊ febres quedam gña
ualitudinis leuant. n̄ ideo n̄ ex toto illis caruis
se melius ē. abhominandum remedii genus ē
sanitatem debere morbo. Simili modo ira ⁊ si a
liqn ut uenenum ⁊ precipitacio ⁊ naufragium
ex opinato pfuit. nō ideo salutaris iudicāda
da ē. sepe n̄ saluti fuere pestifera. Deinde
q̄ habenda sunt. q̄ maiora eo meliora ⁊ optabi
liora sunt. si iusticia bonum ē. nemo dicet melio
rem futuram. si quid ex ea detractum fuit. si
fortitudo bonum ē nemo illa desiderabit ex aliq̄
pte diminui. ergo ⁊ ira q̄ maior hoc melior.
Quis n̄ ullius boni accessionem recusauit. atq̄
augeri illam inutile ē. ergo ⁊ eē nō ē bonum q̄d
incremento malum sit. Utilis ira ē inquit. q̄
pugnaciores facit. isto modo ⁊ ebrietas. facit
eī proteruos ⁊ audaces multi meliores ad fer
rum fuere male sobrii. Isto mō dic ⁊ freneses
atq̄ insaniam uiribus necessariam q̄ sepe ualidio
res uires furor reddit. Quid. nō aliquociens
metus ē contrario facit audacem ⁊ mortis timor et
inertissimos excitauit ad plium. s̄ ira. ebrietas.
metus. aliaq̄ eiusmodi. feda ⁊ caduca irri
tamenta sunt. n̄ uirtutem instruunt. q̄ nichil uicijs
eget. s̄ segnem animum ⁊ ignauum paulum alle
uant. Nemo irascendo sit forcior. n̄ q̄ s̄ ira
fortis nō esset. ita nō in adiutorium uirtutis
uenit. s̄ ī uicem. Quid q̄ si bonum esset ira pfe
ctissimum quemq̄ sequeretur. atq̄ iracundissimi infan
tes senesq̄ ⁊ egri sunt. ⁊ inualidum omne natura
liter ē. Non pt inquit fieri Theophraste ut bonus
uir nō irascatur malis. isto modo q̄ melior
omnis q̄sit hoc iracundior erit. inde contra pla
cidior solutusq̄ affectibus ⁊ cui nemo odio sit.
peccantis nō quid hz cur oderit. cum error illos
ī eiusmodi delicta compellat. Non ēn prude
tis ē errantes odisse. alioqn ipse s̄ odio ē.

cogitet quod multa contra bonum morem faciat.
compulsa ex eis que egit ueniam desiderat. Ira
scatur sibi. Neque enim equus iudex aliam de
sua aliam de aliena causa sententiam fert. Nec inquam
inueniet qui se possit absoluere. et innocentem
quisque se dicit respiciens testem non conscientiam. Quanto
humanius mitem et patrium animum prestare peccan
tibus et illos non persequi sed reuocare. Errantes per
agros ignorantie uiam melius est ad rectum iter admonere
quam expellere. Corrigendus est qui peccat et cum admo
nitione et molliter et aspere meliorque tam sibi quam
aliis faciendus non sine castigatione sed sine ira. Quis
enim cui medetur irascitur. Et corrigi nequeunt
nichilque in illis lene aut spei bone capax est. tolla
tur e cetu mortalium facturi peiora que contingunt.
et quo uno modo possunt desinant mali esse sed hoc sine
odio. Quid enim est cur oderim cum tunc maxime prosim
cum illum sibi eripio. Num quis membra sua odit
tunc cum abscidit. Non est illa ira sed misera curatio.
Rabidos effugimus canes et trucem atque inman
suetum bouem cedimus et morbidis pecoribus ne
gregem polluant ferrum apponimus. portentuo
sos fetus extinguimus. liberos quoque si debiles mo
strosique editi sunt. Hoc non ira sed ratio est a sanis
inutilia secernere. Nil minus quam irasci punien
tem decet cum eo magis ad emendationem pena
proficiat si iudicio lata est. Inde est quod Socrates
seruo ait. cederem te nisi irascerer. admonitionem
serui in tempus sanius distulit. illo tempore se admonu
it. Cuius erat tam temperatus affectus cum Socrates
non sit ausus se ire committere. Ergo ad coher
cionem errantium sceleratorumque irato castigatore
non opus est. Nam cum ira delictum animi sit non oportet
peccata corrigere peccantem. Quid ergo non irascar
latroni. Quid ergo non irascar ueneficio.
Non neque enim mihi irascor cum sanguinem mitto.
Omne pene genus remedii loco admoueo. Tu
adhuc in prima parte uersaris errorum nec grauiter
laberis sed frequenter. Obiurgatio te primum secreta
deinde publicata emendare temptabit. Tu longius
iam processisti quam ut possis uerbis sanari. ignominia
contineberis. Tu fortius aliquid et quod sentias inuren
dum est. in exilium et loca ignota mitteris. In te duri
or remedia iam solida nequitia desiderat et
uincula publica et carcer adhibebitur. Tibi insa
nabilis animus sceleribus scelera contexens. et
iam causis que numquam malo deerunt sed impelle
ris. sed satis est tibi magna ad peccandum causa peccare.
perbibisti nequitiam et ita uisceribus inmiscuisti
ut nisi cum ipsis exire non possit. Olim miser
mori queris. bene de te merebimur. auferemus istam
qua uexaris insaniam et per tua alienaque uoluta

tem supplicia id quod unum tibi bonum superest re
presentabimus mortem. Quare irascar cui
cum maxime prosim. Interim optimum misericordie genus est
occidere. Si intrassem ualitudinarium exercitatus
et sciens aut domus diuitis non idem imperassem om
nibus per diuersa egrotantibus. Uaria in tot animis uicia
uideo et ciuitati curande adhibitus sum. pro cuiusque mor
bo medicina queratur. hunc sanet uerecundia hunc
peregrinatio hunc dolor hunc egestas hunc ferrum.
Itaque et si peruersa induenda magistratui uestis et
conuocanda classico contio est. procedam in tribunal non
furens nec infestus sed uultu legis et illa sollemnia
uerba leni magis grauique quam rabida uoce con
cipiam. et agi iubebo non iratus sed seuerus. et
cum ceruicem noxio imperabo precidi. et cum parri
cidam insuam culleo. et cum mittam in supplicium mi
litare. et cum tarpeio proditorem hostemue publicum
imponam sine ira eo uultu animoque ero quo ser
pentes et animalia uenenata percutio. Iracun
dia opus est ad puniendum. Quid tibi lex uide
tur irasci his quos non nouit quos non uidit quos
non futuros sperat. illius itaque sumendus est
animus que non irascitur sed constituit. Nam si bono ui
ro ob mala facinora irasci conuenit. et obse
cundas res malorum hominum inuidere conueniet. Quid
enim indignius est quam florere quosdam et eos indulgen
tia fortune abuti quibus nulla potest satis mala
inueniri fortuna. Sed tam commoda illorum sine inuidia
uidebit quam scelera sine ira. Bonus iudex dampnat
improbanda non odit. Quid ergo non cum huiusmodi aliquid sapi
ens habebit in manibus tangetur animus eius. eritque
solito commotior. Fatebor sentiet leuem quendam
tenuemque motum. Nam ut dicit Zenon in sapien
tis quoque animo etiam cum uulnus sanatum est cicatrix manet.
Sentiet itaque suspiciones quasdam et umbras
affectuum ipsis quidem carebit. Aristoteles ait af
fectus quosdam si quis illis bene utatur pro armis es
se quod uerum foret si uelud bellica instrumenta sumi
deponique possent induentis arbitrio. Hec arma
que Aristoteles uirtuti dat ipsa per se pugnant non expe
ctant manum et habent non habentur. Nil aliis
instrumentis opus est. satis nos instruxit rerum natura.
hanc dedit telum firmum. perpetuum. obsequens. nec an
ceps nec quod in dominum remitti possit. Non ad prouide
ndum tantum sed ad res gerendas satis est per se ipsa
ratio. Etenim quid est stultius quam hanc ab iracun
dia petere presidium rem stabilem ab incerta fi
delem ab infida sanam ab egra. Quid quod
ad actiones quoque in quibus solis opera iracundie uide
tur necessaria multo per se ratio fortior est. Nam cum iudi
cauit ad faciendum in eo perseuerat. nichil inueniet me
lius quam etiam se ipsa quo mutetur. Ideo stat

simul constitutis iram saepe mora retardavit. Hec non solidum robur sed vanum tumorem violentaque principiis utitur. Non aliter quam qui a terra venti surgunt et fluminibus paludibusque concepti sine pertinacia vehementes sunt. Incipit magno impetu, deinde deficit ante tempus fatigata, et que nihil aliud quam crudelitatem ac nova genera penarum versaverat, cum animadvertendum est, iam ira fracta lenisque est. Affectus cito cadit; equalis est ratio. Ceterum et ubi perseveravit ira, non numquam si plures sunt qui perire meruerunt, post duorum triumve sanguinem occidere desinit. Primi eius ictus acres sunt; sic serpentium venena a cubili repentium nocent, innoxii dentes sunt cum illos frequens morsus exhausit. Ergo non paria patiuntur qui paria commiserant, et saepe qui minus commisit plus patitur, quia recentiori obiectus est. Et in totum inequalis est: modo ultra quam oportet excurrit, modo citius debito resistit. Sibi enim indulget et ex libidine iudicat et audire non vult et patrocinio non relinquit locum et ea tenet que invasit et eripi sibi iudicium suum, etsi pravum est, non sinit. Ratio utrique parti tempus dat, deinde advocationem et sibi petit ut excutiende veritati spatium habeat; ira festinat. Ratio id iudicare vult quod equum est; ira id equum videri vult quod iudicavit. Ratio nihil preter ipsum de quo agitur spectat; ira vanis et extra causam obversantibus commovetur. Vultus illam securior, vox clarior, sermo liberior, cultus delicatior, advocatio ambitiosior, favor popularis exasperat; saepe infesta patrono reum damnat; etsi ingeritur oculis veritas, amat et tuetur errorem; coargui non vult, et in male ceptis honestior illi pertinacia videtur quam penitentia. Cn. Piso fuit memoria nostra vir a multis vitiis integer, sed pravus et cui placebat pro constantia rigor. Is cum iratus duci iussisset eum qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset quem non exhibebat, roganti tempus ad conquirendum non dedit. Damnatus extra vallum productus est, et iam cervicem porrigebat cum subito apparuit ille commilito qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio prepositus condere gladium speculatorem iubet, damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam quam militi fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducuntur complexi alter alterum cum magno gaudio castrorum commilitones. Conscendit tribunal furens Piso ac iubet duci utrumque, et eum militem qui non occiderat et eum qui non perierat. Quid hoc indignius? quia unus innocens apparuerat, duo peribant. Piso adiecit et tertium; nam ipsum centurionem qui damnatum reduxerat duci iussit. Constituti sunt in eodem loco perituri tres ob unius innocentiam. O quam sollers est iracundia ad fingendas causas furoris! Te, inquit, duci iubeo quia damnatus es; te quia causa damnationis commilitoni fuisti; te quia iussus occidere imperatori non paruisti. Excogitavit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum invenerat. Habet, inquam, iracundia hoc mali: non vult regi. Irascitur veritati ipsi si contra voluntatem suam apparuit; cum clamore et tumultu et totius corporis iactatione quos destinavit insequitur, adiectis conviciis maledictisque. Hoc non facit ratio; sed si ita opus est, silens quietaque totas domos funditus tollit et familias rei publice pestilentes cum coniugibus ac liberis perdit, tecta ipsa diruit et solo exequat et inimica libertati nomina exstirpat. Hoc non frendens nec caput quassans nec quicquam indecorum iudici faciens, cuius tunc maxime placidus esse debet et in statu vultus, cum magna pronuntiat. Quid opus est, inquit Hieronymus, cum velis cedere aliquem, tua prius labra mordere? Quid si ille vidisset desilientem de tribunali proconsulem et fasces lictori auferentem et sua vestimenta scindentem, quia tardius scindebantur aliena? Quid opus est mensam evertere? quid pocula affligere? quid se in columnas impingere? quid capillos avellere, femur pectusque percutere? Quantam iram putas, que in alium non tam cito quam vult erumpit, in se revertitur? Tenetur itaque a proximis et rogatur ut ipse sibi placetur. Quorum nihil facit quisquis vacuus ira meritam cuique penam iniungit. Dimittit saepe eum cuius peccatum deprehendit, si penitentia facti spem bonam pollicetur, si intelligit non ex alto venire nequitiam, sed summo quod aiunt animo inherere. Dabit impunitatem nec accipientibus nocituram nec dantibus. Nonnumquam magna scelera levius quam minora compescet, si illa lapsu non crudelitate commissa sunt, his inest latens et operta et inveterata calliditas. Idem delictum in duobus non eodem malo afficiet, si alter per negligentiam admisit, alter curavit ut nocens esset. Hoc semper in omni animadversione servabit, ut sciat alteram adhiberi ut emendet malos, alteram ut tollat. In utroque non preterita sed futura intuebitur. Nam, ut Plato ait, Nemo prudens punit quia peccatum est, sed ne peccetur; revocari enim preterita non possunt, prohibentur futura. Et quos volet nequitie male cedentis exempla fieri palam occidet, non tantum ut pereant ipsi sed ut alios pereundo deterreant. Hec cui expendenda estimandaque sunt vides quam debeat omni perturbatione liber accedere ad rem summa diligentia tractandam, potestatem vite necisque. Male

Cn. Piso.

mixto ferrum emittitur. Ne illud quidem iudi-
candum est aliquid iram ad magnitudinem animi confer-
re. Non est enim illa magnitudo, tumor est; nec corporibus
copia uitiosi humoris intentis morbus incre-
mentum est sed pestilens habundantia. Omnes
quos uecors animus supra cogitationes extollit hu-
manas altum quiddam et sublime spirare se
credunt. Ceterum nichil solidi subest, sed in ruinam prona
sunt que sine fundamentis creuere. Non habet ira cui in-
sistat; non ex firmo mansuroque oritur, sed uen-
tosa et inanis est, tantumque abest a magnitudine
animi quantum a fortitudine audacia, a fiducia in-
solentia, ab austeritate crudelitas. Multum inquam
interest inter sublimem animum et superbum. Iracundia
nichil amplum decorumque mouet. Contra mihi ue-
tosi et infelicis animi imbecillitatis sibi conscia sepe in-
dolescere, ut exulcerata et egra corpora que ad
tactus leuissimos gemunt. Ita ira muliebre ma-
xime ac puerile uitium est. At incidit et in uiros;
nam uiris quoque puerilia ac muliebria inge-
nia. Quid ergo? Non aliquae uoces ab iratis
emittuntur que magno emisse uideantur animo,
ueram ignorantibus magnitudinem? Ut illa dira et
abhominanda "oderint dum metuant". Sillano scias
stilo scriptam. Nescio utrum sibi peius opta-
uerit, ut odio esset an ut timori. "Oderint". Oc-
currit illi futurum ut execrentur, insidientur, op-
primant. Quid adiecit? Dii illi malefaciant;
adeo repperit dignum odio remedium. "Oderint"
quid? "dum pareant"? Non. "Dum probent"? Non. Quid ergo?
"dum timeant". Sic nec amari quidem uellem. Ma-
gno hoc dictum spiritu putas? Falleris; nec enim ma-
gnitudo ista est sed immanitas. Non est quod credas
irascentium uerbis, quorum strepitus magni, mi-
naces sunt, mens intus pauidissima. Nec est quod exi-
stimes uerum esse quod apud disertissimum uirum
Liuium dicitur: "uir ingenii magni magis quam bo-
ni". Non potest illud separari; aut et bonum erit aut nec ma-
gnum, quia magnitudinem animi inconcussam intelligo et
intrinsecus solidam et ab imo parem firmamque,
qualis inesse malis ingeniis non potest. Terribilia enim
esse et tumultuosa et exitiosa possunt; magnitudinem
quidem, cuius firmamentum robur bonitas est,
non habebunt. Ceterum sermone, conatu et omni extra pa-
ratu facient fidem magnitudinis; eloquentur aliquid
quod tu magni putes, sicut Gaius Cesar, qui ira-
tus celo quod obstreperet pantomimis quos imi-
tabatur studiosius quam spectabat, quodque commessatio
sua fulminibus terreretur, prorsus parum certe
ad pugnam uocauit Iouem, et quidem sine missi-
one, Homericum illum exclamans uersum: Il ad
pene t b e e. Quanta dementia fuit! Putauit
aut sibi noceri ne a Ioue quidem posse aut se no-
cere et Ioui posse. Non puto parum momenti
hanc eius uocem ad incitandas coniuratorum men-
tes addidisse; ultime enim patientie uisum est eum fer-
re qui Iouem non ferret. Nichil ergo in ira, ne cum uidetur quidem
uehemens et deos hominesque despiciens, magnum,
nichil nobile est. Aut si uidetur alicui magnum ani-
mum ira producere, uideatur et luxuria: ebore sustineri
uult, purpura uestiri, auro tegi, terras
transferre, maria concludere, flumina precipitare, ne-
mora suspendere. Uideatur et auaritia magni ani-
mi: aceruis auri argentique incubat et prouinciarum
nominibus agros colit et sub singulis uillicis la-
tiores habet fines quam quos consules sortiebantur. Ui-
deatur et libido magni animi: transnat freta, pu-
erorum greges castrat, sub gladium mariti ue-
nit uxor morte contempta. Uideatur et ambitio
magni animi: non est contenta honoribus annuis;
si fieri potest uno nomine occupare fastus uult,
per omnem orbem titulos disponere. Omnia ista non re-
fert quousque procedant extendantque se; angusta
sunt, misera, depressa. Sola sublimis et excelsa uir-
tus est, nec quicquam magnum est nisi quod simul et placidum.

Primus liber. Liber secundus de ira ad eundem

Primus liber, Nouate, benigniorem habuit materiam; faci-
lis enim in procliui uitiorum decursus est. Nunc ad
exiliora ueniendum est; querimus enim ira utrum
iudicio an impetu incipiat, id est utrum sua sponte
moueatur an quemadmodum pleraque que intra nos insciis
nobis oriuntur. Debet autem in hec se demittere dispu-
tatio ut ad illa quoque altiora possit exsurgere.
Nam et in corpore nostro ossa neruique et articuli, fir-
mamenta totius, et uitalia minime speciosa uisu
prius ordinantur, deinde hec ex quibus omnis in faciem
aspectumque decor est; post hec omnia qui maxime
colores rapit color ultimus perfecto iam corpore
affunditur. Iram quin species oblate iniurie moue-
at non est dubium; sed utrum speciem ipsam statim sequatur
et non accedente animo excurrat an illo assentiente
moueatur querimus. Nobis placet nichil illam per se au-
dere sed animo approbante. Nam speciem capere accepte in-
iurie et ultionem eius concupiscere et utrumque coniungere,
nec ledi se debuisse et uindicari debere, non est
eius impetus qui sine uoluntate nostra concitatur. Ille sim-
plex est, hic compositus et plura continens: intelle-
xit aliquid, indignatus est, damnauit, ulciscitur:
hec non possunt fieri nisi animus eis quibus tangebatur as-
sensus est. Quorsus, inquis, hec questio pertinet? Ut sciamus
quid sit ira. Nam si inuitis nobis nascitur, num-
quam rationi succumbet; omnes enim motus qui non uoluntate
nostra fiunt inuicti et inuitabiles sunt, ut horror
frigida aspersis, ad quosdam tactus aspernatio.

ad priores uicios stringuntur pili et rubor ad impudica uerba suffunditur. Sequiturque uertigo prerupta cernentis. Quorum quia nichil in nostra potestate est, nulla quominus fiant ratio persuadet. Ira preceptis fugatur; est enim uoluntarium animi uicium, non ex hiis que condicione quadam humane sortis eueniunt ideoque et sapientissimis accidunt, inter que et primus ille ictus animi ponendus est qui nos post opinionem iniurie mouet. Hic subit et inter ludicra scene spectacula et lectiones rerum uetustarum. Sepe Clodio Ciceronem expellenti et Antonio occidenti uidemur irasci. Quis non contra Marii arma, contra Sille proscriptionem concitatur? Quis non Theodoto et Achille et ipsi puero non puerile auso facinus infestus est? Cantus nos nonnumquam et concitata modulatio instigat Martiusque ille tubarum sonus; mouent mentes et atrox pictura et iustissimorum suppliciorum tristis aspectus. Inde est quod arridemus ridentibus et contristat nos turba merentium et effervescimus ad aliena certamina. Que non sunt ire, non magis quam tristicia est que ad conspectum mimici naufragii contrahit frontem, non magis quam timor qui Hanibale post Cannas menia circumsidente lectorum percurrit animos, sed omnia ista motus sunt animorum moueri nolencium, nec affectus sed principia proludentia affectibus. Sic enim militaris uiri in media pace iam togati aures tuba suscitat equosque castrenses erigit crepitus armorum. Allexandrum aiunt Xenofanto canente manum ad arma misisse. Nichil ex hiis que animum fortuito impellunt affectus uocari debet: ista ut ita dicam patitur magis animus quam facit. Ergo affectus est non ad oblatas rerum species moueri, sed permittere se illis et hunc fortuitum motum prosequi. Nam si quis pallorem et lacrimas procidentes et irritacionem humoris obsceni altumue suspirium et oculos subito acriores aut quid hiis simile indicium affectus animique signum putat, fallitur nec intelligit corporis hos esse pulsus. Itaque et fortissimus plerumque uir dum armatur expalluit, et signo pugne dato ferocissimo militi paulum genua tremuerunt, et magno imperatori antequam inter se acies arietarent cor exiluit, et oratori eloquentissimo dum ad dicendum componitur summa riguerunt. Ira non moueri tantum debet sed excurrere. Est autem impetus; numquam autem impetus sine assensu mentis est. Neque enim fieri potest ut de ultione et pena agatur animo nesciente. Putauit se aliquis lesum, uoluit ulcisci, dissuadente aliqua causa statim resedit. Hanc iram non uoco, sed motum animi racioni parentem; illa est ira que racionem transilit, que secum rapit. Ergo illa prima

agitatio animi quam species iniurie incussit non magis ira est quam ipsa iniurie species. Ille sequens impetus qui speciem iniurie non tantum accepit sed approbauit, ira est, concitatio animi ad ultionem uoluntate et iudicio pergentis. Numquam dubium est quin timor fugam habeat, ira impetum. Vide ergo an putes aliquid sine assensu mentis aut peti posse aut caueri. Et ut scias quemadmodum incipiant affectus aut crescant aut efferantur: est primus motus non uoluntarius, quasi preparacio affectus et quedam comminatio. Alter cum uoluntate non contumaci, tamquam oporteat me uindicari cum lesus sim, aut oporteat hunc penas dare cum scelus fecerit. Tercius iam impotens, qui non si oportet ulcisci uult sed utique, qui racionem euicit. Primum illum animi ictum effugere racione non possumus, sicut ne illa quidem que diximus accidere corporibus, ne nos oscitatio aliena sollicitet, ne oculi ad intentacionem subitam digitorum comprimantur. Ista non potest racio uincere; consuetudo fortasse et obseruacio assidua extenuat. Alter ille motus qui iudicio nascitur iudicio tollitur. Illud etiamnunc querendum est, hii qui uulgo seuiunt et sanguine humano gaudent an irascantur cum eos occidunt a quibus nec acceperunt iniuriam nec accepisse ipsos existimant, qualis fuit Apollodorus aut Phalaris. Hec non est ira, feritas est. Non enim quia accepit iniuriam nocet, sed paratus est dum noceat uelle accipere, nec illi uerbera laceracionesque in ultionem petuntur sed in uoluptatem. Quid ergo? Origo huius mali ab ira est, que ubi frequenti exercitacione et satietate in obliuionem clemencie uenit et omne fedus humanum eiecit animo, nouissime in crudelitatem transit. Rident itaque gaudentque et uoluptate multa perfruuntur plurimumque ab iratorum uultu absunt, per ocium seui. Hanibalem aiunt dixisse, cum fossam sanguine humano plenam uidisset: O formosum spectaculum! Quanto pulchrius illi uisum esset, si flumen aliquod lacumque complesset! Quid mirum si hoc maxime spectaculo caperis, innatus sanguini et ab infante cedibus admotus? Sequetur te fortuna crudelitati tue per xx annos secunda dabitque oculis tuis gratum ubique spectaculum. Videbis istud et circa Trasimenum et circa Cannas et nouissime circa Carthaginem tuam. Volosus nuper sub diuo Augusto proconsul Asie, cum ccc uno die securi percussisset, incedens inter cadauera uultu superbo quasi magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, grece proclamauit: O rem regiam! Quid hic rex fecisset? Non fuit hec ira sed maius malum et ineffabile. Virtus, inquit, ut honestis rebus propicia est, ita turpibus

iram esse dicit. Quid si dicatur virtutem et humilem
et magnam esse debere. At quod hic dicit qui
illam extolli vult et deprimi, cum letitia ob
recte factum clara magnificaque est, ira ob
alienum peccatum sordida et angusti pectoris est.
Non numquam committet vitium ut vitia dum compe-
scit imitetur. ipsam iram castigandam habet quod in-
tulo est melior, sepe et peior his delictis qui-
bus irascitur. Gaudere letarique proprium et nature
virtutis est; irasci non est ex dignitate eius, non
magis quam merere. atqui iracundie et tristicia co-
mes est, et in hanc omnis ira vel post penitentiam vel
post repulsam revolvitur. Et si sapientis est pec-
catis irasci, magis irascetur maioribus et se-
pe irascetur. Sequitur ut non tantum iratus sit sa-
piens sed iracundus. Atqui si nec magnam iram nec
frequentem in animo sapientis habere credimus, quid est
quare non ex toto illum hoc affectu liberemus. ¶
Modus inquit esse non potest, si pro facto cuiusque i-
rascendum est. Nam aut iniquus erit si equaliter
irascetur delictis inequalibus, aut iracundissimus si
totiens excanduerit quotiens iram scelera me-
ruerint. Et quid indignius quam sapientis affectum
ex aliena pendere nequitia. desinet ille Socrates
posse eundem vultum domum referre quem do-
mo extulerat. Atqui si irasci sapiens turpi-
bus factis debet, et concitari contristarique ob scelera, nichil
est erumnosius sapiente; omnis illi per iracundiam
merorem vita transibit. quod enim momentum erit
quo non improbanda videat. quotiens processerit
domo per sceleratos illi avarosque et prodigos
et impudentes et ob ista felices incedendum erit.
nusquam oculi eius flectentur ut non quod indigne-
tur inveniant. deficiet si totiens a se iram quotiens
causa poscet exegerit. Hec tot milia ad forum pri-
ma luce properantia quam turpes lites, quanto turpi-
ores advocatos consistunt. Alius venit dela-
tor eius cuius manifestior reus est, et iu-
dex damnaturus quod fecit eligitur, et corona pro
mala causa bona patroni voce corrupta. Quid
singula persequor? cum videris forum multitudine re-
fertum et septa concursu omnis frequentie plena et
illum circum in quo maximam sui partem populus oste-
dit, hoc scito istic tantundem esse vitiorum quantum hominum.
Inter istos quos togatos vides nulla pax est. Alter
in alterius exitium levi compendio ducitur. Nulli
nisi ex alterius damno questus est. felicem oderit,
infelicem contemnit. maiorem gravant, minori
graves sunt. diversis stimulantur cupiditatibus. omnia
perdita ob levem voluptatem predamque cupiunt.
Non alia quam in ludo gladiatorio vita est cum
isdem viventium pugnantiumque. ferarum idem conven-
tus est, nisi quod ille inter se placide sunt morsuque
similium abstinent, hii mutua laceratione sa-
tiantur. Hoc uno ab animalibus differunt quod illa
mansuescunt alentibus, horum rabies ipsos a-
lentes est, nutrita depascitur. Numquam irasci desi-
net sed si sapiens ceperit. omnia sceleribus ac
viciis plena sunt. plus committitur quam quod possit
coercitione sanari. Certatur ingenti quidem
nequitie certamine. maior cotidie peccandi
cupiditas, minor verecundia est. Expulso me-
lioris equiorisque respectu quocumque visum est
libido se impingit. nec furtiva iam scele-
ra sunt. preter oculos eunt. adeoque in publicum
missa nequitia est et in omnibus pectoribus eva-
luit ut innocentia non rara sed nulla sit. Numquid
enim singuli aut pauci rupere legem? undique velut
signo dato ad fas nefasque miscendum coie-
re. Non hospes ab hospite tutus, non so-
cer a genero; fratrum quoque gratia rara est. Immi-
net exitio vir coniugis, illa mariti. Lurida
terribiles miscent aconita noverce. Filius an-
te diem patrios inquirit in annos. Et quota ista
pars scelerum est. Non descripsit castra ex u-
na parte contraria et parentum liberorumque sa-
cramentum diversum; subiectam patrie civis ma-
nu flammam et agmina infestorum equitum ad conqui-
rendas proscriptorum latebras circumvolitantia
et violatos fontes venenis et pestilentiam
manu factam et productam obsessis parentibus
fossam. plenos carceres et incendia totas ur-
bes concremantia. dominationesque funestas
et regnorum publicorumque exitiorum clandestina
consilia et pro gloria habita que quamdiu opprimi
possunt scelera sunt. Raptus ac stupra et ne
os quidem libidini exceptum. Adde nunc publica
periuria gentium et rupta federa et in predam va-
lidioris quicquid non resistebat abductum, cir-
cumscriptiones, furta, fraudes, inficiationes quibus
trina non sufficiunt fora. Si tantum irasci vis sa-
pientem quantum scelerum indignitas exigit, non
irascendum illi sed insaniendum est. Illud potius
cogitabis non esse irascendum erroribus. Quid enim
si quis irascatur in tenebris parum vestigia certa
ponentibus. Quid si quis surdis imperia non ex-
audientibus. Quid si pueris quod neglecto dispe-
ctu officiorum ad lusus et ineptos equalium iocos
spectent. Quid si illis irasci velis qui egrotant
senescunt fatigantur. Inter cetera mortalitatis
incommoda et hec est, caligo mentium, nec tantum ne-
cessitas errandi sed errorum amor. Ne singulis
irascaris, universis ignoscendum est. ¶ Generi
humano venia tribuenda est. Si irasceris iu-

vernulis sensibus quod peccant. irascere infantibus
quos peccaturi sunt. Numquid irascitur pueris quorum
etas nondum novit rerum discrimina. maior
est excusatio et iustior hominem esse quam puerum.
hac condicione nati sumus animalia obnoxia non
paucioribus animi quam corporis morbis. non quidem
obtusa nec tarda. sed acumine nostro male utentia.
alia aliis vitiorum exempla. Quisquis se-
quitur priores male iter ingressos. quidni in-
habeat excusationem cum publica via erraue-
rit. In singulos severitas imperatoris distin-
guitur. at necessaria venia est ubi totus dese-
ruit exercitus. Quid tollit iram sapientis?
turba peccantium. Intelligit quam et iniquum sit et
periculosum irasci publico vitio. Heraclitus
quotiens prodierat et tantum circa se male viue-
ntium immo male pereuntium videat flebat.
miserebatur omnium qui sibi leti feliciterque occurre-
bant. miti animo sed nimis imbecillo et ipse in-
deplorandos erat. Democritum contra aiunt num-
quam sine risu in publico fuisse. adeo nichil illi
videbatur serium eorum quae serio gerebantur. Ubi
istic ire locus est. aut ridenda omnia aut flenda sunt.
Non irascetur sapiens peccantibus. quare. quia scit ne-
minem nasci sapientem sed fieri. scit paucissi-
mos omni evo sapientes evadere. quia condicionem
humane vite perspectam habet. Nemo autem nature sanus
irascitur. Quid enim si mirari velit non in silve-
stribus dumis poma pendere. quid si miretur
spineta sentesque non utili aliqua fruge compleri.
Nemo irascitur ubi vitium natura defendit. Pla-
cidus itaque sapiens et equus erroribus non
hostis sed corrector peccantium. hoc quotidie pro-
cedit animo. Multi michi occurrent vino dediti.
multi libidinosi. multi ingrati. multi avari.
multi furiis ambitionis agitati. Omnia ista
tam propitius aspiciet quam egros suos medicus.
Numquid ille cuius navigium multam undique
laxatis compagibus aquam trahit. nautis ipsique
navigio irascitur. occurrit potius et aliam
excludit undam aliam egerit. manifesta fora-
mina precludit. latentibus et ex occulto senti-
nam ducentibus labore continuo resistit. nec
ideo intermittit quia quantum exhaustum est subnascitur.
lento adiutorio opus est contra mala conti-
nua et fecunda non ut desinant sed ne vincant.
Utilis est inquit ira quia contemptum effugit. quia
malos terret. Primum ira si quantum minatur valet
ob hoc ipsum quod terribilis est et invisa est. Peri-
culosius autem est timeri quam despici. si vero sine
viribus est magis exposita contemptui est et de-
risum non effugit. Quid enim est iracundia in-
supervacuum tumultuante frigidius. Deinde non ideo
quedam quia sunt terribiliora potiora sunt. nec
hoc sapienti dici velim quod fere sapientis quoque
telum est timeri. Quid non timetur febris po-
dagra ulcus malum. Numquid ideo quicquam in
istis boni est. At contra omnia despecta fedaque
et turpia ipso quo timentur. Sic ira per se deformis
est et minime metuenda. at timetur a pluribus
sicut deformis persona ab infantibus. Quid quod
semper in auctores redundat timor nec quisquam me-
tuitur ipse securus. Occurrat hoc loco tibi laberi-
anus ille versus qui medio civili bello in theatro
dictus totum in se populum non aliter convertit quam
si missa esset publici affectus. Necesse est
multos timeat quem multi timent. ita natura con-
stituit ut quicquid alieno metu magnum est
a suo non vacet. Leonum quam pavida sunt ad
levissimos pectora. acerrimas feras umbra
et vox et odor insolitus exagitat. quicquid deter-
ret et trepidat. Non est ergo quare concupiscat quis-
quam sapiens timeri. Nec ideo iram magnum quiddam
putet quia formidini est. Cum quedam et contemptissima
timeantur ut venena et ossa mortifera et morsus.
Nec mirum est cum maximos ferarum greges linea
pennis distincta contineat et insidias agat ab
ipso affectu dicta formido. vanis enim vana
terrori sunt. Curriculi motus rotarumque versata fa-
cies leones redegit in caveam. elephantes
porcina vox terret. sic itaque ira metuitur
quomodo umbra ab infantibus. a feris rubens
pinna. Non ipsa in se quicquam habet firmum aut forte.
sed vanos animos movet. Nequitia inquit de
rerum natura tollenda est si velis iram tollere. Neu-
trum autem potest fieri. Primum potest aliquis non algere
cum rerum natura hiems sit. et non estuare quamvis
menses estivi sint. aut loci beneficio adversus
intemperiem anni tutus est. aut patientia cor-
poris sensus utrumque pervicit. Deinde verte istud. Necesse
est prius virtutem ex animo tollas quam iracundiam re-
cipias quoniam cum virtutibus vitia non coeunt. nec
magis quisquam eodem tempore et iratus potest esse et vir
bonus quam eger et sanus. Non potest inquit omnis ex
animo ira tolli. nec hoc hominis natura patitur. Atqui nichil
est tam difficile et arduum quod non humana mens
vincat et in familiaritatem perducat assidu-
a meditatio. nullique sunt tam feri et sui iuris
affectus ut non disciplina perdomentur. quodcumque
sibi imperavit animus obtinuit. Quidam quod uno
rident consecuti sunt. vino quidam alii venereo
quidam omni ore interdixere corporibus. Alii contenti
brevi somno vigiliam se indefatigabilem ex-
tendit. Didicerunt tenuissimis et adversis funibus

ꝯ Heraclit

ꝯ Democr

turae et ingesta vix humanis viribus onera portare et immensam altitudinem mergi ac sine ulla respirandi vice perpeti maria. Mille sunt alia in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit ostenditque nichil esse difficile cuius sibi ipsa mens patientiam indiceret. Istis quos paulo ante retuli aut nulla tam pertinacis studii aut non digna merces fuit. Quid enim magnificum consequitur ille qui meditatus est per intentos funes ire, qui sarcine ingenti cervicem supponere, qui somno non summittere oculos, qui penetrare imum mare? Et tamen ad finem operis non magno auctoramento labor pervenit. Nos non advocabimus patientiam quos tantum premium expectat, felicis animi inmota tranquillitas? Quantum est effugere maximum malum iram et cum illa rabiem, sevitiam, crudelitatem, furorem, aliosque comites eius affectus. Non est quod patrocinium nobis queramus et excusatam licentiam dicentes aut utile id esse aut inevitabile; cui enim tandem vitio advocatus defuit? Non est quod dicas excidi non posse: sanabilibus egrotamus malis ipsaque nos in rectum genitos natura, si emendari velimus, iuvat. Nec ut quibusdam visum est arduum in virtutes et asperum iter est; plano adeuntur. Non vane vobis auctor rei venio. Facilis est ad beatam vitam via; inite modo bonis auspiciis ipsisque diis bene iuvantibus. Multo difficilius est facere ista que facitis. Quid est animi quiete ociosius, quid ira laboriosius? Quid clementia remissius, quid crudelitate negociosius? Vacat pudicitia, libido occupatissima est. Omnium denique virtutum tutela facilior est, vitia magno coluntur. Debet ira removeri; hoc et ipsi fatentur qui dicunt esse minuendam. Tota dimittatur; nichil profutura est. Sine illa facilius rectiusque scelera tollentur, mali punientur et transducentur in melius. Omnia que debet sapiens sine ullius male rei ministerio efficiet nichilque admiscebit cuius modum sollicitius observet. Nunquam itaque iracundia admittenda est, aliquando simulanda, si segnes animi audientium concitandi sunt. Sicut tarde consurgentes ad cursum equos stimulis facibusque subditis excitamus. Aliquando incutiendus his est metus apud quos ratio non proficit. Irasci quidem non magis utile est quam merere, quam metuere. Quid ergo? Non incidunt cause que iram lacessant? Sed tunc maxime illi opponende manus sunt. Nec est difficile vincere animum, cum athlete quoque in vilissima sui parte occupati tamen ictus doloresque patiantur ut vires cedentis exhauriant, nec cum ira suadet feriunt sed cum occasio. Pyrrum maximum preceptorem certaminis gymni-

ci solitum aiunt his quos exercebat precipere ne irascerentur; ira enim perturbabat artem et qua noceat tantum aspiciat. Sepe itaque ratio patientiam suadet, ira vindictam, et qui primis defungi malis potuimus in maiora devolvimur. Quosdam unius verbi contumelia non equo animo lata in exilium proiecit, et qui levem iniuriam silentio ferre noluerant gravissimis malis obruti sunt, indignatique aliquid ex plenissima libertate deminui servile in sese attraxerunt iugum. Nec scias inquit iram habere in se generosi ad liberas indociles gentes que iracundissime sunt, ut Germanos et Scitas. Quod evenit quia fortia solidaque natura ingenia, antequam disciplina molliantur, prona in iram sunt. Quedam enim non nisi melioribus innascuntur ingeniis, sicut valida arbusta et leta quamvis neglecta tellus creat, et alta fecundi soli silva est. Itaque et ingenia natura fortia iracundiam ferunt nichilque tenue et exile capiunt, ignea et fervida, sed inperfectus illis vigor est, ut omnibus que sine arte ipsius tantum nature bono exurgunt; sed nisi cito domita sunt, que fortitudini apta erant audacie temeritatique consuescunt. Quid? Non mitioribus animis vitia leniora coniuncta sunt, ut misericordia, amor et verecundia? Itaque sepe tibi bonam indolem malis quoque suis ostendam; sed non ideo vitia non sunt, si nature melioris indicia sunt. Deinde omnes iste feritate libere gentes leonum luporumque ritu ut servire non possunt, ita nec imperare. Non enim humani vim ingenii sed feri et intractabilis habent. Nemo autem regere potest nisi qui et regi. Fere itaque imperia penes eos fuere populos qui mitiore celo utuntur; in frigora septentrionemque vergentibus inmansueta ingenia sunt, ut ait poeta, suoque simillima celo. Animalia inquit generosissima habentur quibus multum inest ire. Errat qui ea in exemplum hominis adducit quibus pro ratione est impetus; homini pro impetu ratio est. Sed ne illis quidem omnibus idem prodest. Iracundia leones adiuvat, pavor cervos, accipitrem impetus, columbam fuga. Quid quod ne illud quidem verum est, optima animalia esse iracundissima? Feras putem quibus ex raptu alimenta sunt, meliores quo iratiores; patientiam laudaverim boum et equorum frenos sequentium. Quid est autem cur hominem ad tam infelicia exempla revocas, cum habeas mundum deumque, quem ex omnibus animalibus ut solus imitetur solus intellegit? Simplicissimi inquit omnium habentur iracundi. Fraudulentis enim et versutis comparantur et simplices videntur quia expositi sunt. Quos quidem non simplices dixerim sed incautos. Stultis, luxuriosis nepoti-

busque hiis nomen imponimus et omnibus uicijs p[ro]p[ri]os callidis. ¶ Orator inquit iratus aliquando melior est. Immo imitatus iratum. Nam et histriones in pronunciando non irati populum mouent sed iratum bene agentes. Et apud iudices itaque et in contione et ubicumque alienus animus ad nostrum arbitrium agendus est, modo iram, modo metum, modo misericordiam ut aliis incuciamus ipsi simulabimus, et sepe id quod veri affectus non effecissent effecit imitatio affectuum. ¶ Languidus inquit animus est qui ira caret. Verum est si nichil habet ira ualencius. Nec latronem oportet esse nec predonem, nec misericordem nec crudelem. Illius nimis animus mollis, huius nimis durus. Temperatus sit sapiens et ad res forcius agendas non iram sed uim adhibeat.

¶ Cap.

¶ Quoniam que de ira queruntur tractauimus, accedamus ad remedia eius. Duo autem ut opinor sunt: ne incidamus in iram et ne in ira peccemus. Ut in corporis cura alia de tuenda ualitudine alia de restituenda precepta sunt, ita aliter iram debemus repellere, aliter compescere, ut uincamus. Quedam ad uniuersam uitam pertinencia precipiemus. Ea in educacionem et in sequencia tempora diuidentur. ¶ Educacio maximam diligenciam plurimumque profutura desiderat. Facile est enim teneros adhuc animos componere, difficulter reciduntur uicia que nobiscum creuerunt. Oportunissima ad iracundiam feruidi animi natura est. Nam cum elementa sint quatuor, ignis, aqua, aer, terra, potestates pares hiis sunt: feruida, frigida, arida atque humida. Et locorum itaque et animalium et corporum et morum uarietates mixtura elementorum facit, et proinde in aliquos magis incumbunt ingenia, prout alicuius elementi maior uis habundauit. Inde quasdam humidas uocamus aridasque regiones et frigidas et calidas. Eadem animalium hominumque discrimina sunt. Refert quantum quisque humidi in se calidique contineat; cuius in illo elementi porcio preualebit, inde mores erunt. Iracundos feruida animi natura faciet; est enim actuosus et pertinax ignis; frigidi mixtura timidos facit; pigrum est enim contractumque frigus. Volunt quidam ex nostris iram in pectore moueri efferuescente circa cor sanguine; causa cur hic potissimum assignetur ire locus non alia est quam quod in toto corpore calidissimum pectus est. Quibus humidi plus inest, eorum paulatim crescit ira, quia non est paratus illis calor sed motu acquiritur. Itaque puerorum feminarumque ire acres magis quam graues sunt leuioresque dum incipiunt. Siccioribus etatibus uehemens robustaque est ira, sed sine incremento, non multum sibi adiciens, quia inclinaturum calorem frigus insequitur. Senes difficiles et querules sunt ut egri et conualescentes, et quorum aut lassitudine aut detractione sanguinis exhaustus est calor. In eadem causa sunt siti fameque rabidi, et quibus exangue corpus est maligneque alitur et deficit. Vinum incendit iras, quia calorem auget. Pro cuiusque natura quidam ebrii efferuescunt, quidam saucii. Neque ulla alia causa est cur iracundissimi sint flaui rubentesque quibus talis natura color est qualis ceteris inter iram solet; mobilis enim illis agitatusque sanguis est. Sed quemadmodum natura quosdam procliues facit in iram, ita multe incidunt cause que idem possint quod natura. Alios morbus aut iniuria corporum in hoc perduxit, alios labor aut continua peruigilia noctesque sollicite et desideria amoresque, quicquid aliud aut corpori nocuit aut animo egram mentem in querelas parat. Sed omnia ista inicia causeque sunt. Plurimum potest consuetudo, que si grauis est alit hoc uicium. Naturam quidem mutare difficile est, nec licet semel mixta nascencium elementa conuertere; sed in hoc nosse profuit ut calentibus ingeniis subtrahas uinum, quod pueris negandum Plato putat, et ignem uetat igne incitari. Ne cibis quidem implendi sunt; distendentur enim corpora et animi cum corpore tumescent. Labor illos citra lassitudinem exerceat ut minuatur, non ut consumatur calor, nimiusque ille feruor despumet. Lusus quoque proderunt; modica enim uoluptas laxat animos et temperat. Humidioribus siccioribusque et frigidis non est ab ira periculum, sed maiora uicia metuenda sunt, pauor, difficultas et desperacio et suspiciones. Mollienda itaque fouendaque talia ingenia et in leticiam euocanda sunt. Et quia aliis contra iram aliis contra tristiciam remediis utendum est, nec dissimilibus tantum ista sed contrariis curanda sunt, semper ei occurremus quod increuerit. Plurimum inquam proderit pueros statim salubriter institui. Difficile autem regimen est, quia dare debemus operam ne aut iram in illis nutriamus aut indolem retundamus. Diligenti obseruacione res indiget; utrumque enim et quod extollendum et quod deprimendum est similibus alitur. Facile autem et attendentem similia decipiunt. ¶ Crescit licencia spiritus, seruitute comminuitur; assurgit si laudatur et in spem sui bona adducitur, sed eadem ista insolenciam et iracundiam generant. Sic itaque inter utrumque regendus est ut modo frenis utamur modo stimulis. Nichil humile, nichil seruile patiatur; numquam ille sit necesse rogare suppliciter, nec prosit rogasse; pocius cause sue et prioribus factis et bonis in futurum promissis donetur. In certaminibus equalium nec uinci illum patiamur nec irasci. Demus operam ut familiaris sit hiis cum quibus contendere solet, ut in certamine assuescat non nocere uelle sed

vincet. Quotiens superaverit et dignum ad laudem fecerit, attolli non gestire patiamur. Gaudium enim exultatio, exultationem tumor et nimia extimatio sui sequitur. Dabimus aliquod laxamentum, in desidiam vero otiumque non resolvemus et procul a tactu deliciarum retinebimus. Nichil magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda. Ideo unicis quo plus indulgetur pupillisque quo plus licet corruptior est. Non resistet offensis cui nichil umquam negatum est, cuius lacrimas sollicita semper mater abstersit, cui de pedagogo satisfactum est. Non vides ut maiorem quamque fortunam maior ira comitetur? In divitibus et nobilibus et magistratibus precipue apparet, cum quicquid leve et inane in animo erat secunda se aura sustulit. Felicitas iracundiam nutrit ubi aures superbas assentatorum turba circumstetit. Tibi enim ille respondeat? non pro fastigio te tuo metiris, ipse te proicis, et alia quibus vix sane et ab initio bene fundate mentes restiterunt. Longe itaque ab assentatione pueritia removenda est. Audiat verum et timeat interim, vereatur semper, maioribus assurgat. Nichil per iracundiam exoret; quod flenti negatum fuit quieto offeratur. Et divitias parentum in conspectu habeat, non in usu. Exprobrentur illi perperam facta. Pertinebit ad rem preceptores pedagogosque pueris placidos dari. Proximis applicatur omne quod tenerum est et in eorum similitudinem crescit. Nutricum et pedagogorum retulere mox adolescentium mores. Apud Platonem educatus puer cum ad parentes relatus vociferantem videret patrem, numquam inquit hoc apud Platonem vidi. Non dubito quin citius patrem imitatus sit quam Platonem. Tenuis ante omnia victus et non pretiosa vestis et similis cultus cum equalibus. Non irascetur aliquem sibi comparari quem ab initio multis parem feceris. Sed hec ad liberos nostros pertinent. In nobis siquidem sors nascendi et educatio nec vitii locum nec iam precepti habet. Sequentia ordinanda sunt. Contra primas itaque causas pugnare debemus. Causa autem iracundie opinio iniurie est, cui non facile credendum est. Nec apertis quidem manifestisque statim accedendum est; quedam enim falsa veri speciem ferunt. Dandum semper est tempus; veritatem dies aperit. Ne sint aures criminantibus faciles. Hoc humane nature vitium suspectum notumque nobis sit, quod que inviti audimus libenter credimus et antequam iudicemus irascimur. Quid quod non criminationibus tantum sed suspicionibus impellimur et ex vultu risuque alieno peiora interpretati innocentibus irascimur. Itaque agenda est contra se causa absentis et in suspenso ira retinenda. Potest enim pena dilata exigi, non potest exacta revocari. Notus est ille tyrannicida qui imperfecto opere comprehensus et ab Hippia tortus ut conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominavit quibusque maxime caram salutem eius sciebat. Et cum ille singulos ut nominati fuerant occidi iussisset, interrogavit ecquis superesset. Tu inquit solus; neminem enim alium cui carus esses reliqui. Effecit ira ut tyrannus tyrannicide manus accommodaret et presidia sua gladio suo cederet.

Quanto animosius Alexander, qui cum legisset epistolam matris qua admonebatur ut a veneno Philippi medici caveret, acceptam potionem non deterritus bibit. Plus sibi de amico credidit. Dignus fuit qui innocentem haberet, dignus qui faceret. Hoc eo magis in Alexandro laudo quia nemo tam obnoxius ire fuit. Quo rarior autem moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Fecit hoc et C. Cesar ille qui victoria civili clementissime usus est. Cum prendisset scrinia epistolarum ad Cn. Pompeium missarum ab his qui videbantur aut in diversis aut in neutris fuisse partibus, combussit. Quamvis moderate soleret irasci, maluit tamen non posse. Gratissimum putavit genus venie nescire quid quisque peccasset. Plurimum mali credulitas facit. Sepe ne audiendum quidem est, quoniam in quibusdam rebus satius est decipi quam diffidere. Tollenda ex animo suspicio et coniectura, fallacissima irritamenta. Ille me parum humane salutavit; ille osculo meo non adhesit; ille inchoatum sermonem cito abrupit; ille ad cenam non vocavit; illius vultus aversior visus est. Non deerit suspicioni argumentatio; simplicitate opus est et benigna rerum extimatione. Nichil nisi quod in oculos incurrat manifestumque erit credamus, et quotiens suspicio nostra vana apparuerit, obiurgemus credulitatem. Hec enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi. Inde et illud sequitur, ut minimis sordidissimisque rebus non exacerbemur. Parum agilis est puer aut tepidior aqua potui aut turbatus thorus aut mensa neglegentius posita. Ad ista concitari insania est. Eger et infelicis valitudinis est quem levis aura contraxit; affecti oculi quos candida vestis obturbat; dissolutus deliciis cuius latus alieno labore condoluit. Myndiridem aiunt fuisse ex Sybaritarum civitate, qui cum vidisset fodientem et altius rastrum allevantem, lassum se fieri questus vetuit illum opus in conspectu suo facere. Bilem habere sepius questus est quod foliis rose duplicatis incubuisset. Ubi animum simul et corpus voluptates corrupere, nichil tolerabile videtur, non quia dura sed quia mollis patitur. Quid est enim cur tussis alicuius aut sternumentum aut musca parum curiose fugata

Exemplum Alexandri

Exemplum de Cesare

Exemplum de Myndiride

in torum agat. Quem obiurgatus canis. Cui clavis negligentia servi manibus elapsa fecit. Iste equo animo civile convicium et ingesta in concione curiaque maledicta, cuius aures tracti subsellii stridor offendit. Perpetietur hic famem et estive expeditionis sitim qui puero male diluenti nivem irascitur. Nulla itaque res magis iracundiam alit quam luxuria intemperans et impatiens. Dure tractandus animus est ut ictum non sentiat nisi gravem. Irascimur aut hiis a quibus nec accipere potuimus iniuriam aut hiis a quibus accipere iniuriam potuimus. Ex prioribus quedam sine sensu sunt ut liber quem minutioribus litteris scriptum sepe proiecimus et mendosum laceravimus ut vestimenta que quia displicebant scidimus. Hiis irasci quam stultum est que iram nostram nec meruerunt nec sentiunt. Sed offendunt nos videlicet qui illa fecerunt. Primum sepe antequam hoc apud nos distinguamus irascimur. Deinde fortasse ipsi quoque artifices excusationes iustas afferrent. Alius non potuit melius facere quam fecit nec ad tuam contumeliam parum didicit. Alius non hoc ut te offenderet fecit. Ad ultimum quid est dementius quam bilem in homines collectam in res effundere. Atqui ut hiis irasci dementis est que anima carent sic mutis animalibus que nullam iniuriam sunt a consilio profecta. Nocere itaque nobis possunt ut ferrum aut lapis, iniuriam quidem facere non possunt. Atqui contemni se quidam putant ubi idem equi obsequentes alteri equiti alteri contumaces sunt tamquam iudicio non consuetudine et arte tractandi quedam quibusdam subiectiora sint. Atqui ut hiis irasci stultum est ita pueris et non multum a puerorum prudentia distantibus. Omnia enim peccata ista apud equum iudicem pro innocentia habent imprudentiam. Quedam sunt que nocere non possunt nullamque vim habent nisi beneficam et salutarem ut dii immortales qui nec volunt obesse nec possunt. Natura enim illis mitis et placida est tam longe remota ab aliena iniuria quam a sua. Dementes itaque et ignari veritatis illis imputant seviciam maris inmodicos imbres pertinaciam hyemis cum interim nichil horum que nobis nocent prosuntque ad nos proprie derigatur. Non enim nos causa mundo sumus hyemem estatemque referendi. Suas ista leges habent quibus divina exercentur. Nimis nos suspicimus si digni nobis videmur propter quos tanta moveantur. Nichil ergo horum in nostram iniuriam fit immo contra nichil non ad salutem. Quedam esse diximus que nocere non possint quedam que nolint. In hiis erunt boni magistratus parentesque et preceptores et iudices quorum castigatio sic accipienda est quomodo scalpellum et abstinentia et alia que profutura torquent. Affecti sumus pena. Succurrat non tantum quod patiamur

sed quid fecerimus in consilium de vita nostra mittamur. Si non verum ipsi nobis dicere voluerimus pluris litem nostram extimabimus. Si volumus equi omnium rerum iudices esse hoc primum nobis persuademus neminem nostrum esse sine culpa. Hinc enim maxima indignatio oritur: nichil peccavi et nichil feci. Immo nichil fateris. Indignamur aliqua admonitione aut coercitione nos castigatos cum illo ipso tempore peccemus quod adicimus malefactis arrogantiam et contumaciam. Quis est iste qui se profitetur omnibus legibus innocentem. Ut hoc ita sit quam angusta innocentia est ad legem bonum esse. Quanto latius officiorum patet quam iuris regula. Quam multa pietas humanitas liberalitas iusticia fides exigunt que extra publicas tabulas sunt. Sed ne ad illam quidem artissimam innocentie formulam prestare nos possumus. Alia fecimus alia cogitavimus alia optavimus aliis favimus in quibusdam innocentes sumus quia non successit. Hoc cogitantes equiores simus delinquentibus credamus obiurgantibus. Utique nobis ne irascamur cui enim non si non nobis quoque minime diis. Non enim illorum sed lege mortalitatis patimur quicquid incommodi accidit. At morbi doloresque incurrunt. Utique aliquo fugiendum est domicilium putre sortitis. Dicetur aliquis male de te locutus: cogita an prior feceris, cogita de quam multis loquaris. Cogitemus inquam alios non facere iniuriam sed reponere. Alios pro nobis facere alios coactos facere alios ignorantes et eos qui volentes scientesque faciunt ex iniuria nostra non ipsam iniuriam petere. Aut dulcedine urbanitatis prolapsus est aut fecit aliquid non ut nobis obesset sed quia ipse consequi non poterat nisi nos repulisset. Sepe adulatio dum blanditur offendit. Quisquis ad se retulerit quotiens ipse in suspicionem falsam incidit quam multis officiis fortuna speciem iniurie induerit quam multos post odium amare cepit poterit non statim irasci utique si sibi tacitus ad singula quibus offenditur dixerit. Is qui nullius non uxorem concupiscit et satis iustas causas putat amandi quod aliena est idem uxorem suam aspici non vult et fidei acerrimus exactor est perfidus et mendacia persequitur ipse periurus et litem sibi inferri egerrime calumniator patitur. Pudicitiam servulorum suorum attemptari non vult qui non pepercit sue. Aliena vicia in oculis habemus a tergo nostra sunt. Inde est quod tempestiva filii convivia pater deterior filio castigat et nichil aliene luxurie ignoscit qui nichil sue negavit et homicide tyrannus irascitur et punit furta sacrilegus. Magna pars hominum est que non peccatis irascitur sed peccantibus. Faciet nos moderatiores respectus nostri si consuluerimus nos. Num-

et ipsi aliquid tale commisimus. numquam sic excaluimus.
expedit ne nobis istud damnare. Maximum
remedium ire mora est. hoc ab illa pete initio
non ut ignoscat sed ut iudicet. desinit si expe-
ctat. nec universam illam temptaveris tollere:
graves habet impetus primos. totam vincet dum
partibus carpitur. Ex hiis que nos offendunt a-
lia renunciantur nobis. alia ipsi audimus a-
ut videmus. de hiis que narrata sunt non debemus cito
credere. multi mentiuntur ut decipiant. multi quia
decepti sunt. Alius criminatione gratiam captat
et fingit iniuriam ut videatur doluisse factam. est ali-
quis malignus et qui amicicias coherentes didu-
cere velit. est suspicax et qui spectare ludos cu-
piat et ex longinquo tutoque speculari quos colli-
serit. De parvula summa iudicaturus tibi res sine te-
ste non probaretur. testis sine iureiurando non valeret.
utrique parti dares actionem. dares tempus. non
semel audires. magis enim veritas elucet quo
sepius ad manum venit. amicum condemnas de pre-
sentibus antequam audias antequam interroges antequam
ut accusatorem suum nosse liceat aut crimen tu-
steris. Iam vero iam utrumque quod diceretur audisti.
hic ipse qui ad te detulit desinet dicere si
probare debuerit. Non est inquit quod me protrahas
ego productus negabo. Alioquin nichil unquam
tibi dicam. eodem tempore et instigat et ipse se cer-
tamini pugneque subtrahit. Quod dicere tibi
nisi clam non vult pene non dicit. Quid est
iniquius quam secreto credere, palam irasci. Quedam
ipsi testes sumus. in hiis naturam excutiemus vo-
luntatemque facientium. Puer est: etati donetur.
nescit an peccet. Pater est: aut tantum profuit ut
illi et iniurie ius sit. aut fortasse ipsum hoc meri-
tum eius est quo offendimur. Mulier est: errat.
Iussus est: necessitati quis nisi iniquus succenseret.
Lesus est: non est iniuria pati quod prior feceris. Iu-
dex est: plus credas illius sententie quam tue. Rex est:
si nocentem punit cede iusticie. si innocentem cede
fortune. Mutum animal est aut simile muto: imitaris
illud si irasceris. Morbus est aut calamitas: le-
vius transiliet patientem. Deus est: tam perdis ope-
ram cum illi irasceris quam cum illum alteri precaris
iratum. Bonus vir est qui iniuriam fecit: noli cre-
dere. Malus: noli mirari. dabit penas al-
teri quas debet tibi. et sibi dedit qui peccavit.
Duo sunt ut dixi que iracundiam concitant.
primum si iniuriam videmur accepisse: de hoc satis
dictum est. deinde si inique accepisse: de hoc dicen-
dum est. Iniqua quedam iudicant homines quia pa-
ti non debuerint. quedam quia non speraverint. Indi-
gna putamus que inopinata sunt. Itaque ma-
xime commovent que contra spem expectationemque e-
venerunt. Nec aliud est quare in domesticis mi-
nima offendant. In amicis iniuriam vocamus
negligentiam. Quomodo ergo inquit inimicorum nos in-
iurie movent. quia non expectavimus illas aut
certe non tantas. Hoc efficit amor nostri nimius.
nos et inviolatos inimicis iudicamus esse
debere. Regis quisque intra se animum habet ut licentiam
sibi dari velit. in se nolit. aut ignorantia itaque
nos aut insolentia iracundos facit. ignorantia
rerum. quid enim mirum est malos mala facino-
ra edere. quid novum est si inimicus nocet. a-
micus offendit. filius labitur. servus peccat.
Turpissimam aiebat Fabius imperatori excusa-
tionem esse non putavi. ego turpissimam homini puto.
Omnia puta. expecta. et in bonis moribus ad
aliquid asperius fert humana natura. insidiosos a-
nimos fert. ingratos fert. cupidos fert.
impios. cum de moribus unius iudicabis. de
publicis cogita. Ubi maxime gaudebis ma-
xime metues. ubi tranquilla tibi omnia videntur ibi no-
citura non desunt sed quiescunt. semper futurum aliquid quod te
offendat existima. Gubernator numquam ita to-
tos sinus explicuit securus ut non expedite ad
contrahendum armamenta disponeret. Illud ante
omnia cogita. fedam esse et execrabilem vim no-
cendi et alienissimam homini. cuius beneficio etiam fera
mansuescunt. Aspice elephantorum iugo colla
summissa et thauros pueris ac feminis persul-
tantibus terga impune calcata et repentes inter
pocula sinusque innoxio lapsu dracones et intra
domum ursorum leonumque ora placida tractan-
tibus adulantesque dominum feras. Pudebit
cum animalibus permutasse mores. Nephas est
nocere patrie. ergo civi quoque. nam hic pars patrie est.
Sancte sunt partes si universum venerabile est.
ergo et homini. nam hic in maiore tibi urbe civis est.
Quid si nocere velint manus pedibus. manibus
oculi. ut omnia inter se membra consentiunt quia singula
servari totius interest. ita homines singulis
parcent quia ad cetum geniti sunt. salva autem esse so-
cietas nisi custodia et amore partium esse non potest.
Ne viperas quidem et natrices et si que morsu aut
ictu nocent effugeremus si in reliquum mansuefa-
cere possemus aut efficere ne nobis aliisve pe-
riculo essent. ergo ne homini quidem nocebimus quia pec-
cavit sed ne peccet. nec umquam ad preteritum sed ad
futurum pena referetur. Non enim irascitur sed cavet.
Nam si puniendus est cuicumque pravum maleficumque
ingenium est. pena neminem excipiet. At enim
ira habet aliquam voluptatem et dulce est dolorem
reddere. Minime. non enim ut beneficiis honestum est

inertia inertius repensare. Ut beneficia beneficiis, ita iniurias iniuriis. Illic vinci turpe est, hic vincere. Inhumanum verbum est et quidem pro iusto receptum ultio, et talio non multum differt nisi ordine. Qui dolorem regerit tantum excusatius peccat. M. Catonem in balneo ignorans quidam percussit imprudens. Quis enim illi sciens faceret iniuriam? Postea satisfacienti Cato "Non memini" inquit "me percussum." Melius putavit non agnoscere quam vindicare. Nichil, inquis, illi post tantam petulantiam mali factum est? Immo multum boni: cepit Catonem nosse. Magni animi est iniurias despicere. Ultionis contumeliosissimum genus est non esse visum dignum ex quo peteretur ultio. Multi leves iniurias altius sibi demisere dum vindicant. Ille magnus et nobilis qui more magne fere latratus minutorum canum securus exaudit. Minus inquit contemnemur si vindicaverimus iniuriam. Si tamquam ad remedium venimus, sine ira veniamus, non quasi dulce sit vindicari, sed quasi utile. Sepe autem satius fuit dissimulare quam ulcisci. Potentiorum iniurie hilari vultu, non patienter tantum ferende sunt: faciet iterum si se fecisse crediderit. Hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes: quos leserunt et oderunt. Notissima vox est eius qui in cultu regum consenuerat: cum illum quidam interrogaret quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem, "Iniurias" inquit "accipiendo et gratias agendo." Sepe adeo iniuriam vindicare non expedit ut ne fateri quidem expediat. C. Cesar Pastoris splendidi equitis Romani filium cum in custodia habuisset, munditiis eius et cultioribus capillis offensus, rogante patre ut salutem sibi filii concederet, quasi de supplicio eius admonitus, duci protinus iussit. Ne tamen omnia inhumane faceret adversus patrem, ad cenam eum eo die invitavit. Venit Pastor vultu nichil exprobrante. Propinavit illi Cesar eminam et posuit illi custodem: perduravit miser non aliter quam si sanguinem filii biberet. Unguentum et coronas misit et observare iussit an sumeret: sumpsit. Eo die quo filium extulerat iacebat conviva centesimus, et potiones vix honestas natalibus liberorum podagricus senex hauriebat, cum interim non lacrimam emisit, non dolorem aliquo signo erumpere passus est; cenavit tamquam pro filio exorasset. Queris quare? Habebat alterum. Quid ille Priamus? Non dissimulavit iram et regis genua complexus est, funestam perfusamque cruore filii manum ad os suum retulit, cenavit; sed tamen sine unguento, sine coronis, et illum hostis sevissimus multis solaciis ut cibum caperet hortatus est, non ut pocula ingentia super caput posito custode siccaret. Contempsisset Romanum patrem si sibi timuisset; nunc iram compescuit pietas. Dignus fuit cui permitteret a convivio ad ossa filii legenda discedere; ne hoc quidem permisit benignus interim et comis adolescens: propinationibus senem crebris ut curam leniret admonens lacessebat. Contra ille se letum et oblitum quid eo actum esset die prestitit. Perierat alter filius si carnifici conviva non placuisset. Ergo ira abstinendum est, sive par est qui lacessendus est, sive superior, sive inferior. Cum pare contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum. Pusilli hominis est et miseri repetere mordentem. Mures formiceque si manum admoveris ora convertunt; imbecilla se ledi putant si tanguntur. Faciet nos mitiores si cogitaverimus quid aliquando nobis profuerit ille cui irascimur, et meritis offensa redimetur. Illud quoque occurrat, quantum nobis commendationis allatura sit clementie fama, quam multos venia amicos utiles fecerit. Ne irascamur inimicorum et hostium liberis. Inter Sillane crudelitatis exempla est quod a re publica liberos proscriptorum submovit. Nichil est iniquius quam aliquem heredem paterni odii fieri. Cogitemus quotiens ad ignoscendum difficiles erimus an expediat nobis omnes inexorabiles esse. Quam sepe veniam qui negavit petiit; quam sepe eius pedibus advolutus est quem a se repulit. Quid est gloriosius quam iram amicitia mutare? Quos populus Romanus fideliores habet socios quam quos habuit pertinacissimos hostes? Quod hodie esset imperium nisi salubris providentia victos permiscuisset victoribus? Irascetur aliquis: tu contra beneficiis provoca; cadit statim simultas ab altera parte deserta; nisi paria non pugnant. Sed utrimque certabitur: ira concurrit. Ille est melior qui prior pedem retulit; victus est qui vicit. Percussit te: recede. Referiendo enim et occasionem sepius feriendi dabis et excusationem; non poteris revelli cum voles. Numquid velit quisquam tam graviter hostem ferire ut relinquat manum in vulnere et se ab ictu revocare non possit? Atqui tale ira telum est: vix retrahitur. Arma nobis expedita prospicimus, gladium commodum et habilem; non vitabimus impetus animi his graviores, furiosos et irrevocabiles? Ea demum velocitas placet que ubi iussa est vestigium sistit nec ultra destinata procurrit, et que flecti et a cursu ad gradum reduci potest. Egre

q(uo)d ex(emplum) in catone

q(uo)d ex(emplum) cuiusdam qui in regis aula consenuit

q(uo)d ex(emplum) de cesare et pastore

q(uo)d ex(emplum) priami

strum nervos et ubi invitis nobis movet. Senex et infirmi corporis est qui cum ambulare vult currit. Animi motus eos putamus sanissimos validissimosque qui nostro arbitrio ibunt, non suo ferentur. Nichil tamen eque profuerit quam primum intueri deformitatem rei, deinde periculum. Non est ullius affectus facies turbatior: pulcherrima ora fedavit, torvos vultus ex tranquillissimis reddit. Linquit decor omnis iratos, et sive amictus eis compositus sit ad legem, trahent vestem omnemque curam sui effundent; sive capillos natura vel arte iacentes non informis habitus cum animo inhorrescunt; tumescunt vene, concutietur crebro spiritu pectus, rabida vocis eruptio colla distendet; tunc artus trepidi, inquiete manus, totius corporis fluctuatio. Qualem intus putas esse animum cuius extra imago tam feda est? quanto illi intra pectus terribilior vultus est, acrior spiritus, intentior impetus, rupturus se nisi eruperit? Quales sunt hostium vel ferarum cede madentium aut ad cedem euntium aspectus, qualia poete inferna monstra finxerunt succincta serpentibus et igneo flatu, quales ad bella excitanda discordiamque in populos dividendam pacemque lacerandam deterrime inferum exeunt, talem nobis iram figuremus, flamma lumina ardentia, sibilo mugituque et gemitu et stridore et si qua his invisior vox est perstrepentem, tela manu utraque quatientem. Neque enim illi se tegere cura est, torvam cruentamque et cicatricosam et verberibus suis lividam, suam faciem obfusam multa caligine, incursitantem, vastantem fugantemque et omnium odio laborantem, celum, terras cupientem, infestam pariter invisamque. Vel si videtur sit qualis apud vates nostros est: sanguineum quatiens dextra bellona flagellum, aut scissa gaudens vadit discordia palla, aut si qua magis dira facies excogitari diri affectus potest.

Quibusdam, ut ait Sextius, iratis profuit aspexisse speculum: perturbavit illos tanta mutatio sui; velut in rem presentem adducti non agnoverunt se. Et quantulum ex vera deformitate imago illa speculo repercussa reddebat! Animus si ostendi et si in ulla materia perlucere posset, intuentes nos confunderet ater maculosusque et estuans et distortus et tumidus. Nunc quoque tanta deformitas eius est per ossa carnesque et tot impedimenta effluentis: quid si nudus ostenderetur? Speculo quidem neminem deterritum ab ira credideris. Quid ergo? qui ad speculum venerat ut se mutaret, iam mutaverat. Iratis quidem nulla est formosior effigies quam atrox et horrida, qualesque esse et videri volunt. Magis illud videndum est, quam multis ira per se nocuerit. Alii nimio fervore rupere venas, et sanguinem supra vires elatus clamor egessit, et luminum suffudit aciem in oculos vehementius humor egestus, et in morbos egri recidere. Nulla celerior ad insaniam via est. Multi itaque continuaverunt ire furorem nec quam expulerant mentem umquam receperunt. Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Morte liberis, egestatem sibi, ruinam domui imprecantur, et irasci se negant non minus quam insanire furiosi. Amicissimis hostes vitandique carissimis, legum nisi qua nocent immemores, ad minima mobiles, non sermone non officio aditu faciles, per vim omnia gerunt, gladiis et pugnare parati et incumbere. Maximum enim illos cepit malum et omnia exsuperans vitia. Alia paulatim intrant, repentina et universa vis huius est. Omnes denique alios affectus sibi subicit: amorem ardentissimum vincit. Transfoderunt itaque amata corpora et in eorum quos occiderant iacuere complexibus. Avaritiam durissimum malum minimeque flexibile ira calcavit, adacta opes suas spargere et domui rebusque in unum collatis inicere ignem. Quid? non ambitiosus magno estimata proiecit insignia honoremque delatum repulit? Nullus affectus est in quem non ira dominetur.

Liber III de ira

Quod maxime desiderasti, Novate, nunc facere temptabimus, iram excidere animis aut certe refrenare et impetus eius inhibere. Id aliquando palam aperteque faciendum est, ubi minor vis mali patitur, aliquando ex occulto, ubi nimium ardet omnique impedimento exasperatur et crescit. Refert quantas vires quamque integras habeat, utrum verberanda et agenda retro sit an cedere ei debeamus, dum tempestas prima desevit, ne remedia ipsa secum ferat. Consilium pro moribus cuiusque capiendum est. Quosdam enim preces vincunt, quidam insultant instantque submissis, quosdam terrendo placabimus; alios obiurgatio, alios confessio, alios pudor cepto deiecit, alios mora, lentum precipitis mali remedium, ad quod novissime descendendum est. Ceteri enim affectus dilationem recipiunt et curari tardius possunt: huius incitata et se ipsa rapiens violentia non paulatim procedit, sed dum incipit tota est; nec aliorum more vitiorum sollicitat animos sed abducit et impotentes sui cupidosque vel communis mali exagitat, nec in ea tantum in que destinavit, sed in occurrentia obiter furit. Cetera vitia impellunt animos, ira precipitat. Et si resistere contra

affectus suos non licet. at certe affectibus
ipsis licet stare. hec non secus quam fulmina pro-
celleque et si alia que irrevocabilia sunt quia
non eunt sed cadunt vim suam magis ac
magis tendit. Alia vitia a bona mente hec a sa-
nitate descidit. alia accessus leves habent
et incrementa fallentia. in iram deiectus animus est.
Nulla itaque exsurget magis attonita et in
vires suas prona. sive successit superba. sive
frustratur insana. ne repulsa quidem in tedium
acta. ubi adversarium fortuna subduxit. in se ipsam
morsus suos vertit. Nec refert quantum sit
ex quo assurrexerit. ex levissimis enim in maxima
evadit. Nullam transit etatem. nullum genus homi-
num excipit. Quedam gentes beneficio egestatis
non noverunt luxuriam. quedam quia exercitate et
vage sunt effugere pigritiam. quibus incultus
mos agrestisque vita est. circumscriptio ignota
est. et fraus et quodcumque in foro malum nascitur.
Nulla gens est quam non ira instiget. tam inter
grecos quam barbaros potens. non minus perni-
ciosa leges metuentibus quam quibus iura distin-
guit modus virium. denique ceteri singulos
corripiunt. hic unus affectus est qui interdum publice
concipitur. Numquam universus populus femine amore
flagravit. nec in pecuniam aut lucrum tota civitas
spem suam misit. ambitio viritim singulos
occupat. Impotentia non est malum publicum.
Sepe in iram uno agmine itum est. viri femine
senes pueri principes vulgusque consensere.
et tota multitudo paucissimis verbis concitata ipsum
concitatorem antecessit. ad arma protinus ignesque
discursum est. et indicta finitimis bella. aut
gesta cum civibus. tote cum stirpe cremate
domus. Et modo eloquio favorabili habitus
in multo honore iram sue contionis excepit.
In imperatorem suum legiones pila torserunt.
Dissessit plebs tota cum patribus. publicum con-
silium senatus non expectatis delectibus nec
nominato imperatore. subito ire sue duces
legit. ac per tecta urbis nobiles consectatus
viros supplicium manu sumpsit. violat le-
gatos. rupto iure gentium. rabiesque in-
fanda civitatem tulit. nec datum tempus quo resi-
deret tumor publicus. sed deducte protinus clas-
ses et honorate tumultuario milite. sine
more. sine auspiciis populus ducem iram sue
egressus fortuita raptaque pro armis ges-
sit. deinde magna clade temeritatem audacis
ire eluit. hic barbaris forte irruentibus
in bella exitus est. cum mobiles animos species
iniurie perculit. aguntur statim et qua dolor

traxit ruine modo regionibus incidunt. in-
compositi interriti incauti. pericula appetentes sua.
gaudent feriri et instare ferro et tela cor-
pore urgere et per suum vulnus exire. Non est
igitur dubium quin magna ista et pestifera
sit vis. ideo quemadmodum sanari debeat monstrandum.
Atque ut in prioribus libris dixi stat. Aristo-
defensor ire et vetat illam nobis exseci.
calcar ait esse virtutis. hac erepta inermem
animum et ad conatus magnos pigrum inertemque
fieri. Necessarium est itaque feditatem eius ac feri-
tatem coarguere et ante oculos ponere quantum mon-
stri sit homo in hominem furens. quantoque impetu ruat
non sine pernicie sua perniciosus et ea deprimens
que mergi nisi cum mergente non possunt. Quid ergo
sanum hunc aliquis vocat qui velut tempestate
correptus non it sed agitur et furenti malo ser-
vit. nec mandat ultionem suam sed ipse eius exac-
tor animo simul ac manu sevit. carissimorum
eorumque que mox amissa flebit carnifex.
Hunc aliquis affectum virtuti adiutorem co-
mitemque dat. consilia sine quibus virtus nichil gerit
obturbantem. Caduce sinistreque sunt vires et
in malum suum valide in quas egrotum morbus et acces-
sio erexit. Non ergo quod me putes tempus in sup-
vacuis sumere quod iram quasi dubie apud homines
opinionis sit infamem cum aliquis sit et quidem
de illustribus philosophis qui illi indicat opus et
tamquam utilem ac spiritus subministrantem in prelia in
actus rerum ad omne quodcumque calore aliquo
gerendum est vocet. Ne quem fallat tamquam aliquo
tempore aliquo loco profutura ostendenda est ra-
bies eius effrenata et attonita. apparatusque
illi reddendus est suus. eculei et fidicule et er-
gastula et cruces et circumdati defossis cor-
poribus ignes. et cadavera quoque trahens uncus.
varia vinculorum genera. varia penarum. lacera-
tiones membrorum. inscriptiones frontis et
bestiarum immanium cavee. Inter hec instrumenta
collocetur ira dirum quiddam atque horridum stri-
dens omnibus per que furit tetrior. ut de ce-
teris dubium sit. nulli certe affectui peior
est vultus. quem in prioribus libris descripsimus aspe-
rum et acrem et nunc subito retrorsus sanguine
fugato pallentem. nunc in os omni calore ac spi-
ritu verso subrubicundum et similem cruen-
to. venis tumentibus oculis nunc trepidis
et exsilientibus. nunc in uno obtutu defixis
et herentibus. Adice dentium inter se arietanti-
um et aliquem esse cupientium non alium sonum
quam est apris tela sua attritu acuentibus. Adi-
ce articulorum crepitum cum se ipse manus frangunt.

gunt et pulsatu sepius pectus anhelitus
crebros tractosque altius gemitus instabi
le corpus incerta verba subitis exclama
tionibus trementia labra interdum compressa
et dirum quiddam exsibilantia. ferarum mehercules sive illas fames exagitat sive in
fixum visceribus ferrum minus tetra facies est et cum
venatorem suum semianimes morsu ultimo petunt
quam hominis ira flagrantis. Age si exaudire vo
ces ac minas vacat qualia excarnificati animi
verba sunt. nonne revocare se quisque ab ira volet
cum intellexerit illam a suo primum malo incipere.
Non vis ergo admoneam eos qui iram summa pote
ntia exercent et argumentum virium existimant
et in magnis magnae fortunae bonis ponunt pa
ratam ultionem quam non sit potens immo nec liber quidem
dici possit irae suae captivus. Non vis admoneam
quo diligentior quisque sit et ipse se circumspiciat.
alia animi mala ad pessimos quoque pertinent. ira
cundiam et eruditis hominibus et alias sanis irre
pere. adeo ut quidam simplicitatis indicium ira
cundiam dicant et vulgo credatur facillimus quisque
huic obnoxius. Adversus (?) inquis hoc pertinet. ut
nemo iudicet se tutum ab illa cum lentos quoque na
tura et placidos in saevitiam ac violentiam evocat.
Quemadmodum adversus pestilentiam nichil prodest firmi
tas corporis et diligens valitudinis cura. pro
miscue enim imbecilla robustaque invadit ita ab
ira tam inquietis moribus periculum est quam compositis
et remissis quibus eo turpior ac periculosior
est quo plus in illis mutat. ¶ Sed cum primum
sit non irasci secundum desinere tertium alienae irae me
deri. dicam primum quemadmodum in iram non incidamus
deinde quemadmodum nos ab illa liberemus. Novissime
quemadmodum irascentem retineamus placemusque et ad
sanitatem reducamus. ¶ Ne irascamur praestabimus
si omnia vitia irae nobis subinde proposuerimus et
illam bene extimaverimus. accusanda est apud nos
damnanda perscrutanda eius mala et in medium
protrahenda sunt. ut qualis sit appareat comparanda
cum pessimis est. Avaricia acquirit et contrahit quod
aliquis melior utatur. ira impendit. pauci
gratuita est. Iracundus dominus quosdam in fugam
servos egit quosdam in mortem quanto plus irascen
do quam id erat propter quod irascebatur amisit. Ira
patri luctum marito divortium attulit magistra
tui odium candidato repulsam. peior est
quam luxuria quoniam illa sua voluptate fruitur. haec alie
no dolore vincit malignitatem et invidiam. Illae
enim infelicem fieri volunt. haec facere. illae fortuitis ma
lis delectantur. haec non potest expectare fortunam
nocere ei quem odit non iuvari vult. nichil est

simultatibus gravius. has ira conciliat. Nichil est
bello funestius in hoc potentium ira prorumpit. ce
terum illa plebeia ira et privata inerme et sine
viribus bellum est. Praeterea ira ut seponamus quae
mox secutura sunt damna insidias perpetua
ex certaminibus sollicitudinem dat poenas dum
exigit. naturam hominis eiurat. illa in amorem hor
tatur. haec in odium illa prodesse iubet haec nocere.
Adice quod cum indignatio eius ab suspectu e
veniat et animosa videatur pusilla est et angu
sta. Nemo enim non eo a quo se contemptum iudi
cat minor est. At ille ingens animus et verus
extimator sui non vindicat iniuriam quia non
sentit. ut tela a muro resiliunt et cum dolo
re caedentis solida feriuntur ita nulla magnum animum
iniuria ad sensum sui adducit fragilior eo
quod petit. quanto pulchrius velut nullo penetra
bilem telo omnes iniurias contumeliasque respue
re. ultio doloris confessio est. Non est magnus animus
quem incurvat iniuria. Aut potentior te aut imbecil
lior laesit. si imbecillior parce illi si potentior tibi.
Nullum est argumentum magnitudinis certius quam nichil
posse quo instigeris accidere. pars superior mundi et
ordinatior ac propinqua sideribus nec in nubem
cogitur nec in tempestatem impellitur. nec versatur
in turbine. omni tumultu caret. inferiora fulmi
nant. eodem modo sublimis animus et quietus semper
et in statione tranquilla collocatus. Intra se omnia
premens quibus ira contrahitur. modestus et ve
nerabilis est et dispositus. Quorum nichil inve
nies in irato. quis enim traditus dolori et fu
rens non primam reiecit verecundiam. Quis
impetu turbidus et in aliquem ruens non
quicquid in se verecundi habuit abiecit. cui
officiorum numerus aut ordo constitit incitato. Quis
linguae temperavit. quis ullam partem corporis
tenuit. quis se regere potuit immissum. Proderit nobis illud Democriti salutare prae
ceptum quo monstratur tranquillitas. si neque priva
tim neque publice multa aut maiora viribus nostris
egerimus. Numquam tam feliciter in multa discurren
ti negotia dies transit. ut non aut ex homine aut
ex re offensa nascatur quae animum in iras paret.
Quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in
multos incursitandum est et alicubi labi necesse
alicubi retineri. alicubi respergi. ita in hoc
vitae actu dissipato et vago multa impedi
menta multae querelae incidunt. alius spem
nostram fefellit alius distulit alius intercepit
non ex destinato proposita fluxerunt. Nulli
fortuna tam dedita est. ut multa temptanti
ubique respondeat. Sequitur ergo ut is quem

opposuerat aliud cesserit. impatiens hominum rerumque fit et ex levissimis causis irascitur nunc persone nunc negocio nunc loco nunc fortune nunc sibi. Itaque ut quietus possit esse animus non est iactandus nec multarum ut dixi rerum actu fatigandus nec magnarum supraque vires appetitarum. Facile est levia aptare cervicibus et in hanc aut illam partem transferre sine lapsu. At que alienis in nos manibus imposita egre sustinemus victi in proximo effundimus. et dum stamus sub sarcina impares oneri vacillamus. Idem accidere rebus civilibus ac domesticis scias. negocia expedita et habilia sequuntur actorem. ingentia et supra mensuram agentis nec dant se facile et si occupata sunt premunt atque abducunt administrantem. et non que facilia sunt aggreditur sed vult facilia esse que aggressus est. Quotiens aliquid conaberis te simul et ea que paras quibusque pararis ipse metire. faciet enim te asperum penitentia operis infecti. Hoc interest utrum quis fervidi sit ingenii an frigidi atque humilis. generoso repulsa iram exprimet. languido inertique tristiciam. Ergo actiones nostre nec parve sint nec audaces nec improbe. in vicinum spes exeat. Nichil conemur quod mox adepti quoque successisse miremur. Demus operam ne accipiamus iniuriam quam ferre nescimus. Cum placidissimo et facillimo et minime anxio morosoque vivendum est. sumuntur a conversantibus mores. et ut quedam in contactos corporis vicia transiliunt ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus convictores in amorem meri traxit. impudicorum cetus fortem quoque et si liceat virum emollit. avaricia in proximos virus suum transtulit. Eadem ex diverso racio virtutum est ut omne quod secum habent mitigent. nec tam valitudini profuit utilis regio et salubrius celum quam animis parum firmis in turba meliore versari. Que res quantum possit intelliges si videris feras quoque convictu nostro mansuescere nullique etiam immani bestie vim suam permanere si hominis contubernium diu passa est. retunditur omnis asperitas paulatimque inter placida dediscitur. Accedit huc quod non tantum exemplo melior fit qui cum quietis hominibus vivit sed quod causas irascendi non invenit nec vicium suum exercet. Fugere itaque debebit omnes quos irritaturos iracundiam sciet. qui sunt inquis isti. multi ex variis causis idem facturi. offendet te superbus contemptu. dicax contumelia. petulans iniuria. lividus malignitate. pugnax contentione. ventosus et mendax vanitate. Non feres a suspicioso timeri. a pertinace vinci.

a delicato fastidiri. Elige simplices faciles moderatos qui iram tuam nec evocent et ferant. Magis adhuc proderunt summissi et humani et dulces non tamen usque in adulationem. Nam iracundos nimia assentacio offendit. Erat certe amicus noster vir bonus sed ire paracioris cui non magis tutum erat blandiri quam maledicere. Celium oratorem fuisse iracundissimum constat. cum quo ut aiunt cenabat in cubiculo electe paciencie cliens. sed difficile erat illi in copulam coniecto rixam eius cum quo habebat effugere. optimum iudicavit quicquid dixisset sequi et secundas agere. Non tulit Celius assentientem et exclamavit. dic aliquid contra ut duo simus. sed ille quoque quod non irasceretur iratus cito sine adversario desiit. Eligamus ergo vel hos potius si conscii nobis iracundie sumus qui vultum nostrum ac sermonem sequantur. facient quidem nos delicatos et in malam consuetudinem inducent nichil contra voluntatem audiendi. sed proderit vicio suo intervallum et quietem dare. Difficiles quoque et indomiti natura blandientem ferent. nichil asperum territumque palpanti est. Quotiens disputacio longior et pugnacior erit in prima resistamus antequam robur accipiat. alit se ipsa contentio et demissos altius tenet. Facilius est se a certamine abstinere quam abducere. Studia quoque graviora iracundis omittenda sunt aut certe citra lassitudinem exercenda et animus non inter plura versandus sed artibus amenis tradendus. Lectio illum carminum obleniat et historia fabulis detineat. mollius delicatiusque tractetur. Pytagoras perturbaciones animi cum lira componebat. quis autem ignorat lituos et tubas concitamenta esse sicut quosdam cantus blandimenta quibus mens resolvatur. Confusis oculis prosunt virentia et quibusdam coloribus infirma acies acquiescit quorundam splendore perstringitur. sic mentes egras studia leta permulcent. Forum advocaciones iudicia fugere debemus et omnia que exulcerant vicium. eque cavere lassitudinem corporis. consumit enim quicquid in nobis mite placidumque est et acria concitat. Ideo quibus stomachus suspectus est processuri ad res agendas maioris negocii bilem cibo temperant. quam maxime movet fatigacio sive quia calorem in media compellit et nocet sanguini cursumque eius venis laborantibus sistit sive quia corpus attenuatum et infirmum incumbit animo. Certe ob eandem causam iracundiores sunt valitudine aut etate fessi. Fames quoque et sitis ex hisdem causis vitanda est. exasperat et incendit animos. Vetus dictum est a lasso rixam queri. eque autem et ab esuriente

enter et a sitiente et ab omni homine quem aliquid urit. Nam ut ulcera ad levem tactum deinde et ad suspicionem tactus condolescunt, ita animus affectus minimis offenditur, adeo ut quosdam salutatio et epistola et oratio et interrogatio in litem evocent. Numquam sine querela egra tanguntur.

Optimum est itaque ad primum mali sensum mederi sibi, tunc verbis quoque suis minimum libertatis dare et inhibere impetum. Facile est autem affectus suos cum primum oriuntur deprehendere. Morborum signa precurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluvie ante ipsas note eveniunt, ita ire, amoris omniumque istarum procellarum animos vexantium sunt quedam prenuntia. Qui comitiali vitio solent corripi, iam adventare valitudinem intelligunt si calor summa deserit et incertum lumen nervorumque trepidatio est, si memoria sublabitur caputque versatur. Solitis itaque remediis incipientem causam occupant et odore gustuque quicquid est quod alienat animos repellitur, aut fomentis contra frigus rigoremque pugnatur, aut si parum medicina profecit, vitaverunt turbam et sine teste ceciderunt. Prodest morbum suum nosse et vires eius antequam spatientur opprimere.

Videamus quid sit quod nos maxime concitet. Alium verba, alium res contumelie movet. Hic vult nobilitati, hic forme sue parci, hic elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus, hic superbie impatiens est, hic contumacie, ille servos non putat dignos quibus irascatur, hic intra domum sevus est, foris mitis, ille rogari iniuriam iudicat, hic non rogari contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur. Scire itaque oportet quid in te imbecillum sit, ut id maxime protegas.

Non expedit omnia videre, omnia audire. Multe nos iniurie transeant, ex quibus plerasque non accipit qui nescit. Non vis esse iracundus? ne fueris curiosus. Qui igitur inquirit quid in se dictum sit, qui malignos sermones etiam si secreto habiti sint eruit, se ipsum inquietat. Quedam interpretatio eo perducit ut videantur iniurie. Itaque alia differenda sunt, alia deridenda, alia donanda. Circumscribenda multis modis ira est; pleraque in lusum iocumque vertantur. Socratem aiunt colapho percussum nichil amplius dixisse quam molestum esse quod nescirent homines quando cum galea prodire deberent. Non quemadmodum facta sit iniuria refert, sed quemadmodum lata. Nec video quare difficilis sit moderatio, cum sciam tyrannorum quoque tumida et fortuna et licentia ingenia familiarem sibi sevitiam repressisse. Pisistratum Atheniensium tyrannum memorie proditur, cum multa in crudelitatem eius ebrius conviva dixisset, nec deessent qui vellent manus ei commodare et alius hinc alius illinc faces subderent, placido animo tulisse et hoc irritantibus respondisse: Non magis illi succenseo quam si quis obligatis oculis se occurrisset. (marg.: al. in me incur.)

Magna pars querelas manu fecit aut falsa suspicando aut levia aggravando. Sepe ad nos ira venit, sepius nos ad illam. Que numquam accersenda est, etiam cum incidit reiciatur. Nemo dicit sibi: hoc propter quod irascor aut feci aut fecisse potui; nemo animum facientis sed ipsum estimat factum. Atqui ille intuendus est: voluit an incidit, coactus sit an deceptus, odium secutus sit an premium, sibi morem gessit an manum alteri commodaverit. Aliquid peccantis etas facit, aliquid fortuna, ut ferre aut pati aut humanum sit aut humile. Eo nos loco constituamus quo ille est cui irascimur: nunc facit nos iracundos iniqua nostri estimatio et que facere vellemus pati nolumus.

Nemo se differt; atqui maximum remedium ire dilatio est, ut primus eius fervor relanguescat et caligo que premit mentem aut residat aut minus densa sit. Quedam ex his que te precipitem ferebant hora non tantum dies mollet, quedam ex toto evanescent. Si nichil erit petita advocatio, apparebit iudicium esse, non iram. Quicquid voles quale sit scire, tempori trade; nichil diligenter in fluctu cernitur. Non potuit impetrare a se Plato tempus cum servo suo irasceretur, sed ponere illum statim tunicam et prebere scapulas verberibus iussit sua manu ipse cesurus. Postquam intellexit irasci se, sicut sustulerat manum suspensam detinebat et stabat percussuro similis. Interrogatus deinde ab amico qui forte intervenerat quid ageret, Exigo inquit penas ab homine iracundo. Velut stupens gestum illum sevituri deformem sapienti viro servabat, oblitus iam servi, quia alium quem potius castigaret invenerat. (marg.: Ex. platonis.)

Itaque abstulit sibi in suos potestatem et ob peccatum quoddam commotior: Tu inquit Speusippe servulum istum verberibus obiurga, nam ego irascor. Ob hoc non cecidit propter quod alius cecidisset. Irascor inquit, plus faciam quam oportet, libentius faciam; non sit iste servus in eius potestate qui sui non est. Aliquis vult irato committi ultionem, cum Plato sibi ipse imperium abrogaverit? Nichil tibi liceat dum irasceris. Quare? Quia vis omnia licere. Pugna tecum ipse. Si iram vincere non potes, illa te incipit vincere. Si absconditur, si illi exitus non datur, signa eius obruamus et illam quantum fieri potest occultam secretamque teneamus. Cum magna id nostra molestia fiet, cupit enim exilire et incendere oculos et mutare faciem. Sed si eminere illi

extra nos lateat. sub nobis est. immo pectoris
secessu recondatur. ferat quod non ferat. immo in
contrarium omnia iudicia eius flectamus. vultus
remittatur. vox lenior sit. gradus lentior.
paulatim cum exterioribus interiora formentur.

Ex. Socrat.

In Socrate ire signum erat vocem summittere et
loqui parcius. apparebat tunc illum sibi obstare.
Deprehendebatur itaque a familiaribus et coargu-
ebatur. nec erat illi exprobracio latitantis ire
ingrata. Quidni gauderet quod iram suam multi
intelligerent. nemo sentiret. Sensisset autem
nisi ius amicis obiurgandi se dedisset. sicut ipse
sibi in amicos sumpserat. Quanto magis hoc nobis fa-
ciendum est. Rogemus amicissimum quemque ut tunc
maxime libertate adversus nos utatur. cum minime
illam pati poterimus. nec assenciatur ire nostre. contra
nos potens malum et apud nos gratiosum dum
conspicimus dum nostri sumus advocemus. Qui vinum
male ferunt. et ebrietatis sue temeritatem ac
petulantiam metuunt. mandant suis ut e con-
vivio auferantur. intemperantiam in morbo suam
experti parere sibi in adversa valitudine vetant.
Optimum est notis viciis impedimenta prospicere.
et ante omnia ita componere animum ut etiam gravissimis
rebus subitisque concussus iram aut non senciat aut ma-
gnitudinem inopinate iniurie exortam in altum
retrahat. nec dolorem suum profiteatur. Id fieri
posse apparebit si pauca ex ingenti turba
exempla protulero. ex quibus utrumque discere licet.
quantum mali habeat ira ubi hominum prepotentium po-
testate tota utitur. quantum sibi imperare possit. ubi
metu maiore compressa est. Cambisem regem

Ex. Cambis.

nimis deditum vino. Prexaspes unus
ex carissimis suis monebat ut parcius biberet.
turpem dicens esse ebrietatem in rege quem oculi
omnium auresque sequerentur. Ad hoc ille. ut scias
inquit quemadmodum numquam excidam mihi. approbabo iam
et oculos post vinum in officio esse et manus. Bibit
deinde liberalius quam alias capacioribus cyphis.
et iam gravis ac temulentus obiurgatoris sui fi-
lium procedere ultra limen iubet. allevatamque su-
per caput sinistram manum stare. Tunc intendit ar-
cum et ipsum cor adolescentis id enim se petere di-
xerat figit. rescissoque pectore herens in ipso cor-
de spiculum ostendit. ac respiciens patrem interroga-
vit satisne certam haberet manum. At ille negavit apol-
linem certius dimittere potuisse. Dii illum male perdant animo
magis quam condicione mancipium. eius rei laudator
fuit cuius nimis erat spectatorem fuisse. occa-
sionem blandiciarum putavit pectus filii in duas
partes diductum et cor sub vulnere palpitans.
controversiam illi facere de gloria debuit et revoca-
re iactum ut regi liberet in ipso patre certiorem
manum ostendere. O regem cruentum. o dignum
in quem omnium suorum arcus verterentur. Cum execrati
fuimus illum convivia suppliciis funeribusque sol-
ventem. tamen sceleratius telum illud laudatum
est quam missum. Videbimus quomodo se pater gerere debuerit.
stans super cadaver filii sui cedemque illam cuius
testis fuerat et causa. id de quo nunc agitur. appa-
ret. iram supprimi posse. non maledixit regi. nullum
emisit ne calamitosi quidem verbum. cum eque
cor suum quam filii transfixum videret. Potest dici merito
devorasse verba. nam si quid tamquam iratus dixisset.
nihil tamquam pater facere potuisset. Potest inquam
videri sapientius se in illo casu gessisse. quam
cum de potandi modo preciperet. quem satius erat vi-
num quam sanguinem bibere. cuius manus poculis occupa-
ri pax erat. Accessit itaque ad numerum eorum qui
magnis cladibus ostenderunt quanti constarent
regum amicis bona consilia. Non dubito
quin Harpagus tale aliquid regi suo persisque sua-
serit. quo offensus liberos illi epulandos
apposuit. et subinde quesivit an placeret conditura.
deinde ut satis illum plenum malis suis vidit.
afferri illorum capita iussit. et quomodo esset acceptus
interrogavit. Non defuerunt misero verba. non os concluditur.
Apud regem inquit omnis cena iocunda est. Quid hac
adulacione profecit. ne ad reliquias invitaretur.
Non veto patrem damnare regis sui factum. Non
veto querere dignam tam truci portento penam. sed
hoc interim intelligo posse et ex ingentibus malis
nascentem iram abscondi. et ad verba contraria sibi
cogi. Necessaria est ista doloris refrenacio. utique
hoc sortitis vite genus. et ad regiam adhibitis
mensam. Sic editur apud illos. sic bibitur. sic
respondetur. funeribus suis arridendum est. An tanti
sit vita videbimus. alia ista questio est. non consolabi-
mur tam triste ergastulum. non adhortabimur
ferre imperia carnificum. ostendemus in omni servitute
apertam libertati viam. Si eger animus et suo vi-
cio miser est. huic miseria finire secum licet.
Dicam et illi qui in regem incidit sagittis pecto-
ra amicorum petentem. et illi cuius dominus liberos
visceribus patrum saturat. Quid gemis de-
mens. quid expectas ut te aut hostis aliquis per excidium
gentis tue vindicet. aut rex a longinquo potens
advolet. quocumque respexeris ibi malorum finis
est. Vides illum precipitem locum. illac ad libertatem
descenditur. Vides illud mare. illud flumen. illum
puteum. libertas illic in imo sedet. Vides illam
arborem brevem retortam infelicem. pendet inde
libertas. Vides iugulum tuum. guttur tuum. cor
tuum. effugia servitutis sunt. Nimis tibi operosos

exitus monstro et malorum ac roboris exigeres. Queris quod sit ad libertatem iter? quelibet in corpore tuo vena. eadem quid michi tam intollerabile nobis videtur ut nos expellat e vita. Iram in quocumque erit statu removeamus. Pernitiosa est servientibus. Omnis enim indignatio in tormentum suum proficit et imperia graviora sentit quo contumacius patitur. Sic laqueos fera dum iactat astringit. Sic aves viscum dum trepidantes excutiunt plumis omnibus illinunt. Nullum tam artum est iugum quod non minus ledat ducentem quam repugnantem. Unum est levamentum malorum ingentium pati et necessitatibus suis obsequi. Sed cum utilis sit servientibus affectuum suorum et huius precipue rabidi atque effrenati continentia utilior est regibus. Periit omnia ubi quantum ira suadet fortuna permittit. Nec diu potest que multorum malo exercetur potentia stare. periclitatur enim ubi eos qui separatim gemunt communis metus iunxit. Plerosque itaque modo singuli mactaverunt modo universi cum illos conferre in unum iras publicus dolor coegisset. At quam plerique sic iram quasi insigne regium exercuerunt. Sicut Darius qui primus post ablatum mago imperium Persas et magnam partem orientis obtinuit. Nam cum bellum Scitis indixisset orientem cingentibus rogatus ab Orbazo nobili sene ut ex tribus liberis unum in solatio patri relinqueret duorum opera uteretur plus quam rogabatur pollicitus omnes se illi dixit remissurum et occisos in conspectu parentis abiecit crudelis futurus si omnes abduxisset. At quanto Xerxes facilior qui Pithio quinque filiorum patri unius vacationem petenti quem vellet eligere permisit. deinde quem elegerat in partes duas distractum ab utroque vie latere posuit et hac victima lustravit exercitum. Habuit itaque quem debuit exitum. victus et late longeque fusus ac stratam ubique ruinam suam cernens medius inter suorum cadavera incessit. Hec barbaris regibus feritas fuit quos nulla eruditio nullus litterarum cultus imbuerat. Dabo tibi ex Aristotilis sinu regem Alexandrum qui Clitum carissimum sibi et una educatum inter epulas transfodit manu quidem sua parum adulantem et pigre ex Macedone ac libero in Persicam servitutem transeuntem. Nam Lisimachum eque familiarem sibi leoni obiecit. Numquid ergo hic Lisimachus feliciter quadam dentibus leonis elapsus ob hoc cum ipse regnaret mitior fuit? Nam Thelesphorum Rhodium amicum suum undique decurtatum cum aures illi nasumque abscidisset in cavea velud novum animal aliquod et inusitatum diu pavit cum oris detruncati mutilitatem [et mutil]

deformitas humane faciei perdidisset. accedebat fames et squalor et illuvies corporis in stercore suo destituti. callosis super hec genibus manibusque quas in usum pedum angustie loci cogebant. lateribus vero attritu exulceratis non minus feda quam terribilis erat forma eius visentibus. factusque pena sua monstrum misericordiam quoque amiserat. Tamen cum dissimillimus esset homini qui illa patiebatur dissimilior erat qui faciebat. Utinam ista sevicia intra peregrina exempla mansisset nec in Romanos mores cum aliis adventiciis vitiis etiam suppliciorum irarumque barbaria transisset. M. Mario cui vicatim populus statuas posuerat cui thure et vino supplicabat L. Silla prefringi crura erui oculos amputari manus iussit et quasi totiens occideret quotiens vulneraret paulatim et per singulos artus laceravit. Quis erat huius imperii minister? quis nisi Catelina iam in omne facinus manus exercens? Is illum ante bustum Quinti Catuli carpebat gravissimus mitissimi viri cineribus super quos vir mali exempli popularis tamen et non tam immerito quam nimis amatus per stillicidia sanguinem dabat. Dignus erat Marius qui illa pateretur Silla qui iuberet Catelina qui faceret sed indigna res publica que in corpus suum pariter et hostium et vindicum gladios reciperet. Quid antiqua perscrutor? Modo C. Cesar Sextum Papinium cui pater erat consularis Betilienum Bassum questorem suum procuratoris sui filium aliosque et senatores et equites Romanos uno die flagellis cecidit torsit non questionis sed animi causa. deinde adeo impatiens fuit differende voluptatis quam ingentem crudelitas eius sine dilatione poscebat ut in xisto maternorum hortorum qui porticum a ripa separat deambulans quosdam ex illis cum matronis atque aliis senatoribus ad lucernam decollaret. Quid instabat? quod periculum aut privatum aut publicum una nox minabatur? quantum fuit lucem expectare denique ne senatores populi Romani soleatus occideret. Quam superba fuit crudelitas eius ad rem pertinet scire quamquam aliquis possit videri aberrare nos et in devium exire. sed hoc ipsum pars erit ire super solita sevientis. Ceciderat flagellis senatores. ipse effecit ut dici possit solet fieri. Torserat per omnia que in rerum natura tristissima sunt fidiculis talaribus eculeo igne vultu suo. Et hoc loco respondebitur magna res si tres senatores quasi nequam mancipia inter verbera et flammas divisit homo qui de toto senatu trucidando cogitabat qui optabat ut populus Romanus unam cervicem haberet ut scelera sua tot locis ac temporibus diducta in unum ictum et unum diem cogeret. Quid tam inauditum quam nocturnum supplicium? cum latrocinia tene-

bris absconditi soleant audaciores quam notio
res sunt. plus etiam emendanti quam proficiat. et hoc
loco videbimus. quod tanto opere animalis istius
belue quottidianum est. ad hoc uiuit. ad hoc
uigilat. ad hoc lucubrat. Neo etiam inuenietur
alius qui imperauit omnibus hiis in esse accadunt iube
bat. se inserta spongia includi. ne uocis
emittende haberent facultatem. Cum uix morus
non est relictum quo gemeret. timuit ne qua libe
riorem uocem extremus dolor mitteret. ne
quid quod nollet audiret. sciebat autem innabi
lia esse que obiicere illi neo non puturum audet. Cum
spongie non inuenirentur. scindi uestimenta mise
rorum et in hos farcira panos imperauit. Que
ista seuicia est. liceat ultimum spiritum trahere. da
exiture anime locum. liceat illam non per uulnus
emittere. Adiicere hiis longum est. quod patres et
occisorum eadem nocte dimissis per domos cen
turionibus confecit. adest homo misericors lu
ctu liberauit. Non enim Gagi seuiciam sed ire
propositum est describere. que non tantum uiritim furit.
sed gentes totas lancinat. sed urbes sed flumina
et tuta ab omni sensu doloris quibus erat. Ut
Rex persarum totius populi nares recidit in syria
unde rinocolura loco nomen est. pepercisse
illum indicas quod non tota capita precidit. no
uo genere pene delectatus est. Tale aliquid passi
forent ethiopes qui ob longissimum uite spa
cium macrobide appellantur. In hos nam quia non su
pinis manibus exceperant seruitutem. missisque
legatis liberam iussa dederant quod contumeliosa re
ges uocant. Cambises fremebat et non pro
uisis commeatibus. non exploratis itineribus
per inuia per arentia trahebat omnem bello
utilem turbam cui intra primum iter deerant
necessaria nec quicquam subministrabat sterilis et inculta
humanoque uestigio inculta regio. Sustine
bant famem primo tenerrima frondium et cacu
mina arborum tum coria igne mollita et quicquid
necessitas cibum fecerat. Postquam inter harenas
radices quoque et herba defecerant. apparuitque
inops et animalium solitudo. decimum quemque sor
titi alimentum habuerunt. fame seuius agebat.
Ad huc ira regem propellebat cum partem exercitus
amisisset. partem comedisset. donec timuit ne
et ipse uocaretur ad sortem. tum demum signum
receptui dedit. Seruabantur interea illi ge
nerose aues et instrumenta epularum camelis ue
hebantur cum sortirentur milites eius quis male
periret quis peius uiueret. Hic iratus fuit
genti ignote et inmerite sed sensure. Cyrus
flumini iratus. cum babiloniam oppugnaturus

festinaret ad bellum cuius maxima momenta
in occasionibus sunt. Gangen latum fusum amnem
uado transire temptauit quod uix tutum est
et cum sensit estatem et ad minimum deductum esse.
Ubi unus ex hiis equis qui trahere regium currum
albi solebat arreptus uehementer commouit re
gem. Iurauit itaque se amnem illum regis comi
tatus auferentem eo redacturum ut transiri at
tingique et a feminis possit. huc deinde omnem transtu
lit belli apparatum. et tam diu assedit operi do
nec centum et lxxx cuniculis diuisum alueum in
trecentos et lx riuos dispergeret et siccum relin
queret in diuersum fluentibus aquis. Periit itaque et
tempus et magna in magnis rebus iactura. et mili
tum ardor. quem inutilis labor fregit. et occa
sio aggrediendi imparatos. dum ille bellum indi
ctum hosti cum flumine gerit. hic furor. quid enim
aliud uocas romanos quoque contigit. G. enim Cesar
uillam in herculanensi pulcerrimam quia mater sua
aliquando in illa custodita erat diruit. fecitque eius
per hoc notabilem fortunam sui. stantem enim prenauiga
bamus nunc causa diruite queritur. Et hec cogitanda
sunt exempla que uites et illa contrario que sequaris
moderata lenia. quibus nec irascendi causa defuit
nec ad ulciscendum potestas. Quid enim facilius
fuit antigono quam duos manipulares duci
iubere qui incumbentes regis tabernaculo faciebant
quod homines et periculosissime et libentissime faciunt. de
rege suo male existimant. Audierat omnia
antigonus ut pote cum inter dicentem et audien
tem palla interesset. quam ille leuiter commouit et
longius inquit discedite ne uos rex audiat.
Idem quadam nocte cum quosdam ex militibus
suis exaudisset omnia mala imprecantes regi.
qui ipsos in illud iter et inextricabile lutum dedu
xisset. accessit ad eos qui maxime laborabant.
et cum ignorantes a quo adiuuarentur explica
uisset. nunc inquit maledicite antigono cuius
uitio in has miserias incidistis. ei autem bene
optate qui uos ex hac uoragine eduxit. Idem
tam miti animo hostium suorum maledicta quam ciuium tu
lit. Itaque cum in paruulo quodam castello greci
obsiderentur. et fiducia loci contemnentes hostem
multa in deformitatem antigoni iacerent.
et nunc staturam humilem nunc collisum nasum deri
derent. gaudeo inquit. bonum spero si in castris
meis silenum habeo cum hos dicaces fame do
muisset. captis sic usus est ut eos qui mili
cie utiles erant in cohortes describeret. ceteros
preconi subiceret. idque se negauit facturum fuis
se. nisi non expediret hiis dominum habere qui tam ma
lam haberent linguam. Huius nepos fuit alexander.

qui lanceam in oculos suos torquebat.
qui ex duobus amicis quos paulo ante retuli
alterum fere obiecerat alaz b. ex hiis duobus
tamen qui leoni obiectus est uixit. Non habuit hoc
auitum ille uicium nec patrium quidem nam si
qua alia in philippo uirtus fuit et contumelias pati-
encia instrumentum ad tutelam regni. Democha-
res ad illum parresiastes ob nimiam et procacem
linguam appellatus inter alios atheniensium le-
gatos uenerat. audita benigne legatione
philippus Dicite inquit michi facere quid possim
quod sit atheniensibus gratum. excepit demo-
chares et te inquit suspendere. Indignatio circum-
stancium ad tam inhumanum responsum exorta est.
quos philippus conticescere iussit et thersitem illum saluum
incolumemque dimittere. At uos inquit ceteri
legati nunciate atheniensibus multo superbiores
esse qui ista dicunt quam qui impune dicta audiunt.
Multa et diuus augustus digna memoria fecit
dixitque. ex quibus appareat iram illi non imperas-
se. Tymagenes hystoriarum scriptor quedam in ipsum
quedam in uxorem eius et in totam domum dixerat nec
perdiderat dicta. magis enim circumfertur et in ore ho-
minum est temeraria urbanitas. Sepe illum
cesar monuit ut moderacius lingua uteretur.
perseueranti domo sua interdixit. Postea tyma-
genes in contubernio pollionis asinii consenuit.
ac tota ciuitate direptus est. nullum ei limen
preclusa cesaris domus abstulit. Hystorias quas
postea scripserat recitauit et combussit et libros acta
Cesaris augusti continentes in ignem posuit. Ini-
micicias gessit cum cesare nemo amiciciam
eius extimuit. nemo quasi fulguris ictum refugit fuit
qui preberet non alte cadenti sinum. tulit hoc ut
dixi cesar patienter ne eo quidem motus quod laudi-
bus suis rebusque gestis manus attulerat.
nunquam cum hospite inimici sui questus est. hoc dun-
taxat pollioni asinio dixit. theriotrophis pauci-
dem excusacione obstitit et faciam inquit michi pol-
lio faue. Et cum pollio diceret si iubes cesar sta-
tim illi domo mea interdicam. hoc me inquit putas
facturum cum ego uos in graciam reduxerim. Fuerat
enim aliquando timageni pollio iratus nec ullam aliam
habuerat causam desinendi quam quod cesar ceperat. Dicat
itaque sibi quisque quociens lacessitur. Nunquid poten-
cior sum philippo. illi tamen impune maledictum est.
Nunquid in domo mea plus possum quam toto orbe
terrarum diuus augustus potuit. ille tamen contentus fuit
a conuiciatore suo secedere. Quid est quare ego seruitii mei
clarius responsum et contumaciorem uultum et non peruenien-
tem usque ad me murmuracionem flagellis et compedi-
bus expiem. Quis sum cuius aures ledi nefas sit.

ignouerunt multi hostibus. ego non ignoscam
pigris negligentibus garrulis. Puerum etas
excuset. feminam sexus. extraneum libertas
domesticum familiaritas. nunc primum offendit.
cogitemus quamdiu placuerit. sepe et alias of-
fendit. feramus quod diu tulimus. amicus est. fecit
quod noluit. inimicus. fecit quod debuit. prudenci-
ori credamus. stulciori remittamus. pro quocumque e contra
nobis respondeamus. sapientissimos quoque uiros
multa delinquere. neminem esse tam circumspectum cuius
non diligencia aliquando sibi ipsi excidat. neminem
tam maturum cuius non grauitatem in aliquod ferui-
dius factum casus impingat. neminem tam timi-
dum offensarum qui non in illas dum uitat incidat.
Quomodo homini pusillo solacium in malis fuit etiam
magnorum uirorum titubare fortunam et equiore
animo filium in angulo fleuit qui uidit acerba
funera etiam ex regia duci. sic animo equiore fert
ab aliquo ledi ab aliquo contemni. cuicumque ue-
nit in mentem nullam esse tantam potenciam in quam
non incurrat iniuria. Quod si etiam prudentissimi peccant
cuius non error bonam causam habet. Respiciamus quociens
adolescencia nostra in officio parum diligens fuit.
in sermone parum modesta in uino parum tem-
perans. Si iratus est demus illi spacium quo dispi-
cere quid fecerit possit. ipse se castigabit. Denique
debeat penas. non est quod cum illo paria faci-
amus. Illud non ueniet in dubium quin se ex-
emerit turbe et alcius steterit quisquis despe-
xit lacessentes. proprium est magnitudinis uere
non sentire percussum. Sic immanis fera ad
latratum canum lenta respexit. sic irritus
ingenti scopulo fluctus assultat. Qui non irasci-
tur et inconcussus iniuriam perstitit. qui irasci-
tur motus est. At ille quem modo altiorem omni incommo-
do posui tenet amplexu quodam summum
bonum. nec homini tantum sed ipsi fortune respondet. Omnia
licet facias minor es quam ut serenitatem meam
obducas. uetat hoc racio cui uitam regendam
dedi. plus michi nocitura est ira quam iniuria.
Quid ni plus. illius modus certus est. ista quo
usque me latura sit dubium est. Non possum
inquis pati. graue est iniuriam sustinere. Mentiris.
Quis enim iniuriam non potest ferre qui
potest iram. Adice nunc quod id agis ut iram feras
et iniuriam. Quare fers egri rabiem et frene-
tici uerba. puerorum proteruas manus. nempe
quia uidentur nescire quid faciunt. Quid interest
quo quisque uicio fiat imprudens. imprudencia
par in omnibus patrocinium est. Quid ergo inquis
impune illi erit. puta te uelle tamen non erit.
maxima est enim facte iniurie pena fecisse. nec

quisquis grauius afficitur quam qui ad supplicium perpetue traditur. Deinde ad condicionem rerum humanarum respiciendum est ut omnium accidentium equi iudices simus. Iniquus autem est qui commune uitium singulis obiecit. Non est ethiopis inter suos insignitus color nec rufus crinis et coactus in nodum apud germanos uirum dedecet. Nichil in uno iudicabis notabile aut fedum quod genti sue publicum est. Et ista que retuli unius regionis atque anguli consuetudo defendit. Uidemus quanto in hiis iustior uenia sit que per totum genus humanum uolgata sunt. Omnes inconsulti et improuidi sumus, omnes incerti, queruli, ambitiosi. Quid lenioribus uerbis ulcus publicum abscondo? Omnes mali sumus. Quicquid itaque in alio reprehenditur id unusquisque in suo sinu inueniet. Quid illius pallorem, illius maciem notas? pestilentia est. Placidiores itaque inuicem simus: mali inter malos uiuimus. Una nos res facere potest quietos, mutue facilitatis conuentio. Ille michi iam nocuit, ego illi nondum. Sed iam aliquem fortasse lesisti, sed ledes. Noli extimare hanc horam aut diem, totum inspice mentis tue habitum: et si nichil mali fecisti, potes facere. Quanto satius est sanare iniuriam quam ulcisci. Multum temporis ultio assumit, multis se iniuriis obicit dum una dolet. Diutius irascimur omnes quam ledimur. Quanto melius est abire in diuersum nec uitia uitiis opponere. Numquid satis constare sibi uideatur si mulam calcibus repetat et canem morsu? Ista inquis peccare se nesciunt. Primum quam iniquus est apud quem hominem esse ad impetrandam ueniam nocet. Deinde si cetera animalia hoc ire tue subducit quod consilio caret. Quid non refert si alia mutis dissimilia habeat, si hoc quod in omni peccato defendit muta, similem habet caliginem mentis. Peccauit hoc non primum, hoc non extremum. Non est quod illi credas et si dixerit iterum non faciam: et iste peccabit et in istum alius, et tota uita inter errores uolutabitur. Mansuete immansueta tractanda sunt. Quod in luctu dici solet efficacissime et in ira dicatur: Utrum aliquando desines an numquam? Si aliquando, quanto satius est iram relinquere quam ab ira relinqui. Si semper hec agitatio durabit, uides quam impacatam tibi denuncias uitam. Qualis enim erit semper tumentis. Adice nunc quod bene succendis te ipse et subinde causas quibus stimuleris renouabis, sua sponte ira discedet et uires illi dies subtrahet. Quanto satius est a te illam uinci quam a se. Huic irasceris deinde illi, seruis deinde libertis, parentibus deinde liberis, notis deinde ignotis; ubique enim cause supersunt nisi deprecator animus accessit. Hinc

illo furor rapiet, illinc alio, et nouis subinde irritamentis orientibus continuabitur rabies. Age infelix, et quando amabis? O quam bonum tempus in re mala perdis. Quanto nunc satius erat amicos parare, inimicos mitigare, rem publicam administrare, transferre in res domesticas operam, quam circumspicere quid alicui facere posses mali, quod aut dignitati eius aut patrimonio aut corpori uulnus infligas, cum id tibi contingere sine certamine ac periculo non possit, et si cum inferiore concurres. Uinctum licet accipias et ad arbitrium tuum omni patientie expositum, sepe nimia uis cedentis aut articulum loco mouit aut neruum in hiis quos fregerat fixit. Multos iracundia mancos, multos debiles fecit, etiam ubi patientem nacta materiam est. Adice nunc quod nichil tam imbecille natum est ut sine eludentis periculo pereat. Imbecillos ualentissimis alias dolor alias casus exequat. Quid quod pleraque eorum propter que irascimur offendunt nos magis quam ledunt. Multum autem interest utrum aliquis uoluntati mee obstet an desit, eripiat an non det. Atqui in equo ponimus utrum aliquis auferat an neget, utrum spem nostram precidat an differat, utrum contra nos faciat an pro se, amore alterius an odio nostri. Quidam uero non tantum iustas causas standi contra nos sed et honestas habent. Alius patrem tuetur, alius fratrem, alius patriam, alius amicum. Hiis tamen non ignoscimus id facientibus, quod nisi facerent improbaremus. Immo quod est incredibile, sepe existimamus bene de facto, de faciente male. At mehercule uir magnus ac iustus fortissimum quemque ex hostibus suis et pro libertate ac salute patrie pertinacissimum suspicit et talem sibi ciuem, talem militem contingere optat. Turpe est odisse quem laudes; quanto uero turpius ob id aliquem odisse propter quod misericordia dignus est. Si captiuus in seruitutem subito depressus reliquias libertatis tenet nec ad sordida ac laboriosa ministeria agilis occurrit, si ex otio piger equum uehiculumque domini cursu non exequat, si inter cotidianas uigilias fessum somnus oppressit, si rusticum laborem recusat aut non fortiter obiit a seruitute urbana et feriata translatus ad durum opus. Distinguamus utrum aliquis non possit an nolit: multos absoluemus si ceperimus ante iudicare quam irasci. Nunc autem primum impetum sequimur, deinde quamuis uana nos concitauerit perseueramus, ne uideamur cepisse sine causa. Et quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniquitas ire. Retinemus enim illam et augemus, quasi argumentum sit iuste irascentis grauiter irasci. Quanto melius est initia ipsa perspicere quam leuia sint, quam innoxia. Quod

acrius videas animalia bruta idem in homine deprehendes. Frivolis turbamur et inanibus. Taurum color rubicundus excitat; ad umbram aspis exurgit; ursos leonesque mappa proritat; omnia quae natura fera ac rabida sunt consternantur ad inania. Idem inquietis et stolidis ingeniis evenit: rerum suspicione feriuntur, adeo quidem ut interdum iniurias vocent modica beneficia, in quibus frequentissima, certe acerbissima iracundiae materia est. Carissimis enim irascimur quod minora nobis praestiterint quam mente concepimus quamque alii tulerint, cum utriusque rei remedium paratum sit. Magis alteri indulsit: nostra nos sine comparatione delectent; numquam erit felix quem torquebit felicior. Minus habeo quam speravi; sed forte plus speravi quam debui. Haec pars maxime metuenda est; hinc perniciosissimae irae nascuntur et sanctissima quaeque invasurae. Divum Iulium plures amici confecerunt quam inimici, quorum non expleverat spes inexplebiles. Voluit quidem ille — neque enim quisquam liberalius victoria usus est, ex qua nihil sibi vindicavit nisi dispensandi potestatem — sed quemadmodum sufficere tam improbis desideriis posset, cum tantum omnes concupiscerent quantum unus poterat? Vidit itaque strictis circa sellam suam gladiis commilitones suos, Cimbrum Tullium, acerrimum paulo ante partium defensorem, aliosque post Pompeium demum Pompeianos. Haec res sua in reges arma convertit fidissimosque eo compulit ut de morte eorum cogitarent, pro quibus et ante quos mori votum habuerant. Nulli ad aliena respicienti sua placent. Inde diis quoque irascimur, quod aliquis nos antecedat, obliti quantum hominum sequatur et quanta a tergo ingentis invidiae. Tanta tamen importunitas hominum est ut, quamvis multum acceperint, iniuriae loco sit plus accipere potuisse. Dedit mihi praeturam, sed consulatum speraveram; dedit duodecim fasces, sed non fecit ordinarium consulem; a me numerari voluit annum, sed deest mihi ad sacerdotium; cooptatus in collegium sum, sed cur in unum? Consummavit dignitatem meam, sed patrimonio nihil contulit; ea dedit mihi quae debebat alicui dare, de suo nihil protulit. Age potius gratias pro his quae accepisti; reliqua expecta et nondum plenum te esse gaude: inter voluptates est superesse quod speres. Omnes vicisti: primum esse te in animo amici tui laetare; multi te vincunt: considera quanto antecedas plures quam sequaris. Quod sit in te vitium maximum quaeris? Falsas rationes conficis: data magno aestimas, accepta parvo. Aliud in alio nos deterreat: quibusdam timeamus irasci, quibusdam vereamur, quibusdam fastidiamus. Magnam rem sine dubio fecerimus si servulum infelicem in ergastulum

miserimus. Quid properamus verberare statim, crura protinus frangere? Non peribit potestas ista si differetur. Sine id tempus veniat quo ipsi iubeamus: nunc ex imperio irae loquimur; cum illa abierit, tunc videbimus quanti ista lis aestimanda sit. In hoc enim praecipue fallimur: ad ferrum venimus, ad capitalia supplicia, et vinculis, carcere, fame vindicamus rem castigandam flagris levioribus. Quomodo inquis nos iubes intueri quam omnia per quae laedi videamur exigua, misera, puerilia sint? Ego vero nihil magis suaserim quam sumere ingentem animum et haec propter quae litigamus discurrimus anhelamus videre quam humilia et abiecta sint, nulli qui altum quiddam aut magnificum cogitat respicienda. Circa pecuniam plurimum vociferationis est. Haec fora defatigat, patres liberosque committit, venena miscet, gladios tam percussoribus quam legionibus tradit; haec est sanguine nostro delibuta; propter hanc uxorum maritorumque noctes strepunt litibus et tribunalia magistratuum premit turba, reges saeviunt rapiuntque et civitates longo saeculorum labore constructas evertunt, ut aurum argentumque in cinere urbium scrutentur. Libet intueri fiscos in angulo iacentes: hi sunt propter quos oculi clamore exprimantur, fremitu iudiciorum basilicae resonant, evocati ex longinquis regionibus iudices sedeant iudicaturi utrius iustior avaritia sit. Quid si ne propter fiscum quidem, sed pugillum aeris aut imputatum a servo denarium senex sine herede moriturus stomacho disrumpitur? Quid si propter usuram vel millesimam valetudinarius fenerator distortis pedibus et manibus ad comparandum non relictis clamat ac per vadimonia asses suos in ipsis morbi accessionibus vindicat? Si totam mihi ex omnibus metallis, quae cum maxime deprimimus, pecuniam proferas, si in medium proicias quicquid thesauri tegunt, avaritia iterum sub terras referente quae male egesserat, omnem istam congeriem non putem dignam quae frontem viri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt quae nobis lacrimas educunt! Cedo nunc, persequere cetera: cibos, potiones horumque causa paratam ambitionem, munditias, verba contumeliosa, motus corporum parum honorificos, suspiciones et contumacia iumenta et pigra mancipia et interpretationes malignas vocis alienae, quibus efficitur ut inter iniurias naturae numeretur sermo homini datus. Crede mihi, levia sunt propter quae non leviter excandescimus, qualia quae pueros in rixam et iurgium concitant. Nihil ex his quae tam tristes gerimus serium est, nihil magnum; inde, inquam, vobis ira et insania est, quod exigua magno aestimatis. Auferre hic mihi hereditatem voluit.

hic me diu spe suspensum captavit. contemptus est hic sermonem meum conspuit. quod plurimum amoris esse debebat seditionis atque odii causa est. idem velle. Iter angustum rixas transeuntium concitat. diffusa et late patens via ne populos quidem collidit. Ista que appetitis quia exigua sunt nec posse ad alium nisi alteri erepta transferri. eadem affectantibus pugnas et iurgia excitat. Respondisse tibi indignaris libertumque et uxorem et clientem deinde idem de re publica libertatem sublatam quereris quam domi sustulisti. Rursus si tacuit interrogatus contumaciam vocas. et loquatur et taceat et rideat. coram domino inquis. immo coram patre familie. Quid clamas. quid vociferaris. quid flagella media cena petis. quod servi loquuntur quod non eodem loco turba contionis est silentium solitudinis. In hoc habes aures ut non modulata tantum et mollia et ex dulci tractaque compositaque accipiant. et risum audias oportet et fletum et blanditias et lites et prospera et tristia et hominum voces et fremitus animalium latratusque. Quid miser expavescis ad clamorem servi ad tinnitum eris aut ianue impulsum. cum tam delicatus fueris tonitrua audienda sunt. quod de auribus dictum est transfer ad oculos qui non minus fastidio laborant si male instituti sunt. macula offenduntur et sordibus et argento parum splendido et stagno non ad solem perlucente. Hii nempe oculi qui non ferunt nisi varium ac recenti cura nitens marmor qui mensam nisi crebris distinctam venis qui nolunt domi nisi auro preciosiora calcare equissimo animo foris et scabras lutosasque semitas spectant et maiorem partem occurrentium squalidam parietes insularum exesos rimosos inequales. Quid ergo aliud est quod illos in publico non offendat domi moveat quam opinio illic equa et patiens domi morosa et querula. Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem. natura patientes sunt si animus illos desinit corrumpere qui cotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciebat hoc Sextius ut consummato die cum se ad nocturnam quietem recepisset interrogaret animum suum. quod hodie malum tuum sanasti. cui vicio obstitisti. qua parte melior es. Desinet ira et moderatior erit que sciet sibi cotidie ad iudicem esse veniendum. Quicquam ergo pulcrius hac consuetudine excutiendi totum diem. qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur. quam tranquillus quam altus ac liber cum aut laudatus est animus aut admonitus et speculator sui censorque secretus cognovit de moribus suis. Utor hac potestate et cotidie apud me causam dico. cum sublatum est conspectu lumen est et conticuit uxor moris iam mei conscia totum diem meum scrutor factaque ac dicta mea remetior. Nichil mihi ipsi abscondo nichil transeo. quare enim quicquam ex erroribus meis timeam cum possim dicere. vide ne istud amplius facias nunc tibi ignosco. In illa disputatione pugnacius locutus es. noli postea congredi cum imperitis. nolunt discere qui numquam didicerunt. Illum liberius admonuisti quam debebas. itaque non emendasti sed offendisti. De cetero vide ne non tantum an verum sit quod dicis sed an ille cui dicitur veri patiens sit. admoneri bonus gaudet. pessimus quisque correctorem asperrime patitur. In convivio quorundam te sales et in dolorem tuum iacta verba tetigerunt. vitare vulgares convictus memento. Solutior est post vinum licentia quia ne sobriis quidem pudor est. Iratum vidisti amicum tuum hostiario causidici alicuius aut divitis quod intrantem summoverat et ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irasceris ergo catenario cani. et hic cum multum latravit obiecto cibo mansuescit. recede longius et ride. Nunc iste se aliquem putat quod custodit litigatorum turba limen obsessum. Nunc ille qui intra iacet felix fortunatusque est et beati hominis iudicat ac potentis indicium difficilem ianuam. nescit durissimum esse hostium carceris. Presume animo multa tibi esse patienda. numquis se hyeme algere miratur. numquis in mari nauseare in via concuti. fortis est animus ad que paratus venit. Minus honorato loco positus irasci cepisti convivatori vocatori ipsi qui tibi preferebatur. demens quid interest quam lecti premas partem. honestiorem te aut turpiorem potest facere pulvinar. Non equis quendam oculis vidisti quia de ingenio tuo male locutus est. Recipis hanc legem. ergo te Ennius quo non delectaris odisset et Hortensius simultates tibi indiceret. et Cicero si derideres carmina eius inimicus esset. Vis tu equo animo pati candidatus suffragia. Contumeliam tibi fecit aliquis. numquid maiorem quam Diogenem philosopho Stoico cui de ira cum maxime disserenti adolescens protervus inspuit. tulit hoc ille leniter et sapienter. non quidem inquit irascor sed dubito tamen an irasci oporteat. Cato noster quanto melius cui cum causam ageret in frontem mediam quantum poterat attracta pingui saliva inspuit Lentulus ille patrum nostrorum memoria factiosus et impotens. abstersit faciem et affirmabo inquit omnibus Lentule falli eos qui te negant os habere. Contingit iam nobis Novate bene componere animum. aut non sentit iracundiam aut superior est. Vide-

animus quo alienam iram leniamus. nec ei sa
num esse tantum volumus, sed sanare. primam iram non
audebimus oratione mulcere. surda est et amens.
dabimus illi spatium. remedia in remissionibus
prosunt. nec oculos tumentes temptabimus, vim ri
gentem movendo incitaturi. nec cetera vicia dum
fervent. initia morborum quies curat. Quantum
tuum prodest remedium tuum si sua sponte desi
nentem iram placat. primum ut cicius desinat
efficiet. deinde custodiet ne recidat. ipsum quoque im
petum quem non audet lenire fallet. removebit
omnia ultionis instrumenta. simulabit iram ut tam
quam adiutor et doloris comes plus aucto
ritatis in consiliis habeat. moras nectet. et
dum maiorem penam querit presentem differt. omni
arte requiem furori dabit. si vehementior erit
aut pudorem illi cui non resistat incutiet.
aut metum. si infirmior, sermones inferet vel
gratos vel novos et cupiditate cognoscendi vo
cabit. Medicum aiunt cum regis filiam curare
deberet nec sine ferro posset, dum tumentem mam
mam leniter fovet, scalpellum spongia tectum
induxisse. repugnasset puella remedio palam
admoto. eadem quia non expectavit dolorem tulit.
Quedam non nisi decepta sanantur. alteri dices
vides ne inimicis iracundia tua voluptati sit.
alteri vide ne magnitudo animi tui creditumque
apud plerosque robur cadat. Indignor mehercules
et non invenio dolendi modum. sed tempus ex
pectandum est. dabis penas. serva istud in animo
tuo. cum poteris et pro mora reddes. Castigare
vero irascentem et ultro obirasci incitare est. Va
rie aggredieris blandeque, nisi forte tanta per
sona eris ut possis iram comminuere. Quemadmodum fecit
divus Augustus cum cenaret apud Vedium
Pollionem. fregerat unus ex servis eius cri
stallinum. Rapi eum Vedius iussit ne vulgari
quidem more periturum. murenis obici iubebat
quas ingentes in piscina continebat. Quis non
hoc illum putaret luxurie causa facere. Sevitia erat.
Evasit e manibus puer et confugit ad Ce
saris pedes. nichil aliud petiturus quam ut aliter
periret ne esca fieret. Motus est novitate crudeli
tatis cesar. et illum quidem mitti. cristallina autem
omnia coram se frangi iussit complerique piscinam.
Fuit Cesari sic castigandus amicus. bene usus
est viribus suis. E convivio rapi homines impar
et novi generis penis lacerari. Si calix tuus
fractus est viscera hominis distrahentur. tam tibi
placebis ut ibi aliquem duci iubeas ubi
Cesar est. Sic cui tantum potentie est ut iram
ex superiore loco aggredi possit. male tractet.

At talem dumtaxat qualem modo retuli feram
immanem sanguinariam que iam insanabilis est
nisi maius aliquid extimuit. Pacem demus
animo quam dabit preceptorum salutarium assidu
a meditatio. actusque rerum boni et intenta mens
ad unius honesti cupiditatem. Conscientie satisfi
at. nil in famam laboremus. sequatur vel mala dum
bene merentes. At vulgus animosa miratur et au
daces in honore sunt. placidi pro inertibus habentur.
primo forsitan aspectu. sed simul ac equalitas vite
fidem fecit non segnitiem illam animi esse sed pacem.
Veneratur illos populus idem colitque. Nichil ergo
habet in se utile teter iste et hostilis affectus. At
omnia ex contrario mala. ferrum ignes. pudore
calcato cedibus inquinavit manus. membra li
berorum dispersit. nichil vacuum reliquit a scelere. non
glorie memor. non infamie metuens. inemenda
bilis autem ex ira in odium obcalluit. Careamus
hoc malo purgemusque mentem et exstirpemus
radicitus. que quamvis tenuia undecumque
exierint renascentur. et iram non temperemus sed ex to
to removeamus. quid enim male rei temperamentum
est. poterimus autem adnitamur modo. Nec ulla res
magis proderit quam cogitatio mortalitatis. sibi
quisque ut alteri dicat. Quid iuvat tamquam in
eternum genitos iras indicere et brevissimam
etatem dissipare. Quid iuvat dies quos in volu
ptatem honestam impendere licet in dolorem
alicuius tormentumque transferre. Non capiunt
res iste iacturam. nec tempus vacat perdere. Quid
ruimus in pugnam. Quid certamina nobis accer
simus. Quid imbecillitatis obliti ingentia odia
suscipimus et ad frangendum fragiles consurgimus.
Iam istas inimicicias quas implacabili gerimus
animo febris aut aliquod aliud malum corporis
vetabit geri. iam par acerrimum media mors
dirimet. Quid tumultuamur et vitam sediciosi
conturbamus. Stat super caput fatum et pereuntes di
es imputat. propiusque ac propius accedit. Istud
tempus quod aliene destinas morti fortasse circa
tuam est. Quid potius vitam brevem colligis
placidamque et tibi et ceteris prestas. qui potius ama
bilem te dum vivis omnibus desiderabilem autem
excessus reddis. Quid illum nimis ex alto tecum
agentem detrahere cupis. Quid illum oblatrantem
tibi humilem et contemptum sed superioribus acidum
ac molestum exterere viribus tuis temptas. Quid
servo quid domino quid regi quid clienti tuo i
rasceris. Sustine paululum. venit ecce mors
que vos pares faciat. Videre solemus inter ma
tutina arene spectacula tauri et ursi pugnam
inter se colligatos. quos cum alter alterum vexaverit

suus confector expectat. idez facimus. aliqui
nobis tu alligat lacessimus. cu uicto vi
ctoribusque finis et quidez maturus immineat.
Crudeli potius pacaiq(ue) contuliq(ue) supest ex
gitimus. Illi cadauer nimis iaceat iniustum.
sepe virez oclamatum uicinum madeu solu
et intuentes ferre latrone viatoribus diduat.
Colluctari moribus malis no uacat. ubi me
tus maior apparuit. Quid nobis cu dim
cationes insidiis. Nunquam amplius isti tui casare
qui mortez optas et te quidem sicte morieris.
podis opaz. fiat uis quod futurum e. Nolo igitur
utrisque ostendere. sed exilio sed ignominia sed damnis
affice. magis ignosco ei qui uulnus inimici quam
qui insulaz concupiscit. Sed n no tm mali ai est
si pusilli fure quibus ultis suppliciis agitaris sive
de lemoribus. contultu e tempus quam a ille pena
sua torquetur. a tu malus gaudiu ex alie
na percipias. iaz istu spm exponimus. Interi
dum trahimus du int homines sumus. colamus
humanitatem. no timori cuiquam no piculo simus.
detrimenta iniurias conuicia uellicationes
contemnamus et magno aio breuia feramus
incomoda. dum respicis quod aiunt uer
samus que nos immortalitas aderit.

Explicit liber de Ira Annei Lucii Senece Cordubensis ad No.

Lucii Annei Senece. Satira de Claudio

Quid actu sit cesare Incipit:
in celo ante diem iii Idus Octo
bris anno viii in initio feli
cissimi seculi uolo memorie tra
dere. et nichil offense nec gratie dabitur
hoc ita ex si quis quesierit unde sciam p
mu si uoluero no respondebo. Quis coacturus
est. Ego me scio liberu factu ex quo suum
diem obijt ille qui uerum puerbium fecerat.
aut regem aut fatuum nasci oportere. Si libuerit
respondere dicam quod michi in buccam uenerit.
Quis unquam ab historico iuratores exegit
tamen si necesse fuit auctorem pducere queritur ab
eo qui drusillaz euntez in celu uidit. Idez
Claudium uidisse se dicet iter facientem
no equis passibus uelit nolit necesse illi
omnia uidere que in celo aguntur. Appie uie
curator e. qua scis et diuum augustum et Tibe
rium cesarem ad deos isse. hunc si interroga
ueris soli narrabit. coram pluribus unquam
verbum faciet. Nam ex quo in senatu iurauit
se drusillaz vidisse in celu ascendisse

illi pro tam bono nuncio nemo credidit. uerbis
conceptis affirmauit se no indicaturum et si
in medio foro hominem occisum vidisset. Ab
hoc ego que tunc audiui certa et clara affero
ita illum saluum et felicem habeam.

Iam phebus breuiore via contraxerat ortum
lucis. et obscuri crescebat tempora somni
Iamque suum uictrix augebat cinthia regnum
Et deformis hiems gratos carpebat honores
Diuitis autumni iussoque senescere bacho
Carpebat raras serus uias vindemiator.

Puto magis intelligi si dixero mensis erat
octobris dies iii Idus Octobris. horam non pos
sum tibi certam dicere. facilius inter phos quam inter
horologia conueniet. tamen inter sextam et septimam
erat. Nimis rustice acquiescunt omnes poete
non contenti ortus et occasus describere. ut etiam
medium diem inquietent. tu sic transibis horam
tam bonam

Iam medium curru phebus diuiserat orbem
Et propior nocti fessas quatiebat habenas
Obliquo flexam deducens tramite lucem.

Claudius agere animam cepit nec inuenire exitum
poterat. tum Mercurius qui semper ingenio eius delecta
tus fuerat. unam ex tribus parcis seducit
et ait. quid femina crudelissima hominem miserum
torqueri pateris. unquam meruit ut tam diu
cruciaretur. annus sexagesimus et quartus est ex quo
anima luctatur. quid huic et rei publice inuides. patere ma
thematicos aliquando uerum dicere qui illum ex quo
princeps factus est omnibus mensibus efferunt.
Et tamen non est mirum si errant et horam eius nemo
nouit. Nemo enim illum unquam natum putauit.
Fac quod faciendum est. Dede neci. i uacua melior
sine regnet i aula. Sed Clotho mehercule
inquit pusillum temporis illi adicere uolebam dum
hos pauculos qui supersunt ciuitate donaret.
Constituerat enim omnes grecos gallos hispanos
togatos uidere. Sed quoniam placet aliquos peregri
nos in semen relinqui et tu ita iubes fiat. si
ait. Aperit tum capsulam et tres fusos profert.
Unus erat augurini. alter babe. tertius
Claudii. Hos inquit tres uno anno exiguis
interuallis temporum diuisos mori iubeo nec illum
incomitatum dimittam. non enim oportet eum qui tot
milia modo hominum se sequentia uidebat tot pre
cedentia tot circumfusa solum destitui. contentus
erit interim hiis conuictoribus

Hec ait et turpi conuoluens stamina fuso
Abrupit stolide regalia tempora uite
At lachesis redimita comas ornata capillos
Pieria crinem lauro frontemque coronans

Candida de niveo sub tegmine vellera sumit
felici moderanda manu que ducta colorem
assumpsere novum mirantur pensa sorores
mutatur vilis precioso lana metallo
aurea formoso descendant secula filo
Nec modus est illis felicia vellera ducunt
Et gaudent implere manum sunt dulcia pensa
Sponte sua festinat opus nulloque labore
mollia cum torto descendunt stamina fuso
Vincunt thitoni vincunt et nestoris annos
Phebus adest cantuque iuvat gaudetque futuris
et leta nunc plectra movet nunc pensa ministrat
detinet intentas cantu fallitque laborem
Dumque nimis citharam fraternaque carmina laudant
plus solito nevere manus humanaque fata
laudatum transcendit opus ne demite parce
Phebus ait vincat mortalis tempora vite
Ille michi similis vultu similisque colore
Nec cantu voce minor felicia lassis
secula prestabit legumque silentia rumpet
Qualis discutiens fugientia lucifer astra
aut qualis surgit redeuntibus hesperus astris
qualis cum primum tenebris aurora solutis
induxit rubicunda diem sol aspicit orbem
lucidus et primos a carcere concitat axes
Talis adest cesar talem iam Roma neronem
aspiciet flagrat nitidus fulgore remisso
vultus et affuso cervix formosa capillo.
Hec Apollo at lachesis que et ipsa homini for-
mosissimo faveret fecit illud plena manu. Et
Neroni multos annos de suo donavit. Claudi-
um at iubet omnes . xarpuon . cepit . gr . N .
notibus nx . Rix . cyn . z N . Et ille quidem
animam ebulliit et ex hoc desiit vivere videri. Ex-
piravit aut dum comedos audit ut scias
non sine causa illos timere. ultima vox eius hec
audita est cum maiorem sonitum emisisset illa
parte qua facilius loquebatur ut me puto con-
cacavi me quod an fecerit nescio omnia certe
concacavit. Que sunt postea acta in terris referre
supervacuum est. Scitis non optime nec periculum est
ne excidat quod memorie publicum gaudium im-
pressit. Nemo felicitatis sue obliviscitur.
In celo que acta sunt audite. fides penes
auctorem erit. Nunciatur Iovi venisse quendam
bone stature bene canum. nescio quid illum
minari. assidue enim illud caput movere
pedem dextrum trahere. quesisse cuius nationis
esset. Respondisse illum nescio quid perturbato
sono et voce confusa non intelligere. sed linguam
eius nec illum grecum esse nec Romanum nec
ullius note. Tum Iupiter herculem qui totum
orbem peragraverat et nosse videbatur omnes
nationes. Iubet ire et explorare quorum
hominum esset. Tum hercules primo sane aspe-
ctu perturbatus est ut qui etiam non omnia
monstra timuerit ut vidit novi generis fa-
ciem insolitum et incessum. vocem nullius ter-
restris animalis sed qualis esse marinis bel-
uis solet raucam et implicatam putavit sibi
xiii. laborem venisse. Diligentius at intu-
enti visus est quasi homo accessit itaque et quod
facillimum fuit grecolo ait. Ti . Eis . o-
ecta . napo . Nigon . uo ait . Nat Garnet.
Claudius gaudet illic esse phylologos
homines sperat futurum aliquem in historiis suis
locum. itaque et ipse homerico versu signifi-
cans se esse Cesarem ait yaoe Rtt . aye
gr . epu . ypa . Nee . chore . Rigio . Nec . cur-
nat . Cen . Erat at sequens versus verior
eque homericus . q Neo . in . Goten . ancit .
p . Rieo . Nuae . Syrnt . ope . Et imposuerat
herculi minime vafro nisi fabulam nisi fu-
isset illic phebus qui fanum suo relicto so-
la cum illa venerat cetere deos Rome
reliquerat. Iste inquit mera mendacia nar-
rat. Ego dico tibi quia cum illo tot annis vixi
lugduni natus est. Marci municipem vi-
des. Quod dico quod tibi narro ad primum lapidem
vienna natus est. Gallus germanus. Itaque
quod gallum oportebat Romam cepit. Hunc ego
tibi do lugduni natum ubi licinius
multis annis regnavit. Tu at qui plura
loca calcasti quam ullus mulio perpetuarius
lugdunensis scire debes et multa milia inter
xantum et rodanum interesse. Excandescit hoc
loco Claudius et quanto potest murmure irascitur
quid diceret nemo intelligebat. Ille aut
febrim duci iubebat illo gestu solute ma-
nus et ad hoc unius satis firme quo decolla-
re homines solebat. Tum hercules audi
me inquit tu desine fatuari. Venisti huc
ubi mures ferrum rodunt. Citius mi verum
dic ne alogias tibi excutiam et quo tribi-
lior esset tragicus fit et ait. Seneca cor-
dubensis. Seneca cordubensis.
Exprime propere qua genitus sede duas
hec ne peremptus stipite ad terram accidas
Hec clava reges sepe mactavit feros
Quid nunc iactans vocis incerta sonas
Que gens quia patria mobile eduxit caput
Edissere equidem regna tragemini petens
longinqua regis unde ab hesperio mari
In achaicam ad urbem nobile advexi pecus

Vidi duobus imminens fluuius iugum
Quod phebus ortu semper obuerso uidet.
Ubi Rodanus ingens amne prerapido fluit.
Ararque dubitans quo suos cursus agat.
Tacitus quietis alluit ripas uadis
Est ne illa tellus spiritus altrix tui
Hec satis animose et fortiter nichilominus mente
non constare gemet ... ... Clau
dius ut uerum uideretur oblitus nugarum in
tellexit neminem parem sibi Rome fuisse ...
fuisse. Illic non se hec ... gratie. Gallum
in sterquilinio suo plurimum ualere. Itaque
quantum potuit intelligi hoc iussus est dicere. ego
te fortissime deorum hercules sperarem ut ad
futurum ad alios et si quis a me notorem pe
tisset te fui nominaturus qui me optime nosti.
Nam si memoriam repetis. ego eram qui tibi
ante templum tuum ius dicebam totis diebus
mense Julio et augusto tu scis quantum miseri
arum ille pertulerim. dum causidicos audi
rem diem et noctem inquit si incidisses licet
ualde fortis tibi uideris maluisses cloa
cas purgare. multo ego plus sterquilinis ex
hausi. Sed non mirum quod in curiam impetum feci
sti. impetum tibi nichil clausum est. Dic nobis qualem
istum deum uis. grecum fieri non potest ex gre
corum. Stoycus quo non potest rotundus est ut
ait Varro. sine capite sine prepucio est. aliquid
in illo stoyca dei iam uideo nec cor nec caput
habet. Si me hercules a Saturno petisset. hoc
beneficium cuius mensem toto anno celebrauit.
et saturnalia eius princeps tulisset illum deum
a Joue qui quantum quidem in se fuit illorum da
mnatos incesti. Siluanum enim generum suum
occidit. ... propter quod quia sororem suam festiuissi
mam omnium puellarum quam omnes Venerem
uocabant maluit Junonem uocare deus
fieri uult parum est quod templum in britannia habet
quod eum barbari colunt et ut deum orant greco
Tandem Joui uenit in mentem priuatis in
tra curiam morantibus sententiam dicere nec disputare
Ego inquit patres conscripti interrogare uobis permiseram
uos mera turbasstis uolo ut seruetis discipli
nam curie hic qualiscumque est quid de nobis
existimabit. Illa dimissa primus interrogatus
sententiam Janus pater dixit designatus erat
in kalendas iulias postmeridianus consul homo
quantumuis uia sua fert qui semper uidet ἅμα πρόσσω
καὶ ὀπίσσω. Multa diserte
quod in foro uiuat dixit que notarius persequi
non potuit. Et ideo non pono ne aliis uerbis
referam quod ab illo dicta sunt. Multa dixit de

magnitudine deorum. non debere hunc uulgo ho
norem dari. Olim inquit magna res erat de
um fieri iam famam nimium fecisti. Itaque ne
uideatur in personam non in rem dicere sententiam censeo
ne quis post hunc diem fiat deus ex hiis qui
ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν aut ex hiis
quos alit ζείδωρος ἄρουρα. Qui
contra hoc senatusconsultum deus factus dictus
pictusue erit. eum dedi laruis et proximo
munere inter nouos auctoratos ferulis uapu
lare placet. Proximus interrogatus sententiam
dicit Diespiter Vice pote filius et ipse designatus
consul Nummariolus. hic questu se sustine
nebat uendere ciuitatulas solebat. ad
hunc accessit hercules et auriculam illi teti
git. censet itaque in hec uerba. Cum diuus clau
dius. diuum augustum sanguine contingat et
non minus diuam augustam auiam suam
quia ipse deam esse iussit longeque omnes mor
tales sapientia antecellat. inter sitque e re publica esse
aliquem qui cum Romulo possit feruentia rapa uo
rare. Censeo uti diuus claudius ex hac
die deus sit. ita ut ante eum quis optimo iure
factus sit. eamque rem ad methamorphosim ouidii adi
ciendam. Uarie erant sententie et uidebatur
claudius sententiam uincere. Hercules enim qui in
dexit ferrum suum in igne esse modo huc modo
illuc cursabat. aiebat. Noli mihi inuidere mea
res agitur. Deinde tu si quid uolueris inui
cem faciam. manus manum lauat. Tunc di
uus augustus surrexit sententie sue loco dicende
de contra summam facundiam disseruit. Ego
inquit patres conscripti uos testes habeo ex quo deus
factus sum. nullum me uerbum fecisse. semper
meum negocium ago. sed non possum amplius
dissimulare et dolorem quem grauiorem pudor
facit continere. In hoc terra marique pacem
peperi. Ideo ciuilia bella compescui. Ideo le
gibus urbem fundaui. operibus ordinaui. Et
quid dicam patres conscripti non inuenio omnia infra
indignationem uerba sunt. Confugiendum est itaque
ad Messale Coruini uiri disertissimi illam
sententiam. pudet imperii. hic quod uobis patres conscripti non
posse uideretur muscam excitare tam facile ho
mines occidebat quam canis assidit. ab
sidet. sed quid ego uiris ac talibus uiris di
cam. Non uacat deflere publicas clades
intuenti domestica mala. Itaque illas o
mittam hec referam. Nam etiam si soror mea
greca nescit. ego scio ἔγγιον γόνυ κνήμης.
Iste quem uideris per tot annos sub meo
nomine latens hanc gratiam retulit ut duas iu

as suas proneptes meas occidit. alteram
fame. alteram ferro. unum abnepotem L. Sil
lanum videras Jupiter. An in causa mala certe
in tua hic aput nos futurus es. Dic mihi dive
Claudi quare quemquam ex hiis quos quasque oc
cidisti antequam de causa cognosceres antequam
audires. damnasti hoc ubi fieri solet in celo
non fit. Ecce Jupiter qui tot annos regnat
uni volcano crus fregit. que pro ligas
iratus. Nay [illegible] q' a' oth
Et iratus uxori suspendit illam. numquid
occidit. Tu messallinam cuius ego avunculus
maior eram quam tuus occidisti. Nescio inquis
dii tibi malefaciant. Adeo istud turpius est
quod nescisti quam occidisti. G. cesarem non desiit
mortuum persequi. Occiderat ille socerum hic
generum. G. cesar vetuerat Crassi filium
magnum vocari. hic nomen reddidit. caput
tulit. occidit in una domo Crassum magnum
filium. Scribonia. Tristiona. Assanoniam
nobiles tamen. Crassum vero tam fatuum ut etiam
regnare posset. hunc nunc deum facere vultis. vi
dete corpus eius diis iratis natis. nam
ad summa tria verba cito dicat et servum me
ducat. hunc deum quis colet. quis credet. dum ta
les deos facitis. nemo vos deos credet.
Summa rei publice. Si honeste me vos me
gessi. si nulli durius respondi. vindicate
iniurias meas. Ego pro sententia mea hec censeo.
atque ita ex tabella recitavit. Cum quidem
divus claudius occidit socerum suum appium
Sillanum generos duos. magnum pompeium
et L. Sillanum et socerum filie sue. Crassum fru
gi hominem tam similem sibi quam ovo ovum et scri
boniam socerum filie sue. uxorem suam messali
nam et ceteros quos nunc invenire non potuit.
Placet in eum severe animadverti. nec illi rerum me
diarum advocatum dari. eumque quam primum
exportari et celo intra dies .xxx. excedere
olimpo intra diem tercium. Pedibus
in hanc sententiam itum est. nec mora illum Cillenius
obtorto collo trahit ad inferos a celo un
de negant redire. Quem dum descendunt per viam
sacram interrogat Mercurius quid sibi velit
ille concursus hominum. claudii funus erat
et erat hominum formosissimo et impensa cum
plane ut scires deum efferri. Tubicinum
cornicinum omnis generis senatorum tanta ca
terva tantus quietus ut et claudius audire
posset. omnes leti et plates (?) pples R. ambu
labat tamquam liberi. agatho et pauci cau
sidi plorabant. sed plane ex animo. iuris consulti
e tenebris procedebant pallidi graciles vix
animam habentes tamquam qui tunc maxime reviviscerent
Ex hiis unus cum vidisset [illegible] capientes et
fortunas suas deplorantes causidicos acce
dit et ait. Dicebam vobis non semper saturnalia e
runt. Claudius ut vidit funus suum et intel
lexit se mortuum ingenti μεγάλῳ χορικῷ nenia
cantabatur anapestis. Fundite
planctus edite fletus. Resonet tristi cla
more forum. Ille eratho parthos cursu
vincere poterat celeres. Ille rebelles fun
dere dacos levibus que sequi persida telis. Certaque
manu tendere nervum. Qui praecipites vulnere
parvo figeret hostes. Pictaque medi terga
fugacis. Ille britannos ultra noti littora po
nti. Et ceruleos scuta brigantes. Dare ro
mulleis colla cathenis. Jussit et ipsum nova
Romana iura securis tremere. Deflemus
deflere. Virum quo non alius potuit citius discere
causas. una tamen parte audita sepe neutra.
Quis nunc iudex toto lites audiet anno.
Tibi iam cedet sede relicta. Qui dat pupil
lo iura silenti. Creta tenens oppida centum.
Cedite mestis pectora palmis. O causidici
venale genus. Vosque poete lugete. Novi
vosque in primis. Qui concusso magna parastis
lucra fritillo. Delectabatur claudius laudi
bus suis et cupiebat diutius spectare. In
icit illi manum taltibius deorum nuncius. et
trahit capite obvoluto ne quis eum possit agno
scere per campum martium inter tiberim et viam
tectam descendit ad inferos. Antecesserat iam
compendiaria via. Narcissus libertus ad pa
tronum excipiendum et venienti nitidus ut
erat a balneo occurrit et ait. Quid dii ad
omnes. Celera mi ait mercurius et venire nos
nuncia. Dicto citius Narcissus evolat o
mnia pro clivia sunt facile descenditur. Itaque quamvis
podagricus esset momento temporis pervenit ad
ianuam ditis ubi Cerberus iacebat vel
ut Oratius belua centiceps pusillum per
turbat albam canem in delicias habere solebat
ut illum catenis vidit nigrum villosum. Sane
non quem velis in tenebris tibi occurrere. Et ma
gna voce claudius inquit venit cum plau
su proclamat. Catanatus [illegible] pli
ca ipsi ha. Hic erat Consulius designatus
Junius proconsul sextus aulus M. elin. Tro
gus. acta. Tectus. Valens fabius eques
Romanus. quos Narcissus duci iusserat. me
dius erat in hac cantantium turba Nester
patronius qui Claudius hac de causa

minorem fecerat ad cessalmam cito rumor
percrebuit Claudium venisse. Convolant primi
omnium liberti. Polibius, Chirar, Appotius,
Amphenus, Phironas, quos Claudius ne-
ubi imparatus erat premiserat. Deinde prefecti
duo Iustus Catonius, Rufrius Pamphilus.
Deinde amici Saturnius Lucas, Pedo Pompeius,
Lupus et Celer Asinius consulares. Novissime
fratris filia, sororis filia, generi, soceri, socrus,
omnes plane consanguinei. Et agmine facto Clau-
dio occurrunt. Quos cum vidisset Claudius excla-
mat: Jezin tu phi lon ita tip. Quomodo vos
huc venistis? Tum Pedo Pompeius: Quid dicis, homo
crudelissime? Queris quomodo? Quis enim alius nos
huc misit quam tu omnium amicorum interfector?
Iustus ... Ego hic tibi stellas ostendam.
Ducit illum ad tribunal Eaci. Is lege Cor-
nelia que de sicariis lata est querebat. Po-
stulat nomen eius recipit atque edit subscri-
ptionem: Occisos senatores XXXV, equites
romanos CCCXXI, ceteros ... omnes pa-
rem ... Advocatum non invenit. Tandem
prodit P. Petronius vetus convictor eius, homo
Claudiana lingua disertus, et postulat
advocationem. Non datur. Accusat Pedo ma-
gnis clamoribus. Incipit patronus velle re-
spondere. Eacus, homo iustissimus, vetat, et illum
parte altera tantum audita condemnat et ait ...
Ingens silentium factum est. Stupebant omnes rei
novitate attoniti. Negabant hoc umquam factum.
Claudio magis iniquum videbatur quam novum.
De genere pene diu disputatum est, quid illum
pati oporteret. Erant qui dicerent Tantalum siti
periturum nisi illi succurreretur. Alii Ixionis mi-
seri rotam sufflaminandam. Non placuit ulli
convenientibus missionem pene dari, ne vel Clau-
dius umquam aliquid simile speraret. Placuit no-
vam penam excogitari debere. Constituendum
illi laborem irritum et alicuius cupiditatis spem
sine effectu. Tum Eacus iubet illum alea
ludere pertuso fritillo et iam ceperat fugientes
tesseras semper querere et nichil proficere.

Nam quociens missurus erat resonante fritillo
Utraque subducto fugiebat tessera fundo
Cumque recollectos auderet mittere talos
Lusuro similis semper semperque petenti
Decepere fidem, refugit digitosque per ipsos
Fallax assiduo delabitur alea furto
Sic cum iam summi tanguntur culmina montis
Irrita Sisipheo volvuntur pondera collo.

Apparuit subito C. Cesar et petere illum in
servitutem cepit, et producere testes qui illum

viderant flagris ab eo ferulis et colaphis
vapulantem. Adiudicatur C. Cesari. Cesar eum do-
nat. Is illum liberto suo Menandro tradi-
dit ut a cognitionibus abesset.

Explicit Satire Senece Annei

Textus Ieronimi de Seneca in kathalogo scriptorum

Lucius Anneus Seneca Cordubensis
Sotionis (al. fortini) stoyci discipulus et patruus
Lucani poete continentissime vite fuit quem non
ponerem in kathalogo scriptorum nisi me ille epistole
provocarent que leguntur a plurimis Pauli
ad Senecam et Senece ad Paulum. In quibus
cum esset Neronis magister et illius temporis potentissimus
optare se dicit eiusdem loci apud suos cuius
sit Paulus apud christianos. Hic ante bi-
ennium quam Petrus et Paulus martirio co-
ronarentur (al. coronaretur) a Nerone interfectus est. Epistola

Senece Neronis magistri ad Paulum

Credo tibi (al. presbyteri et pauli apostoli ad S.) Paule nunciatum esse. Seneca Paulo.
Quod heri cum Lucilio nostro de apocri-
phis et aliis rebus tractatum habuimus. Erant
enim quidam disciplinarum tuarum comites mecum. Nam
in ortos Salustianos secesseramus, quo loco
occasione nostri alio tendentes (al. et hii) hii de quibus
dixi (al. cum esse nos) visi a nobis adiuncti sunt. Certe quod tui
presentiam optavimus, et hoc scias volo libello
tuo lecto id est de plurimis aliquas litteras quas ad
